BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
E
28
NAPOLI

XXI. E. 28.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THEATRI FEVDALIS,

EX DVODECIM PARTIBVS TRES POSTREMAE,

Tercentum vigintiſex Feudales Dilucidationes.

OMNESQ; IPSARVM QVÆSTIONES, ET QVÆ EX CAVSA Amiſſionis: Iurium Regalium: Bonorum: Vitæ Militiæ: Adohæ: Adiutorij: Releuij: Honorum, & Onerum Domini, ac Vaſſalli, & exteri habent, vtiliſſimè pertractantur.

QVAE PRIORIS TOMI DILVCIDATIONIBVS ADDITAE vniuerſum penè ius feudale ex Communibus etiam Opinionibus, & inſignium Magiſtratuum deciſis Caſibus illuſtrant.

OPVS IN FORO VERSANTIBVS, ET OMNIBVS NE DVM vtile, ſed valdè neceſſarium.

TOMVS SECVNDVS.

AVTHORE

CAMILLO DE LARATHA

EX CASERTÆ COMITIBVS,

OLIM IN SACRO CONSILIO ADVOCATO PRIMARIO, & in M. C. V. tàm Criminali, quàm Ciuili ter Iudice conſtantiſſimo.

Cum Rerum Verborumq; Indice copioſo.



NEAPOLI, Ex Typographia Dominici Maccarani M. DC. XXXVI.

SVPERIORVM FACVLTATE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Quod : Iuriſconſulto :

Sæculi . ſui . æui . omnis .

Maximo . Optimo .

CAMILLO . DE LARATHA .

Iuriſconſultos . omnes .

Siue. Græci. ſuant. ſiue. Latini. ſuant.

Ipſaq. adeo . Iuris Prudentia .

Faſces . ſubmictere . debeant . ſuos.

Fides . ſiet . Fida .

Sublime . Hocce . Theatrum . & ornatum :

Aeternum . nominis . eius . Monumentum .

P.

CONSTANTINVS CAFARVS I. C.

Amoris : cauſſa . & honoris .

SERIES

Digitized by Google

SERIES DILVCIDATIONVM
Trium Partium Secundi Tomi.

120	*Decima Pars.*	Ex quibus criminibus Maieſtatis, & alijs ex cauſis Feuda amittuntur.	1.
95	*Vndecima Pars.*	De varijs iuribus regalibus, & bonis Principis, ſiue Regis.	147.
111	*Duodecima Pars.*	De honoribus, & oneribus vtilis Domini pro Feudis.	247. vſq; ad 407.

APPROBATIO.

De mandato Emin.^mi ac Reu.^mi Domini Cardinalis Buoncompagni Archiepiſcopi Neapolitani.

Vidi Librum hunc, cui Titulus THEATRVM FEVDALE, Authore V.I.D. Domino Camillo de Laratha, & nihil inueni contra Fidem, nihilq; contra bonos mores, ſed omnia conſona, & apprimè vtilia; ac digna vt Typis mandentur. Datum Neapoli, in Domo Sanctæ Mariæ Angelorum die 29. menſis Maij 1630.

Don Thomas de Ancora Cl. Reg. Deputatus.

IMPRIMATVR.

Felix Tamburellus Vicarius Generalis.

a Illu-

Digitized by Google

Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore

CAmillo de Laratha delli Conti de Caſerta dice à V.E. che hauendo compoſto vn Libro de Feudi, continente quaſi tutta la materia Feudale, & altro deſiderando farlo imprimere, ſupplica V.E. commetta à chi comanda lo reueda,& ne li facci relatione, acciò lo fauoriſca dell'Imprimatur, e lo riceuerà à gratia da V. E. vt Deus &c.

Reu. P. Don Thomas Ancora Religionis Theatinorum videat, & referat.

Enriquez Regens.

Prouiſum per Suam Excellentiam Neapoli die 27. Februarij 1630.

De Amico.

EXCELLENTISSIME PRINCEPS

VIdi Librum de materia Feudali Authore V.I.D. Domino Camillo de Laratha, & omnia reperi in eo recta, & conformia.

Don Thomas de Ancora Cl. Reg.

IMPRIMATVR.

Tapia R. Enriquez R. Lopez R. Rouitus R.

Prouiſum per Suam Excellentiam Neapoli die decimo Decembris 1631.

Hieronymus de Amico Scriba à Mand.

Digitized by Google

INDEX THEMATVM
DILVCIDATIONVM
TERCENTVM VIGINTISEX
In tres poſtremas Partes in Secundo Tomo Theatri Feudalis exiſtentium,

Quæ cum alijs quatuorcentum trigintaquatuor Primi Tomi ſunt ſeptingentum ſexaginta.

PARS DECIMA.

Ex quibus cauſis feuda amittantur, fol. 1.

Thema 1.

DOminus directus, & vtilis ad paria iudicantur, pro feudis, & eiſdem culpis vterque priuatur.

Thema 2.

Feuda duobus modis finiuntur, & adimuntur re ipſa, & ex perſona.

Thema 3.

Feudum amittitur ex perſona, ſcilicet morte alterius directi, vel vtilis Domini in vtroque nullo exiſtente ſucceſſuro.

Thema 4.

Dominus directus ſi infra annum, & diem vaſſallo petenti inueſtituram non fecerit, proprietatē feudi amittit.

Thema 5.

Dominus non faciens iuſtitiam vaſſallis, & malè abuſi tractat, proprietate feudi priuatur, & à Superiore etiam vaſſallis non conquerentibus, poteſt eos à tali dominio eximere, communis.

Thema 6.

Feudo quis non priuatur, niſi legitimè de culpa conſtat, nec à Papa, vel Imperatore, qui contra promiſſa, & verba contrauenire non poſſunt. communis.

Thema 7.

Feudum amittendi modus eſt vnius, videlicet ſi quid faciat vaſſallus non faciendum, quod vtrumque à fide dependet communi, & culpa varijs nominibus vocatur.

Thema 8.

Amiſſionis feudi, Cauſa 1.

Vaſſallus contra contenta in inueſtitura feudi, & ſi contra ius iurandum, & fidelitatem, quid faciens, & ſeruitium promiſſum, vel ſolitum non exibet, feudum amittit, communis.

Thema 9.

Amiſſionis feudi. Cauſa 2.

Domino, vel vaſſallo mutato infra annum, & diem, eſt petenda inueſtitura, & renouatio feudi, alias feudum amittitur.

Thema 10.

Amiſſionis feudi, Cauſa 3.

Feudum ſiue nouum, ſiue antiquum, ſi totum, ſi pars, pro ea parte ſine Domini conſenſu alienata amittitur, eſt regula communis & deciſa.

Thema 11.

Amiſſionis feudi, Cauſa 4.

Vaſſallus ſcienter recognoſcendo feudū ab alio, quam à Domino, eo priuatur. communis.

Thema 12.

Amiſſionis feudi, Cauſa 5.

Vaſſallus feudo priuatur, ſi ipſum feu-

Digitized by Google

dum, vel eius partem, aut eius conditionem ſciens, inficiatus fuerit, communis.

Thema 13.

Amiſſionis feudi, Cauſa 6.

Vaſſallus propter abuſum deteriorationem notabilem, & magnam, & ob ſęuitia in vaſſallos feudo priuatur, communis.

Thema 14.

Amiſſionis feudi, Cauſa 7.

Vaſſallus ſi mandatum Domini ſub pœna amiſſionis feudi, aut indignationis de pertinentijs ad feudum, & non paruerit, eo priuatur. communis.

Thema 15.

Amiſſionis feudi, Cauſa 8.

Filius vaſſalli ſi offendit Dominum, & pater fuerit requiſitus, vt filium deducat, vel à ſe ſeparet, cuius eſt electio renuens, feudo priuatur ſiue in poteſtate, ſiue ſui iuris ſit filius, quod ſecus eſt in vxore exibenda. communis.

Thema 16.

Amiſſionis feudi, Cauſa 9.

Feudo priuatur vaſſallus, ſi Domino rem facilẽ difficilem redat, veluti matrimonium malitioſè impediendo.

Thema 17.

Amiſſionis feudi, Cauſa 10.

Vaſſallus amicitiam contrahens cum inimicis Domini, in eius perniciem, feudum amittit. communis.

Thema 18.

Amiſſionis feudi, Cauſa 11.

Vaſſallus hoſtis Domini factus, arma contra Dominum aſſumẽdo, & ſi Dominus ſit Magiſtratus eius, in legem Iuliam Maieſtatis, ſi non in primo capite, tamen in ſecundo cadit, & feudum amittit. communis.

Thema 19.

Amiſſionis feudi, Cauſa 12.

Vaſſallus ſi aſſalierit Dominum, vel caſtrum eius, crimen Maieſtatis committit, & ſi monitiones releuet, aut inimicitia mittit, feudũ amittit. communis.

Thema 20.

Amiſſionis feudi, Cauſa 13.

Vaſſallus aſſaliens Dominum, vel vxorem, aut filium, vel patrem Domini ſciens in alieno loco exiſtentes, crimen Maieſtatis committit. communis.

Thema 21.

Amiſſionis feudi, Cauſa 14.

Si vaſſallus Dominum non mortuum, neque etiam totaliter vulneratum in prælio campeſtri relinquat, priuatur feudo. communis.

Thema 22.

Amiſſionis feudi, Cauſa 15.

Vaſſallus Dominum aſſaliens, ſiue dolo, ſiue ſine dolo, feudum amittit. communis.

Thema 23.

Amiſſionis feudi, Cauſa 16.

Vaſſallus manus impias Domino inijciens, feudo priuatur, etiam ſi non percuſſiſſet, nec vulneraſſet. communis.

Thema 24.

Amiſſionis feudi, cauſa 17.

Vaſſallus graues, & inhoneſtas iniurias Domino ſuo inferẽs, feudum amittit. communis.

Thema 25.

Amiſſionis feudi, cauſa 18.

Vaſſallus ſi inimicitiam contrahit cum Domino ſuo, feudum amittit. communis.

Thema 26.

Amiſſionis feudi, Cauſa 19.

Vaſſallus Domino mortem, vel graue damnum minans, inimici loco habetur, & niſi re integra antequam ad actum cum inſidijs peruenerit, ſpontè pęniteat, feudum non amittit, ſed ſecus eſt quando lex punit conſilium, ſiue mandatum. communis.

Thema 27.

Amiſſionis feudi, Cauſa 20.

Vaſſallus accuſans criminaliter Dominum ſuum, feudo priuatur, etiam ſi per alium accuſauerit. communis, & deciſa.

Thema

Digitized by Google

Thema 28.

Amiſſionis feudi, Cauſa 21.

Vaſſallus ſi relator Domini ſui extiterit, & Dominus graue damnum, & diſpendiũ paſſus fuerit, vaſſallus feudum amittit. communis.

Thema 29.

Amiſſionis feudi, Cauſa 22.

Vaſſallus fideiubens accuſatorem contra Dominum, feudum amittit. communis.

Thema 30.

Amiſſionis feudi, Cauſa 23.

Vaſſallus aduocãs contra Dominũ tàm in cauſa ciuili, quàm in criminali, feudum amittit. communis.

Thema 31.

Amiſſionis feudi, cauſa 24.

Vaſſallus Domino iuſtitiam non faciẽs, ſiue refutans, feudo priuatur. communis.

Thema 32.

Amiſſionis feudi, Cauſa 25.

Vaſſallus Domini de aliquo delicto, ſi non procedit, vt iura mandant, eum grauando, feudum amittit. communis.

Thema 33.

Amiſſionis feudi, Cauſa 26.

Vaſſallus contra Dominum malè iudicans, & ex eiſdem actis abſque probationibus, & non de voluntate partium in cauſa appellationis, ſententia reſcinditur, & feudo priuatur. communis.

Thema 34.

Amiſſionis feudi, Cauſa 27.

Vaſſallus citatus à Curia Domini pro aliqua culpa, non comparens, efficitur contumax, Dominus ponitur in poſſeſſionem feudi, & perſiſtens elapſo anno, feudum amittit. communis.

Thema 35.

Amiſſionis feudi, Cauſa 28.

Contumacia vera ſine alia citatione facit priuare vaſſallum de feudo, & manifeſtus contumax, regulariter à ſententia immiſſionis, ſeu priuationis, appellare non poteſt. communis.

Thema 36.

Amiſſionis feudi, C

Vaſſallus ſi vult, quod P
eius Iudices de incon
exceptionibus non re
Iudices alij feudo priua
ſi Dominum, aut cõuaſſallum coram alio Iudice incompetente vocauerit. magis communis.

Thema 37.

Amiſſionis feudi, Cauſa 30.

Vaſſallus committẽs ingeſtum, feudum amittit per ſentẽtiam declaratoriam. communis.

Thema 38.

Amiſſionis feudi, Cauſa 31.

Vaſſallus cum vxore Domini ſui concubens, feudo priuatur, quia licet Dominum non offendat, ſed libidine faciat, iniuriam ei affert. communis.

Thema 39.

Amiſſionis feudi, Cauſa 32.

Conatus vaſſalli pro corrumpenda vxore Domini, punitur in amiſſione feudi, in crimine Maieſtatis, ſed leges punientes conatum de generali conſuetudine ſunt ſublatæ, & arbitrio Iudicis punitur. communis.

Thema 40.

Amiſſionis feudi, Cauſa 33.

Vaſſallus ſtuprum committens cum ſponſa Domini, feudo priuatur, ſi per verba de præſenti, quam de futuro diſponſata ſit. communis.

Thema 41.

Amiſſionis feudi, Cauſa 34.

Vaſſallus feudum amittit, ſi cum vxore Domini ſui turpiter luſerit, ideſt manum in ſinu, ad pectus, vel ad alium locũ vnde turpe eſſe poteſt, vel oſculando. communis.

Thema 42.

Amiſſionis feudi. Cauſa 35.

Vaſſallus nè dum feudo priuatur, ſi cum vxore, ac filiabus, & cum alijs perſonis Domino coniunctis, vt in præcedentibus Dilucidationibus, ſed & ſi auxilium præſtitit, vt alij nefariæ libidinis explendent.

Digitized by Google

Index Thematum Dilucidationum.

Thema 43.

[illegible]iſſionis feudi, Cauſa 36.

[illegible]uprum cum perſonis Domi[illegible]ctis mandans, vel vt tale [illegible] conſulens, inſtigans, vel ra[illegible], feudo priuatur. communis.

Thema 44.

Amiſſionis feudi, Cauſa 37.

Vaſſallus conſulens, inſtigans, & perſuadens, ſollicitans, aut cohortans aliquem, vt vxorem, filiam, vel aliam Domino coniunctam, de prædictis adulterium, ſtuprum, vel alia facinora carnis committat, feudo priuatur. communis.

Thema 45.

Amiſſionis feudi, Cauſa 38.

In delictis ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur, dummodo delictum ratificantis nomine commiſſum, & ita recipiendum etiam in delictis carnis, ex quo vaſſallus feudum amittit.

Thema 46.

Amiſſionis feudi, Cauſa 39.

Vaſſalla cum marito Dominæ ſuæ rem habens, feudum amittit.

Thema 47.

Amiſſionis feudi, Cauſa 40.

Vaſſallus ſi cum vxore vidua remanſa Domini, rem habuerit in viduitate exiſtente, quod eſt verius, feudum amittit.

Thema 48.

Amiſſionis feudi, Cauſa 41.

Vaſſallus concubinam Domini ſui cognoſcens, feudo priuari debet. communis.

Thema 49.

Amiſſionis feudi, Cauſa 42.

Vaſſallus cum vxore parentibus, vel liberis Domini deteſtanda ſodomia ſe polluerit, feudo priuatur.

Thema 50.

Amiſſionis feudi, Cauſa 43.

Vaſſallus ſecreta Domini pandens, animo eum damnificandi, ſiue in honore, ſiue in perſona, vel in bonis ſcienter, & dolo malo, & damnum verè ſit ſecutum, feudum amittit. communis.

Thema 51.

Amiſſionis feudi, Cauſa 44.

Vaſſallus, qui contra Dominum teſtimoniū perhibet, feudo priuatur, ſed quando à Iudice, vel Superiore cogitur, excuſatur.

Thema 52.

Amiſſionis feudi, Cauſa 45.

Vaſſallus inſidians Dominum, & ad externū actum, vt ſi veneno, gladio, vel ad inſidias alias proceſſerit, feudum amictit. communis.

Thema 53.

Amiſſionis feudi, Cauſa 46.

Vaſſallus feudo priuatur, ſi proditionem aliquam commiſerit, ſiue Dominum ipſum prodiderit, communis, & verior, & quomodo, & quæ ſit proditio.

Thema 54.

Amiſſionis feudi, Cauſa 47.

Vaſſallus Dominum occidēs, feudo priuatur. communis.

Thema 55.

Amiſſionis feudi, Cauſa 48.

Vaſſallus occidens patrem Dominis ſui in odiū Domini, vel vt fratre careat, & frater alias vt ſuccedāt, feudo priuatur. communis.

Thema 56.

Amiſſionis feudi, Cauſa 49.

Vaſſallus parricidij in caſibus omnibus feudū amittit, vt ſi deſcendens aſcendentem occidit, & è contra parricidij pœna plectendus eſt, & feudum amittit. communis.

Thema 57.

Amiſſionis feudi, Cauſa 50.

Vaſſallus vxorem occidens, vel vaſſalla è contra crimen parricidij committit, feudo priuatur. communis, & in eodem crimine incidit, vaſſallus ſubditum occidens.

Thema 58.

Amiſſionis feudi, Cauſa 51.

Ob delictum Prælati Eccleſiæ feudum non amittit, nec id, quod habet commune

mune cum capitulo, niſi quo vixerit, & quo ad partem ſuam, & res ad vsũ fabricæ pauperum, & miniſtrorum.

Thema 59.

Amiſſionis feudi, Cauſa 52.

Ciuitas, Vniuerſitas, ſiue Communitas vaſſalla feudataria delinquendo, feudum amittit, quando Gubernatores, ſiue Adminiſtratores, vel pars nomine Vniuerſitatis, ratum habuit, vel conuocato conſilio vt ſolitum. communis.

Thema 60.

Amiſſionis feudi, Cauſa 53.

Marito tenente feudum dotale vxoris appretiatum cõſignatum, delinquente contra Dominum feudum amittit, ſi vero ſimpliciter abſque pretio non, & ſic è contra, ſi vxor delinquerit feudum mariti non amittit.

Thema 61.

Amiſſionis feudi, Cauſa 54.

Patre legitimo Adminiſtratore bonorum filij, inter quæ eſt feudum delinquente, feudum ipſum non amittit. communis.

Thema 62.

Amiſſionis feudi, Cauſa 55.

Vſufructuarius delinquẽs in Dominum ab vſufructu cadit, & applicatur vtili Domino, licet ad fidelitatem non ſit aſtrictus.

Thema 63.

Amiſſionis feudi, Cauſa 56.

Creditores in ſubſidium immiſſi in poſſeſſionem feudi, delinquẽtes feudum non amittunt, ſi fidelitatem non iuraſſent, & aſſenſus non interueniſſet communis, & in obligatione, & adiudicatione aſſenſus Domini requiritur.

Thema 64.

Amiſſionis feudi, Cauſa 57.

Emptor feudi cum pacto de retrouendendo cum aſſenſu, delinquens in Dominum, adeo quod feudo priuari debeat, amittit, & venditor recuperat feudum reſutato pretio, pro quo vendiderat.

Thema 65.

Amiſſionis feudi, Cauſa 57.

Poſt perfectum cõtractum venditionis, ſiue donationis, aut alterius, ex tradita poſſeſſione etiam per conſtitutum, & cum aſſenſu emptor delinquens, feudum amittit, ſed vẽditore remanſo in poſſeſſione, & fidelitate delinquente, ipſe venditor amittit, emptor pro pretio ſoluto actionem perſonalem habet. communis.

Thema 66.

Amiſſionis feudi, Cauſa 58.

Delictum hæredis cum beneficio legis, & inuentarij, non nocet creditoribus, qui ob eorum creditum in poſſeſſionem immitti poterant, & ipſi hęredes adita hæreditate, ac legatario ſi non repudiauerit. communis.

Thema 67.

Amiſſionis feudi, Cauſa 59.

Delictum Procuratoris, vel ſubſtituti in Dominum, niſi vaſſallus fuerit præſens, & tacens, ei non obeſt, & delictum tutoris, vel curatoris pupillo, vel adulto, nec nocet, niſi ex negligentia in committendo. communis.

Thema 68.

Amiſſionis feudi, Cauſa 60.

Papa, Imperator, Rex, clerici, & omnes etiam fœmina, prodigus, vel minor, feudum etiam à laico, & inferiore tenentes ob fellloniam, & crimen contra directum feudi Dominum eo priuatur. communis.

Thema 69.

Amiſſionis feudi, Cauſa 61.

Vaſſallus receptator malefactorum feudum perdit. communis.

Thema 70.

Amiſſionis feudi, Cauſa 62.

Vaſſallus literas Domini contemnens, ſi grauem propterea intulerit iniuriam, vel ſub indignationis pœna, quid faciat, vtroque caſu feudo priuatur. communis.

Thema 71.

Amiſſionis feudi, Cauſa 63.

Inſignia, & ſtatuam Domini deſtruens, eſt

eſt rebellis, & feudum amittit, & ſi rem aliquam per vim à manu Domini eriperit, feudo priuatur, niſi ex cauſa faciat. communis.

Thema 72.

Amiſſionis feudi, Cauſa 64.

Vaſſallum tranſitum per ſuam iuriſdictionem Domino ſine cauſa denegãs, à feudo cadit, & pro publica vtilitate fauore religionis quilibet cogitur ſuã rem vendere. communis.

Thema 73.

Amiſſionis feudi, Cauſa 65.

Feudatarius ceſſans præſtare ſeruitium militare, ad quod pro feudo tenebatur, feudum amittit. communis.

Thema 74.

Amiſſionis feudi, Cauſa 66.

Feudo conceſſo à non habente poteſtatem concedendi, conceſſionarius illud amittit.

Thema 75.

Amiſſionis feudi, Cauſa 67.

Dominus ſi facit bannum, vel mandatum, vt vaſſalli oſtendãt titulum feudi, tenent infra tot tempus, & non oſtenderint, poſſunt feudo priuari. communis, & idem de emphiteota, & de beneficio clerici.

Thema 76.

Amiſſionis feudi, Cauſa 68.

Bona vacantia de regalibus ſunt, & Fiſcus in eis ſuccedit, ipſiq; applicantur, & ſunt, quæ ſine legitimo hærede, & ſucceſſore, vel hærede renuntiante decedens relinquit, Fiſcus loco hæredis eſt. communis.

Thema 77.

Amiſſionis feudi, Cauſa 69.

Bona vacare dicuntur, & Fiſco applicantur, ſi decedens, caret deſcendentibus aſcendentibus, & conſanguineis, ſiue coniunctis vſque ad decimum gradum incluſiuè, & affines excluduntur à Fiſco.

Thema 78.

Amiſſionis feudi, Cauſa 70.

Bona vacantia diuerſis locis exiſtentia applicantur vniuſcuiuſque loci Fiſco, ſeũ Domino regalia habenti, & Fiſcus loco hæredis eſt. communis.

Thema 79.

Amiſſionis feudi, Cauſa 71.

Rebellis is eſt, qui Imperatori, Regi, alioue Maieſtatem habenti, vel eorum Magiſtratibus ipſo facto reſiſtit, vel obedire non vult, is rebellis feudùm amittit. communis.

Thema 80.

Amiſſionis feudi, Cauſa 72.

Inobediens filio Regis, & miſſis ab eo, eſt infidelis, eſt inimicus, & feudum amittit.

Thema 81.

Amiſſionis feudi, Cauſa 73.

Qui loquitur amicitiam contrahit, vel conuerſatur cum inobedientibus, vel infidelibus, aut alijs inimicis Domini, eſt infidelis, & feudum amittit. communis, & deciſa.

Thema 82.

Amiſſionis feudi, Cauſa 74.

Qui diligit quem Dominus odit, vel fugit, & odit quem Dominus amat, eſt inimicus infidelis, & ſic, rebellis, & dum amittit. communis.

Thema 83.

Amiſſionis feudi, Cauſa 75.

Subditus vaſſallus relinquens Dominũ in aduerſitatibus, & perſecutionibus inimicorum ſuorum, & maximè in prælio, eſt infidelis, crimen Maieſtatis cõmittit, & feudo priuatur. communis.

Thema 84.

Amiſſionis feudi, cauſa 76.

Qui aufert auxilia ſua Domino ad reſiſtendum hoſtibus ſuis, infidelis eſt, & ſic rebellis, & feudum amittit. communis.

Thema 85.

Amiſſionis feudi, Cauſa 77.

Vaſſallus contra villas, monitiones, aut non cuſtodit, vel hoſtibus tradit, aut damnum infert, vel inferri, non deuiat, eſt infidelis, & rebellis, & feudũ amittit. communis.

Thema

Digitized by Google

Thema 86.
Amiſſionis feudi, Cauſa 78.

Vaſſallus, aut commiſſus inobediendo Domino ſuo, aut miſſis ab eo tradere villas, & caſtra, munitiones, iuriſdictionem, & alias res Domino ſpectantes, eſt infidelis, crimen Maieſtatis læſæ committit, & feudum amittit. communis.

Thema 87.
Amiſſionis feudi, Cauſa 79.

Subditus, ſiue commiſſus derelinquens patriam, feudum, ſiue caſtra Domini ſibi commiſſa indefenſa in manibus hoſtium, eſt infidelis, & ſic rebellis, & feudum amittit.

Thema 88.
Amiſſionis feudi, Cauſa 80.

Qui Dominum ſuum verbis confitetur, ſed non factis, vel è conuerſo infidelis, & proditor eſt, & ſic rebellis, & lis, & feudum amittit. communis.

Thema 89.
Amiſſionis feudi, Cauſa 81.

Proditor dum eſt, qui pro vna parte, ſiue exterius conſiſtit, pro alia parte animo, & mente geritur, eſt infidelis, rebellis, & feudum amittit. cõmunis.

Thema 90.
Amiſſionis feudi, Cauſa 82.

Proditor, & rebellis licet inter ſe differant, quia rebellio per non ſubditum, non committitur, & proditio ſic: tamen rebellis, & proditor, feudo priuatur, & capite puniuntur. communis, & deciſa.

Thema 91.
Amiſſionis feudi, Cauſa 83.

Inobediens Regi, aut ab eo miſſis, eorumque voluntatibus, & ſignãter ad ea, quæ in regimine pertinent, eſt infidelis, rebellis, & feudum amittit.

Thema 92.
Amiſſionis feudi, Cauſa 84.

Crimen Maieſtatis læſæ committunt etiam qui machinationem Principis ſciuerint, & non reuelauerint. communis, & deciſa.

Thema 93.
Amiſſionis feudi, Cauſa 85.

Vaſſalli, & ſubditi inconcuſsè vnica voluntate debent ſeruare præcepta; ordinationes, & voluntatem Domini ſui pro eorum ratione, & fidelitate ſeruanda, quia ſi non ſeruaret, ſunt rebellis, & feudum amittit. communis.

Thema 94.
Amiſſionis feudi, Cauſa 86.

Qui contra Regem in non faciendo, nõ obediendo ordinibus, & mãdatis Regijs, eiuſque voluntati, maximè in ſcriptis, crimen læſæ Maieſtatis committit. communis.

Thema 95.
Amiſſionis feudi, Cauſa 87.

Obedientia non eſt violanda propter quodcumque periculum, ſcandalum, aut opus priuatum cum exemplis, & inobediens, & infidelis, rebellis eum contendit, eique reſiſtit. communis.

Thema 96.
Amiſſionis feudi, Cauſa 88.

Obedientia à Deo eſt ſeruanda, quod ſi quis commiſſionem, vt aliquod Caſtrum, Ciuitatem, vel Regnum in locum alterius tenentis, vel iuriſdictionem exercentis, in commiſſione exiſtente poſſeſſionem capit, contradicit voluntati Domini, & Maieſtatis læſæ crimen committit, & feudum amittit. communis.

Thema 97.
Amiſſionis feudi, Cauſa 89.

Si duo, vel tres ordinati ſint ad aliquod officium, gubernium, vel adminiſtrationem, nõ inſolidum adminiſtratione capta per vnum, ipſoque non impedito, alij ſe intromittere non poſſunt, & qui non tempore venit ad adminiſtrandum, ſe indignum facit, cõtradicit voluntati Domini, eſtq; infidelis, rebellis, & feudum amittit.

Thema 98.
Amiſſionis feudi, Cauſa 90.

Qui in aliqua iuriſdictione Regia ſe intromittit contra verba ſuæ commiſſionis,

Digitized by Google

ſionis, & ſic contra voluntatem Domini, ſiue Regis, dicitur intruſus, tiramnus, rebellis, & feudum amittit.

Thema 99.

Amiſſionis feudi, Cauſa 91.

Qui cōtra reſcriptum, & commiſſionem Superioris, & abſque eius authoritate in officio ſe gerit, eſt tiramnus, & crimen Maieſtatis læſæ committit, & etiam contra iurans.

Thema 100.

Amiſſionis feudi, Cauſa 92.

Qui per machinationes, & acclamationes aliquorum de Ciuitate vel Regno alio in officio exiſtente in adminiſtratione nō impedita, ſe intromittit, eſt ſimiliter tiramnus, proditor, rebellis, & feudum amittit. communis.

Thema 101.

Amiſſionis feudi, Cauſa 93.

Qui commiſſionem aliquod officium adminiſtrandi habet per abſentiam, vel durante impedimento exiſtentis in eodē officio per machinationes eum priuādo ſubintrat, & exercet, crimen Maieſtatis læſæ committit, communis.

Thema 102.

Amiſſionis feudi, Cauſa 94.

Qui proditoriè, & per conſpirationem, & machinationem aliquod gubernium occupat, & exercitat contra, & ante tempus, & nō adimpleta conditione commiſſionis, eſt rebellis, & feudum amittit. communis.

Thema 103.

Amiſſionis feudi, Cauſa 95.

Omnes, qui adiuuant aliquem in aliquo regimine, & adminiſtratione occupādo ante tempus, & non adimpleta conditione commiſſionis, & perſiſtūt in inobediendo, ſunt rebelles, & feudum amittunt.

Thema 104.

Amiſſionis feudi, Cauſa 96.

Subditus omnis agens, vel omittēs, ſiue in forma inobedientiæ, infidelitatis, vel rebellionis, aut proditionis contra Locumtenentem Caſtrorum, Vicarium, legatum, aut Officiales Regis, Principis, & Domini: crimen Maieſtatis læſæ, ſi non in primo capite, tamen in ſecundo committit, & criminaliter puniri debet.

Thema 105.

Amiſſionis feudi, Cauſa 97.

Iniurians, vel offendēs aliquem Officialem Regis, ſiue Principis, ipſum Principem iniuriare, & offendere videtur, & crimen Maieſtatis læſæ committit, & feudum amittit. communis.

Thema 106.

Amiſſionis feudi, Cauſa 98.

Officium iuſtitiæ adminiſtrationis, eſt honor, & dignitas, & quibus committuntur, ſalutari debēt, ipſiſq; obediētiam dari, & qui contra honorem ipſorum venit, crimen Maieſtatis læſæ committit.

Thema 107.

Amiſſionis feudi, Cauſa 99.

Officialis idem offenſus, vel iniuriam paſſus, poteſt de eis cognoſcere, ſi pęna eſt certa, ſi vero arbitraria non, & Superiorem non recognoſcentes, ſi vero dicitur poſſe cognoſcere, intelligitur, vt committat Iudicibus.

Thema 108.

Amiſſionis feudi, Cauſa 100.

Proditor vltimo ſupplicio plectitur, & feudum amittit.

Thema 109.

Amiſſionis feudi, Cauſa 101.

Læſæ Maieſtatis humanæ criminoſi, & rebelles, licet olim diuerſimodè puniebantur, cum grauiſſimum crimen ſit, capite puniūtur, & feudum amittunt, & Maieſtatis Diuinæ committuntur. communis.

Thema 110.

Amiſſionis feudi, Cauſa 102.

Filius ob rebellionem, & bonorum publicationem patris retinet feudum ex pacto, & prouidentia, vel ex conſuetudine, vel lege feudi, aut contractus ſibi debitum, & filijs non exiſtentibus, peruenit ad agnatos, niſi

pater

pater contra Dominum deliquiſſet. communis.

Thema 111.

Amiſsionis feudi, *Cauſa* 103.

Subfeudatarius peccans, ſiue delictum committens in Dominum maiorem, à quo eius Dominus tenebat feudũ, tanquam ſi Dominum ſuum offendiſſet, feudo priuabitur, & altero ex eis offenſo, immediato Domino feudum applicatur. communis.

Thema 112.

Amiſsionis feudi, *Cauſa* 104.

Maieſtatis crimen nõ committitur, niſi à vero ſubdito, ratione originis, ratione domicilij, & ratione feudi, quò ad ipſius feudi amiſſionẽ. communis.

Thema 113.

Amiſsionis feudi, *Cauſa* 105.

Subditus Papæ delinquens contra Imperatorem, vel alium Principem confœderatum Papæ ipſius reſpectu Maieſtatis crimen committunt, & feudo priuatur ab ipſo Papa.

Thema 114.

Amiſsionis feudi, *Cauſa* 106.

Illi, qui in loco immediati ſubuaſſalli ab Imperatore, vel Rege cum omni iuriſdictione inueſtiti habitant, & ſtant, ſunt ſubditi Ducum, Baronum &c. in Germania, in Italia, & in hoc, vel alijs Regnis: cõtra Imperatorem, Regem, Dominum, Superiorem delinquẽdo, crimen Maieſtatis committunt, eiſq; applicantur.

Thema 115.

Amiſsionis feudi, *Cauſa* 107.

Quilibet ex cauſis vtilis Dominus priuatur feudo ex eiſdẽ directus, & proprietate priuatur. communis.

Thema 116.

Amiſsionis feudi, *Cauſa* 108.

Dominus directus legitimè requiſitus inueſtituræ renouationem infra annum, & menſem conferre denegat, proprietate priuatur, niſi vaſallus ad petendam negligens fuerit. communis.

Thema 117.

Amiſsionis feudi, *Cauſa* 109.

Dominus ſi contra voluntatem vaſſalli ius ſuum directum alienat in totum, amittit totum, ſi in partem, amittit partem.

Thema 118.

Amiſsionis feudi, *Cauſa* 110.

Monetam falſam cudens, vel tondens, aut aliter adulterans, vel falſificans, in crimen Maieſtatis læſæ incidit, viuus exuritur, bona confiſcantur, & domus in qua ſcelus patratur, publicatur de iure communi, ſed de iure Regni pœna capitis tantum ſeruatur.

Thema 119.

Amiſsionis feudi, *Cauſa* 111.

Monetas falſas fabricantes, vel tondentes, radentes, vel adulterantes, de iure communi, ex Conſtitutionibus, & Capitulis Regni: pœna mortis, & confiſcationis bonorum puniuntur; ſed per Pragmaticam pœna capitis tantum, & de pœna legis nouæ derogantis pœnam legis veteris.

Thema 120.

Amiſsionis feudi, *Cauſa* 112.

Qui præcepto Domini ſuper amiſſione feudi nõ paret, & mandatum, de pertinentibus ad feudum ſit, amittit feudum.

PARS VNDECIMA.

De Iuribus Principis ſuper feudis, & alijs.

Thema 1.

Rex Dominus eſt omnium, quæ ſunt in Regno, non ratione proprietatis, ſed iuriſdictionis, & protectionis.

Thema 2.

Rex eſt datus Populis, vt regat, & gubernet, & iuditium, & iuſtitiam omnibus fieri, & faciat, & ab inimicis defendat, & Eccleſias, earumq; perſonas protegat.

Thema 3.

Rex vti pater, tutor, adminiſtrator, & maritus Reipublicæ, tenetur eam diligere, protegere, prouidere, guberna-

Digitized by Google

re, & defendere, & coreordia de qua aliqua,& alia ad quæ Rex tenetur.

Thema 4.

Dignitas, & honor eſt habere iuriſdictionem cum adminiſtratione, & ſi quilibet Dominus feudi cum vaſſallis,ex quo in vaſſallos iuriſdictionem habet, dignitatem conſequitur. communis.

Thema 5.

A Rege profluunt honores, dignitates Regales,Principatus, Ducatus,Marchionatus,Comitatus,Baronię,ipſeq; Rex Ciuitates erigit, mutat, diuidit, & dat,vt vult. communis.

Thema 6.

Rex noſter in iuriſdictione, Dominijs, & Baronijs dominium vtrumque habet, directum ſcilicet,& vtile,& dando feudum vaſſallo,Dominus vaſſalli dicitur quo ad iuriſdictionem.

Thema 7.

Rex in Regno ſuo iura Imperij habet,& fortius, quia Superiorem non recognoſcit,& plus Imperatoris,quia Regnum ad hæredem tranſmittit,Imperator non. communis.

Thema 8.

Infeudatio ſi fit à Rege,vel cum eius aſſenſu nobilitat, ſi autem ab alio ſubinfeudante mediocrem nobilitatem confert.

Thema 9.

Dominus, & vaſſallus ſunt correlatiua, & inter eos mutua eſt obligatio,& ad paria iudicari debent, exceptis caſibus de quibus infra.

Thema 10.

Regula pręd

icta,quod Dominus,& vaſſallus ad paria iudicantur, quindecim habet fallentias, quarum prima eſt, quod Dominus non iurat fidelitatem vaſſallis, communior,& verior.

Thema 11.

Dominus præcipit vaſſallis, in quibus habet iuriſdictionem,non autem vaſſalli Domino, in quem nullam habēt iuriſdictionem.

Thema 12.

Domino in vaſſallum delinquens,non cadit à feudi proprietate, ſi eſt Rex, aut non recognoſcens Superiorem, ſicut priuatur vaſſallus feudo in Dominum delinquēs,& eſt tertia fallentia, quod ad paria non iudicantur.

Thema 13.

Dominus eccleſiaſticus ſi delinquit in vaſſallum,Eccleſia proprietaria feudi non priuatur, ſicut vaſſallus priuaretur, ſi delinquerit in Dominum, & hæc eſt quarta fallentia,quod Dominus ad paria iudicantur.

Thema 14.

Dicta regula non procedit in pœna conuentionali,& pacto inter Dominū, & vaſſallum,& hæc eſt quinta fallentia.

Thema 15.

Quando in Domino concurrit diuerſa ratio,quam in vaſſallo,non iudicātur ad paria, & hæc eſt ſexta fallentia.

Thema 16.

Dominus repertus adulterantem vxorē vaſſalli,vel cum filia, nō poteſt ab eo occidi, ſicut vaſſallus concurbitans vxorem Domini.

Thema 17.

Delictum Domini in vaſſallū,non tranſfert feudi proprietatem in vaſſallum, ſicut è contra.

Thema 18.

Dominus litigans cum vaſſallo, non iurat de calūnia,ſicut vaſſallus,ſed contrarium reſoluitur, ſcilicet quod in cauſis feudalibus nō iurat de calūnia.

Thema 19.

Vaſſallus nō excipit de dolo, nec actionem famoſam cōtra Dominum ſuum proponit ſine venia.

Thema 20.

Vaſſallus nō alienat feudū ſine Domini conſenſu,ſed Dominus ſuum directū ſic; ſed quādo cum vaſſallis alienantur, ipſis inuitis nō fit,& ad demaniū admittuntur. communis,& deciſa.

Thema 21.

Dominus poteſt offerre pugnam vaſſallo, ſed non è contra.

Thema

Thema 22.

Rex vltra regalia, & alia ſuperius dicta, habet ordinariam iuriſdictionem in vaſſallos, ſed vaſſalli nullam iuriſdictionem habent in Dominum.

Thema 23.

Dominus vocabit inius vaſſallum ſuum ſine venia, ſed vaſſallus non ſine venia; ſed aliqui dicunt ambages, cum non ſit de iure expreſſum.

Thema 24.

Dominus feudi proprietatẽ ſine vaſſalli cõſenſu pignori dare poteſt vaſſallus non ſine Domini conſenſu.

Thema 25.

Vaſſallus ſuum vtile dominiũ in Eccleſia ſine Domini cõſenſu nõ transfert, ſed Dominus ſuum directum ſic, ſi eſt Rex, & capax feudi nõ recognoſcens Superiorem, & Eccleſia capax.

Thema 26.

Vaſſallus ſi feudũ ſuum pignorat Domino ſuo, non tenebitur Dominus fructus computare in ſortem, ſed ſecus eſt, ſi Dominus aliquod caſtrũ vaſſallo pignoraret.

Thema 27.

Dominus vaſſallos inuitos non alienat, & alienans, poſſunt ſe redimere, & redempti ſunt vtiles Domini, & ſine eorum conſenſu nec Rex eos alienare poteſt, & alienans ſoluto pretio efficiuntur de demanio.

Thema 28.

Vaſſalli venditi etiam vni ſoli competit actio redimendi ſoluto pretio. communis, & deciſa.

Thema 29.

Ciuitas, vel locus alienatus, & vaſſalli ſe redimerint, & de demanio effecti, & per Regium Priuilegium promiſſum in demanio conſeruari, Rex tale priuilegium reuocare non debet, & ſua promiſſa obſeruare ipſe, & ſui ſucceſſores tenentur.

Thema 30.

Vaſſalli, qui pretio ſoluto effecti ſunt de Regio Demanio, ſi ob neceſſitatem, vel alia de cauſa vendantur, pretium Vniuerſitati ipſorum debetur, & non Regi, qui etiam bona ab aliquo pro bono publico capta ad pretiũ tenetur.

Thema 31.

Vendito feudo, & loco cum vaſſallis, & Dominus directus ſi præferatur; tamen agnatus pfertur Dño directo, ſi eſt de deſcẽdentibus à cõceſſionario.

Thema 32.

Recognoſcẽtes Superiorẽ, etiam Comites, & Barones in feudis ſibi cõceſſis, à ſupremis Dñis, non habent regalia, & ius confiſcandi niſi cum verbis expreſſis, vel alijs ſint cõceſſa. cõmunis.

Thema 33.

Metalla reperta in fundo feudali, ex quo ſunt in fructu non ad Regem, ſed ad vaſſallum ſpectant, ſi ipſe inuenit, & fodit, aut decima, ſi alius ſalua altera decima, ibi regalia habenti.

Thema 34.

In proprio loco licet theſaurum quærere, & inuentus eſt totus Domini loci, & ſi in feudo, vel emphiteuſi vtili, & non directo Domino ſpectat, & in fundo dotali eſt mariti durãte matrimonio. communis.

Thema 35.

Regalium, eorumq; eſſentia, & definitio ſunt Iura Imperatori, ſiue Regi à Populo donata, in premium immenſi laboris, quem pro Imperio ſubſtinet.

Thema 36.

Regalia cõpetunt Imperatori, Regi, Principi, & eis, qui iura Imperij habent.

Thema 37.

Iura, & bona Principis, ſiue Regis, quatuor ſunt ſpeciei, & omnia reduceſitur ad duo, ſcilicet ad maiora, & minora.

Thema 38.

Iuriſdictio eſt prima ſpecies bonorum, & iurium Principis, quæ eſt poteſtas ciuilis, & criminalis, merum, & mixtum imperium comprehendens, & alia à Principe fluente, & refluente.

Thema 39.

Secunda ſpecies iurium, & bonorũ Principis, ſũt bona fiſcalia, ad Fiſcũ, Rempublicam, vel Regnum pertinentia.

Thema 40.

Tertia ſpecies bonorum Principum sūt bona patrimonialia ipſius Principis.

Thema 41.

Quarta ſpecies bonorum Principis, ſiue Regis ſunt bona ſingulorum Regni priuatorum, in quibus neque dominium, neque poteſtatem habeat, niſi quo ad vtilitatem, neque quo ad directum, ſed ſolum quo ad iuriſdictionem, & protectionem.

Thema 42.

Regalia maiora ſunt dignitates conferre, & alia ad ſupremum Principem ſpectantia. communis.

Thema 43.

Regalia, & minora ſunt ea, quę magis in reditu, de fructu Fiſco pluſquam competentia. communis, & quæ ſint.

Thema 44.

Regalia inter ſubditos longi temporis ſpatio præſcribuntur; ſed ſi in feudū fuerint data alicui longiſſimo tempore præſcribuntur, & non minus annorum triginta. communis.

Thema 45.

Armandiæ nomen eſt certorum virorū fortium, & non habemus Armandias eſſe gabellas, ſecundum conſuetudinem loci, alij eſſe littora, alij pro fabricis, & publicis armentarijs, alij littora publica. communis.

Thema 46.

Viæ publicæ ſunt de regalibus, & quę in ſolo publico, per quem iter tutum populo petere, & fieri per Dominos iuriſdictionis loci debet, alias ipſi tenentur.

Thema 47.

Flumina nauigabilia inter regalia computantur, quorum vſus prohiberi non debet. communis.

Thema 48.

Mare quo ad proprietatē eſt nullius; quo ad vſū omnibus cōmune, quo ad iuriſdictionē Principis imperātis, & ius nauigandi, piſcandi, & ſimilia, ſicut in flumine communia ſunt, etiam ſi à Principe concedantur.

Thema 49.

Portus, ideſt vectigal, quod pro tranſitu per pontem, vel in portu, ſoluitur de regalibus, eſt communis.

Thema 50.

Ripatica, gabellas, ſiue vectigalia eſſe pro tranſitu riparū ad vſus diſpenſationem, & ipſa vectigalia ſunt de regalibus, ripatumq; proprietas eſt iuris priuati, in hoc differt in littore, & quod ſit locus.

Thema 51.

Ripa quo ad proprietatem eſt iuris priuati, & in hoc differt à littore, quid ſit littus.

Thema 52.

Ius cudendi monetam, de maioribus regalibus eſt, & priuatus ſine ſupremi Domini permiſſu, cudens etiam iuſti ponderis Maieſtatis criminis tenetur, viuus commutitur, domus vbi ſcelus patratur, publicatur. communis.

Thema 53.

Cudendi monetam ius cōceſſione Principis, & tempore immemorabili acquiritur, & venit cum conceſſione regalium.

Thema 54.

Multa, ſiue pœna de regalibus eſt, quid ſint, & multa ſub pœna tanquam ſpecies continetur, & inter ſe in multis differunt.

Thema 55.

Multæ, & pœnæ legales in dubio Fiſco deferuntur, niſi de priuatis delictis ciuiliter agatur, cuiuſcumq; partis bonorum ſit. communis.

Thema 56.

Multa, & pœna præcepto Iudicis, vel ſtatuto minata, vel commiſſa, nō tamen declarata, anno præſcribitur, & extinguitur, & poſt lapſum annum nō exigitur, ſed quædam pœnæ annis 30. annis 20. & aliter non irrogatur.

Thema 57.

Bona vacantia, quæ de regalibus ſunt, & quęcumque alia Fiſco ſpectantia denuntiās in dimidio, deinde in quarta, &

Digitized by Google

12, & poſtremo in octaua parte præmiabatur, ſed in hoc Regno per decretum Regiæ Cameræ Sūmariæ eſt ordinatum: vt quarta pars detur reuelanti, deciſum.

Thema 58.

Bona, quæ ab indignis auferuntur, inter regalia computantur, & Fiſco applicantur, niſi ſpecialiter aliquibus ſint conceſſa, communis, & quæ ſint, & quomodo vocentur infra.

Thema 59.

Enumerantur duodecim caſus, in quibus Fiſcus ab indignis hæreditatem, vel bona aufert, & quinque in quibus non.

Thema 60.

Fiſcus in ſex caſibus ab indignis non capit.

Thema 61.

Bona contrahentium inceſtas nuptias, inter regalia numerātur, & Fiſco applicantur, ſi non ſuperſint perſonæ, quibus ex lege deferuntur. cōmunis.

Thema 62.

Inceſtū committere dicitur, qui in gradu prohibito vxorem ducit, & eſt duplex: aliud iure gentium, aliud iure ciuili. communis.

Thema 63.

Bona damnatorum, & præſcriptorū de regalibus ſunt, & confiſcantur, aſcēdentibus, & deſcendentibus ex latere vſq; ad tertium gradum deficientibus, & vxor relicta præfertur in dote, & donatione propter nuptias, ſed hodie pro crimine Maieſtatis læſæ confiſcātur bona. communis.

Thema 64.

Damnati dicuntur, qui vltimum ſupplicium patiuntur: præſcripti, qui ſunt deportati, quorum bona confiſcātur, deſcēdentibus, aſcendētibus & coniunctis tranſuerſalibus non relictis.

Thema 65.

Bona committentium, crimen Maieſtatis læſæ, & ius cōfiſcandi de regalibus eſt, & bonorum confiſcatio committitur contra Superiorem non recognoſcentes, & contra recognoſcentes. communis.

Thema 66.

Sententia confiſcationis bonorum contra, vel præter leges, ſucceſſoribus nō præiudicat, ſed ſi publicatio bonorum debetur, ex lege, Iudex poteſt conciliare, & ſi non expreſſiſſet, publicatio venit ex cauſa enormi delicti. cōis.

Thema 67.

Argenti, auri, & alterius metalli, etiā lapidis pretioſi fodinæ repertæ in loco Principis, de regalibus ipſius Principis ſunt, ſed repertæ in loco priuati, Fiſco non acquiritur, ſed priuatorum manēt, decima verò, aliauè portio regalia habenti Fiſco debetur, & loco regalium ſunt. communis.

Thema 68.

Metalla, & pretioſa ſaſſa in fundo alieno inuito Domino priuilegiati à Principe inueſtigare, & fodere poſſunt, & quibus Dominus fundi præueniēs in fodiendo præfertur, & annis triginta acquiritur, & præſcribitur. cōmunis.

Thema 69.

Theſauri, qui inter regalia computātur, in loco Cæſaris, aut Regis, vel religioſo fortuitu reperti dimidiam partem Fiſco, aliam dimidiam inuētori, ſed ſecus ſi data opera reperiatur, totus Fiſco cadit. communis.

Thema 70.

Palatia, ſiue domus habitationum Regum de regalibus ſunt, in quibus nemo habitat ſine iuſſu Principis. communis.

Thema 71.

Angariarum, & perangariarū ius eſt de regalibus, & ſeruiendo abſq; mercede, & de perſona ſuis expenſis ſeruire communis.

Thema 72.

Angariæ, & perāgariæ, & ſi à maioribus Principi reſeruata, ſunt etiā alijs Dominis ex conſuetudine, conceſſionibus, & conuentionibus præſtantur, & ſi ſunt incertè, arbitrio boni viri debentur. communis.

Thema 73.

Domini angariarum, & perangariarum, vltra debita non moleſtent,& nõ maletractent ſubditos, & nõ cogent extra territorium.

Thema 74.

Angariæ, & perangariæ nõ acquirũtur, nec probãtur niſi cum priuilegio;vel tempore immemorabili, communis.

Thema 75.

A ſeruitijs angariarum patrimoniorũ ratione rei poſſeſſæ, nulla dignitas,nec priuilegium excuſat. communis.

Thema 76.

Extraordinaria collatio quando ſuper indictum,quod pro Imperatoris, ſiue Superioris vtilitate,& neceſſitate indicitur,de regalibus eſt. communis.

Thema 77.

Superindictũ per collectas,per vectigal, aut per aliam impoſitionem, quod ex cauſa incidenti imponitur,extraordinarium munus eſt, niſi conſuetudine, aut præſcriptione debeatur.

Thema 78.

Supremus Princeps immunitatẽ collectarum, aliarumq; impoſitionum concedere poteſt.

Thema 79.

Immunitas collectarũ,& aliorum munerum à Principe cõceſſa,ſi ſibi ſpectat, debet reficere alijs, in quorũ damnũ vertit,ſi vero ſolutio eſt faciẽda alteri,quam ipſi Principi, diminutio,ſiue immunitas cedat in damnum aliorũ, qui non ſunt immunes. communis.

Thema 80.

Domini Superiorem recognoſcentes in eorum dominijs immunitatẽ munerum concedentis,valet in ipſorũ præiudicium nõ ſucceſſorum ; ſi conceſſio ſit perſonalis,& non ſint hæredes alias ſecus . communis.

Thema 81.

Poteſtas creandi Magiſtratus ad iuſtitiã faciendam de regalibus ſit. cõmunis.

Thema 82.

Valor monetę ſit auctus,vel diminutus, inſpicitur tempus ſolutionis,& commodum, & incommodũ eſt creditoris: ſed ſi debitor fuerit in mora ſoluendi, monetæ diminutiò cedit in damnum debitoris, & etiam quando eſt dictum, vt reſtituatur in eadẽ bonitate,& valore. cõmunis,& deciſũ.

Thema 83.

Viæ publicæ ad habentes regalia pertinent, qui de delictis in ipſis vijs cognoſcunt, vbi capud occiſi reperitur ad illius viæ,Dñm pertinet cognitio, & ad emendam damni tenẽtur. cõis.

Thema 84.

Vſus viæ publicæ prohiberi non poteſt, ſicut nauigatio maris,quæ iuris gentium eſt, & ita pluries deciſum.

Thema 85.

Fluminum vſus prohiberi non debet,& ſi à Sũmo Principe alicui conceduntur,& eius vſus publicus, quod eſt,& ius piſcandi, & nauigandi commune permanet. communis.

Thema 86.

Venatio, piſcatio,& nauigatiò in terra, fluminibus,& in mari à ſupremo Principe, ſiue Imperatore prohiberi non poteſt,niſi ex cauſa publicæ vtilitatis, & ad hæc communia remanẽt. communis, & deciſa.

Thema 87.

Ius venandi,piſcandi,& nauigandi,quia iuris gentium naturalis commune eſt ab omnibus præſcribi non poteſt,nec prohibitio ipſorũ iurium. communis.

Thema 88.

Cuiuſcumq; temporis immemoris, & longiſſimi præſcriptio cõtra prohibitionẽ legis,vel canonis,aut ſtatuti, nullum ius tribuit. communis.

Thema 89.

Ius venandi,piſcandi, nauigãdi in terra, in mari, & fluminibus publicis, aut prohibendi,eſt de iuriſdictione ſupremi Imperij,& ipſe ſupremus Princeps nec concedere poſſet.

Thema 90.

Nedum primi Domini,qui fuerunt in mala fide, talia iura,& alia præſcribere non poſſunt, ſed mala fides prædeceſſorum

Digitized by Google

ceſſorum nocet, & de ſucceſſoribus, qui nec præſcribunt. communis.

Thema 91.

In iuribus facultatis quaſi poſſeſſio non acquiritur, niſi quis ſolus poſſideat, & alios prohibuerit nè quid faciant, & ipſi acquieuerint, alias ſolitus piſcari in aliquo loco ſolus, etiā per longiſſimum tēpus poteſt alius piſcare. cōis.

Thema 92.

Subditi, qui per centum annos, & vna iuerunt in molēdino, & ad coquendū in furno, eorum Dominus in poſterum cogi non poſſunt, vt ibi molant, vel coquant. communis.

Thema 93.

Si Domini Superiorem recognoſcentes habent molendinum in flumine, aut loco, aut furnum, alius contra quem non eſt præſcriptum, præcedēte prohibitione, & tempore præſcriptibili, aliud molēdinum, vel furnum ibidem conſtruere, & quidquid fabricare in ſuo poteſt. communis, & deciſa.

Thema 94.

In loco ſuo molā quis ædificare poteſt, etiam ſi in eodem flumine alius mola habeat, & aqua decedat, & etiam in flumine publico, ſi aqua ſufficiat vtrique, ſin autem prior, qui etiam tempore ſiccitatis aquam recolligere poteſt. communis.

Thema 95.

Regale ſupremum dominium reſidet in Rege, & ſupremo Domino, & ſubditi nō ſunt in dominio Regis, ſed ſolum ratione iuriſdictionis, & protectionis, & ſuprema poteſtas, & alia regalia ſūt à ſupremo Dño ſeparabilia, & quę poſſunt, & quomodo alienare.

PARS DVODECIMA
De Honoribus, & Oneribus vtilis Domini pro feudis.

Thema 1.

Ruſticus ſi feudum nobile cum vaſſallis obtinet à Rege, vel ab alio cū Regio aſſenſu efficitur nobilis, dum tale feudum poſſidet.

Thema 2.

Vaſſallus feudatarius tenetur Regi ad ſex, quæ in ſuæ fidelitatis iuramento conſideretur, videlicet incolumè, tutum, honeſtum, vtile, facile, & poſſibile, quæ obſeruare debet.

Thema 3.

Vaſſallus vltra prædicta ſex, tenetur ad multa alia Dño ſuo, de quibus infra.

Thema 4.

Vaſſallus pro fidelitate licet ad plura ſupradicta teneantur, tamen ad tria reducuntur: ad reuerentiam, ad taciturnitatem, & ad vtilitatem Domini, & primo de reuerentia, quod vaſſallus ſine venia Dominum ſuum in ius nō vocat. communis.

Thema 5.

Auxilium Domino vaſſallus præſtare non tenetur in his, quæ iuri diuino, ſiue naturali contraria ſunt, nec aduerſus ſe ipſum. communis.

Thema 6.

Vaſſallus Dominum ſuum contra Papam, Imperatorem, Regem, antiquiorem Dominum, & ſe ipſum auxilium preſt re nō tenetur, & eſt forma iuramenti.

Thema 7.

Vaſſallus auxilium Domino contra ipſius vaſſalli patriam præſtate non tenetur. communis.

Thema 8.

Vaſſallus iurat, quod nunquam erit in cōſilio, auxilio, vel facto, vt Dominus amittat vitam, honorem, vel rem aliquam habet, & quid ſint, & importēt. communis.

Thema 9.

Seruitia ad quę vaſſallus tenetur Domino non debet offerre, ſed requiſitus præbere. communis.

Thema 10.

Dominus ſeruitia diſtinctè debita, moderatè exigere debet cōſiderata qualitate vaſſalli, feudi, & bonorum, & ſi Dominus ſuperflua, & indebita exigit vaſſallus poteſt adire ad Superiorem, etiam actione iniuriarum.

Index Thematum Dilucidationum.

Thema 11.

Vaſſallus præſtat ſeruitium ſuis ſumptibus, ſi in inueſtitura nihil de expẽſis dictum ſit, & feudum ſit pingue, ſin vero tenuè, & ſit pauper culpa ſua expenſis Domini, & feudũ non amittit, & ſecus in infirmo.

Thema 12.

Feudatarius, ſiue vaſſallus in bello iuſto, & intra Regnum, ſuis expenſis ſeruit, ſi reditus feudi ſunt ſufficientes pro Domino, & in bello, ſi vero non ſufficient, ad expenſas moderatas Domino ſeruiet.

Thema 13.

Vaſſallus Dominum extra territorium pro Regno, aut dominij ſui tuitione iniuriam ſuam, vel ſuorum vendicando, ſequi debet Domini expenſis etiam vltra mare, & ita ſeruatur in hoc Neapolitano Regno.

Thema 14.

Vaſſallus Domino in pace, & in bello opem ferre debet etiam in rixa, ſi præſens eſt, tamen ipſum, quam Superiorem ſeruire tenetur.

Thema 15.

Vaſſallus Dominum egenum alere non tenetur, quia cum deberẽtur ratione feudi, quod cũ reperitur ſub alijs oneribus, eſſet iniquum, & proinde non præſtat. communior.

Thema 16.

Vaſſallus Dominum ære alieno grauatũ reuelare non tenetur, nec carceratum pro debito ſoluere, liberare, & iura feudalia Dñi aſſignãtur creditoribus.

Thema 17.

Si in inueſtitura nullum exprimatur ſeruitium, tũc congruũ ſeruitiũ debetur ſecundum qualitatem rei, & perſonę.

Thema 18.

Rex dando alicui tot annuos introytus, & nihil dicit in feudum, adoha non debetur, etiam quod ſit intruſus, & aliæ clauſulæ extarent, ſed ſecus quando datur in feudum, deciſum.

Thema 19.

Feudum quando datur ſub adoha vnius paris chirothecarum ancipitris, vel enſis, aut alterius rei argenteæ, vel auri, aut tanti piperis, vel alterius rei, ita debet ſemper ſeruari, & non alterari, nec quidquid ex reditibus bonorum cedentium feudo poteſt quid remittere.

Thema 20.

Vaſſallus feudi reditus vntiarum viginti per annũ pro militari ſeruitio, tenitens militare cum tribus equis, & duobus famulis, tenetur ad adoham, quæ eſt medietas fructuũ anni vnius, & parum plus, ideſt pro ſingulis viti vntijs reditus, ſoluentur vntiæ decem cum dimidia.

Thema 21.

Adoha dicitur medietas fructuum vnius anni plus, & minus, ſecundum qualitatem feudorum, iuxta taxam feudorum, de qua infra.

Thema 22.

De conſuetudine, & ſtylo Regiæ Cameræ Sũmariæ taxandi, & ſoluendi adoham, & Ritus ipſius Cameræ.

Thema 23.

Quando feudum eſt dishabitatum, & remanſit vnus vaſſallus, cũ caſtellano, & caupone adoha non ſoluilur, vti de feudo habitato. deciſum.

Thema 24.

Subfeudatarij de ſubfeudis planis, & de tabula, & ſeruitium conceſſum Baroni datur; de feudis vero quaternatis, adoha, ſiue ſeruitium debetur Regi.

Thema 25.

Si Rex remiſerit ſeruitium Baroni, niſi ſit etiam remiſſum reſpectu ſubfeudatarij, vaſſallorum Baro exigere adohã debitam per vaſſallos.

Thema 26.

Remiſſa medietate adohæ, ſiue ſeruitij per Regẽ alicuius Terrę, ſiue feudi, & deinde deuoluti Curiæ, & reconceſſi reſeruato iure adohæ, Curiæ debitũ, & non vltra, & ſubfeudatarij tenẽtur ad ſeruitium debitum.

Thema 27.

Rex ob delictum, vel aliàs ſuccedens in Baro-

Digitized by Google

Baronia, vel quam reconceſſit, vèl alteri dedit, adoha de ſubfeudis etiam alijs conceſſis medio tempore debetur Baroni, maximè ſi reconceſſit cū feudis quaternatis.

Thema 28.

Facta reſtitutione bonorum feudalium, ſi ob aliquod impedimentum reſtitutio non habuit effectum, ſed pecuniā aſcendentem ad valorem feudorū, & fructuū, tenetur ad ſolutionē adohæ.

Thema 29.

Si Baro, de menſe Auguſti deceſſerit, & eius hæres ſoluerit releuium, ſi eodē anno imponitur generalis adoha, vna ſolutio debetur ad electionem Fiſci, deciſum.

Thema 30.

Adohæ onus nō imponitur in damnum vitæ militię ſecundogeniti, nec paragij mulierum, neque pro rata, ſed in damnum primogeniti integrè, deciſū.

Thema 31.

Feudatarius, & emptor nouus, ſi per vnum, vel duos mēſe ante impoſitionem adohæ poſſidens, adoham dare tenetur, etiam quod deſierit. deciſū.

Thema 32.

Sclauones, & Albanēſes, qui in vno loco ſemper non permanent, ſi habitare non reperiuntur, non ſoluunt, nec contribuunt in adoha, ſi tempore impoſitionis diſceſſerant. deciſum.

Thema 33.

Adohæ ſolutio ſpectat ad conductorem feudi ad longum tempus cū aſſenſu, & non ad Dominum proprietarium. deciſum.

Thema 34.

Feudatarius reſpectu ſeruitiorū militarium, ideſt adoharū, non exigit à vaſſallis, niſi medietatem dicti ſeruitij, & à ſingulis vaſſallis vltra carolenos quinque.

Thema 35.

Mulier tenēs feudum pro dotario tenetur ſoluere adoham, & vaſſalli ipſi tenentur ad ſubuentionem, & ad contributionem adohæ.

Thema 36.

Feudum ſi creuit ex induſtria feudatarij nō poteſt augere ſeruitiū, ſiue adoha, ſicut nec minus præſcribi poteſt.

Thema 37.

Fructus feudi, ſi propter guerram, vel peſtem diminuuntur, non tamen adoha, vel ſeruitium minoratur, niſi pro Regni neceſſitate.

Thema 38.

Feudatarius eſt vtilis Dominus feudi, & omnia pacta inueſtituræ ſunt ſeruanda, & per bellum nō amittitur dñium.

Thema 39.

Releuium eſt medietas fructuum vnius anni poſt mortem cuiuſlibet feudatarij ab hęrede, vel ſucceſſore feudi, ſiue annuorum introytuū datorum in feudum debetur de conſuetudine in ſignum deuotionis, & reuerentiæ, ac pro noua inueſtitura obtinenda infra annum, & diem, ſed non debetur de alijs perceptionibus non datis in feudum, deciſum.

Thema 40.

Releuium ſi anno quo moritur feudatarius fructus non fuerint, quia debetur de fructibus vnius anni, ſecundum meam opinionem debent coaceruari fructus trium annorum, & omnium tertię partis medietas capi, redacta in pecunia, & pro releuio ſolui. deciſum.

Thema 41.

Releuium ſoluitur, vt eſt moris quantitatem vntiarum decem non excedat; ſed ordinatum eſt, vt de omnibus feudis pro releuio ſoluatur medietas fructuum Domini, vt & in præcedenti Dilucidatione.

Thema 42.

Releuium ob vitam militiā non minuitur, & integrè ſoluitur per primogenitum ſecundogenitis. deciſum.

Thema 43.

Si eodem anno moritur pater, qui obtinuit, ſiue petijt inueſtituram, deinde filius, qui ſimiliter ſuam petijt inueſtituram, releuium duplicatum debetur, & quilibet ſiue pro medietate fructuum,

ctuum; ſed Ego crederem cum æquitate, & ſi pater non petijſſet, ſimplex releuium debetur.

Thema 44.

Releuium ſolui debet infra annum, & diē à die aditæ hæreditatis, alias antiquitus amittebatur feudum, hodie ſoluitur duplicatum, vel componitur cum Curia, & excuſatur, & ſoluitur ſimplex releuium, deciſum.

Thema 45.

Tempus anni, & diei ad petendam inueſtituram, & ſoluendi releuium non currit à die mortis feudatarij, ſed à die hæreditatis aditæ, & poſſeſſionis ſuæ, non autē ſi poſſeſſio eſſet penès alium, & ſucceſſor non fuerit in culpa feudum recuperandi, & vnicum releuium deberi, deciſum.

Thema 46.

Pupillo, minori, prodigo, datur reſtitutio ſi mortem prædeceſſoris non denuntiarunt, & inueſtitura ſoluto releuio non obtinuerunt, & ſoluunt ſimplum, & debent ſoluere eo tempore, modo, & forma, prout maiores ſoluūt deciſum.

Thema 47.

Conceſſo aliquo caſtro, ſiue feudo alicuius Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, vel Baroniæ cum Regio aſſenſu in ſubfeudum mortuo Principe, vel alius eius filius, & ſucceſſor tenetur ſoluere releuium etiā caſtris, & feudis ſubinfeudatis, deciſū.

Thema 48.

Feudo vendito cum pacto de retrouendendi, mortuo vēditore, ſi hæres, ſiue ſucceſſor reemit, non tenetur ad releuium, deciſum.

Thema 49.

De releuij eſſentia, quomodo, quādo, & quibus ſoluatur, & de quibus rebus, ex qua cauſa, & quod loco inueſtituræ ſit, quod alia nō indigetur poſt vltimi feudatarij mortem, niſi quod ſucceſſor ipſum ſoluat.

Thema 50.

Feudo conceſſo duobus inſolidum, quod vnus ſuccedat alteri, & ſic ſuperſtis morienti ſuccedendo, vel iure acceſcendi habens, releuium non ſoluit, deciſum.

Thema 51.

De feudo donato cum clauſula, ex nunc poſt mortem, & cum Vniuerſitate bonorum, debetur releuium, ſi verò cū clauſula, ex nunc pro tunc, vel vnum feudum tantum donatur, releuium non debetur, deciſum.

Thema 52.

De feudo donato cauſa mortis cum Regio aſſenſu releuium nō ſoluitur, deciſum.

Thema 53.

De feudo refutato, vel donato per patrē filio, ſiue per fratrem fratri, & deinde ob mortem refutatarij, ſiue donatarij, re vera ad patrem, ſiue fratrem, releuium debetur, deciſum.

Thema 54.

Si imponitur, & debeatur adoha, & releuium vnicum ipſorum pingulor ad electionem Fiſci fit ſolutio, deciſum.

Thema 55.

Caſtro, vel feudo per ſocrū genero pro dote filiæ dato dominio, & vſufructu vita durāte reſeruato, ſocro mortuo, & feudo peruento genero, releuium non deberi, nō fuit deciſum, & Fiſcus ſe concordauit pro medietate releuij, & adducuntur deciſiones aliæ non deberi.

Thema 56.

Feudo per vxorē cum Regio aſſenſu in dotem dato, mortuo viro, releuium debetur, ſed ſi aſſenſus non fuerit expeditus per mortem vxoris, vnicum deberi releuium, deciſum.

Thema 57.

Si per longam conſuetudinem releuium non ſoluendi, non ſoluitur, vel quando feudum datum ea lege, vt releuiū non ſoluatus, nec ſoluitur; vel quando feudū datur vt ſingulis annis, aliquid ſoluatur, releuium non ſoluitur.

Thema 58.

Poſt mortem feudatarij feudo peruento ad Re-

ad Regiam Curiam,& deinde conceſſo, ſiue vendito, conceſſionarius, ſiue emptor nō tenetur ad releuium.

Thema 59.

Primogenitus ſucceſſor in feudo, vitam militiam pro feudo alijs fratribus ſecundogenitis dare tenetur, deciſum.

Thema 60.

Vitam militiam non eſſe paragium,neq; portionē feudi, ſed onus feudi, quod de fructibus feudi per primogenitum ſecundogenito loco alimentorum.

Thema 61.

De feudo legato, de quo primogenitus ſoluit extimationem legatam, debet ſecundogenitis vitam militiam.

Thema 62.

Primogenitus habens iuriſdictionē criminalem in feudum, an teneatur dare vitam militiam ſecundogenitis.

Thema 63.

Iuriſdictionem ciuilem habens, tenetur ad vitam militiam fratribus ſecundogenitis, & non qui criminalem.

Thema 64.

De Caſali, ſiue Terra iure emphiteuſi conceſſa pro aliquo Canone, primogenitus ſuccedens ad vitam militiam ſecundogenitis non tenetur.

Thema 65.

Vita militia an detur in feudis ex pacto, prouidentia, vel hæreditarijs, aut Iuris Francorum.

Thema 66.

Vitam, & militiam in linea tranſuerſali, vtputa quando moritur frater,poſſeſſor feudorum, & alij fratres minores eam petunt, à fratre maiore ſuccedēte in feudis non deberi, deciſum.

Thema 67.

Vita militia an detur de feudo refutato à patre ad ipſum reuerſo.

Thema 68.

Per filium primogenitum,vel alias cui à patre eſt refutatum feudum,pluribus rationibus hinc inde adductis, & diſcuſſis,tandem contra primogenitum concluditur, ſcilicet vitam militiam alijs fratribus de feudo refutato deberi. Plures adducuntur deciſiones Sacri Neapolitani Conſilij, & ſupremorum aliorum externorum Tribunalium in fine.

Thema 69.

Vita militia de feudo donato nō debetur.

Thema 70.

De feudo per filium,vel alium ſucceſſorem poſt mortem prædeceſſoris retempto,an debeatur vita militia alijs fratribus, vel pars pretij.

Thema 71.

Primogenitus ſi de propria pecunia reemit feudum à patre cum pacto de retrouendendo alienatum, ſi ſecundogenitus voluerit vitam militiam, debet nè cōtribuere in feudo,vel extimabitur illud reemendi ius.

Thema 72.

Feudo conceſſo ad certam generationē, & eſſet in fine durante tempore conceſſionis,ad vitam militiam ſecundogenitis comprehenſis in prima inueſtitura tenetur,ſecus ſi fuerit renouata, & non comprehenderentur.

Thema 73.

Succedēs in feudo,ex quo pater,vel frater primogenitus, ingreſſus fuit monaſterium, & profeſſionem fecit, ſucceſſor vitam militiam alijs fratribus dare tenetur, etiam ſi ingreſſus eſſet Cardinalis, diſcuſſis hinc inde rationibus,reiectis etiam contrarijs firmatur,& etiam deciſum adducitur.

Thema 74.

De feudo foriudicari ad filium, patrem, fratrem,vel agnatum, ad Fiſcum peruento debetur vita militia alijs fratribus ſecundogenitis.

Thema 75.

Secundogenito mortuo, patre viuente, relicto filio, an filius primogenitus feudi ſucceſſor dabit vitā militiā nepoti ex fratre ſecūdogenito p̄mortuo.

Thema 76.

Secundogenito filio, ſiue fratre effecto rebelle, Fiſcus nec eius ſaltim vitam militiam à fratre primogenito,& habere debet, deciſum in fortiori caſu.

Thema

Thema 77.

Si Pater acquiſiuit feudũ pro ſe, & filijs hæredibus ex ſecundo matrimonio, primogenitus, & alij filij ex primo matrimonio habebunt partem pretij feudi, vel vitam militiam.

Thema 78.

Vita militia à fratre primogenito ſuccedente in alijs feudis, non debetur fratri ſecundogenito, cui pater feudum feudum aliquod reliquit, deciſum.

Thema 79.

De feudo patrui, vel auunculi, in quo ſucceſſit nepos primogenitus, tenetur ad vitam militiã alijs ſuis fratribus minoribus, deciſum.

Thema 80.

Compromiſſum de cauſis feudalibus, abſq; directi Domini aſſenſu fieri non poteſt, communis.

Thema 81.

Compromiſſum de vita militia etiam de ea taxanda plus, vel minus ſuper feudis, fieri non poteſt ſine Regio, ſiue directi Domini aſſenſu.

Thema 82.

Feuda ſine directi Domini aſſenſu, omni iure alienari prohibentur in totum, & in partem, adeo quod nec locari poſſunt, nec ad longum, nec ad modicum tempus, & ſi affictentur cum iuriſdictione Vniuerſitates præſcrũtur, deciſum.

Thema 83.

Feudum etiam francum ſine Regio aſſenſu alienari nõ poteſt, nec communicabile eſt cum alia Vniuerſitate de paſculis, nec de alijs, nec per tranſactionem transferri, nec permutari.

Thema 84.

De aliquibus caſibus, in quibus in alienatione, ſiue diſtractione feudi aſſenſus Regis, aut alterius directi Domini non requiritur, vt infra.

Thema 85.

Feuda ſine directi Domini aſſenſu in dotem non dantur, ſed multoties ſic, vt infra.

Thema 86.

Vſusfructus in feudis ſine directi Domini aſſenſu non fit, ſed vita feudatarij durante ſine aſſenſu concedi poteſt.

Thema 87.

Re feudali alienata vti burgenſatica, ſiue allodialia, deuoluitur ad Dominum, ſiue ad Baronem, in cuius dominio, ſiue territorio ſit.

Thema 88.

Legitima non debetur de Regno, Principatu, Ducatu, Marchionatu, Comitatu, & de alijs feudis, & quod feudũ imputetur in legitimam, quæ eſt tertia pars totius pretij feudi, deciſum.

Thema 89.

Vaſſallus prudens, & ſciens, negans rem eſſe feudalem, ipſam amittit, quomodo, & quando habetur infra.

Thema 90.

Feudatarius de iure communi feudorũ poſt mortem prædeceſſoris tenetur infra annum, & diem impetrare renouationem inueſtituræ, alias amittit feudum, & circa petitionem idem de Iure Regni, ſed non mittitur, ſi in tempore non petierit, & ad quid teneatur, & directus non poteſt de facto poſſeſſionem capere, ſed neceſſe eſt, quod interponatur ſententia.

Thema 91.

Vltra, quæ diximus ſupra hac eadem Parte Dilucidationibus 4. 5. & pluribus ſequentibus, feudatarius ipſe tenetur ſuo directo Domino dare adiutorium moderatum, quando maritat filiam, facit filium militem, quãdo aliud feudum emit, accedit ad bellum, vel ad Principem pro tuitione, vel pro pace ſubditorum.

Thema 92.

De Domino feudi, & bonorum feudalium, quod non ſoluat collectas, vel alias impoſitiones, nec in extimo, ſiue catasto Vniuerſitatis feudalia bona ponantur, quia duplici onere grauari non debent.

Thema 93.

Vaſſallus de feudo, ſubfeudo, & eorum

bonis

Digitized by Google

bonis in totum,& in partem ſine Regio aſſenſu non diſponit,& omnis diſpoſitio aliter facta, eſt nulla,& bona non transferuntur.

Thema 94.

Feudum,& ſi diuidi, prohibitum eſt, tamen diuiditur expreſsè, & tacitè, & quomodo,& quādo, & quod in vtroque Regno Siciliç Francorum Iure viuitur, & ad primogenitum feuda ſpectaret, & de feudo ſeparato cum Regio aſſenſu ab alio feudo, quod ſit feudum de per ſe, & feudum quaternatum, non inconuenit eſſe in Terra Baronis.

Thema 95.

Contractus omnes diſpoſitionis feudorum, ſubfeudorum,& rerum particularium ipſorum prohibentur, & ſunt nulli, & de Iure Regni nec in ſubfeudum dari poſſunt,& de Iure communi feudorum ſubinfeudatio cum tribus requiſitis fieri dicitur, & ſi ſit in ſubfeudatarium, vel alium, cui dantur, tranſeunt cum conditionibus, qualitatibus, & natura, vt apud dantem erat, & conceſſa fuerant, & non aliter. communis.

Thema 96.

Subfeudatarius tenens feudum ab aliquo feudatario, ipſi Domino immediato ſeruire debet, & non Domino mediato, & ab illo inueſtituram habere,& primus Dominus vaſſallum ſui vaſſalli ad ſeruiendum nōn cogit, ſed requiſitus vaſſallus ad ſeruiēdum ſuo Domino in caſu neceſſitatis.

Thema 97.

Subuaſſallus à feudatario inueſtitus Domini immediati vaſſallus eſt, qui immediatus non deſinit, quod ipſe primi Domini vaſſallus ſit, & ſubuaſſallus ordine Domini immediati requiſiti à mediato Domino, ipſum mediatum ſeruire debet.

Thema 98.

Vaſſallus ſi contra omnem hominem fidelitatem Domino ſuo iurat, e que auxilium præſtare teneatur, tamen excipiuntur Papa, Imperator,& Rex, ſiue Princeps ſuperior contra quos ſuum Dominum iuuare non tenetur.

Thema 99.

Vaſſallus contra Magiſtratum dominio ſuo auxilium præbere non debet, maximè quod à Deo ponuntur, & miniſtri Dei ſunt.

Thema 100.

Vaſſallus Dominum ſuum cui ſubeſt cōtra propriam Patriam iurare, nec ſeruire debet.

Thema 101.

Vaſſallus contra ſe ipſum, & contra ſuam vxorem Dominum ſuum iuuare non tenetur, etiam ſi de hoc iurauerit.

Thema 102.

A vaſſalli promiſſione auxiliandi Dominum, excipiendi ſūt patrem, matrem, fratres,& filios, cum hoc etiam natura ſuadeat, & cōtrarium inhumanum eſſet.

Thema 103.

Vaſſallus cōtra antiquiorem Dominum iurare, nec auxiliare Dominum poſteriorem non poſſit.

Thema 104.

Vaſſallagium, & ſeruilis ſubiectio, & è contra inter vaſſallum,& Dominum, inueſtitura feudi, & iuramento contrahitur, & de homagij, & ligij iuramento,& de ſuis effectibus.

Thema 105.

Vaſſallus duorum Dominorum, reſpectu diuerſorum Principatuum, Comitatuum, & Dominiorū, ipſis inter eos guerram agentibus, ſi vnus contra alium adiuuare, & auxiliare quem poteſt.

Thema 106.

Comes, vel alius cōfederatus cum duobus Regibus, qui treguam inter eos fecerunt, tregua rupta confederatus, cui ipſorum adhærere, & ei auxilium contra alium præſtare debet.

Thema 107.

De ſex iuramenti ſpeciebus à vaſſallis feuda habentibus, & bona allodialia, & de

& de prima ſpecie, quæ familiaritatis iuramentum à quibus præſtatur.

Thema 108.

Iuramentum, quod habitantes præſtant Domino Ciuitatum, & locorũ, eſt ſecunda ſpecies,& aliud prçſtarur à poſſeſſoribus bonorum in locis,vbi bona ſunt ſita, eſt tertia ſpecies, & ratione iuriſdictionis in toto ſuo territorio,ab omnibus Dominus reuereri,& honorari debet,& de quarta ſpecie iuramẽti formula.

Thema 109.

De quinta iuramẽti ſpecie, & quæ fidelitatis iuramentũ vocatur, quod à vaſſallis Domino,à quo feudum habent, præſtatur, in quo promittantur illa ſex. vulgata, & ad alia, de quibus diximus in Dilucidat. 2. 3. & 4. huius 12. partis.

Thema 110.

De ſexta ſpecie,quæ iuramenti aſſecurationis eſt, & quo ad effectũ idem eſſe, cum iuramanto fidelitatis, quod præſtant Domino, etiã familiares, domeſtici, habitantes,& bona burgenſatica in Domini territorio habẽt, etiam quod feudum ab eo non teneant.

Thema 111.

De feudo conditionato, quod duobus modis fit. Primo, per conceſſionem,& inueſtiturã,vt ſoluantur tot annui ducati,vel res aliqua certa prçſtetur. Secundo, quod talem certam præſtationem per tempus immemorabile dederit ei Domino,à quo feudum tenet, & vltra pecuniam, vel rem conuentam, ad aliud non tenetur, etiam ſi ſit vaſſallus plurium,nec in tempore neceſſitatis aliud dare tenetur.

F I N I S.

THEA-

Digitized by Google

THEATRI FEVDALIS PARS DECIMA

EX QVIBVS CAVSIS FEVDA AMICTVNTVR.

DILVCIDATIO PRIMA.

THEMA:

Dominus directus, & vtilis ad paria iudicantur pro feudis, & eiſdem culpis vterquè priuatur.

1 *Dominus, & Vaxallus ſunt carrelatiui, & ſtatutum in vno in alium videtur.*

2 *Dominus priuatur directo ſuo ex cauſis, quibus Vaxallus vtili ſuo.*

3 *Dominus eandem fidelitatem tenetur ſeruare Vaxallo, quam & Vaxallus in Dominum directum, alias vterquè dicitur maleſidus.*

1 DOminus,† & Vaxallus ſunt correlatiui, & ſtatutum in vno correlatiuorum extenditur ad aliud, l.fin. C. de indict.vertuit tellen. & per hanc regulam correlatiuorum, quod ſtatutum in Vaxallo, idem in
2 Domino dicendum,& eiſdem cauſis Dominus proprietate, & ſuo directo priuatur, quibus & Vaxallus feudum, & ipſius vt dominio, tex. eſt in cap.vnic.qualit.Dominus propriet priuet.& gloſ. in cap.de forma
3 22. quæſt. 5. in verſ. vicem inquit † eadem fidelitate tenetur Dominus ſubdito, qua ſubditus tenetur Domino,& ſi Dominus nõ fuerit fidelis ſubdito priuatur dominio ſuo Dominus enim in omnibus vicem fideli ſuo redcre debet, quod ſi non fecerit, merito cenſebitur maleſidus, cap.vn.§.fin.de form. 22.quæſt.5. vbi dictum cap. vnicum de forma fidelit. de verbo ad verbum refertur, firmat Hypol. de Marſil. in l. ſi quis viduã col.5. verſ. dixit de quæſtion Iaſ.conſ.136. col.7. verſ. non obſtat, Dec. conſ.185. col. fin. & alij, quos refert Ant.Gabr.lib.6.concluſ.3. num. 34. & proindè eiſdem modis, quibuſ Vaxallus feudo priuatur eiſdem, & Dominus ſuum directum amittit,vt prædiximus, & latè infra in hac parte 12. Dilu-

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio IIII.

THEMA.

Dominus directus, ſi infra annum, & die Vaxallo petenti inueſtituram non fecerit proprietatem feudi amictit.

Quia breuis non opus alio Summario.

DIximus Dominum, & vaxallum pro feudo ad paria iudicantur, & proindè ſicut Vaxallus, qui inueſtituram infra Annum, & diem non petijt feudum amictit, vt ſuo loco dicimus, ita Dominus proprietatem feudi amictat, ſi Vaxallum inueſtituram petentem infra Annum, & diem non inueſtierit, gloſ. in cap.fin.per quos fiat inueſtit. & ibi Bal. Iacob. de Bellouiſ. Aluarot, & alij in cap.vn. §.Portò col.1. quæ ſit prima cauſ.benefic.amiſ. Præpoſitus in cap. vnic. quo temp. Miles inueſtit. pet. debet Iacobin. de feud. in verbis, qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum fidelitatis col.10. in fine, Syluan. de feud. recognit. quæſt.30. Vvrm ſc. in pract.obſeruat. tit. de feud. obſeruat.30. Hart.Hartman.in pract.obſeruat. tit. de feud. obſeruat.9. circa medium Roland. à Vall.conſ.13.num.22.lib.1.Petr.Iacob. in pract. de cauſ. ex quib. Dom. debet amictere feudi proprietatem.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio V.

THEMA.

Dominus non faciens iuſtitiam Vaxallis, & malè ab vti tractat proprietate feudi priuatur, & à ſuperiore, etiam Vaxallis non côquerentibus poteſt eos à tali Domino eximere, communis.

SVMMARIVM.

1 *Dominus iuſtitiam non faciens Vaxalli proprietate feudi priuatur.*
2 *Dominus proprietate feudi priuatur, ſi feudo malè ab vtitur, & ſubditos malè tractari.*
3 *Superior poteſt ſubditos à Tiranno malè tractara eximere.*
4 *Dominus ſubditos in ſtatu, quo inuenit ſubditos permanere, & conſeruare debet.*
6 *Dominus munitiſſimas Ciuitates habet, quê ſubditi fide, & amore proſequuntur.*
7 *Dominus durum, & terribile videtur, quod ad paria cum Vaxalli iudicentur.*

1 DOminus † proprietate feudi priuari, ſi Iuſtitiam Vaxallo non faciat, cap.vn. in fine de milite Vaxallo, qui contumax eſt gloſ. in cap.vnic. §. item, qui Dominum in verſ. Iuſtitiam, quę fuit prima cauſ. beneſ. amict. & illam gloſ. communiter Doctores ſequuntur, vt per Iacobin. de feud. in verſ. dictiquè Vaxalli num. 24. Syluan. de feud. recognit.quæſt.30.numer.4. Iul.Clar. in §. feudum quæſt.68. Borcolt. de feud.capit.8. num.138.

Item Dominus proprietate feudi priuatur, ſi feudo ab vtatur, & ſubditos ſuos malè tractat Alberic.de Roſat. in l.benè à Zenone, C. de quatrienn.præſcript.Grammat. conſ.162.num.15. & ſeq. Bart. Soec.conſil. 272.num.9.lib.2. immò etſi ſubditi de Do-
3 mino eorum non queruntur, † tamen ſuperior poteſt eos eximere à iuriſdictione Domini Tirannidem in illos exercentem, Io: Fab. in §.fin.inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur. Guid.Pap. in deciſ.62. debet enim
4 † Dominus ſubditos ſuos tractare, tanquã Filios, & Nepotes, l. ſi quis filium, vbi Iaſ. circa princ. C. de inoffic. teſtam.Bal.conſil. 460.lib.1. eoſquè fauoribus proſequi, l.1.C. de veteran.lib.12. Ant. conſ.110. & eum ſit cõmunis omnium Pater, Roland.à Vall.
5 conſ.1.num.103. & † in eo ſtatu, quo ipſe reperit eos conſeruare Ioannes de Platea in l.neminem in fine, C. de decurion.lib. 10.
6 ita fiat rurſus à ſubditis, diligatur † Munitiſſimas Ciuitates obtinet Princeps, quem ſubdit fide, & Amore proſequuntur, Grauett.conſ.241. num.15. ſicut igitur Vaxallus, qui feudo ab vtitur, feudum amictit, ita & Dominus, vt diximus, quod durum, & terribile eſſe Dominis, & tantum ius continere dicit Bald. in cap. 1. de form. fidelitatis, & in d.verſ.Dominus vero, & Capye. deciſ.69.num.28. & in d.cap.Aluarot.nu.5. Laudenſ. num.20. Præpoſit. num. 3. Iſern. num.5. Afflict. num.13. Schench. Balzeran. num.4. Vvlteius cap.11.numer.52. ex alijs Roſental. capit. 10. concluſ. 1. litera A. verſ. & viceuerſa, &c. tamen ita lex ſcripta

eſt, l. proſpexit, quæ & à quibus manumiſ. liber. non fiat, Borcolt. d.cap 8. num.139. ad multa alia tenetur Dominus Vaxallo, de quibus latè diximus infra in hac par. 12. Dilucidat. 4. & pluibus ſeqq. & demum, ex quibus cauſis Vaxallus feudo priuatur, ex eiſdem Dominus proprietatem ſuam amičtere debet, & in prima huius partis Dilucidatione diximus aliquibus exceptis, vt in d.part.12. Dilucidat.5. & ſeq.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio VI.

THEMA.

Feudo, quis non priuatur, niſi legitimè de culpa conſtet, nec à Papa, vel Imperatore, qui contra præmiſſa, & verba contrauenire non poſſunt, communis.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſione, quam quis habet, nemo de facto priuandus, & non ex culpa, niſi legitimè conſtiterit.*
2 *Papa, Imperator, nec alius Dominus ſine cauſa, & conuictum ex culpa Vaxallum diſueſtire poteſt.*
3 *Vaxallus, vt feudo priuetur, requiruntur legitime probationes, & ſententia.*
4 *Princeps comprehenſis in inueſtitura præiudicare non poteſt, niſi vrgente, & ſuadente neceſſitate.*
5 *Inueſtitura eſt contractus, ex quo mutua obligatio inter dantem, & recipientem naſcitur.*
6 *Princeps contra ſui Priuilegij, & conceſſionis verba venire, & reuocare non poteſt.*
7 *Principis verbum firmiſſimum eſſe debet.*
8 *Principis lingua extat gratia in ſcriptura teſtimonium.*
9 *Feudum, nec pro neceſſitate ſine culpa à quouis Principe adimi poteſt.*
10 *Dominus ob meliorem oblationem puta ſeruitiorum Vaxallum inueſtitum priuare non poteſt.*
Inueſtitura eſt contractus nominatus, ibidem.

1 NEmo † de facto ſua poſſeſſione priuandus eſt ex aliqua culpa, vel cauſa, niſi de ea legitimè conſtiterit cap. 1. de feud. ſine culp. non amictendo, vbi communiter DD. & in cap. 1 de natur. feud. ibiquè gloſ. & omnes ſcrib. latiſſimè Capyc. in ſua inueſtit. in verſ. feuda amictuntur, & ex innumeris alijs authoritatibus Roſental. in ſua Synopſi feud. cap. 10. concl. 11. in gloſ. litera A. vt omictam alios Doctores, qui hanc priuationis materiam latè pertractat, inde Bal. eleganter dicebat in capit. 1. in princ. de natur. ſucceſſ. feud. per illum tex.
2 quod nec † Papa, nec Imperator poſſunt diſueſtire Vaxallum, ſemel inueſtitum, niſi cauſa cognita, & culpa conuictum, ac per ſententiam iudicatum, & licet Deus ſubiecerit Papæ, & Imperatori leges, & tributa non tamen eis ſubiecit conuentiones contractus, & Conſuetudines feudales, quibus obligātur, idem voluit etiam Bal. in Auth. omnes Peregrini num. 7. C. commun. de ſucceſſ. Curt. in tract. feud. 2. part. verſ. duo
3 decimo quæro, & quod † requirantur legitimè probationes, & ſententia, ex qua quis ob culpā, vel alias priuatur ex alijs in meo
4 conſ. 5. nu. 127. & ſeq. ſiquidem † nec Princeps in inueſtitura comprehēſis quicquam præiudicare poteſt, niſi vrgente, & ſuadente neceſſitate, Molin. de iur. primog. lib. 1. cap. 8. num. 30. & ſeq. Menocch. conſ. 439. num. 21. Nam feudum conſtituitur per in-
5 ueſtituram † inueſtitura autem eſt contractus, ſiuè negotium, ex quo mutua oritur inter dantē, & accipientem obligatio, vnde nec Principi quidem recedere, licet per tradita à Doctoribus in l. digna vox, C. de leg. Mozz. de natur. feud. num. 55. Soar. liter. F. num. 66. Franc. Viu. lit. F. verſ. feudo priuari, Det. conſ. 23. num. 1. lib. 1. Menocch. conſil.
6 426. lib. 5. Vulteius d. cap. 11. nu. 9. Et † contra ſui Priuilegij, & conceſſionis verba Principi venire, & reuocare nō decet, dixit Io: And. in cap. quam dilectio de conſang. & affinit. in Nouell. quem ſequitur Bald. in cap. 1. ſ. notandum, num. 2. de his, qui feud. dar. poſſ. Campeg. conſ. 2. num. 26. Io: Iacob. Leon. in conſ. 114. num. 125. regula decet de regul. iur. in 6. & reiectis contrarijs ex alijs multis de communi firmat, Molin. de primogen. lib. 4. cap. 3. num. 13. & plurib. ſeqq.
7 fol. 141. & ſeq. Nec † contra ſuum verbū, quod firmiſſimum eſſe debet. Iaſ. conſil. 1. num. 1. lib. 2. Caſſan. conſ. 64. num. 24. vnde
8 Bald. in cap. Sanctæ Crucis dicit, quod † in lingua Principis extat gratia in ſcriptura teſtimonium, & in executione commoditas, &

tas,& alia ad hoc dixi in meo conſ.86.n 85.
9 & pluribus ſeqq. Nec † pro neceſſitate ſeu-
dum à quouis Principe conceſſum ſine cul-
pa adimi poteſt, tradit Scrader. de feud.
part.5.cap.6.num.35.idem de emphytheuſi
Io: And. ad Specul. tit. de locat. §. nunc
aliqua num.4. in verſ. numeratæ, Iaſ. in l.
2. C. de iur. emphyt. addit Scrader. d. loco
10 num. 34. Dominum Vaxallo ſeudum au-
ferre non poſſe, etiam ſi alius meliorem
conditionem afferat plura ſeruitia promi-
ctẽdo, &c. quod omni dubio caret, eſt enim
contractus nominatus vltra prædicta, latè
Roſental.cap.1.concluſ.4. & cap.11.concl.
11.lit.F. & nec in totum, nec in partem ius
quæſitum Vaxallo auferre Dominus po-
teſt, argumen. l.quæ de tota, vbi Doctores
ff. de reiuend. l. ſi filiusſamilias in fine, ff de
teſtam.milit.in l. quod bonis, §. fin. ff.ad l.
Falcid. l. optio, qui & à quibus, & ex alijs
in terminis Roſental.d.cap.10.concluſ.11.
num.7. & in gloſ. lit.G.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio VII.

THEMA.

Feudum amictẽdi modus eſt vnius
vs. ſi quid faciat Vaxallus non
faciendum, quod vtramquè à fi-
de dependet, communis, & cul-
pa varijs nominibus vocatur.

SVMMARIUM.

1 *VAxallus inveſtitus de feudo non agat facienda modus eſt feudum amictẽdi.*
2 *Feudum amictendi modus culpa, vel fellonia noxa, aut offenſa vocatur, qua Vaxallus feudo priuatur.*
3 *Culpa, ſiuè delictum eſt omiſſionis, vel cõmiſſionis grauius eſt.*
4 *Culpa commiſſionis in Dominum eſt directè, vel indirectè offendere, & offendens feudo priuatur.*

QVotieſcumquè Vaxallus, vel ex Con-
ſuetudine generali, ſecundum cap.1.
de form.fidel. capit. 1. de noua form. fidel.
aut Curiæ illius, à qua feudum habet, vt in
cap.1. §.quomodo, enim Vaxallus in quib.
1 cauſ.feud.amict. vel ex † Conſuetudine ſpe-
ciali in Conſtit. feudi per inueſtituram in-
terpoſitam debitum non aget, vel facienda
non faciat, vt habetur in cap.1. §. ſed non
eſt alia, quæ fuit prima cauſ.benefic. amict.
vbi communiter Doctores,& cap.1.§.ſimi-
liter quib. mod. feud. amict. & dum in his
2 ſemper arguatur Vaxalli culpa † modus
amictendi feudum culpa dicatur, vt in dict.
cap. 1. de feud. ſine culpa non amict. quæ
aliter fellonia vocatur in cap.1. ſi Domino,
ſi de feud.defuncti contentio ſit in cap.qua-
liter Dominus feud.priuat.in cap 1.de Va-
xallo,qui contra Conſtit.Lotar. & vocabu-
lum barbarum eſſe Vigel. in Lexicon in
verſ. Fellonia, aliter culpam ingratitudi-
nem, delictum, mortis feudorum,& paſſim
interpetres indifferenter vocant, nonnulli
etiam noxam offenſionem nuncupant, &
ex quibus Vaxallus feudo priuatur, vt in
cap.1.quib.mod.feud.amict.& ex quib.cauſ.
feud.amict.cap.1.an illæ, qui interfec.fratr.
Dom.ſui, Roſental. de feud. cap.10. concl.
3 1.& in gloſ.litera A. Ergo † culpa, ſiue de-
lictum aliud eſt Amiſſionis, aliud commiſ-
ſionis, per gloſ. in l. ſi mora, ff. ſolut. ma-
trim. Vvſembech.cap.15. de quibus, quod
commiſſionis eſt, grauius eſt, gloſ. in dict.l.
mater, Vvſembech.d.num.4. Gaill.centur.
4 2.de pac.publ.concl 6.num.2. Culpa † enim
commiſſionis in Dominum eſt ipſum dire-
ctè, vel indirectè per conſequentiam offen-
dere, & lædere, vt in l.1.§.3.ff.de iniur.Me-
noch.conſ.534.num.10.lib.5.& eſt de natu-
ra feudi Vaxallum Dominum offendentem
feudo priuari, Pariſ.conſ.21.num.54. lib.1
Dec.conſ.18.num.321. verſ.lib.1. Afflict.dec
282.num.4.de quibus diſtinctius infra.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio VIII.

Et feudi amiſſionis, Cauſa Prima.

THEMA.

Vaxallus contra contenta in inue-
ſtitura feudi,& ſic contra ius iu-
randum, & fidelitatem, quid fa-
ciens, & ſeruitium promiſſum,
vel ſolitum non exibet, feudum
amictit, communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius contra fidelitatis iuramentum, & contenta in inueſtitura feudum amittit.*

2 *Vaxallus iurans fidelitatem Domino in contractu inueſtituræ feudi, contractui iurato contrauenien s eius commodo priuatur.*

3 *Feudum amittitur ob ſeruitium non præſtitum, etiam ſi non fuerit dictum in conceſſione, quod propterea amittatur.*

4 *Feudum amittit tributum, non ſoluens, quia infidelis.*

5 *Fidem conuentionis non ſeruans, priuandus eſt eius emolumento.*

1 FEudatarius, † ſi contra fidelitatis iuramentum, & contenta in inueſtitura aliquid fecerit, feudo priuatur, tex. eſt in cap. de militum beneficio in tit. de feud. & benefic. Conſtit. cap extra ordinem in cap. ſancimus, & ibi Doctores de feud. ſine culpa non amitt. gloſ. communiter approbata, (vt inquit clarus in §. feudum quæſt. 53.) in cap. 1. §. ſimiliter in verſ. ſciens, vbi Iſern. num. 23. Bal. num. 3. Laudens. num. 9. Beluiſ. verſ. nota hic quidem, &c. Aluarot. num. 3. Præpoſit. num. 1. in fin. verſ. non obſtat regula poſita, &c. Afflict. num. 7. in fine, & in §. fin. num. 15. Cauſa, &c. Schench. nu. 3. quib. mod. feud. amitt. facit tex. in cap. 1. in fine, ibi (ſi beneficio vult dignus haberi,) & ibi (perfidus, & periurus) Bald. in princip. Aluarot. num. 4. Præpoſit. nu. 2. & Schench. de form. fidelitatis, Petr. Rauenn. in cap. 1. §. illud enim in fine, quæ fuit prima cauſ. benefic amitt. Iacobin. de S. Georg. in verſic. dictique Vaxalli promiſerunt non committere felloniam in 41. Cauſa num. 26. Curt. iun. part. 4. num. 32. Capyc. in inueſtit feud. cap. feuda amittuntur col. 28. §. trigeſimo ſecundo, ſi Vaxallus, &c. fol. 56. Mozz. tit. fin. num. 118. in fin. Scheneid. part. 8. cap. 1. num. 128. Cauſ. 22. Scrader. de feud. part. 9. num. 12. Cauſ. 23. Intrigliol. in ſua cent. feu. quæſt. 98. Cauſ. 43. Petr. Iacob. in tract. aur. libell. rub. 59. num. 18. & 46. Io: Petr. Ferrar. in form. libell. quo agitur ad reuocan. feud. §. nec ſuperſtitibus, num. 24. Cauſ. 8. Grauet. conſ. 182. num. 16. lib. 1. & in tractatu de antiquit. tempor. part. 4. §. tranſeo, nunc ad quartam, &c. num. 155. dicit communiter approbatam, Alex. conſ. 13. cōſideratis his, &c. num. 19. lib. 6. Bart. Socc. conſ. 87. viſis inueſtitura, &c. num. 16. lib. 3. Vvſembech. conſ. 17. num. 12. part. 2. Ficard. ab omnibus feudiſtis, ſic tradi dicit in conſ. 18. num. 3. & 4. tom. 1 Addens hoc multo magis procedere re iteratis delictis, arg. l. ſi quis maior, C. de tranſactio, & in l. penul. C. de dignit. quod ampliat Ardizzon. in tit. qualiter Vaxallus iu. are debet fidelit. rub. 142. §. fidelitatem non iurant, &c. fol. 208. fol. 2. Zaſ. part. 12. num. 34. Scheneid. part. 8. cap. 1. nu. 128. Scrader. vbi ſup. num. 13. Roſental. d. cap. 10. concluſ. 15. num. 1. in gloſ. litera A.

2 Nam dum Vaxallus † iurat fidelitatem Domino in contractu inueſtituræ feudi cōtractui iurato contrauenien s, eius commodo priuatur, l ſi quis maior, & ibi omnes, C. de tranſact. etiam ſi pro parte alterius contraueniat, & non eſt alia iuſtior cauſa beneficij amittendi, quam ſi Vaxallus ſeruitiū, ob quod feudum datum eſt, præſtare recuſat, aut non exibet, cap 1. §. & non eſt alia, quæ fuit prima cauſ. benefic. amitt. vbi oēs, & etiam Balzeran. num. 11. & in cap. 1. §. ad hoc, hic finit. lex, &c. & ibi omnes, item tex. in cap. 1. ſancimus de feud. ſine culp. non amitt. in cap. Imperialem, §. firmiter, & ibidem intepretes omnes de prohib. feud. alien per Federic. Afflict. in cap. 1. §. fin. nu. 18. Cauſ. 20. Capyc. d. loc. col. 29. §. 35. fol. 58. Ardizz. in ſumma rubr. 55. & 95. titul. ex quib. cauſ. feud. amitt. rub. 68. Blanc. in ſum. feud. lib. 2. cap. 1. num. 28. latè Curt. iun. par. 4. num. 61. Cauſ. 28. Zaſ. in epit. part. 7. num. 27. & part. 10. num. 18. Sonſbech. part. 12. num. 3. verſ. quarta concluſio, &c. Hannet. de iure feud. lib. 3. cap. 9. Vvſembech. c. 18. num. 7. Duaren. cap. 14. num. 12. Borcolt. cap. 8. num. 111. Cauſ. 10. eleganter, & prolixè Mozz. tit. fin. de feud. ex quib. cauſ. feud. amitt. num. 111. Cauſa 9. priuationis feudi in omittendo Scheneid. part. 8. cap. 1. nn. 16. (vbi etiam ius ſaxonicum eiuſdem teneris, extat Lantuch. art. 14. in gloſ. nu. 3 in fine, & part. 5. num. 90. Intrigliol. in ſua centur. feud. quæſt. 89. Cauſ. 23. num. 118. & ſeq. vbi etiā limitationes iſtius regulæ recenſentur, Petr. Iacob. in pract. aur. libell. rub. 59. Cauſ. 6. ex quib. cauſ. feud. amitt. num. 22. Ferrar. in forma libelli, quo agitur ad reuoc. feud. §. nec ſuperſtitibus num. 24. Cauſ. 9. Io: Iacob. Leonard. conſ. 117. inter conſ. Bruni nu. 23. & ſeq. Nattijs in Annalijs cap. 1. §. omittendo culpam, & ibi ad notata nu. 2. Scrader. d part. 9. part. 1. num. 4. Cauſ. 3. part. 10. ſect. 6. num. 165. & ſect. 9. num. 39. Vulteius cap. 11. nu. 22. lib. 1. Hartman. in præſumpt. obſeruat. tit. 50. de feud. obſeru. 30.

3 † quāuis expreſsè non fuerit dictum in inueſtitura, quod amittere debeat, ſi ſeruitium nō præſtiterit, vtl notat gloſ. in d. §. ſed non eſt alia in verſ. recuſauerit, & poſt eum Aluar.

num. 3

num. 3. verſ. quæro cum gloſ. Rauenn. &
Balzeran.num.11.eod.loc.& Capyc.d.§.34.
fol.59. & omnes concludunt, quod ſi Va-
xallus ſeruitium, ad quod eſt obligatus, vt
4 tenetur, non exibet, & in † ſpetie tributũ,
quod pro feudo ſoluere tenetur.& non ſol-
uit feudũ amictit, & eo priuari poſſe, Scra-
der. de feud. part.9. cap.8. num.20. & ſeq.
Scheneid.part.8.cap.1.nu.173.Cauſ.25. quia
non ſoluit tributum infidelis, eſt argum. l.
omnes, & l. Mediterraneæ, C. de annon. &
trib.lib.10. Roſental.cap.10.concl.34.num.
62. & limit.100. & aliquid contra Dominũ
agit feudo priuatur, vt ex multis infra in
5 hac part Dilucidat.73. qui † enim fidem
conuentionis non ſeruat priuandus, eſt eius
emolumento, Bal.in cap.vnic.§.Porrò, quæ
fuit prima cauſ. benefic. amiſſ. & qui fidem
non præſtat eam ſperare non debet, Bal. in
cap.vnic.§.vlt.in fine de form.fideli.nec re-
cipere, & habere debet id, & quod pro eo
facere tenetur, non facit d.l.ſi quis maior.
Bald. in cap.vn:qualit.Domin.propr.priuat.
Borcolt. cap.8. num. 111. quæ lex, ſi quis
maior ad omnes contractus, & conuentio-
nes extenduntur, vt ibi per Bart.n.13. Bal.
num.14. Iaſ. num. 11. & 13. & ex commu-
nibus opinionibus Roſental.cap. 10. concl.
30. litera D.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio I X.

Et feudi amiſſionis, Cauſa Secunda.

THEMA.

Domino, vel Vaxallo mutato infra Annum, & diem eſt petenda inueſtitura, & reuocatio feudi alias feudum amictitur, communis.

Quia breuis non opus alio Summario.

REgula generalis eſt, quod omnis Vaxallus poſt primam feudi inueſtituram factam, ſi Dominum mori, aut mutari contingerit infra Annum, & diem inueſtitura renouanda eſt, & Vaxalli mortui à die ipſius mortis infra id tempus inueſtitura ſimiliter petenda erit, & admiſſus fidelitatem iurare tenetur, etſi hoc non fecerit feudum amictit, tex. eſt in cap. 1. in princ. quæ ſit prima Cauſ.benefic.amiſſ. & ibi gl. Iacob. de Bellouiſ. Nicol. de Neap. Iſern. num.1. Bal.num.1. Aluarot. Laudenſ. Præpoſit. Afflict. Rauen. Octoman. Baro, & Cuiacius, tex. in cap.1. & ibi omnes notant, quo tempo, Miles, &c. quo tempor. Miles, &c. cap 1. de capit.Corradi, cap.1.§.fin. de prohib.feud.alien. per Lotar.cap.Imperialem. §.preterea, vbi preter ceteros omnes, Raynaud.num.8. Afflict. in cap. 1.§.fin.num.17. Cauſ.27.quib.mod.feud.amiſſ. Capyc.in inueſtit.feud.cap.feudorum inueſtituræ col 7. in fine, §. tempus petendæ, Hahneet.lib.1. cap.1. Zaſ.part.7.num.1. & part.10. num. 16. Ardizzon. in ſua ſumma rub. 45. & 72. Blanc.cap.1.num.47.lib.1. Curt.iun.tractat. feud.part.4.num.45.53. & 58. Iacobin. de S. Georg. in verſ. qui quidem inueſtiti nu. 26. & ſeq. & in verſ. dictique Vaxalli promiſerunt non commictere felloniam nu. 2. Syluan. de feud.recognit.quæſt.7. numer.1. Duaren. cap.14. num.2. & 3. Vvſembech. cap.8. & cap.15.num.7. Borcolt. cap.7. nu. 30. & 31. & ſeq. memb. 1. Ferrar. in form. libell. quo agitur ad reuocationem feudi, verſ. nec ſuperſtitibus, Roland.à Vall.cõſ. 18.num.1.18. & ſeq. lib.1.conſ.68. num.24. lib.3.conſ.40. num.1. vbi, & communem teſtatur lib.3. Menocch.conſ.1.num.42.lib. 1.Clarus d.§.feudum quæſt.49.communem eſſe, tradit Mynſinger.obſeruat.9.num.1. & 2. centur. 5. quæ doctrina contradicentem non habet, niſi Calderin. in cap.7. feud.allegantem quãdam gloſam, quæ ſolum Annum, & ſex Sectimanas recognitionem faciendam eſſe, docet Vvlteius cap.7.num.61. lib.1. Scheneid. cap. 25. Scrader.par.6. cap. 2. num.76. & ſeq. Roſental.cap.6. concluſ. 30. in gloſ. lit. A. Sed in hoc Regno pro tali pena amiſſionis feudi ex non petita inueſtitura infra tempus non obſeruatur, ſed cum Curia tranſigitur, vt per literas Regis Roberti incip. ſignificamus vobis Marino de Diano, &c. & alia incipiente ſupplicat Petr. de Stella fol.35. & per Afflict. deciſ.65. nu. 93. & ſeq. & dicimus in hac part. 12. Dilucidat.62. Cauſa obligationis Vaxalli 20.

PARTIS

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio X.

Et feudi amiſſionis, Cauſa Tertia.

THEMA.

Feudum, ſiuè nouum, ſiuè antiquũ, ſi totum, ſi pars pro eá parte ſine Domini conſenſu alienata, amictitur, eſt regula, & cõmunis, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *Feudum nouum ſine aſſenſu directi Domini alienatum amictitur.*
2 *Feudum antiquum alienatum ſine aſſenſu, ſimiliter amictitur.*
3 *Feudi pars ſine aſſenſu alienata amictitur.*
4 *Feudi alienatio ſine Regio aſſenſu in Regno non facit amictere feudum, ſed ipſemet reuocat, & etiam recuperat.*
5 *Feudi diſpoſitio quolibet ſine aſſenſu omni iure eſt nulla, etiam melius.*
6 *Feudi alienatio, & diſpoſitio commutatio, quæ fit, etiam de perſonâ, ad perſonam omni iure eſt probibita.*

1 VAxallus † feudum nouum ſine Domini aſſenſu alienans, amictit illud, cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per Lotar. & per Federic. vbi Iſern. in princ. n. 9. Præpoſit: num. 31. Rauenn. & Octoman in princ. Bald. num. 9. Camerar. in d. cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per Federic. fol. 8. lit. P. & pluribus ſeqq. Octoman. in princip. & Schench. de alien. feud. patern. Hartman. Piſtor. lib. 2. quæſt. 4. nu. 61. quæſt. iur. part. 1. & prædicti tex. loquuntur generaliter feuda ſine Domini conſenſu alienata amictuntur, facit tex. in cap. 1. §. item, ſi fuerint quib. mod. feud. amict. Clar. in §. feudum quæſt. 41. num. 2. Scrader. de feud. par. 8. cap. 1. num. 5. Scheneid. de feud. part. 7. cap. 1. num. 4. & hoc ſentiunt omnes, dicit Roſental. cap. 9. concluſ. 1. in gloſ. litera A.
2 Idem, etſi † feudum ſit antiquum, vt probant dicti allegati, tex. & in eis Doct. Iacob. de S. Georg. de feud. in verſ. & cum pacto de non alienando num. 1. Curt. part. 4. num. 81. Zaſ. in epit. feud. part. 10. num. 10. Sonsbech. part. 12. num. 73. & ſeq. Borcolt. cap. 8. nu. 30. & ſeq. Mozz. in tit. ex quib. cauſ. feud. amict. num. 124. Fritia de ſubfeud. lib. 2. verſ. prima Authoritas, numer. 28. & 29. Doct. in cap. Imperialẽ de prohib. feud. alie. per Feder. Roland. à Vall. conſ. 57. nu. 33. lib. 3. & conſ. 2. num. 136. lib. 1. Menocch. conſ. 1. num. 134. etſi alienat totum, amictit totum, tex. in d. cap. 1. de prohib. alien. per Lotar. quo ſe refert tex. in cap. 1. vbi huic Conſuetudini, &c. gloſ. in verſ. derogatum de alien. feud. & in cap. 1. in princ. qua lit. olim feud. alien. pot. & expreſsè etiam deciditur in cap. 1. §. fin. in fine, quæ fuit prima Cauſ. benefic. amict. in cap. 1. & ibi gloſ. in verſic. ſcriptum, & ſcribentes alij dictis in locis, item in §. ſimiliter de lege Corradi, Clarius in cap. 1. in princ. de Vaxallo, qui contra Conſtit. Lotar. in cap. 1. quid iuris, ſi poſt alienationem feudi Vaxallus id recuperauit, vbi gloſ. in verſ. profectò, & in d. cap. Imperialem de prohib. alien. per Feder. §. habita. vbi gloſ. in verſ. amictunt, Ardizzon. in ſumm. feud. tit. quib. mod. feud. amict. cap. 110. & 118. Hannetton. lib. 3. de iur. feud. cap. 4. Duaren. in Cõmentar. feud. cap. 14. num. 16. Vvſembech. cap. 11. num. 1. & 2. Capyc. in inueſtit. feud. alienationes per totum fol. 30. & cap. feuda amictuntur col. 34. §. 37. fol. 60. Scheneid. part. 8. cap. 1. num. 148. Scrader. part. 9. cap. 1. num. 14. & ſeq. & part. 10. ſect. 18. num. 8. Vvlteius cap. 11. num. 40. lib. 1. Ferrar. in form. libelli, quæ agitur ad reuoc. feud. ſectio. Nec ſuperſtitibus nu. 17. Petr. Iacob. in pract. libell. rub. 59. de cauſ. ex quib. feud. amict. num. 36. &
3 †. alienando partem inrequiſito Domino partem amictit, vt eſt tex. apertus in d. cap. 1. de Vaxallo, qui contra Conſtitut. Lotar. vbi gloſ. in verſ. partem, Beluiſ. in princip. Iſern. num. 1. Bal. nu. 3. in fine, licet dubia, Aluarot. num. 1. & 4. ibi oppono, at extra, vbi miratur, quod Bal. in dubio dicat eum nullum contradicentem, præter Petr. de Ceruo inuenerit, & ſubdit Petr. de Rauen. eodem loco in fine, deciſionem huius text. ſecundum communem Doctorum ſententiã ſtari, quod ſcilicet pro parte alienans, pro parte tantum plectitur, Afflict. nu. 1. Octoman. in princ. & verſ. ſi partem, vbi multã contraria, & ſimilia ex iure communi adducit in fine, tamen ſubijcit videndum, nè hic locus ad eos tantum Vaxallos pertinet, qui rem duorum communem in feudum acceperant) Balzeran. num. 1. & 6. & in cap. Imperialem, §. Callidis, num. 13. de prohib. feud. alien. per Federic. gloſ. in c. 1. verſ. aut libellario in verſ. multabitur, quã ibi ſequuntur Iſern. num. 26. Aluarot. nu. 1. elegan-

Digitized by Google

eleganter Aſflict.num.2. inquiens,ſic com-
mnniter tenere ſcribentes, & Paul.Pic.nu.
6.quib.mod.feud.amiſt. ibiquè Balzeran.in
§.rurſus, ſi fidelis,num.7. verſ.contrarium
tenuit, cum ſequenti gloſ. in cap.1.§. præ-
dictis modis in verſ. retinet, vbi eum text.
ſic declarat, item in §.fin.in verſ.ſcriptum,
vbi communem teſtatur, Aluarot.num.24.
concluſ.32. & Petr. Rauenn. quæſt.32. quæ
fuer.prima Cauſ.benefic.amiſt. Curt.iun.de
feud.part.4.num.153. vbi communem dicit
Capyc. in inueſtit.feud.verſ.feudorum alie-
nationes col.7.§.limita 1.fol.33.& cap.feu-
da amictuntur colum.34.§.limita 1.fol.60.
Thom. de Marin. de gener.feud.ex pact. &
prouident. antiquo num. 2. vbi veriorem,
& communiorem aſſerit, Duaren. in Com-
ment.feud.cap.14. num.19. æquiorem Scra-
der.part.9.cap.1.num.15.in 6.reſtrictione,
& ſeq. vbi dicit veriorem, & communiorē,
Vulteius lib.1.cap.11.num.40. meliorem
interpretum partem, ita exiſtere ait,& cō-
munem, & æquiorem teſtatur Clarus in §.
feudum quæſt.31.num.7. & quæſt.59. nu.1.
Laurent.Kircou. in commun. opin. cent.2.
concluſ.33.& ex alijs communibus opinio-
nibus, Roſental.cap.9.concl.1.in gloſ. litera
D. & ſimiliter in emphytheuſi concludit,
idem Clar. in §.emphytheuſis,quæſt.13. in
fine, Michael Graſſ. in commun.opin.lib.1.
cap. 16. verſ. emphytheuſis quæſt. 3. & ex
his quod cedat à parte tātum nulli dubium
eſſe debet, nè delictum pœnam excedat, vt
clarum eſt.

4 Sed in hoc Neapolitano Regno † alienās
totum, ſiuè partem feudi non amictit,quia
ante aſſēſus Regis impetrationem ipſemet
alienationem à ſe factam reuocat, & recu-
perat, & nè dum ipſe, ſed & eius filij, ſiuè
hæredes ſucceſſores in feudo per particu-
larem legem Regni,quæ eſt Conſtitutio in-
cipiens, Conſtit.diuæ memoriæ de reu.feud.
dicit Iſern. in d.cap.Imperialem,nu.7.verſ.
in cōtrarium eſt veritas, Fritia de ſubſeud.
lib. 2. in cap. incipiente à Regnicolis, non
punitur num.25.fol.255. Io: Vinc. de Ann.
in repet.d.Conſtit.num.148.& ſeq. ex mul-
tis firmat communem eſſe opinionem, &
quod obtinuit in Sac. Conſil. dicit conſ. de
Georg. alleg.6. num. 36. & ſeq. ex multis
firmat, quod ante aſſenſum alienatio, &
5 quæuis † feudi diſpoſitio eſt nulla, etiam
de iure feudorum, & Conſtitutionis Regni,
vt ibi per eum, in qua Conſtitutione diuæ
memoriæ, (igitur omnes alienationes, ſeu
quoſcumquè contractus ſuper feudis, & re-
bus feudalibus minuendis, aut commutan-
dis nullam, omninò firmitatem habere,niſi
de ſpeciali noſtræ celſitudinis licentia con-
firmatur,) vbi Iſern. in verſ. iure proprio,
verſ. verius videtur, quod per hanc Con-
ſtitutionem, nec in melius feudum poſſit
dari, & vbi ſup.d.num.7.circa finem Capic.
deciſ.100.nu.7. vbi add. litera D. Io: Vinc.
6 de Ann.alleg.124.num.4. cum † commuta-
tio fit, tàm rei, quàm perſonæ vltra præd.
Iaſ. in l.3.§.ex contrario, ff. de acquir.poſſ.
Fœlin. in cap. quæ in Eccleſiarum de Con-
ſtit. cum feuda quæcumquè de iure cōmuni
feudorū, & Regni, etiam in melius feuda,&
ſubfeuda in totum, vel in partem alienari
prohibentur ſine directi Domini conſenſu,
vt in meo conſil. 3. & diximus] ſupra in
part 8.Dilucidat.25.num.1. & ſeq.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XI.

Amiſſionis feudi, Cauſa Quarta.

THEMA.

Vaxallus ſciēter recognoſcendo feudum ab alio,quàm à Domino eo priuatur. Communis.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus dolo, vel lata culpa feudum, quod tenet ab vno, ab alio recognoſcit.*
2 *Vaxallus rem Domini ſciens non debet ab alio recipere.*
3 *Emphytheota poſſeſſionem Domino intervertens, cadit à iure ſuo.*
4 *Vaxallus non recognoſcens feudum à Domino, ſed etiā ab vnico filio Domini, & quolibet alio extraneo feudum amictit.*
5 *Vaxallus recognoſcens feudum alio, quam à Domino eo priuatur, etiam ſi à Domino admonitus non fuerit.*

1 Vaxallus † dolo, vel lata culpa feudū,
quod tenet ab vno Domino reco-
gnoſcat à Titio non Domino, vel ei fideli-
tatem facit, feudum amictit, Balzeran. in
cap. ſi Vaxallus feudum nu. 11. ſi de feud.
defunct.controu.fuer. & in cap. ſi feudum,
num.12.eod.tit. ſe referens ad Abb. in cap.
verum num.30.de for.compet.Io: And.Ho-
ſtienſ. Abb.num.5. & alij in cap. ex tuo de
iure iurando, Abb. in cap.cum olim num.8.
de ſen-

de ſentent. & re iudic. Blanc. in ſumm. de
2 feud.lib.2.n.49. (vbi ampliat addit,✝ quod
rem Domini ſciens non debet ab alio acci-
pere) ſequitur Iacobin. de S. Georg. in
verſ. dictique Vaxalli promiſerunt reco-
gnoſcere,&c. num.23. in fin. Capyc. in in-
ueſtit.feud. cap.feuda amictuntur 56. Cauſa
65.fol.70. maximè ſi contra Dominum ſuũ
expreſsè, & contra omnem hominem iu-
raſſet, idem Capyc.d.loc.col.pen.§.79. fol.
71. Fritia de ſubfeud.lib.2.Author.4. num.
12. Henric.Boich. in cap. quæ in Eccleſiarũ
num.7. de Conſtitut. Vulteius de ſeud.cap.
11. num.23. in fine, Loffred. conſ.45.nu.6.
Grammat.conſ.31.num.1.allegatur Luc.de
Penn. in l.Deuotum, C. de Metallar.lib.10.
3 ſic ✝emphytheotam interuertẽtem poſſeſ-
ſionẽ Domino iure ſuo cadere tradit Clar.
in §.emphytheuſis quæſt.25.& hoc nõ tan-
tum procedit in Vaxallo, qui ſeudum ab
hoſtibus, ſeù inimicis Domini recognoſcit,
qui abſquè omni dubio amictit feudum, &
loquitur eo caſu, expreſsè Grat. conſil.51.
num.2.lib.1. & Grammat.conſ.6. in princ.
vbi agit de Hectore Pignatello, qui Vaxal-
lus ligius Caroli Quinti Imperatoris,& hu-
ius Regni Regis, Duci Gallorum homagiũ
4 præſtitit) ſed etiam locum ✝ habet in Va-
xallo, qui à Domini amico, vel à quolibet
extraneo feudum recognoſcit, Scheneid.
part.8.cap.1.num.26. & ſeq. Cauſ. 5. Scra-
der. part.9. cap.6. Cauſ.26. num.13. & 14.
adeò quod Doctores magis generaliter, &
indiſtinctè concludunt Vaxallum à nõ Do-
mino feudum recognoſcentem priuandum,
& quod ratio hæc ſatis ſit, & obtinet, etiam
ſi non fuerit à Domino admonitus, nè re-
cognitionem alteri faciat, vel à ſacta reſi-
ſtat, Scrader. & Scheneid. in dictis locis
poſt Ruyn.conſ.20.lib.1.& conſ.70. nu.13.
lib.5. & ex alijs Roſental. de feud. cap. 10.
concl. 31. in gloſ. litera A. & Vaxallus ſi-
militer feudo priuatur, ſi feudum totum,
vel ipſius partem ab alio, quàm à Domino
recognouerit per dictas Authoritates.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XII.

Amiſſionis feudi, Cauſa Quinta.

THEMA.

Vaxallus feudo priuatur, ſi ipſum feudum, vel eius partem, aut eius conditionem ſciens inficiatus fuerit communis.

SVMMRAIVM.

1 *Vaxallus negans rem feudalem non eſſe feudalem, & ſciens feudi conditione, & à Domino non tenere negauerit feudum amictit.*

2 *Emphytheota negans emphyteuticam rem eſſe, & à Domino non tenere amictit eam.*

3 *Conditio feudi intelligitur ſeruitium feudo impoſitum, ſe inficiatur, amictitur feudum.*

4 *Fedeiuſſor inficiens fideiuſſiſſe amictit filium diuiſionis, ſiuè Epiſtole diui Adriani.*

5 *Negans ſuam ſcripturam, amictit beneficiũ excuſſionis non numeratæ pecuniæ.*

6 *Hæres negans rem eſſe hæreditariam, amictit ſalue diam.*

7 *Negans damnum dediſſe in duplum tenetur.*

8 *Negans, & inficians depoſitum tumultus Incendij, ruinam, & naufragij cauſa in duplum condemnatur.*

9 *Feudi conditionem inficiens totum feudũ amictit.*

10 *Feudatarius negans, punitur in dupſum.*

11 *Feudi partem negans, partem amictit illam negatam.*

12 *Vaxallus plures Dominos habens partem illius, cuius abnegat, amictit.*

13 *Vaxallus, etiam poſt litem conteſtatam reuocare poteſt ex iuſta cauſa.*

2 SI quis ✝ ſciens feudum, quod tenet, ne-
gauerit feudum, ideſt rem feudalem
non eſſe feudalem, vel ab illo Domino ſe
non tenere, & Vaxallum eſſe, & feudi con-
ditionem inficiauerit, feudo priuatur, cap.
1. §.feudum Vaxallus, ſi feudum vel feudi
partem, & §.Vaxallus feudum, ſi de feud.
defunct.&c. cap.vnic. §. fin.de leg. Corrad.
in quib.locis,gloſ.Beluiſ. Petr.de Ceru.Ni-
col. de Neap. Iſern. Bal.Aluarot.Laudenſ.
Præpoſit.Afflict.Rauann.Schench.Balzera.
Hoctoman.Eguinar.Baro,& alij ſcrib. oẽs,
idem Afflict. in cap.1.quib.mod.feu.amict.
num.36.Cauſ.18. Bal. in l.2.num.7. C.quo-
modo, & quando Iudex, Laudenſ. in cap.
vnico, §. ſi vero Caſtaldi,num.15. de feud.
Guard.& in tract.feud.quib.mod.feu.amict.
num.186. Parii. de Puteo de feud.reintegr.
cap.52.

Digitized by Google

cap.52.num.3. & ſeq. Petr. Duen. in regul.
iur.325. Sonsbech.part.12.num.63. Eguin.
Baro.lib.3. de alien.beneſic.cap.3. verſ. in
eandem fraudem incidit,&c. Hoctoman. in
diſput feud cap.41. verſ. decimaquinta eſt,
&c. Borcolt. cap.8. num.115. Vvſembech.
cap.15.num.6. Scheneid.part.8.cap.1.num.
39. addens, ita quoquè iure ſaxonio cautū
eſſe art.14.num 32.lib.1. Mozz.de feud.tit.
fin. num.74. verſ. ſecunda principalis Cau-
ſa,&c. Vulteius cap.11.num.28. Capyc. in
inueſtit.feud. cap.feud. amictuntur col. 39.
§ quatrageſimo, ſi Vaxallus ſol. 63. idem
concludit Bald. in capit. cæterum numer.6.
de iudic. ibiquè Hienſ.num.1. Innoe.num.7.
Abb.num.21. Fælin. num.18. Det. num.19.
& alij, Corbul. in tract.de iur.emphyt.cap.
& cap.1.num 4. ex communi, Oldendorp.
Claſſ.5. poſt actum 17. vbi de beneſic.act,in
pract.3. Spat. in ſententia actor. artic. 16.
Surd. ex communi in tract. de alimen.tit.9.
quæſt.26.num.70. poſt Cuccum in tract.de
pen.ment. circa poſſeſſionem, nu.104. Me-
noch. de præſumpt. lib.3.præſumpt.91. nu.
48. vbi latiſſimè quando res feudalis præ-
ſumatur, Caccheran.deciſ.Pedemont.69. n.
10. & 19. & ſeq. Clar. in §. feudum quæſt.
519. num.2. & ſeq. Gabr. in commun.opin.
lib.5.tit.1. de amict.poſſ. concluſ.5. num.2.
Loffred.conſ.45.num.17. & ex alijs Roſen-
tal. in cap.10.concl.32. in gloſ. litera A. &
2 idem in † emphytheuſi ſtatuunt Specul. tit.
de locat. §. nuue aliqua, quæſt.65. num.82.
poſt Ang. in l fin.numer.3. ff. de reiuendic.
Iaſ. in l.cum tè num.3. ff. ſi cert.pet.mul-
tos alios caſus, in quibus emphytheota ob
mendatium à iure ſuo cadit, Balzeran. vbi
ſup.num.8. Corbul. in d. tract. de iure em-
phyt.cap.1.num.2. & ſeq. Surd. vbi ſupra,
num.7. Borcolt.Scrader. & Gabr. dictis in
locis, & ex alijs Roſental. in d.concluſ.32.
3 & gloſ. litera A. & per † conditionem in-
telligitur ſeruitium feudo impoſitū, vt no-
tat Cuiacius in dict.cap.vnic §. Vaxallus, ſi
de feud.defunct. content. ſit, & Vaxallus,
qui ſeruitium, quod feudi nomine præſtare
tenetur, ſciens, inficiat feudum, amictit. Nec
inficiationis conditionis, vel rei feudalem
non eſſe, & ſeruitium negans pæna, eſt ipſius
feudi amiſſionis, & etiam rei emphytheuti-
cæ ex ſuperius adductis ſatisfundatum eſt,
& etiam leges Ciuiles inficientes, & negan-
4 tes puniunt. † Fideiuſſor, qui inficiatur ſe
fideiuſſiſſe Vaxallum iuſſionis, ſiuè Epiſto-
læ Diui Adriani tollit, l. ſi debitor, §. ita
domum de fideiuſſ. licet, & beneficium ex-
cuſſionis, Iaſ. in l.quod tè num. 30. ſi cert.
pet. Roland. à Vall.conſ.88.num.2. & ſeq.
5 lib.4. & qui † negat ſcripturam ſuam, ami-
ctit beneficium excuſſionis nonnumeratæ
pecun. in Auth. contra qui propriam, & ibi
Bald. & Salic. C. de nonnumer pecun. Hæ-
6 res, † qui negat rem eſſe hæreditariam, ſi
conuincitur, amictit beneficium Falcidiæ,
7 Iaſ. in l.1. C. de tranſactio. Qui † negat ſe
damnum dediſſe in duplum, tenetur cum
alijs actio legis Aquil. in confitentem in
ſumptum competat, l. inde Nerarius, §. nec
8 actio ad leg. Aquil. Qui † inficiatur depoſi-
tum tumultus Incendij, ruinam, & naufra-
9 cauſa in duplum condemnatur, l.1. Depoſi-
ti. Qui † legatum pium negat in duplum
condemnatur §. fin. inſtit de oblig. quæ qua-
ſi contract. naſcuntur, Gabr. lib.5. commū.
concluſ. titul. de acquir. vel amict. poſſeſſ.
concluſ.5. Borcolt.d.cap 8.num.116. & re-
deūdo ad noſtram Dilucidationem, aduertè
10 quod † feudi qualitatem, vel conditionem
ipſius inficiens totum feudum amictit, quia
conditio totum reſpicit feudum, per text.
in d.cap. Vaxallus, ſi feudum, ibi (aut feudi
di conditionem) ſi de feud.defunct.&c. Bel-
uiſ. Petr. de Ceruo, Iſer.num.1. Bal.num.4.
Nicol. de Neapol. Aluarot. ex comm. nu.
23. verſ. nota quod Vaxallus, Afflict. nu.7.
11. & 13. Rauenn. Scrader.num.9. & 10. &
Balfieran.num.8. poſt Odofred. in ſumma
tit.quib. mod.feud.amict.num. 100.101. Pa-
riſ. de Put. de feud.reintegrat.cap.52. num.
7. & 11. Nec eam impugnat, ſed ſaltim in
ſua illa Conſuetudien obtinere negat, Bur-
ſat.conſ.48.num.16. & 17. lib.1. & ſentiunt
Curt. Borcolt. Ferrar. Mōtan. Duaren. Han-
netton. Scheneid. Scrader. Mozz. Vulteius
Intrigliol. & Scouer. in præcitatis locis al-
legatis, & ex alijs multis Roſental. in dict.
concluſ.32. in gloſ. litera I. probat Vaxal-
lum in feudi conditionem negantem totum
11 feudum amictere, ſed † feudi partem ne-
gantem partem illam negatam amictere,
gloſ. in d.cap. Vaxallus, ſi feudum in verſ.
ſcientia, ſi de feudo defuncti, &c. vbi Beluiſ.
Nicol. de Neap. Iſern.num.1. Bald. num.3.
Aluarot. ex communi num.3. Laudenſ. nu.
9. Præpoſit. num.1. in fine, Rauenn. Afflict.
12 numer.11. ex communi addens (ſi plures
habet Dominos eiuſdem feudi Vaxallus, &
mutandum ex eis abnegauerit, non perdit
totum, ſed tantum partem reſpicientem
Patronum abnegatum facit, tex. in capit. 1.
de Vaxallo, qui contra Conſtit. Lotarij, &
ex alijs Roſental. d. loc. in gloſ. litera K.
quia in parte, in qua deliquit, quis punitur,
13 & non vltra benè verum eſt, † quod Vaxal-
lus ex iuſta cauſa, etiam poſt litem conte-
ſtatam

ſtatam negatiuam reuocare, & pœnitere poteſt, ex iuſta cauſa puta ætatis minoris, aut alterius, Bal. in d.cap. Vaxallus, ſi feudum num.7. Aluarot.num.6. Præpoſit. nu. 1. Rauenn. in fine, Affliɓt.num.4.Schench. num.7. Ardizzon.rub.94. Capyc. in inueſt. feud. cap.feuda amiɓtuntur col.39. limit.5. ſub Cauſa 40. fol.63. Pariſ.de Puteo d.cap. 52.num.10. Scrader.d.part.9.cap.6. nu.39. verſ.ratione tamen minoris,&c. Arg.eſt de dicta l. de ætate, §. ex Cauſa, ff. qui iuxta, & ff.fin. ff. de interr. action. l. deſtitiſſe, ff. de iudic. l. ex Cauſa, ff. nunc videndum, ff. de minor. licet contrarium ſcribat, refert Roſental. in d.concl.32. in gloſ.literis G g.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio IX.

Et feudi amiſſionis, Cauſa Seſta.

THEMA.

Vaxallus propter abuſum deteriorationem notabilem, & magnã, & ob ſeuitia in Vaxallos feudo priuatur, communis.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus ob deteriorationem rei feudalis à ſuo feudo cadit.*
2 *Feudum non ob quamlibet deteriorationem amittitur, ſed oportet, vt ſit magna, & notabilis.*
3 *Feudum amittitur ob magnam deteriorationem lata culpa interueniente, de qua ſtatur arbitrio Iudicis.*
4 *Vaxallus male tractando, ſubditos dicitur notabilem deteriorationem committere, quia Dominio abuſi ſunt.*
5 *Vaxallus deteriorans in ſeuiendo in ſubditos malè, & tirannicè tractando, abſquè admonitione feudum amittit cum diſtinctione.*
6 *Deterioratio lauis requirit monitionem, ſed in prohibitis affirmatiuè non requiritur monitio.*
7 *Vaxallus malè tractat ſubditos, ſi indebita onera, & ſeruitia exigit.*
8 *Exactor iniuſtus non amittit feudum, ſed tenetur ad emendam, vel ſi admonitus nõ deſiſtit, amittit feudum.*
9 *Feudo non priuatur, ſi Dominus ex neceſſitate temporum malignitate pro bonore, & conſeruatione ſui Status, vt hoſtibus reſiſtat exactionibus nimium grauat ſubditos.*
10 *Vaxalli malè tractantur, ſi verberibus, vel alias indebitè afficiantur.*
11 *Dominus maletractat Vanallos, ſi per alios eis bona auſerat, aut milites, vel predones mittat, qui verberant, vel gallinas, porcos, & alia extorquent.*
12 *Dominus male tractat ſubditos, ſi vxores, vel filias inuitas cognoſcit.*
13 *Feudum amittitur per ſententiam, quando Dominus malè tracta ſubditos.*

1 OB rei feudalis † deteriorationem Dominum, ſiuè Vaxallum à feudo ſuo cadere, per tex. in cap.1. §. quicumq; aduocatiam, vbi Bal.num.2. Aluarot. num.1. Præpoſit. num. 2. Rauenn. & Schench. de Pace tenend. & eius violator, Afflict.in cap. 1. ff.item ſi quis feudum, num.17. Cauſ.23. Iſern. in cap.1. verſ. vt ad tranſactam,&c. num.28.quib.mod.feud.amiɓt. Balzeran. in cap.1.num.12.qualit. Dominus proprietate priuatur Capyc. in inueſtit.feud. cap. feuda amiɓt.col.48.Cauſ.48. fol.66. Borcolt. de feud.cap.3.num.33.communem dicens,cap. 8. num. 129. & ſeq. Thom. de Marin. de Gen.feud.qualit.feud.tit.2.part.2. num.82. Schench.part.8.cap.1. num.25. 30. & ſequ. Cauſ. 6. idem tradens de iure ſaxonio per Landracht.lib.2.art.44. in gloſ.German.ſub verſ.Vver.Auth.Anſeit em Lehen. num.8. Mozz. ex communi tit.fin.num.75.Cauſ.3. reſpiciente bona,&c. & num.ſeq. Scrader. part.9.Cauſ.29. num.59. & ſeq cap 6. Intrigliol. in cent.feud.quæſt.84.num.38. & ſeq. Cauſ.18. Vvltetus de feud.cap.11. nu. 39. Pariſ. de Puteo de reintegr.feud cap.46. num.1. & ſeq. ac cap.105.num.4.& 5. Burſat.conſ.91.numer 3.lib.1. Pern. in conſil. 67.nu.9. Menocch. ex communi de arbitr. iudic.lib.2. centur.1. caſu 78. num. 4. & ex alijs communibus,& authoritatibus Roſental. de feud.cap.4.concluſ.33. in gloſ.litera
2 A. & non quælibet † deterioratio ad hoc ſufficit, ſed neceſſe eſt, vt non ſit exigua, ſed magna, & notabilis ad perpetuum feudi damnum, ipſiuſquè Vaxalli culpa, ſiuè dolo facta, Bald. in d. ff. quicumquè aduocatiam, Curt.iun.part.4.num.44. Zaſ. part. 10. num.54. Sonsbech. part.12. numer.67. Vvſembech cap.15.nu.6. Menoch. vbi ſup. Roland. à Vall.conſ.1. num.103. & ſic declarat Iacob.Capyc.verſ.limita, nam tria, Pariſ. de Put. Ferrar. Montan. Mozz. Zaſ.

Vvlemb

Vvſembech. Borcolt. Iaſon. Mozz. Intri-
reigl. Vulteius Scouer. Menocch. Roland.
Burſat. in præallegatis locis, Iul.Clar. in §.
feud.num.56.quamuis ipſe putat Vaxallum
ob notabilem deteriorationem priuandum
non eſſe, tamen in fine id concedit ſi maio-
rem , vel meliorem partem feudi diſſipet;
ſed ipſe ſolus,quid inter tantos,& tot com-
munis concludientes ob magnam, & nota-
bilem feudi deteriorationem Vaxallum eo
3 priuari, & hoc † lata culpa interueniente:
Nam læuis non ſufficit ex adductis,per Ro-
ſental.d.conc uſ.33. num.32. & 72. de qua
notabili deterioratione arbitrio Iudicis ſta-
tur, ibid. num.33. & ſeq. vbi multa ad ma-
4 teriam , & Dominus, † ſiuè Vaxallus malè
tractando ſubditos dicitur notabilem dete-
riorationem contra eos committere, quia
Dominiū amittitur, & ſic ſe indignum facit
dominari, & ſubſtantia rei maioris Domini
abuſi, ſicut plerumquè hac amiſſionis ra-
tiones redunt, Bal. in d.cap.1.§.publici la-
trones, §. ſiuè, verſ.quicumquè aduocatiā
num.2. de Pac.tenend.vbi ſequitur Aluaro.
num. 1. & communiter alij: teſte Roland.
à Vall.conſ.18.num.14. & 29.lib.3. Afflict.
deciſ.265.num.11.Gramm.deciſ.104.Gail.
obſeruat.17. num.5. lib.1. Boer.deciſ. 304.
nu.1.& ex alijs Roſental.d.c.10.concl.33.in
5 gloſ. literis G g. & Vaxallus † committen-
do deteriorans in ſeuiendo,in ſubditos ipſos
malè, & tirannico modo tractando nulla
admonitione, etiam antecedente eum pri-
uari poſſe, ita diſtinguendo generaliter, ſi
lex negatiuè loquitur puta, ſi quis non fe-
cerit hoc,aut illud puniatur tali pena,quod
talis puniri non poſſit, niſi præcedat moni-
tio, modo ipſo facto tempus adiectum non
fuerit, ſi verò pro facto affirmatiuo, veluti
quod furans, vel ingrediens ad talem locū,
vel ad moniales, ſiuè Clericum percutiens,
pena aliqua afficiatur eam non præcedente
monitione irrogari poſſe, quia ſufficit lex
pro monitione, vt per Innocentium in cap.
extirpandæ,nu.2. verſ. hæc habent locum,
&c. de præbend. & hanc Theoricam ab
omnibus allegari ait Abb.Panormit.ibid. in
§. qui verò num.10. ait tamen num.12. li-
cet hoc latius, & aliter declarat, ait ratio-
nem, Innoc. ſaltim in ignorantibus con-
cludere, ſicuti, & in repetitione eiuſdem
cap.num.16. & 19. Hanc doctrinam aureā,
Fælin. dicit in cap.1.num.12. verſ. ſecundo
intelligunt,&c. de Conſtit.eandem Alexan.
amplectitur in l. Diuortio, §. ſi fundum
num.3.ff.ſolut.matrim. & in l. ita ſtipulatus
num.13. vbi multos allegat,ff.de verb.oblig.
Roſental. in d.concl.33. in gloſ. literis G c.

& eodem modo diſtinguendo, in feudis, ſi
conſtat Vaxallum committendo ſeuiſſe in
ſubditos, vel deterius rediddiſſe feudum no-
tabiliter, quod poſſit priuari, etiam ſi ad-
monitus non fuit, vt ſe emendet vltra præ-
dictos in hanc ſententiam eſt Schench. in d.
§. ſiuè verſ. quicumquè aduocatiam in fine
modo enormem,& feudi priuatione dignam
6 culpam commiſerit Vaxallus. † Cæterum
ſi leuis deterioratio ſit, monitionem requi-
rit, & ſic in emphytheuſi deteriorantem
facto affirmatiuo moueri non eſſe, neceſſe
ex communi aſſerit Alexand. in d l. Diuor-
tio, §. ſi fundum, ff. ſolut.matrim. idem in
noſtris terminis ſenſit Iacobi. de S.Georg.
de Royd. num.46. dum putat admonitionē
de qua textus in dict. §.publicum latronē,
verſic. quicumquè aduocatiam eſſe conſilij
non neceſſitatis, & Grammat. d.deciſ. 104.
num.18. & 19. ait ſi aduertatur, Bald.in d.
§.publici latrons non dicit debere monitio-
nem præcedere, ſed quod poſſit fieri, vt ibi
verſ.2. Domius poteſt eum monere, quod
tractet ſubditos modo debito, alias Curia
Domini poteſt,ſibi auferre,&c. eumquè ſe-
quitur eiſdem fere verbis, Aluarot. eodem
loco,num.1. Præpoſit.numer.2. & Rauenn.
Laudenſ. in §. ſi quis ruſticis arma num. 3.
eod.tit. Curt.iun.part.6.num.2. in fine, Ca-
pyc.in inueſtit.feud.cap.feuda amict.col.46
& 47.fol.65. Iaſ. in præludd. num.69. Bart.
Socc. in d.conſ.272. non proſequendo, &c.
num.9.lib.2. Harteman.Hart.tit.54.de feud.
obſeruat.36. & ex alijs, Roſental.d.concl.
7 33. in gl. literis I i. & D d. Item † & Do-
minus maletractās Vaxallos, ſi indebita
onera,& ſeruitia à ſubditis exigit,& extor-
quet Fritia de ſubfeud.lib.2. Auth.8. nu.1.
quem ſequitur Mozz. tit.fin. num.86. verſ.
inferri, etiam poteſt Capyc. in inueſt.verſ.
feud.amict.Cauſ.47. fol. 66. §. de Barone
8 autem,ſibi tradit in Regno † iniuſtum exa-
ctorē feudo non priuari, ſed ad emendam
teneri, vel ſi admonitus non deſiſtens feu-
dum perdit, Scouer.diſput.10.Theſaur.55.
lib.1. Roland. à Vall.d.conſ.18.num.9.li.3.
& conſ.40.num.20.& 31. lib.4. Boer.deciſ.
304.num.4. & ſeq. Hartman. Hart. tit.54.
obſeruat.43. de feud. Miſynger.d.obſeruat.
8. Gail.obſeruat.17.num.1. lib.1. Sed limi-
9 tatur. † ſi Vaaallus ex neceſſitate, & tem-
porum malignitate pro honore, & conſer-
uatione ſtatus ſui, & hoſtibus reſiſtendo,
ſubditos ſuos exactionibus nimium graua-
uit feudo, non priuauit, vt prædiximus.
10 Item † male tractantur Vaxalli, ſi verbe-
ribus,vel tortura indebitè afficiantur,Grā-
mat.d.deciſ.104. Pariſ. de Put. de Sindycat.

cap.1. num.32. Garrer. de indit. ad tortur. ſectio habitis inditijs, &c. num. 10. fol.89.
31 Item † ſi per alios bona, & rei ei auferat, vel ſi milites ſtipendiarios, vel prædones mittat, qui eos verberans, vel porcos, gallinas, & alia auferunt Boe. rdict. deciſ. 304.
32 num.4. Item † ſi Dominus vxores, vel filias ſubditor, &c. inuitas cognoſcit, Afflict. in cap.1. §. item, ſi quis feudum num. 18. Cauſ.31. quib. mod. feud. am. &. Balzeran. in cap. Domino committente num. 9. ſi de feud. defuncti contentio ſit, ſequitur Scheneid. part.8. cap.1. num.3. verſic. quarto extenditur, &c. Scrader. part.9. cap.6. num. 61. verſ. tertio, vt Vaxallus Caſtrenſ. in l. eleganter, §. fin. num.3. per illum text. ff. de pignorat. actio. Pariſ. de Put. vbi ſup. cap. 1. num. 25. & 32. quæ procedunt in feudo antiquo hæreditario, & nouo, & empto, vt ex adductis per Roſental. d. concluſ. 33. nu.
33 92. & feudum † ob prædicta Vaxallus non ipſo iure amittit feudum, ſed per ſententiã iudiciariam priuatiuam feudo deſtituitur, vt dicit tex. in d. §. ſiuè verſ. quicumq. aduocatiam de Pace tenend. ibi (ordine iudiciario executus fuerit) vbi Beluiſ. Bald. num.3. Aluarot. num.2. Præpoſit. numer.3. Rauenn. Balzeran. num.7. & 8. Aymon. in Conſuet. Aluer. tit.21. tit.16. num.8. ex communi, & alios citat Burſat. conſ.91. num.3. ex alijs Roſent. d. loco in gloſ. literis K k k.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XIV.

Amiſſionis feudi, Cauſa Septima.

THEMA.

Vaxallus, ſi mãdatum Domini ſub pena amiſſionis feudi, aut indignationis de pertinentijs ad feudum, & non paruerit eo priuatur, communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudo priuatur, qui mandatum pænale ſui Domini non obtemperat.*

2 *Feudum amittitur, quando non obtemperatur Domini mandatum de concernentibus ad feudum, vt ſubditos non tractent malè, & feudo non abutatur.*

3 *Feudum amittitur propter mandatum Domini, nè dum ſub pæna amiſſionis, ſed ſub indignatione Domini.*

Inobediens Domino ſuo, à quo feudum tenet infidelem ſe eſſe præbet, & proinde Dominus ei aliquid mandat ſub pena, & Vaxallus tenens feudum, non agit, nec Domino obediuit feudo priuatur, Iſern. in cap. ſancimus num.12. quo tempoo. Mil. Affli. in cap.1. §. fin. num.14. Cauſ.16. & num.26. verſ. itè quotieſcumq quib. mod. feud. amiſ. Raynaud. in cap. Imperialem, §. præterea ſi inter, num.16. de prohib. feud. alien. per Federic. Ardizon in ſumm. rub.77. Blanc. lib.2. cap.1. num.19. Iacobin. de S. Georg. in verſic. dictiquè Vaxalli promiſerunt recognoſcere num 9. & ſeq. Capye. in inueſtit. feud. cap. feuda amittuntur, col.46. Cauſ.45. fol.65. Peregrin. de iur. Fiſci lib.5. tit.1. de public. bonor. numer.32. Loffred. conſ.45. Magnificus Federicus, num.11. Natt. conſ. 593. & conſ. ſeq. num.19. Panormit. in cap. ex tranſmiſſa num.2. de foro compet. quod
2 intellige † ſi Dominus mandat Vaxallo, vt faciat aliquid de pertinentibus ad feudum, & eius naturam, puta vt ſeruiat, & faciat, ea quæ tenetur ratione feudi, & fidelitatis promiſſæ, vt iuri pateat, nè ſubditos malè tractet, & feudo abutatur deteriorando, de quo ſuo loco dicimus, vel tempore Belli Domino adhæreat, vel in aliquam ſe recipiat, vt volunt Raynaud. Blanc. Iacobin. Capyc. Peregrin. Abb. & Loffred. vbi ſupra, Boſſ. in tractatu criminal. de pen. num.47. Albert. Brun. conſ.114. num.364. & ſeq. & in ſimili, Bart. Soce. conſ.12. num.23. lib.1. vel vt Patriam, aut Dominum defendat, vt per Bal. conſ.159. num 8. & ſeq. lib.1. ſecus ſi ad feudum, vel feudi cauſam mandatum
3 Domini non pertineat; Etſi † Dominus nõ ſub priuatione feudi, ſed ſub indignaaionis ſuæ pena mandauerit Vaxallo, vt quid faciat poteſt inobedienti adimi feudum, per gloſ. in cap.1. §. item ſi delator, verſ. perdit in princ. quæ fuit prima cauſ. benefic. amittendi, vbi Iſern. Laudenſ. num. 7. Baldus ibidem in §. Porrò, num.6. vbi addit Barba. in verſ. euitabit, Iacob. de S. Georg. in tract. feud. in verſ. Princeps, verſic. ſed an Princeps, nu.3. ſpeciali 9. Mozz. tit. fin. ex quib. cauſ. feud. amiſ. num. 119. verſ. item quæro Princeps, &c. Intrigliol. in ſua centur. feu. quæſt.98. num.199. & ſeq. Menoch. de arbitr. iudic. lib.2. centur.4. Caſu 365. num.4. Alex. conſ.103. num.14. lib.1. Roſental. de feud. cap.10. concluſ.30. num. 39. & ſeq. in gloſ. literis E e. & ſeq.

PARTIS

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio X V.

Amiſſionis feudi, Cauſa Octaua.

THEMA.

Filius Vaxalli, ſi offendat Dominũ, & Pater fuerit requiſitus, vt filium deducat, vel à ſe ſeparat, cuius eſt electio, renuens feudo priuatur, ſiuè in poteſtate, ſiuè ſui iuris ſit filius, quod ſecus eſt in vxore exibenda, communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarij filij offendentes Dominum ſi Pater requiſitus, vt exibeat Domino, vel a ſe ſeparet, & nihil facit, feudo priuatur.*

2 *Electio eſt feudatarij patris exibendi filium vel deſerendi.*

3 *Feudatarius, nè dum tenetur exhibere filium, vel deſerere oſtendentem Dominum, ſed omnem familiarem, & domeſticum excepta vxore.*

4 *Feudatarius non tenetur exibere Parentes offendentes Dominum, nec minus Dominum antiquiorem, aut Magiſtratum.*

5 *Pater filium offendentem Dominum deducere, aut à ſe ſeparare tenetur, ſi offenſa fuerit priuatione poſt mortem Patris digna.*

1 VAxallus † requiſitus, vt filium ſuum
offendentem Dominum ad eum deducat, quo ei ſatisfaciat Vaxallum feudi priuari poſſe, niſi eum deducat, aut à ſe ſeparet, per tex. in cap. Imperialem, §. inſuper de prohib. feud. alien. per Feder. & ibi Doctores Beluiſ. Iſern. num. 55. Bald. nu. 1. Laudenſ. in princ. Aldarot. num. 1. 6. 12. Raynaud. Schench. Balzeran. num. 5. & ſeq. & num. 11. citat Odofred. in ſum. quib. mod. feud. amiſt. num. 107. & idem ſtatuit in filio deſertore, arg. l. qui eum vno, §. qui cum filium, ff. de rè milit. Octoman. ibidem, & Cuiacius lib. 3. in Conſtit. Federic. de feud. non alienand. Iſern. in cap. 1. §. item, qui Dominum num. 32. verſ. vel pone caſum, &c. Aluarot. num. 3. Præpoſit. num. 1. circa med. Petr. Rauenn. in fine, & Laudenſ. in §. illud tamen non lateat, num. 4. ac Balzeran. num. 4. quæ fuit prima Cauſ. benefic. amiſt. Afflict. in cap. 1. §. fin. num. 20. verſ. vigeſima ſeptima Cauſa eſt quib. mod. feud. amiſt. Iſern. in cap. 1. num. 4. ſi Vaxal. feud. priu. cui deferatur, & eodem loco Laudẽſ. num. 1. Iacob. Ardizz. in ſumma ſub rubr. 55. & 59. Blanc. lib. 2. cap. 1. num. 13. Iacob. de S. Georg. in verſ. dictiquè Vaxalli promiſerunt non commictere felloniam nu. 3. & ſeq. Curt. iun. part. 4. num. 60. in ſecundo caſu, Capyc. in inueſtit. feud. in cap. feuda amiſt. cap. 25. §. 29. & col. 24. §. 21. in fine, Petr. Iacob. in pract. aur. libell. rub. 59. de cauſ. ex quibus feud. amiſt. num. 37. & rub. 61. num. 64. ſub diſtinct. 11. Zaſ. in epit. feud. part. 10. num. 57. Sonsbeeh. part. 12. nu. 16. & 60. in 12. concluſ. part. 13. num. 36. & ſeq. Hannetton. de iure feudi 3. capit. 9. & 12. Franc. Duaren. in Commentar. feud. cap. 14. num. 2. Fritia lib. 2. de ſubfeud. author. 21. num. 1. & 2. Mozz. de feud. tit. fin. quibus ex cauſ. feud. commict num. 105. & 117. Oldenderp. in claſſe quinta poſt acto, vbi de action. benefic. port. 17. vbi de action. benefic. in praxi intent. act. 3. art. 23. Ferrar. in form. libell. quæ agitur ad reuoc. feud. §. nec ſuperſtibus num. 25. Cauſ. 24. Scrader. in tract. feud. part. 9. cap. 7. nu. 175. Vulteius de feud. lib. 1. cap. 11. num. 24. ſol. 724. verſ. alterum exemplum, &c. Intrigliol. in cent. feud. quæſt. 98. num. 196. Afflict. deciſ. 265. num. 98. Ioan. Iacob. inter conſilia feudalia 114. n. 30. Scheneid. diſput. feud. 10. Theſaur. 115. lib. 1. Roſental. de feud. cap. 10. concluſ. 2. in gloſ. litera A. & electio deducendi

2 † filium, vel deſerendi eſt Vaxalli Patris, per tex in d. §. inſuper de prohib. feud. alien. per Federic. & ibi Raynaud. num. 1. & ſentiunt alij omnes Iacobin. de S. Georg. vbi ſupra num. 5. Zaſ. d. part. 10. numer. 57. Mozz. d. tit. fin. num. 118. Capyc. in inueſtit. feud. cap. feud. amiſt. 101. col. 2. §. nam limitanam erit electio ſol. 55. Scrader. part. 9. cap. 7. nu. 178. verſ. circa hoc annotandum, &c. & eſt de mente omnium prædictorum Gibatorum, argumento l. plerumquè intereſt §. fin. ff. de iure dotium, cum ſimilibus, l. vbi §. qui illud, ff. de verb. oblig. l. 2. ff. de eo, quod cert. loco, cap. in alternatiuis de regu.

3 iuris lib. 6. & ibi Dyn. & † hæc deductio, ne dum in filio, ſed in omnibus familiaribus, & domeſticis, vt ſi in eadem Domo moretur, cum offendente excepta vxore, quam ſi illa Dominum offenderet deducere ad eum, aut à ſe ſeparare non tenetur Bal. in d. §. inſu-

per nu.1. in verſ. ſed nunquid vir,&c. ibiq; Laudenſ.num.4. Aluarot.num.9. Præpoſit. num. 1. in princ. verſ. ſed numquid iure tenetur expellere,&c. Rauenn. in fine Affliđ.num.12, Balzeran.num.12. & alij per Roſental.d.cap.10. concluſ.2.in gloſ. lit. E. & crederem, quod ob reuerentiam,& obe-
4 dientiam † Vaxallus non tenetur deducere Parentes offendentes Dominum, vt ex adductis per Roſental.capit.8. concluſ.14. Nec minus dominium antiquiorem, aut Magiſtratuum ſuum eijcere, aut deducere aſtringendus videtur, ex traditis per eumdem Roſentalem d.cap.8.concluſ.10.num.
5 4. & ſeq. & Pater † filium deducere, aut à ſe ſeparare tenetur, ſi offenſa Domini fuerit priuatione feudi poſt mortem Patris digna Iſern. in d.§.inſuper num.55. Aluarot. ibidem in princ. ibi in textu offenderit,&c. Balzeran.num.12. poſt med. Capyc. in inueſtit.feud.cap.feuda amictuntur col.20.§. limita,dummodo offenſa iſtorum,&c.fol.55 & ex alijs Roſental. d. concluſ. 2. in gloſ. litera M. & per totam concluſionem,ibiq. multa ad materiam.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XVI.

Amiſſionis feudi, Cauſa Nona.

THEMA.

Feudo priuatur Vaxallus ſi Domino rem facilem difficilem redat veluti matrimonium malitioſè impediendo.

SVMMARIVM.

1 *VAxallus feudi poſſeſſor, ſi Domino ſuo directo rem facilem, difficilem faciat, aut poſſibilem impoſſibilem redat feudo priuatur.*
2 *Contractui iurato veniens commodo ipſius priuatur.*
3 *Vaxallus diſcordiam ſeminando, vel famā Domini detrahens, & factum Domini irritū faciens feudo priuatur.*
4 *Vaxallus calumnioſus, animo nocendi, aut ex inuidia, & liuore matrimonium Domini, vel eius filij impedit arbitraria pœna plectendus eſt.*
5 *Vaxallus tenetur ope, & conſilio Dominum in hoc iuuare, & non impedimenta inferre. Sed ſecus ſi non adeſt dolus.*
6 *Vaxallus ſi medijs malis impoſturis, vel alijs impoſturis ad impediendum Domini matrimonium vſus ſit, & Dominus probabit feudo priuatur.*
7 *Vaxallus non debet eſſe in damnum Domino ſuo, neque facto, neque conſilio, quæ prohibita ſunt contra Dominum.*
8 *Vaxallus, quid contra Dominum agens eſt contra fidelitatis iuramentum, quia eum iurare, & non nocere tenetur, & infidelis inimicus, & odioſus, ex quo feudum amictit.*

1 VAxallus † feudi poſſeſſor Domino ſuo rem facilem, difficilem redens, aut quod poſſibile erat, faciat impoſſibile feudo priuatur, per cap. 1. vbi interpretes omnes de noua forma fidelitatis, & hoc ſi cauſa eſt notabilis, ex qua feudo priuandus veniret deficiendo à promiſſis in iuramen-
2 to fidelitatis, quoniam † contractui iurato contraueniens eius commodo priuatur, l.ſi quis maior, & ibi omnes, C. de tranſactionibus hinc inferunt, ſi Domino matrimoniū honeſtum.& vtile impediat fortè nobilem, vel locupletem illi ducere facilè, & poſſi-
3 bilè erat, & † Vaxallus diſcordiam ſeminando, vel Domini famæ, & extimationi detrahendo impedimentum inijciens, irritū facit feudo mulctatur, Iſern. in d.cap.1.n. 3. verſ. item facilè, poſſibilè,&c. de noua form.fidelit. vbi Aluarot. num. 1. verſ. ibi difficilè exemplifica,&c. Præpoſit. num. 1. col.2.ante med. Laudenſ.num.14. Iacob.de S. Georg. in verſ, qui quidem inueſtit.præſtit.iuram.num.20. in fiue,& ſeq. Capyc.in inueſtit.feud.cap.feuda amictuntur,col.2.§. 31.fol.56. Scheneid. de feud. part.8. cap.1. num.47.Cauſ.8. Scrader.de feud.par.9.cap. 6.uum.1.Cauſ.25. Afflict. in deciſ. 265. nu. 43. Roſental. de feud.cap.10.concluſ.30,in
4 gloſ. literis Bb. & † Vaxallus talia faciendo oſtendit, quod non ſit vir bonus, ſed calumnioſus, & ſtellionatus criminis obnoxius, qui nocendi animo, aut ex inuidia, & liuore matrimonium bonum, vel ſpem honeſti coniugij calumnijs,& maledicentijs impedit, & ſic vel temporali religione, vel ſimili arbitraria pena dignus eſt, argum. l.3. §.item, ſi quis in poſterum, iuncta gloſ.ibidem in verſ. in poſterum, ff. de crimin. ſtellion. Laudenſ.d.loc.num.15. Iacob.vbi ſup.nu.21. Roſental.d.concl. in gloſ.literis Cc. & hæc procedunt, nè dum ſi matrimonium Domini impediunt, ſed etiam,& ſi filij ma-

Digitized by Google

lij mattimonio impedimentum præſtiterit, quod ex voluntate, & conſenſu Patris cõtrahere tractabat, & per Afflict. in d.cap.1. num.9.de form.fidelit. Iacobin.in d.nu.20. Scheneid.part.8.cap.1. num.48. Scrader. d. part.9.cap.6.numer.1. verſ. quæ conclusio ampliatur, facit, l.iſti quidem, ff.de eo, quod met.cauſ. & hæc procedunt, nè dum ſi matrimonium impedire non valuit, ſed Vaxallus, quod facilè erat Domino, vel eius filio difficilè redit, ita & ſine magnis difficultatibus, & impenſis eo peruenire non potuerint, Scrader. d.part.9. cap.6. num.2. determinat, facit tex. in d.cap.1. ibi facilè, &c. de form. fidelit. & ſentiunt ibi Afflict. d.num.9. Balzeran.nu.16. & 37. & expreſſe quoquè Scrader. d.part.8.cap.1.num.48.
5 Cum † Vaxallus tenebatur hac in re potius ope, & conſilio ſuccurrere, quam impedimenta obijcere, d.cap.1.de noua form.fidelit. cum ſeq. & prædicta non procedunt, ſi iuſta aliqua cauſa, & ſine dolo malo, vel ingnorantia Vaxallus Patris, & filij matrimonium impediunt, & difficilè redit, quia vbi non eſt dolus, non eſt culpa, nec pena, vt eſt notum, & Vaxallum non fuiſſe in dolo malo, nec animo impediendi. & difficultatem tribuendi in matrimonio, & magnis expenſis afficiendi probabitur ex circumſtantijs coniecturis, & præſumptionibus, vt ſentit, Afflict. in cap.1. num. 5. de form. fidelit. vbi expreſsè Balzeran.num.34. Scrader.part.9.cap.5.num.44. & magna difficultas impoſſibilitati comparari ſolet, l. continuus, nu.137. §.cum quis ſub hac conditione, ff. de verb.oblig.l.apud Iulianum, §. conſtat, & ibi in Præfatio. ff. de leg.1. ibiq; gloſ. ff. de leg.1. & ibi gloſ. ff. de his, qui eicierunt, vel effuder, ſed ſi conſtaret Vaxallum odio, maloquè animo talia contra Dominum agit, & notabile damnum ei infert feudo priuaretur, vt per Iſern. & præcitatos Doctores in d.cap.1. de form. fide-
6 lit. & hunc dolo malo eſt vſus † Vaxallus, ſi medijs ipſo iure prohibitis vſus eſt, vt puta ſi mentiendo ipſius, fame, ingenio, moribus, facultatibus, aut ſimilibus detraxerit, alijſquè impoſturis vſus fuerit, & ſi alijs medijs ſit vſus à iure nõ prohibitis Vaxallus vſus ſit in impediendo matrimoniũ, Dominus probare tenetur, quia delicta non præſumuntur, vt alias diximus, & facit, l.merito, ff. pro ſocio cum ſimilibus, & quod ex dictis, vel factis Vaxalli matrimonium ſit verè impeditum, & excluſum, quia delicta, regulariter puniuntur, quando perfecta, & conſumata ſunt per Vaxallum, & magna ingratitudo ſit commiſſa feudo priuatur, cap.1. §. illud, quæ fuit prima cauſ. benefic. amict. ſed dum verſatur aliquod magnum præiuditium, & damnum Domino, vt hic ſi matrimonium erat vtile,
7 & dignum, & † Vaxallus non debet eſſe, nequè facto, vel conſilio contra Dominum nec ex ſua perſona quicq; admictere, quod pertineat ad Dominum, vel ſuorum iniuriã, vel contumeliam, cap.1.de noua form.fidelit. Imò ex quo facto, & conſilio Vaxalli contra Dominum ſunt de per ſe prohibita etiam ſi nõ ſint ſecuta, ſunt delicta, & tituli criminum, Bart. in l.non ſolum, §.ſi mandato meo num.22. in fine, ff. de iniur.per l. 1. §.perſuadere, ff. de ſeru.corrupt. Dec.in l. conſilij num.11. ff. de regul. iur. cum ſal-
8 tim † Vaxallus agens contra fidelitatis iuramentũ, quia non fidelis, ſed inimicus, & odioſus ſe ei oſtendit, & inimici loco habetur, vt per Scrader.part.9. cap.5. num.13. ampliat.7. & oſtenditur, quia dum non obſeruat iuramentum, & ius iurandum onixam iurantis voluntatem oſtendit, iux. tex. in l.cum Pater, §. filius matrem, & ibi tradita per Bart. & alios ff. de legat. 2. feudo priuandus veniret, & hæc in hoc caſu ſuffiiciant.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XVII.

Amiſſionis feudi, Cauſa Decima.

THEMA.

Vaxallus amicitiam contrahens, cũ inimicis Domini in eius perniciem feudum amictit, communis.

SVMMARIVM.

1 *AMicus meus amicitiam contrahens, cum meo inimico inimicus præſumitur.*

2 *Amicitiam contrahere Chriſtianos, cum inimicis alienum eſſe debet.*

3 *Vaxalli dolum, & amicitiam, cum inimico Domini contraxiſſe Dominus probare debet.*

1 AMicus † meus, cum meo inimico amicitiam cõtrahens inimicus meus præ-

ſumuntur, argum. l. ſciendum, §. ſi accuſatio. ff. de leg. & ibi Bart. l. liberi, ibi (vel inimicis ſuis, ſuas amicitias copulauit) C. de inoffic. teſtam. vbi hoc notat Bald. poſt Caſtrenſ. quod ingratitudo inde ſaltim in neceſſarijs à domeſticis noſtris non alijs arguatur, C. ſi inimicus diſtinct. 93. Bal. in l. 1. C. ſi quacumquè præditus poteſtate, Afflict. in d. §. item ſi fidelis, num. 25. in fine, & nu. 26. quib. mod. feud. amitt. Balzeran. in cap. ſi Capitanei, num. 11. verſ. contrariam verò partem, quib. mod. feud. amitt. tit. 17. libr. 1. Curt. in d. part. 4. num. 37. Borcolt. capit. 8. num. 122. de feud. Scrader. part. 9. cap. 5. nu. 24. & 26. Menocch. conſ. 102. nu. 11. Mozz. tit. fin. de feud. nu. 66. Scheneid. par. 8. cap. 1. num. 56. Fælin. in cap. repelluntur, num. 2. de accuſat. Gigas in tract. de Crimin. Leſ. Maieſt. in rub. quomo. & per quos Crimin. Leſ. Maieſt. probatur, quæſt. 2. num. 27. & eiuſdem propoſiti, cum inimico cenſetur, cap. ſi quis 23. quæſt. 4. Aluarot. in d. cap. ſi Capitanei, num. 4. verſ. ſed primo examinemus, vbi & alij, hic poteſt eſſe titulus, quibus mod. feud. amitt. argum. d. cap. repelluntur, Bald. in d. l. ſi liberi, Fælin. in d. cap. accedens eius init. 2. num. 1. vt lite non conteſtat. Gig. d. loc. part. vlt. quæſt. 17. Grammat. conſ. 24. num. 6. Menocch. d. conſ. 102. n. 10. Roland. a Vall. conſ. 7. num. 16. proindè ab accuſando d. cap. repellantur, vbi Abb. & Fælin. in princ. cap. cum te de accuſat. vbi Præpoſit. 3. quæſt. 5. gloſ. in cap. Porrò in verſ. aſſalierit cum, qua omnes t anſeunt, quæ fuit prima cauſ. benefic. amitt. & ex alijs Roſental.

2 d. cap. 10. concl. 12. in gloſ. lit. P. & † contrahere amicitiam, cum inimicis à nobis Chriſtianis alienum eſſe debet, Chriſtiana enim charitas non irritatur, nō cogitat malum, &c. vt Sacra ſcriptura teſtatur fuit, & dictum Eccleſiaſticum cap. 7. Noli pro amico inimicus eſſe proximo, quod refert Iſer. in d. §. porrò num. 19. verſ. gloſ. ergo quæ ponitur, Laudenſ. num. 9. in fin. Præpoſit. num. 2. in fine, & alij, quæ fuit prima cauſ. benefic. amitt. Aluarot. in d. cap. ſi Capitanei num 4. hic poteſt eſſe titulus, quib. mod. feud. amitt. Iacob. in verſ. dict. què Vaxalli promiſerunt: non committere nu. 14. verſ. ratio eſt, Zaſ. part. 10. n. 32. Iacob. Leonard. conſ. 114. num. 327. inter conſ. Bruni, Roland. à Vall. conſ. 1. num. 16. lib. 3. & Domino pernitiem, & eius odium fecerint, vt ita diſtinguit gloſ. ipſa principalis aliquid huius diſtinctionis innuere videtur, dum de liberto, qui conſpirauit, cum inimicis Domini, & quidem cōtra Dominum refert, quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. vbi Iſern num. 19. Bald. num. 2. Laudenſ. num. 8. Aluarot. nu. 2. Præpoſit. num. 1. prope finem Afflict. num. 10. & ſeq. Petrus de Rauenn. & alij Iſern. in cap. 1. hic poteſt eſſe titulus quib. mod. feud. amitt. rub. 17. lib. 1. num. 6. in fin. Curt. iun. part. 4. num. 37. in fine ſic receptum eſſe teſtatur, Capyc. in inueſtit. feud. cap. feud. amitt. col. 14. in fine, §. limitat omnes Intrigliol. in 1. centur. feud. quæſt. 89. num. 71. Cauſ. 12. & communem pronuntiat, Vult. de feud. cap. 11. num. 29. verſ. ſed hoc cum effectu, &c. & ex alijs Roſental. d. concl. 12.

3 in gloſ. litera R. Et † dolum Vaxalli amicitiam, cum Domini inimico Dominus probauerit, vt expreſsè dicit Iſern. in d. cap. 1. quib. mod. feud. amitt. num. 6. in fine, quem ibi ſequitur Laudenſ. num. 19. Aluarot. nu. 6. Præpoſit. num. 3. Rauenn. in fine, Afflict. ibidem, & in deciſ. ſua 307. in fine, Zaſ. in epit. feud. part. 10. num. 32. & ſeq. qui tamen Iudicis arbitrio, & deſcriptioni, & ſubtilitati, d. num. 34. talem rem committendam aſſerit Capyc. in d. cap. feud. amitt. col. 1. §. & dicit Aluarot. cap. 16. cap. 17. & ex alijs Roſental. d. concluſ. 12. in gloſ. litert S.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XVIII.

Amiſſionis feudi, Cauſa vndecima.

THEMA.

Vaxallus hoſtis Domini factus arma contra Dominum aſſumendo, & ſi Dominus ſit Magiſtratus eius in legem Iul. Maieſtatis ſi non im primo capite, tamen iu ſecūdo cadit, & feudum amittit, communis.

SVMMARIVM.

1 *Hoſtes olim dicebantur Peregrini.*

2 *Hoſtes veteres per duellos vocabant, ſed poſtea hoſtes ceperunt dici, quibus bellum publicum Populus Romanus indicebat.*

3 *Vaxallus hoſtis, ſiuè inimicus Domini factus feudum amittit.*

4 *Hoſtis largius eſt, qui arma inſtar hoſtis mouet.*

Digitized by Google

monet, & ſi Dominus ſit Magiſtratur.
5 *Rebellionem, ſiuè fellonsam commiſit, qui*
oppugnat eum, quem fauere debet.
6 *Filius inimicus Patris exhæredatur.*
7 *Legatarius ob inimicitiam habet, cum te-*
ſtatore à Legato, tanquã indignus repel-
litur.
8 *Hoſtilitas, ſiuè inimicitia, ſiuè ſit publica,*
clandeſtina, vel occulta ſit, ſufficit.
8 *Arma ſumens pro Patria, vel antiquiore*
Domino non incidit in crimen.

1 OLim Hoſtes † Peregrini dicebantur,
quemadmodum Cicer. in 1. officior.
Hoſtis inquit apud maiores is dicebatur,
quem nunc Peregrinum dicimus, indicant
duodecim Tabulæ aduerſus Hoſtem æter-
na authoritas eſt, dicebantur Peregrini Ho
ſtes ab hoſtiendo, id eſt equando, quod pa-
ri iure cum Ciuibus Romanis vterentur,
ſed non fruerentur eiſdem Priuilegijs Var-
ro. lib. 4. de lingu. latin. Sextus feſtus Pom-
2 peius lib. 8. & quos nos † Hoſtes hodiè vo-
camus, veteres perduelles appellabant, l.
quos nos Hoſtes, ff de verbor. ſignific. ſed
poſtea cæperunt dici Hoſtes, quibus bellum
publicè Populus Romanus decreuerat, vel
qui ipſi Populo Romano inducebant, l. Ho-
ſtes de capit. & poſthum. reuerſ. Varro vbi
ſupra forma indictionis extat apud Gail. lib.
16. cap. 4. Borcolt. de feud. capit. 1. num. 25.
3 Si Vaxallus † Hoſtis, ſiuè inimicus Domini
factus fuerit, vel talia geſſerit, ex quibus
potius Hoſtis, & inimicus, quam fidelis ha-
bendus ſit, feudo priuatur, tex. eſt in cap. 1.
ibi (atquè in alijs, ita verſatus eſt, vt po-
tius inimicus, quam fidelis, &c. quos teſtes
ſunt neceſſarij ad probandum Vaxalli in-
gratitudinem gloſ. in cap. 1. §. item ſi fidelis
in verſ. concubuerit quib. mod. feud. amiſſ.
vbi omnes interpretes vltra iam dictos in
præcedenti Dilucidatione, Affl. ct. in cap. 1.
in princ num. 20. in fine, quo te. por. mil.
Scheneid. part. 8. cap. 1. Cauſ. 37. numer. 171.
Fælin. in cap. repellantur, num. 2. de accu-
ſat. Ioan. de Mont. lib. 4. c. 1. Cauſ. 10. Blanc.
lib. 3. cap. 1. num. 50. Scrader. part. 9. cap. 5.
num. 7. Pariſ. conſ. 1. vita factis, &c. nu. 14.
lib. 1. Grat. conſ. 9. num. 59. lib. 1. & ex alijs
Roſental. de feud. cap. 10. concluſ. 17. in gl.
litera D. Non tamen hic propriè, ſiuè ſtri-
ctè, vt in l. Hoſtis. ff. de verb. ſignific. cum
4 ſimili capitur, ſed † largius pro eo, qui ar-
ma inſtar Hoſtis mouet, etſi Dominus ſit
Magiſtratus eius, in l. Iul. Maieſt. ſi non in
primo capite, tamen in ſecundo peccare
exiſtimandus eſt per aperta iura, & præci-
tatos Doctores, ac Afflict. in cap. 1. §. fin.
nu. 20. peccare exiſtimandus eſt per aperta
iura, & præcitatos Doctores, ac Afflict. in
cap. 1. §. fin. nu. 20. Cauſ. 39. quib. mod. feud.
amiſſ. Scheneid. par. 8 cap. 1. n. 147. Cauſ. 28
Vvſteius cap. 11. num. 29. Picard. conſi. 18.
num. 7. tom. 1. Roſental. in d. concluſ. lite-
ra A. & concluſ. 18. in princ vbi etiam ſub-
ditus Domini præter feudum, ſi contra
Dominum, aut facit clam, & proditionis
inſtar eſſet, aut manifeſtè, & tunc pro fide-
5 le haberi non poteſt. Felloniam † ſeu re-
bellionem committit, qui oppugnat eum
quem fauere debebat, facit tex. in cap. 1. de
noua form. fidelit. & in d. cap. 1. quod teſtes
ſunt receſſ. & aliæ præcitatæ authoritates,
6 & confirmatur ex eo, quod † filius Patris
inimicus ob hanc cauſam licitè exhæreda-
tur, Scrader. d. loco poſt Bal. conſ. tia. pun-
7 ctus, num. 12. & 7. lib. 5. & † legatarius ob
inimicitiam, cum teſtatore à legato, tanquã
indignus repellitur, l. 3. §. fin. l. ex parte, l.
pen. §. ſcire, ff. de adim. legat. l. ſi inimicitię
in princ. ff. de his, quib. vt indign. cum ſi-
mil. Scheneid. d. loco, & ampl at hac nu. 12.
& ſeq. Scrader. Octo modis, & inter cætera,
vt procedat, etiam non ſit publica ſed clã-
deſtina hoſtilitas, ſicut inimicitia argumẽ-
to eius, quod tradit Bart. in l. 1. ff. de his,
quib. vt indign. Iaſ. in l. ſororem. num. 6. C.
eodem tit. Menoch. de arbitr. iud c. libr. 1.
quæſt. 28. num. 7. Alex. conſ. 127. in fin. lib.
4. Ficard conſ. 18. num. 6. & ſeq. lib. 1. ſed
id non videtur in filio ita indiſtinctè pro-
bandum, quod in præcitatis locis, & alijs
concurrentibus diſcernendum relinquit,
Roſent l. d. concluſ. 17. in gloſ. litera D. in
fine, & ex prædictis arma contra Dominũ
ſumens feudo, tanquam rebellis priuatur,
ſiuè ſit capud, aut Princeps belli, ſiuè alte-
ri ſtipendia mereat, vel alio in ſubſidium,
aut in auxilium eſſe velit, capit. 1. de nou.
form. fidelit. quod nec in conſilio, nec fa-
cto, &c. & ex allegatis in præcedenti reſo-
9 lutione, † excepto tamen ſi pro Patria, vel
Domino loci, aut pro antiquiori, & priore
ſuo Domino arma ſumeret in tali crimine
non incurreret, per tex. in cap. 1. §. illud
quoquè ibi (& Vaxallus Vaxalli, Dominũ
Domini ſui offenderit, niſi pro ſeruitio al-
terius Domini, &c. & ibi omnes de prohib.
feud. alien. per Federic. exceptio enim fir-
mat regulam in non exceptuatis, Roſental.
d. concl. 18. num. 5. & in gloſ. litera C.

PARTIS

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XIX.

Amiſſionis feudi, Cauſa Duodecima.

THEMA.

Vaxallus, ſi aſſalierit Dominum, vel Caſtrum eius crimen Maieſtatis commictit, etſi monitiones reuelat, aut inimicis mictit feudum amictit, communis.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus pro Domino debet præſtare auxilium, & conſilium contra omnes, & inſultans Dominum, aut eius caſtrum crimen Maieſtatis commictit.*

2 *Vaxallus aſſaliens Caſtrum Domini tàm ſciens, quàm ingnorans ſit, Dominum ſibi adeſſe, vel non, crimen Maieſtatis commictit.*

3 *Vaxallus tàm ſi per Mare, quàm per Terram Dominum inuaſerit Maieſtatis crimen commictit.*

4 *Vaxallus monitiones, vel annonam Domini reualās, vel hoſtibus tradit crimen Maieſtatis commictit.*

1 VAxallus † contra omnes pro Domino debet præſtare auxilium, & conſilium, cap. 1. de noua form. fidelit cap. 1. §. fin. hic finitur lex, ex quo ſi contra perſonam Domini, Caſtrum aut eius locum inſultauerit crimen Maieſtatis commictit, & feudo plectitur, tex. eſt expreſſus in cap. 1. §. ſimiliter, ſi Dominus quib. mod. feud. amict. in capit. 1. §. porrò, ſi Dominum quæ fuer. prima cauſ. benefic amict & vtrobiq. gloſ. & Doctores omnes, Iſern. in cap. 1. §. item ſi fidelis num. 13. circa medium quib. mod. feud. amict. Blanc. de feud lib. 2. cap. 1. num. 2. Petr. de Bellapert. in tract. de feud. tit. 9. num. 7. Iacobin. in verſ. dictiquè Vaxalli promiſerunt non commictere felloniā num. 33. Curt. iun. part. 4. nu. 31. & 32. Cauſ. 9. & 10. Capyc. in inueſtit. feud. cap. feud. amict. col. 11. & 12. §. decimo, ſi Vaxallus fol. 48. & in deciſ. 130. num. 20. Afflict. dec. 265. num. 59. Zaſ. in repet. feud. part. 10. nu. 37. Sonsbech. part. 12. numer. 33. verſic. quinta concluſio, Vvſembech. cap. 15. nu. 5. Mozz. de feud. tit. fin. num. 155. Octoman. in diſputat. ſeud. cap. 41. verſ. quintæ autem Cauſç, &c. Eguinar. Baro. lib. 3. de alien. benefic. cap. 3. verſ. qui in Dominum quoquè impetum, &c. Scrader. d. part. 9. cap. 3. nu. 3. Intrigliol. in centur. ſeud. quæſt. 88. nu. 57. & 58. Cauſ. 6. & 7. Vvlteius de feud. libr. 1. cap. 11. num. 20. & 38. fol. 755. Petr. Iacob. in pract. aur. libell. quo agitur ad recuperationem ſeudi, §. nec ſuperſtitibus num. 17. verſ. ſecunda cauſa Bart. Socc. conſ. 165. nu. 4. lib. 1. Alex conſ. 13. nu. 18. in fine, & ſeq. lib. 6. Caſtrenſ. conſ. 46. num. 2. lib. 2. Pariſ. conſ. 46. num. 2. lib. 1. Grauett. conſ. 9. nu. 57. lib. 1. Marian. Soccin. iun. conſ. 68. num. 84. Menocch. conſ. 99. num. 28. & ſeq. Roland. à Vall. conſ. 1. num. 6. & ſeq. lib. 3 Ruyn. conſ. 135. num. 1. lib. 1. Roſental. d. concl. 18. cap. 10. in gloſ. litera D. Nec diſtingnimus, ſi in loco illo, tunc temporis ſuerit, nec nè Aluarot. in d. §. ſimiliter, Menocch. conſil. 99. num. 29. ex pluribus communibus Roſental. d. cap. 10. concluſ. 18. in gloſ. litera G. nequè etiam ſi Vaxallus inuadens, ſciuerit, an ingnorauerit Dominum in eo loco eſſe per d. §. ſimiliter, Zaſ. d. part. 10. nu. 37 Sonſbech. part. 12. num. 35. & ex alijs Vvlteius
3 d. cap. 11. num. 38. Roſental. d. loco. Et † hæc inuaſio, non tantum de ea, quæ fit in Terra, ſed etiā de ea, quæ fit in Mari, ſeu aquis puta Nauibus, ſeu claſſe Domini, Bald. in cap. 1. §. ſimiliter nu. 2. quib. mod. feud. amict. ibiquè Balzeran. num. 2. Capyc. in inueſtit. §. feud. amict. col. 11. §. 10. ſi Vaxallus gloſ. 5. conſuluit Roland. à Vall. conſ. 1. nume. 12. intelligenda, Roſental. d. concluſ. 18. in glo.
4 litera S. ex alijs, idem eſt, † ſi Vaxallus inimico Domini reuelauit monitiones Domini, & hoſtibus eius tradit, & annonam per ſua loca tranſire permiſit, vel ſaluum conductum præbuit, ſeudum amictit, per text. in cap. Imperialem, §. illud quoquè de prohib. alien. per Federic. Thom. Grammat. deciſ. 6. ſi arma inquit, vel equos in fauorem Hoſtium tranſmictit, &c. Sconer. diſputat. feud. 10. Theſ. 34. Balzeran. in cap. ſi Capitanei, num. 12. verſ. & Vaxallus ſi fecit cōfederationem, &c. quib. mod. ſeud. amict. Afflict. deciſ. 109. Cuman. conſ. 61. per totum, Roſental. d. cap. 10. concluſ. 19. in gloſ. litera A. & B. ex alijs, aut ad occupandum illas ope, vel conſilio adhibuit. Aluarot. in d. cap. 1. nu. 2. de form. fidelit. Bellapert. de ſeud. cap. 9. nu. 29. Afflict. in cap. 1. verſ. & bona commictentium, num. 33. verſ. decimo nono modo, &c. quæ ſint Regal, Capyc. d. cap. feuda amictuntur col. 17. §. etſi Vaxallus inſultat, &c. Grammat. deciſ. 6.

ciſ.6. in princ. Vulteius d.cap.11. num.38. Natta conſ.174.num.16. & 17. facit l. 3 & 4. ad l.Iul.Maieſt. & cap.1. ibi de munitionibus de form.fidelit.ex alijs Roſental.dict. cap.10.concluſ.19. in gloſ.litera I.& etiam ſi reuelet inimico munitiones Domini feudo priuatur, Iſern. in cap.1. nu.2. de form. fidelit. vbi Aluarot.num.2. Balzeran. num. 13. Capyc. in inueſtit.feud.cap.feud.amictũtur,col.17. §. etſi Vaxallus reuelat fol.51. Scrader.d.part.9.cap.5.num.41. verſ. quin imò,&c. facit lex.3.§.quia aliena, ff. de re milit.cum ſimilib. Roſental. d. concluſ.19. in gloſ. lit. S. ex alijs, quando quis impetu inſultat quandam perſonam, vel locum agreditur dicitur inſultus,quod etiam habetur, ex tex.in d.§.ſimiliter,quib.mod.feud. amict. & in d.§.Porrò,quæ fuit prima cauſ. benefic. amict. (vel vicum, in quo eſt per vim agreſſus fuerit,&c. & in perſonam fieri dicitur, cum ita prope ſunt, vt ſe actingere, l. quod intellige manibus, vel armis, poſſint) alioquin agreſſio in locum,potius fieri diceretur, etiam in perſonam: locum enim aſſalire aiunt, ſi ita inquit inſultando, ſeu agrediendo, vt tela prohijcere; forte Bombandus explere, & cætera,ſvt expugnare poſſit, Iſern.d.§.ſimiliter,nu.22.Bald. num.1.& 2. Aluarot.num.2.Prepoſit.nu.1. Laudenſ.num.2.Afflict.num.5.Balzer.num. 2. Iacobin.d.num.3.Curt.d.num.31.Capyc. d. §. vndecimo, ſi Vaxallus Sonsbech. vbi ſup. Zaſ.part.10.num.34.& num.38.Mozz. tit. fin.num.23. de feud. vbi inter inſultũ, impetum, & inuaſionem differentias, & multa adducit,num.24. in fine, & num.73. ampliat.3. Scrader.d.part.9.cap.3.num.21. & ex his Dilucidatio noſtra patet.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XX.

Amiſſionis feudi, Cauſa Decimatertia.

THEMA.

Vaxallus aſſaliens Dominum, vel vxorem, aut filium, vel Patrem Domini ſciens in alieno loco exiſtentes crimen Maieſtatis committit, communis.

SUMMARIUM.

1 *Vaxallus alienum locum aſſaliens, vbi ſecus Domini non adeſt crimen non committit. quod ſecus ſi ibi vxor filij, vel Pater Dominis extiterint.*
2 *Vaxallus ſciens, vel ingnorans vxorem filios, vel Patrem Domini adeſſe alienũ locum aſſalierit, ſi adſunt crimen Maieſtatis committit.*
3 *Vxor, & Maritus vnum ſunt corpus.*
4 *Priuilegium conceſſum Marito, extenditur vxori.*
5 *Pater, & Filius vna eademquè perſona ſunt.*
6 *Voxallus aſſaliens locum, vbi frater Domini adeſt idem eſt, quod crimen Maieſtatis committit.*

1 VAxallus † alienum locum aſſaliens,
vbi Dominus filius,aut Pater Domini non fuerit feudum,non amictit, quod ſecus ſi ibi extiterit Dominus, aut vxor, vel filij, aut Pater, & Vaxallus hoc ſciuerit: ſic expreſſè dicit gloſ. in §. ſimiliter, verſic. ſciens, vbi Scheneid. hoc ſentit nu 3. Sonſbech.part.11.nu.15. verſ. nec etiam obſtat, &c. quam omnes nemine diſcrepante firmat,quib.mod.feud.amictatur,Scrader.par. 9. cap.3. num 3. verſ. quæro hæc concluſio ampliatur,&c. Vulteius d.cap.11. num.38. in fin. Petr. Iacob. in ſua pract. aur. libell rub.59. de cauſ. ex quib.feud.amict. nu. 18 Oldenderp claſſ 5. poſt art.17. vbi de artic. benefic in pract.3.ſpet. intenſ.actio.art.2.& ſentit hoc Ferrar. vbi ſup. litera D. ac eſt de mente omni præcitatorum,& videtur id ſatis probare, text. in d.§.Porrò, quæ fuit prima cauſ. benefic. amict. & non minus, ſi
2 Vaxallus † ſciuerit, ibi adeſſe Dominum vxorem filium, vel Patrem, per tex.in d.§. ſimiliter, ibi Dominam, ibi Laudenſ. nu. 8. Schench.num.3. Scrader. d.part.9. capit.3. num.5. facit, & tex. in Conſtit. Henrici Secundi Imperatoris, quam Cuiacius libr. 1. tit.2.feud.collocauit,&c. & idem erit, ſi in perſonam vxoris inſultum egerit, Scrader. d.loco, verſ. ſexto, hæc concluſio, &c. Et in cap.4.num.18. eadem part. 9. poſt Socc. conſ.134.num.40. vſquè ad num.45. lib.3.
3 quia † vxor, & maritus vnum ſunt corpus cap. admonere 33. quæſt. 2. vnde iniuria inlata vxori, & ipſi marito inlata dicitur, §.patitur inſtit. de iniur.l.1.§.fin.l.cum qui §. ſi nuptæ, & §.fin. ff.eod.tit. ex eo, quod
4 † ſaluum conductum, & Priuilegium conceſſum marito ad vxorem extenditur, ax multis authoritatibus, ibi adductis, ex quo

fine

ſine dubio vaxallum feudum amittere, ſi locum vbi domini vxorẽ extiterit, aſſaliret, vt diximus, & idem eſt, ſi in loco ipſo filius dñi exiſtens, vaxallus ſciens, aſſalierit, Scrader. d. par. 9. c. 3. nu. 6. ampl. 7. poſt Soec. d. conſ. 134. num. 40. vſque ad num. 45. lib. 3. immo magis de perſona filij, † quia pater,
5 & filius vna eademq; perſona cenſentur, l. fin. & ibi Iaſ. C. de impuber. & alijs ſubſtit. §. ſi quis alijs, Roſental. d. cap. 10. concluſ. 18. nu. 16. in gloſ. lit. O. & idem dicendum videtur, ſi fratrem in locum exiſtentem inſultauerit, Scrader. d. par. 9. cap. 3. nu. 8. quia vaxallus pro facto patris, fratris, vxoris, filiorum, pupillorum, & adulterum domini opem ſuam ferre, & iuuare debet, argum. l. plenum §. ſi vſus miniſterij, ff. de vſu, & habit. l. 1. §. domini appellatione ff. ad Senat. Conſult. Syllan. & ex multis Adrian. in ſum. cap. 66. Scrader. d. par. 9. cap. 4. nu. 20. & ex alijs Roſental. cap. 8. concl. 19. nu. 6. gloſ. 1.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XXI.

Amiſſionis feudi, Cauſa XIV.

THEMA.

Si vaxallus dominum non mortuũ, neq; etiam letaliter vulneratum in prælio campeſtri relinquat, priuatur feudo. communis.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus relinquens dominũ in prælio etiam non mortuum, neq; vulneratum feudum amittit.*

2 *Vaxallus deſerens dominum in caſtris, & aufugit, feudo priuatur.*

3 *Vaxallus non excuſatur, dicens reliquiſſe dominum abſq; periculo, quin feudum amittat.*

4 *Vaxallus relinquens dominum in prælio, ſi ſtatim recurrit, & ex ſua fuga damnũ domino non aduxit, excuſatur à pœna.*

5 *Milites, vel vaxalli militantes: à caſtris fugientes, capite plectuntur.*

6 *Deſertor haberetur quiſquis belli tempore à caſtris aufugit, & Romani colla eis decidi, ſecuris faciebãt, vel fuſtis percuti.*

7 *Milites aufugientes in hoc Regno, capite puniuntur.*

8 *Milites à bellis fugientes, ius canonicum infames vocat.*

9 *Vaxallus deſerens dominũ in caſtris etiã ſi inimici eum nõ ceperint, & inleſus euaſerit, feudo priuatur.*

10 *Vaxallus fugiens eum non releuat, ſi frater ipſius dominum defendat.*

11 *Feudum ſi eſt diuiſum, frater aufugiens portionem ſuam amittit.*

12 *Vaxallus nẽdum conſilium, ſed ei auxilium præſtare tenetur, opus habet in bello.*

13 *Vexallus dominum mortuum, vel letaliter vulneratum relinquens, quia domini amplius non intereſt, feudum nõ amittit.*

1 SI vaxallus non mortuum, neq; letaliter vulneratum dominum in prælio, vel caſtris relinquerit, feudo priuatur, per text. apertum in cap. 1. quib. mod. feud. amitt. & in cap. 1. in fin. de feud. ſine culpa nõ amitt. cap. 1. §. item qui dominum, quę fuer. prima cauſ. benefic. amitt. cap. 1. quod teſtes ſunt neceſſ. Iacob. de Sãcto Georg. in ver. & promiſerunt nu. 17. & 18. Curt. Iun. par. 4. nu. 4. Blanc. 1. feud. 7. num. 16. Iaſ. par. 10. num. 18 Sonsbec. par. 12. num. 12. verſ. fallit 4. Roſental. cap. 10. concl. 16. nu. 5. vbi dicit videtur fuſius exponi per cap. 1. quib. mod. feud. amitt, ibi: Si dominus prelium campeſtre habuerit, & vaſallus eum morantem, ideſt perſeuerantem in prælio ipſo dimiſerit, nõ mortuũ, neq; ad mortem vulneratum feudum amittere debet &c, & hoc accipiendũ
2 aut deſerit, vel fugit ex caſtris, & quidem dolo, & nemo dubitet, quin priuari poſſit, aut de dolo non conſtat, & cum hoc non ſit ſtrenui militis eum præſumptione doli, vel culpę latę, nihilominus onerari ita, vt ipſius ſit cauſa fugæ, aut deſertionis, aliam probare debet. Laurent. Syluan. de feud. recogn. q. 85. in fin, Roſental. d. cap. 10. concluſ. 16. nu. 2. in gloſ, lit. B. quam cauſam feudi amittendi iuſtiſſimam eſſe dicit Borcolt. cap. 8.
3 nu. 86. & ſeq. nec † excuſatur, dicẽdo, quod dominus in periculo cooſtitutus nõ fuerit, Sonsbec. par. 12. nu. 10. ſed ſi poſt † fugam
4 è prælio, ad id ſtatim redierit, excuſari debere, Curt. par. 4. nu. 12. Bald. in cap. 1. nu. 2. quib. mod. feud. amitt. argum. l. ſi pœnituit ff. de diuort. quem ſequitur ibi Franc. num. 8. cuius opinionem fortaſſe equiorem, modo fuga domino non noceat, exiſtimat Roſental. in d. concluſ. 9. num. 8. in lit. H. Bald. & alios adducens, ſed prædiſſerat, etiam ſi ad
5 hoſtes ſe non contulit. Nam & † milites

deſer-

deſertores, magis priores fugientes, capite
plecti ſolent, l.non omnes, §.1.& §.deſer-
tos, ſi in vrbe inueniatur, & ibi DD. ff.de
re milit.& hoc in priore ſugiente, etiam ad
vaxallum domino ſuo militatem extendit,
Aluarot.in cap.1. §.itẽ qui dominum, nu.1.
& ibi Scheneid. num.3. quæ ſucr. prima
cauſ.benefic.amitt.& Scrader. par.6. cap.6.
num.75.ampliat.2. Sonsbec. par.11.nu.32.
6 text.in l.1. C.de deſertor.lib.12.ait: † (de-
ſertor habetur quiſquis belli tempore, à
caſtris abierit) & Romanorũ tempore, alijs
ſecuribus deciſa sũt colla, alij ſuſtibus per-
cuſſi periere.) & alias per Dioniſ.Halicarn.
lib.9.Roman.hiſtor.& apud Vegeti,& alios
Iſtoricos, & in hoc Regno expreſſe eſt or-
dinatum per pragm.6. §.17. in tit.de milit.
7 vt † milites fugiẽtes poſtquã ſunt arrolla-
8 ti, pœna capitis puniantur, & tales † mili-
tes ſugientes è bellis, ius canonicum infa-
mes vocat, cap. inſames 6. q.1. vbi gloſ. &
crimen Maieſtatis teneri, & ſic Aluarot. &
Schenc. dictis in locis declarat prædicta, vt
9 feudum amittat vaxallus ita deſeriens, aut
ſugiens, etiam ſi dominus adhuc ſuperaue-
rit, & victoriam præſtitus fuerit, Laudenſ.
d.cap.1.in princ.quib.mod.feud.amitt.Curt.
in ſuo tract.feud. par.4.nu.15. Capyc. in in-
ueſtit.feud.cap.ſeuda amittuntur.§. ampl.2.
ex alijs Roſental.vbi ſupra in gloſ. lit.C. &
hoc etiam ſi inleſus euaſerit, ex pluribus
firmat Roſental.d.loco, in gloſ.lit.D.idque
quia ius ſeudale ad priuationem aliud quã
deſertionem non requirit, quam rationem
aſſignat Bald.Laudenſ.Præpoſit.Afflict. nu.
16.in dictis locis, & alij per Roſental.vbi
10 ſupra in gloſ. lit. E. nec † releuat vaxallũ
fugientem, ſi frater ipſius dominum deſen-
derit, quia ſeudum ipſum adhuc amittere
ſenſerunt, Afflict.in cap.1.in fin. n 50.quib.
mod.feud.amitt. Borcolt.d.cap.8.num.87.
Cotta in memor.verſ.vaxallus, & quamuis
ſint, qui contrarium tenuerint, inter quos
Bald. in cap.1. & ibidem Aluarot. num.12.
& Franc. num.7. quib.mod.ſeud.amitt. arg.
l.ſi is, qui alios, ff.de libert.legat. Iacob.in
verſ.& promiſerunt nu.20. Iaſ.in l.1.nu.2.
C.de tranſact.& in l.ſi emancipati num.10.
C.de collat. Felin. in cap.cum ſuper, nu.8.
de offic.deleg.quam opinionem de iure ve-
riorem eſſe dicit Roſental. d.concluſ.9. in
gloſ.lit.F. priorem tamen illam ſententiam
amplectitur Sonsbec.d.nu.14. eandemq; vt
veritati theoricæ magis conſentaneam, do-
cendo, conſulendo, & iudicando ſequendã
exiſtimat Vulteius d.cap.11.num.19.& ſeq.
11 diſtinguunt nonnulli, vt ſi † feudum ſit di-
uiduum frater fugiens portionem ſuam
amittit, ſi indiuiduum non amittitur, Mozz.
ex quib.cauſ.feud.amitt.nu.96.verſ.pro ſo-
lutione, & ſimiliter dicitur, quod ex forma
fidelitatis domino à vaxallis præſtandæ, nõ
12 tantum conſilium, ſed auxiliũ. † vaxallus
præſtare tenetur, cap.1.§.quia non ſufficit,
de noua forma fidelit.quo auxilio dominus
tunc maximè opus habet, cum in bello pro-
ficiſcitur. Ideoq; vaxallus dominum in bel-
lo euntem comitari debet, §. item dominũ
in cap.1. & ipſum in prælio non deſerere,
alias puniuntur per prædicta iura, & autho-
ritates, ac feuda amittuntur, vt prædictum
eſt; ſed domino mortuo, vel letaliter vul-
nerato, ipſum deſerere poteſt, quia domini
amplius nõ intereſt, Iſer.in cap.1.quib.mod.
feud.amit.& ibi Franc.nu.9. arg.l.ita vulne-
ratus in princ.ff.ad l.aquil.& l.ſi alius, §.eſt
& aliud, ff.quod vi, aut clam, & in bello no-
toriè iniuſto vaxallus, ſi cœperit adiuuare
dominum, & poſtea receſſerit, non punitur,
per glo.in d.cap.1.vbi DD.cõmuniter quib.
mod.feud.amitt. & Vniuerſitatis, ſiue Ciui-
tatis pars vna dominum deſererit, Thom.
de Marin. lib.3.nu.9. Vulteius cap.10. n.19.
in fin. ex alijs.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XXII.

Ammiſſionis Feudi, Cauſa XV.

THEMA.

Vaxallus Dominum aſſaliens, ſiue dolo, ſiue ſine dolo, feudũ amittit communis.

SVMMARIVM.

1 *VAxallus feudum amittit, quãdo dominum aſſalierit, vt offenderet, ſiue vi, ſiue inſidijs, & ſcienter.*

2 *Vaxallus non excuſatur, ſi ab offenſione domini deſiſtat, vel ab eo vincatur, quia in maleficijs ſufficit voluntas.*

3 *Vaxallus iurans occidere dominũ, & vltra non proceſſerit, feudum non amittit.*

1 VAxallus † feudum amittit, ſi dominũ
aſſalierit, vt offenderet, ſiue fiat vi, ſiue
cum inſidijs feudo, quod à domino habuit,
priuatur. per tex.in cap.1.§.ſimiliter, ſi do-
minum, quib. mod. feud.amitt. & in cap.1.

§.porro,

§.porrò, quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. modò id faciat ſcienter, vt eſt tex. in cap. 1. quib. mod. feud. amitt. nec diſtinguitur locus, nec ſi gladio veneno, aut alio modo, d. §.porrò, vbi cõmuniter DD. Sonsbec. p. 12. nu. 37. Mozz. ex quib. cauſ. feud. amitt. nu. 22.
2 Nec † excuſatur, ſi deſiſtat, aut ab eo vincatur, quoniam in maleficijs, voluntas non exitus ſpectatur, l. Diuus Adrianus, ff. ad l. Cornel. de Sicar. cogitationis verò pœna etiam hęc nulla eſt, l. cogitationis ff. de pęn. nec quiuis actus niſi vim, aut inſidias ſapiat, cap. 1. de capit. qui cur. vend. Sonsbec. par. 12. nu. 38. Mozz. d. nu. 27. verſ. limita, Decia. conſ. 18. num 326. lib. 1. hinc eſt, vt ſi † vaxallus iuraſſet dominum occidere, & vltra non proceſſerit, feudum nõ amittit, Roſental. ex alijs cap. 10. concl. 17. nu. 12. & in glo. lit. I. Iſern. in cap. 1. §. ſi vero voluerit nu. 5. quæ fuer. prima cauſ. benef. amitt. verſ. an ſi vaſallus, Afflict. nu. 9. d. cap. 1. de capit. qui cur. vend. Balzaran. in cap. 1. §. ſimiliter n. 4. quib. mod. feud. Capyc. in inueſt. feud. cap. feuda amitt. col. 13. §. limita nam tales &c. fol. 49. Mozz. d. nu. 27. verſ. limita ſignanter, & dicit communem Scrader. par. 9. cap. 4. num. 34. & 47. Paris de Put. in compend. ad Iſern. quæ fuer. prima cauſ. benef. amitt. Intrigl. centur. feud. 1. quæſt. 89. num. 68. & ex alijs Roſental. vbi ſupra.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XXIII.

Amiſſionis Feudi, Cauſa XVI.

THEMA.

Vaxallus manus impias Domino inijciens, feudo priuatur, etiam ſi non percuſſiſſet, nec vulneraſſet communis.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus per ſe, vel per aliũ manus impias inijciens domino, feudum amittit.*

2 *Vaxallus vulnerans dominum, feudum amittit.*

3 *Vaxallus alapam dando domino, feudum amittit.*

4 *Vaxallus offendens dominum in primis, vel alias vltra amiſſionem feudi poteſt puniri vſque ad mortem incluſiuè.*

5 *Vaxallus manus eleuãs contra dominum, & non percuſſerit, neque vulnerauerit, non ita ſumitur, ſed contra nu. 7. & 8.*

6 *Feudum non perditur ſine magna cauſa.*

7 *Iniuriarum actio competit pro eleuatione manus, pro qua vaſallus poteſt feudo priuari.*

8 *Vaſalli eleuatio manus, vel baculi in dominum, etiam quod non attingat, dicitur atrox iniuria.*

9 *Vaxallus æquiparatur liberto.*

1 QVisquis vaxallus in quocumq; loco, ſiue per ſe, ſiue per aliũ manus impias contra dominum inijcit, vel procuret, feudum amittit, per text. in c. 1. §. porro, quæ fuit prima cauſ. benefic. amitt. puta eum vulnerando, verberando, Iſern. ibi num. 18. & ſeq. Bald. nu. 1. Aluarot nu, 1. Balzer. nu. 5. & 9. ibiq; Afflict. Præpoſ. Rauenn. & alij, ac Beluiſ. §. item qui dominũ, Blanc. lib. 2. cap. 1. nu. 2. & 50. Petr. de Bellapert. tit. 9. num. 12. Iacob. de Sancto Georg. in tit. dictiq; vaxalli promiſerunt non contract. fellon. nu 41. in fin. cauſ. 18. Sonsbech. par. 12. nu. 35. Capyc. in inueſt. feud. amitt. col. 12. §. 12. ſi vaſallus fol. 48. Borcolt. c. 8. nu. 110. Ficard. conſ. 18. nu. 6. ex communi lib. 1. & ex alijs Roſental. cap. 10. concl. 20. in gloſ. lit. E. & eſt tex. in conſt. Federici per Cuiacium poſita lib. 1. tit. 2. & text. in d. §.
2 porro, Aluarot. † intelligebat, ibi, dominũ vulnerando allegat notata in l. fin. C de reuoc. donat. & in §. cauſas, in auth. vt cum, de appellat. cognoſc. refert Curt. iun. de feud. par. 4. in 12. cauſ. priuat. feud. nu. 34. Mozz. de feud. C. ex quib. cauſ. feud. amitt. num. 22.
3 item † alapam domino infligendo, vt per Afflict. in cap. 1. §. item ſi quis num. 22. in cauſa 53. quę fuit prima cauſ. benef. amitt.
4 vbi dicit, quod vltra † amiſſionẽ feudi Iudex poterit arbitrari vſque ad mortem incluſiuè, vt eſt gloſ. ſingularis in §. in ſum. inſtit. de iniur. Bald. in d. cap. 1. §. iniuria de pace iuram. firm. quod ampliat Aluarot. vbi ſupra, etiam ſi vaxallus non vulnerauerit, nec ipſe dominum percuſſerit. ſed per alium vulnerari, ſiue percuti fecerit, allegando idem tenuiſſe Iſern. vt per Mozz. ibidem, dicens amplius prędicto §. porro, procedere quando vaxallus actualiter vulnera-
5 uit, ſecus † autem ſi manus eleuauit ſupra dominũ, vt verberaret, ſed ſi nõ percuſſit, neque verberauit, & mouetur, quia talia nõ videntur habere vim niſi ad effectum producantur; hæc verba ſufficiunt, vt l. ſi quis

vxori

vxori, ſ. neque verba ff.de furt. item quia hoc motiuum ſine tactu videtur fieri ſine dolore,non verberatio,quæ fit eum dolore, l.lex Cornelia, ſ.interpulſandum, ff.de in-
6 iur. Item † quia non perditur feudum ſine magna cauſa,vt in cap.2. ſ.illud enim, quæ fuer.prima cauſ. benef.amitt. ſed contrariũ tenet Curt.d.par.4.cauſ.12. per tex. in l.itẽ
7 apud Labeonem, ſ.1. vbi pro tali † eleuatione manus competit actio iniuriarum , & vaxallus graues iniurias,& inhoneſtas committendo cõtra dominum, feudo priuatur, per gloſ. in d.ſ.porro, ergo ex tali eleuatione manus, poteſt, & debet vaxallus feu-
8 do priuari, & † talis iniuria põt dici atrox ex qualitate perſonæ domini, iuxta text.in ſ.atrox, inſtit.de iniur. vt quando libertus iniuriatur patrono , & idem erit de vaſallo
9 iniuriante dominum,quia † vaxallus æquiparatur liberto , vt per l.liberti, libertæq; C.de oper.libert.in princ.col.fin. Mozz.vbi ſupra num.23.in fin.qui nu.24.& ſi videtur conciliare prædictas opiniones item cum Aluaroto, & quod ex tali actu verberandi, vel alapam dandi domino per vaxallũ debet feudo priuari , quia vaxallus inhoneſtas , & graues iniurias contra dominum commiſerit,per l.item apud Labeonem, ff. de iniur. & hic Neap. alapa , iniuria atrox reputatur, Affli. in conſtit.priuſquam, in fine, Roſental.de feud.cap.10.concl.20.nu.36.& ſeq. & ſi videtur tenere, quod ex eleuatione manus, vel euaginatione, an ſit vaxalli contra dominum,cum per eum adductis literis C.C.C. prædictam noſtram dilucidationem expeditam eſſe.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XXIV.

Amiſſionis Feudi, Cauſa XVII.

THEMA.

Vaſallus graues, & inhoneſtas iniurias Domino ſuo inferens, feudũ amittit, communis.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus, vitam, honorem, famam, & extimationem domini cuſtodire tenetur.*

2 *Vaxallus debet agere totum,poſſe exaltare dominum,iuxta formulam iuramenti.*

3 *Vaxallus tenetur domino circa honeſtum, & honorem , & ſi recedit, eſt infidus,& ſic feudum amittit.*

4 *Vaxallus ob graues,et inhoneſtas iniurias verbales contra dominum feudũ amittit.*

5 *Vaſallus tàm ſi per ſe, quàm ſi per alium iniuriam afficit, feudo priuatur.*

1 SIcut vaxallus vitam domini tueri tenetur ita & honorem , famam, & extimationem eius cuſtodire ſub periculo feudum amittendi, arg. cap.vbi domini, diſtinct.36. & quæ Affict.in cap.1.num.59. poſt gloſ.in verſ. qualiter autem, qualiter iurar , debet vaxallus fidelitatem,vbi inquit,Sacramen-
2 to fidelitatis contineri, quod dominum ſuũ in totum exaltabit,quantũ poterit,cap.nunquam vitam, aut membrum,aut honorem, quẽ habet ſua voluntate,conſilio,vel exortatione perdat , ſed in his omnibus adiutor eius in omnibus erit,ſecundum ſuum poſſe, ſequitur Scrader. par.10.ſect.5.nu.127. Iacob.de Sancto Georg. in ſua inueſt.in verſ. qui quidem inueſtiti num.21. Ioan. Ferrar. Montan.de feud. lib.4.cap.1.cauſ.13. idem Affl.ct. deciſ.317.nu.4.& ſeq. & deciſ.265. num.43. verſ. formulam iuramenti , vt in cap.1. qualiter vaxall.iur.deb.fidelit. cum duob.ſeqq.& per d.cap. de forma fidelita-
3 tis, † tenetur domino circa honeſtum, hoc eſt in cauſis ad honeſtatem ipſius pertinentibus, conſilium, & auxilium vigore iuramenti præſtare,& ſic iniuriam faciendo domino vaxallus in honeſtatem,& honorem percutit , & ſic recedit à iuratis , & infidus efficitur,vnde ſi vaxallus inhoneſtas,& graues iniurias domino ſuo intulerit , feudum amittit,per text.in d.ſ.porro, quæ fuit prima cauſ.benef.amitt. vbi omnes Scrib. ita concludunt , nec diſtinguitur , ſiue iniuriæ ſint reales,ſiue verbales, Zaſ.de feud. p.10. nu.39.Borcolt.cap.8.nu.10.Afflict.dec.265. nu.61.in cap.1. ſ.ſimiliter nu.2 ſ.fin.nn.25. cauſ.44.& 55. quib. mod. feud.amitt. & ibi Odofred.cauſ.15. num.30. Blanc.in ſumma lib.2.cap.1.nu.2.Mozz.cap.fin.num.38. Roſental. cap.10. concluſ.21.num.2.& in gloſ. lit.B.Intrigl.in centur.feud. quæſt.98. n.88. Sconer. in ſua diſp.10.theſ.26.& 38. Sicard. conſ.18.nu.6.& 15.lib.1. Ferrar.in form.libelli quo agitur ad reuocationem feudi, ſ. nec ſuperſtitibus nu.25.cauſ.15.& 37.Scheneid.par.8.cap.1.nu.98.& ſeq. vbi cum hoc conuenire ius Saxonium art.14.lib.1.Scrader.par.9.nu.104.cauſ.16. Vulteius cap.11. num.26.lib.1.& omnes feudiſtæ authorizant
4 in d.ſ. porro, † & dicunt ob atroces , vel

graues iniurias inhoneſtas verbales vaxalli in dominum ſeudum amittit, & multi ex præcitatis in dictis locis firmant, ac Roſental.d.cap.10.nu.1.vt voluut Odofred.Bald. Zaſ. Borcolt. Vulteius in dictis locis præcitatis, per ea, quæ Panormit.dicit in cap.fin. num.2.de donat.poſt Io.Andr.ibid. quem cœteri eodem loco ſequuntur, vt inquit Alex conſ.103.ſuper themate,& dubijs n.1. lib.2.Hottoman.in diſput.feud.cap.41.verſ. porro 7.quæ eſt &c. & Scrib.in d.§.porro, & in l.fin.C.de reuoc.donat. & quia in delictis tàm mandans,quàm mandatarius,vt ſic ſentire videtur Scrader.d.par.9.cap.4.nu.2. & 35. & 106. & apertius Schenc. in diſput. feud. diſput.10.theſ.27.& ex alijs Roſental.
5 d.concl.21.in gloſ.lit.F.† extendendũ videtur,vt feudum amittat,ſi per alium domino iniuriam verbalem atrocem fieri certauit, arg.l.item apud Labeonem,§.ſi certauerit, ibiq; DD.ff.de iniur.Affl.ſiue abſenti domino, ſiue præſenti verbis, ſiue in ſcriptis, vt per Scheneid.vbi ſupra theſ.27.& Scrader. d.par.9.c.4.nu.106.Sconer.d.loco theſ.31. per d.l.item Labeonem, §.conniuium,l.lex Cornelia, §.ſi quis liberum, ff. de iniur. iniuriam intulerit, ſiue dominum expreſſe nominauerit, ſiue alium dum tamen ſufficienter appareat, vaxallum id de domino intellixiſſe, vt per Bart.in d.l.apud Labeonem, §.cui non ſine, Capyc. deciſ.58. nu.3. & ex alijs Roſental.d concl.21.nu.9. & 10. benè tamen verum eſt, quod per iniuriam verbalem,licet ſeudum caducitati non ſubbeſſet, faciunt notata per Afflict. in cap.1, §.porro, in 1.not.nu.3 & ſeq. quæ fuit prima cauſ. beneſ.amitt. Mozz. tit.fin. num.1, Scrader.par.9.cap.4.nu.101.Vulteius d.cap. 11.nu.26.in fin.quæ autem iniuria leuis,vel grauis dicatur, ab arbitrio Iudicis pendet, Afflict. d.§.porro nu.9. & in deciſ.265. nu. 59.Tiraq. in l.ſi vnquam finali, verſ.omnia vel partẽ nu.31.C.de reuoc.donat. Sonbec. d.par.12.nu.37.Mozz.tit.fin.nu.25.in fine, Intrigl.centur.1.cauſ.89.nu.96. Menoch.de arbitr.Iudic. centur.3. lib.2. caſu 263. Roſental.vbi ſupra lit.E.qui alios adducunt.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XXV.

Amiſſionis Feudi, Cauſa XVIII.

THEMA.

Vaſallus ſi inimicitiã contrahit cũ Dño ſuo feudũ amittit cõmunis.

SVMMARIVM.

1 *VAſallus ad fidelitatem iurandam. & obſeruandam domino ſuo tenetur.*
2 *Vaſallus fidelitatẽ ſi inimicus domini eſt, non ſeruat. & feudum amittit.*
3 *Filius inimicus patris exhæredari poteſt, & legatarius tanquam indignus legato priuatur, ſi inimicus eſt.*
4 *Inimicitia vaxalli cum domino ſiue clandeſtina, ſiue publica facit feudum amittere.*
5 *Inimicitia vaxalli contra dominum eſt probanda, & non ſufficit præſumpta.*
6 *Inimicitia cauſa conſiita vaxallus excuſari non valet.*
7 *Vaxallus iurans occidere dominũ, ſi ad vllum actum deuenit, & penituit, excuſatur, ſed ſi concludit cum alijs iurando, priuatur feudo ſine ſpe veniæ.*
8 *Inimicitia capitalis facit amittere feudum non qualibet.*
9 *Inimicitia proueniens culpa domini, & non vaxalli feudi priuationem non cauſat.*

1 VAxallus † quilibet ad fidelitatem obſeruare domino ſuo tenetur, de qua etiam iurat, vt in cap.1. de forma fidelit. ſi
2 ſit † inimicus domini eam nõ ſeruat,& tanquam infidelis, vt inimicus feudum amittit tex.eſt in cap.1. ibi,atque in alijs, ita verſatus eſt, vt potius inimicus quam fidelis, in verſ.concubuerit, quib.mod.feud.amitt. ac ibi omnes Scrib. Afflict. in cap.1. in princ. nu.20.in fin. quo temp.mil. Scheneid.cap.8. par.1.caut.37.num.171. Felin.in cap.rebellantur nu.1.de accuſat.Montan.lib.4.cap.1. cauſ.10.Blanch.lib.2.cap.1.nu.10. Scrader. par.9.c.5.nu.7. Pariſ.conſ.1.circa facti &c. nu.14.lib.1.Grat.conſ.9.nu.59.lib.1.confir-
3 matur,quia † filius inimicus patris ob hanc cauſam licitè exhæredari poteſt, Scrader. d.loco, poſt Bald. conſ.112. punctus quæritur nu.12.& 7. lib.5. legatarius ob inimicitiam cum teſtatore ineunte a legato tanquã indignus refellitur, l.3.§.fin. l.ex parte, l.penult.§.ſcire, ff.de adim.legat.l.ſi inimicitiæ in princ. ff. de his quib. vt indign. Scheneid.d.loco,& ampliat hanc num.12.& ſeq. Scrader.octo modis,& inter cœtera,
4 vt procedat etiam, ſi † non ſit publica, vel manifeſta, ſed clandeſtina inimicitia, arg. eius, quod tradit Bart.in l.1. ff.de his quib. vt indign.Iaſon in l.ſororem num.6.C.eod. tit.Menoc.de arbitr.Iudic.lib.1. q.28.nu.7. Alex.conſ.127.in fin. lib.4. Sicard.conſ.18.
5 num.6.& ſeq. tom.1. & † inimicitia vaſalli

contra

Digitized by Google

contra dominum debet conſtare verbis, vel
factis, & non ſufficit præſumpta, per text.
in cap. vnic. in verſ. credatur, quod teſtes
ſunt neceſſarij ad probandũ ingratitudinem,
gloſ. in cap. 1. §. ſimiliter, in ver. priuabitur,
de conſuet. recti feudi, Curt. iun. in tract.
feud. par. 4. nu. 38. Mozz. de feud. cap. fin. ex
quib. cauſ. feud. amitt. num. 28. Intrigl. in
prima ſua centur. feud. q. 91. nu. 77. Capyc.
in inueſt. feud. cap. feuda amittuntur col. 25
§. 28. fol. 57. Scrader. par. 9. cap. 5. nu. 8. am-
pliat. 1. Bart. Socc. conſ. 87. ver. inſtituta &c.
nu. 15. lib. 3. Iacob. Leonard. conſ. 114. inter
conſ. Bruni nu. 74. Natta conſ. 174. nu. 18.
multa Iul. Clar. in §. feudum q. 61. verſ. qui-
6 dam, & † conſtita cauſa inimicitiæ, vaxallus
ſi excuſare vult, non admittitur ad ſe excu-
ſandum, Scheneid. d. par. 8. cap. 1. nu. 172. &
ſeq. Scrader. par. 9. cap. 5. nu. 10. in ſecunda
ampliatione, poſt Hippol. de Marſil. in l. 1.
§. præterea nu. 3. ff. de quæſtion. & ſing. 178.
Alex. conſil. 99. num. 3. lib. 1. & ſi diximus
7 † vaxallus iurando ſuam occidere dominũ,
& ad actum vllum deuenit per pœnitentiã,
& reconciliationem cum domino feudo nõ
militatur; ſed ſi iurauit, vel tractauerit cum
alijs, & concluderit occidere, vel lædere
dominum, priuationem feudi meretur va-
xallus ſine ſpe veniæ, Iſern. in d. cap. 1. §. ſi
conuenit num. 6. de capit. qui cur. vendid.
vbi Aluarot. nu. 3. Præpoſit. nu. 2. Rauenna
in fine, Afflict. nu. 9. Schench. nu. 2. Balzeran.
num. 8. idem Iſern in cap. 1. §. porro nu. 19.
& 20. quæ fuit prima cauſ. benefic. amitt. &
ibidem Aluarot. num. 9. Afflict. nu. 10. Ar-
diz. in ſumma feud. tit. quib. mod. feud. amitt.
rubr. 20. Capyc. in inueſt. feud. c. feud. amitt.
col. 1. §. limita nam tales &c. fol. 49. Mozz.
vbi ſupra nu. 27. Vulteius d. cap. 11. nu. 20. in
fine, l. conuentio C. de Epiſc. & cleric. ff. ad
l. Iuliam de vi publ. Natta conſ. 174. nu. 18.
lib. 1. Roſental. cap. 10. concl. 17. in gloſ. li-
8 teris F. f. & non quælibet † inimicitia facit
amittere feudum, ſed capitales eſſe debent,
Afflict. in cap. 1. in princ. num. 20. circa me-
dium, quo tempor. mil. Io. Ferrar. Montan.
lib. 4. cap. 1. cauſ. 19. Blanch. lib. 2. cap. 1. nu.
50. Scheneid. de feud. par. 8. cap. 1. num. 174.
Scrader. d. par. 9. cap. 5 num. 14. argum. l. 3.
§. fin. & ibi gloſ. ff. de adim. legat. l. filius fami-
lias, §. fin. ff. de procur. l. licet ff. de recept.
arbitr. §. inimicitiæ, inſtit. de accuſat. tutor.
bene verum eſt, quod ſi inimicitiæ oriuntur
ex culpa domini, & non vaxalli, feudo non
priuatur, Afflict. in cap. 1. in princ. num. 20.
in fine, & ſeq. quo tempor. mil. Blanc. d. loco
lib. 2. cap. 1. num. 20. & 50. Scheneid. par. 8.
cap. 1. nu. 174. in fine, Scrader. par. 9. cap. 5.
num. 15. vbi latè, & multis ſimilibus confir-
mat numeris ſeq. argum. l. nõ debent alteri,
& l. non fraudantur, §. nemo ex ſuo, & in
eis Dec. Cagnol. & alij de regul. iur. l. ſi mu-
lier in princ. ibi (quia hunc ſibi metũ) ipſa
infert, ff. quod met. cauſ. Roſental. d. cap. 10.
concluſ. 17. literis C. c.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XXVI.

Amiſſionis feudi, Cauſa XIX.

THEMA.

Vaxallus Domino mortem, vel graue damnum minãs, inimici loco habetur, & niſi re integra antequam ad actũ cum inſidijs peruenerit, ſpontè pœniteat, feudum non amittit, ſed ſecus eſt quando lex punit conſilium, ſiue mandatum, communis.

SUMMARIUM.

1 *Vaxallus tenetur dominum in reuerentiam habere, & ſi contrafacit quia contra fidelitatem promiſſam feudum amittit, & infidelis & loco inimici eſt.*

2 *Mortem capitalem minans alicui, capitalem inimicitiam contrahit.*

3 *Mina de occidendo, vel graue damnum inferendo, requirunt actum, executionis externum in inſidijs.*

4 *Vaxallus ſi conatus fuerit, & tentauerit ſine inſidijs, & antequam ad aliquem effectũ actum produxit, pœnituit ſpontè, feudo non priuatur.*

5 *Vaxallus poſt inimicitiam capitalem contractam cum domino ſuo locutus, eique reconciliari voluerit, ſi non fecerit, feudo priuatur cum exemplo filij, ſed ſecus ſi impeditus.*

6 *Inimicitiam ſine factis non eſſe felloniam conſumatã priuatione dignam, ſecus imperfectam, quæ pœnitentiam nõ meretur.*

7 *Lex puniens conſilium, vel mandatum delicti expreſsè committens, tenetur etiã ſi reuocauit.*

8 *Lex non expreſsè puniens conſilium, ſiue mandatum, requiritur actus executionis maleficij.*

Digitized by Google

1 VAxallus tenetur dominum in reuerē-
tiam habere,ſi modo cōtra eum mor-
tem,vel damnum graue minatur,agit con-
tra reuerentiam, & fidelitatem promiſſam,
ex quo infidelis,& loco inimici eſt,Scrader.
par.9.cap 5.num.13.ampliat.7. & dum ini-
micus efficitur,feudo priuatur,vt præcitati
Doctores volunt in præcedenti Dilucida-
2 tione in princ. & qui † mortem alicui mi-
natur,capitalem inimicitiam cōtrahit,gloſ.
in l.licet, in verſ.capitales,Bart.in l.3.§.fin.
num.3.ff.de adim.legat. Abb.in cap.repel-
lantur num.4.de excuſat.Felin.in cap.affer-
te num.11.de præſumpt. in cap.quoniam
contra teſtium &c.col.19.verſ.item dicitur
inimicus capitalis &c. de probat.Maſcard.
de probat. concluſ.898.nu.14.& ſeq. lib.1.
Scrader.d.par.9.cap.5.nu.13.Laurent.Syl-
uan.de feud.recognit q.44.nu.1.& ſeq.Ang.
conſ.262.incip.ponderandum nu.1. Iacob.
Mandell.conſ.72.nu.12.Alex.conſ.14.nu.9.
lib.3.Gramat.conſ.59.num.8.quem citat,&
ſequitur Roland. à Valle conſ.63.num.31.
lib.2.Roſental. cap.10.concluſ.17. in gloſ.
3 litera R. ſed aduerte, quod † minæ de oc-
cidendo, vel graue damnum domino infe-
rendo requirunt actum aliquem executio-
nis minarum externum cum inſidijs,vt ha-
betur ex text.ad literam in cap.1. §.ſi vero
vol erit, de capit. qui cur. vend. ibi (ſimi-
liter etiam ſi laborauerit ſub audi offende-
re) non amittit feudum niſi inſidiatus &c.
vbi cōmuniter DD. & velle videtur Scra-
der.de feud. par.9.cap.5.nu.15.& poſt eum
ibidem omnes præſupponunt, etiam ſi non
modo in voluntate domini extiterit, ſed &
4 † conatus fuerit, & tentauerit ſine inſidijs,
quod pœnitentia prius quam ad effectum
produxit,actum non priuatur feudo,modo
ſpontè ſua faciat , & ſi perficere potuiſſet,
non autem difficultate, vel impotētia con-
ſumandi delictum,vt volunt Iſern.in d.c.1.
§.ſi voluerit num.5.& ibidem Afflict. nu.5.
Schenc.in princ.& nu.2.Balzeran nu.7.de
capit.qui cur.vendit Capyc.in inueſt. feudi
cap.feudatariorū excuſationes col.4 §.pœ-
nitentia fol.190. Scrader.d.par.9.c.4.nu.47
verſ.eodem iure vtimus Ficard.conſ.18.nu.
14.& 19. verſ. denique dato &c. cum num.
ſeqq.tom.1.argum.l.qui falſam,& ibi Hip-
pol.de Marſil. ff.ad l.Cornel. de falſ. cum
ſimil.Roſental.in d.cap.10.concl.17.nu.21.
& ſeq.& in gloſ.lit.S.& in concluſ.20.nu.53
5 & ſeq.ex alijs facit,quod † ſi vaxallus poſt
inimicitiam capitalem contractam cum
domino locutus eique reconciliari volue-
rit quolibet modo hoc ſi non fuerit impe-
ditus,quod nihilominus feudo priuatur ſē-
tire videtur, Scrader. d.par.9.cap.5.nu.13,
verſ.quarto hæc concluſio &c. per ea,quæ
Bal.in conſ.112.pūctus quæritur primo &c.
num.8. lib.5. vbi ait in ſimili, filio propter
inimicitias cum patre exhæredato nō pro-
deſſe, etiam ſi poſtea cum patre locutus, &
cū eo recōciliari voluerit, ſed patris morte
præuentus, alioue modo impeditus hoc fa-
cere nequierit, cum culpa caſum præceſſe-
rit, & incertū ſit, an pater remiſſurus fuiſ-
ſet. Præſupponit enim id, ſi feciſſet, eum
6 non priuari,& ex his præſupponitur † ini-
micitias de per ſe,& ſine factis non eſſe fel-
loniam conſumatam priuatione dignam,
ſecus in fellonia perfecta , quæ pœnitentiā
7 non meretur, quoniam quando † lex punit
conſilium , vel mandatum delicti expreſsè,
conſulens , aut mandans , tenetur etiam ſi
reuocauit conſiliū,ſiue mandatum,vel alias
delictum ſecutum non ſit, Ang.in tract.de
malefic.verſ.Sempronium mandatorem,nu.
46.& ibi Auguſt.addens,Dec.in l.conſilij ff.
de regul.iur. ibi Cagnol.nu.8. Bald.in l.data
opera in princ.C.qui accuſar.per l.1.§.per-
ſuadere ff.de ſeru.corrupt.Salic.in l.1. C.de
rapt.virg.Menoch.de arbitr.caſu 352.nu.9.
8 ſed quando lex expreſsè non punit conſi-
lium,ſiue mandatum, tunc requiritur actus
executionis maleficij concepti contra do-
minum, ſiue alium,per prædictum tex. c.1.
§.ſi vero voluerit, ibi, (ſimiliter etiam la-
borauerit &c.) vt prædiximus , quod nihil
difficultatis eſt , ſi inimicitiam , & delictum
cogitatum cum actu executionis , non de-
monſtrauerit,vt voluit Scrader. vbi ſupra,
poſt gloſ.in ver.tentauit,& Bald.in l.1. §.ſi
conſtiterit C.fin.regund.Roſental.d.cap.10
& concluſ.17.in gloſ. litera V.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XVII.

Amiſſionis feudi, Cauſa XX.

THEMA.

Vaxallus accuſans criminaliter Dominum ſuum, feudo priuatur, etiam ſi per alium accuſauerit. communis, & deciſa.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *VAxallus delator contra dominum premij cauſa feudum amittit.*

2 *Delator pro accuſatore accipitur, & accuſans dominum criminaliter feudo priuatur, & numero ſequenti.*

1 VAxallus † delator contra dominum ſuum de re pertinente ad Fiſcum denunciando premij cauſa, toto titulo de de-
2 lator. C. lib. 10. vbi cuiuis qui † delator nonnunquam pro accuſatore accipitur, Franc. Curt. in 4. par. ſui tract. feud. in 29. cauſ. pri-
3 uat. feudi, & ſic † delator ſiue accuſans criminaliter dominum ſuum, feudum amittit, per tex. expreſſum in cap. 1. §. ſimiliter vaxallus, de cōſuet. recti feudi, vbi DD. omnes, Beluiſ. Iſern. nu. 10. Bald. Aluarot. Præpoſ. Afflict. Rauen. Balzer. nu. 5. ex alijs, & gloſ. in cap. 1. §. ſi delator, præſertim Aluarot. num. r. ita text. intellexit argum. l. iubemus, C. ad l. Iuliam repetund. Afflict. nu. 1. & 13. Schench. nu. 2. quæ fuit prima cauſ benefic. amitt. Afflict. in dec. 265. nu. 41. & in cap. 1. §. ſi quis feudum nu 14. cauſ. 15. quib. mod. feud. amitt. gloſ. in cap. de forma 22. q. 5. ſeu fin. Cuiat. lib. 4. cap 36. Ardizz. in ſum. rub. 81 Blanc. lib. 2. cap. 1. nu. 51. Petr. de Bellapert. cap 9. nu. 16. Iacobin. de Sancto Georg. in ver. qui quidem inueſtiti nu. 18. & in tract. de homag. num. 28. Curt. iun. par. 4. num. 62. Capyc. in inueſt. feud. cap. feud. amitt. col. 20. cauſ. 21. ſol. 52. Zaſ. par. 10. nu. 40. Sonsbec. par. 11. num. 49. & par. 12. nu. 47. Hannett. lib. 3. num. 9. & 11. Thom. de Marin. de gener. feud. tit. 18. num. 20. Duaren. cap. 14. nu. 13. Scheneid. par. 8. cap. 1. num. 15. Scrader. par. 9. cap. 8. nu. 1. verſ. ſiue vaxallus dominum &c. ſub. cauſ. 31. Couarr. var. reſolut. lib. 1. cap. 11. num. 8. Specul. tit. de accuſ. nu. 21. & tit. de feud. §. quoniam, verſ. 17. nu. 33. Caſſan. in conſuet. Burgund. rube. 3. des fiel, § 4. in princ. num. 12. verſ. item non poteſt, Hoſtienſ. in ſumma tit. de feud. §. quib. mod. & cauſ. feud. amitt. verſ. item vaxallus dum accuſauerit &c. Mozz. de natur. feud. nu. 50. & tit. fin. nu. 29. Intrigl. in centur. feud. q. 98. nu. 123. cauſ. 24. Vulteius lib. 1. cap. 11. nu. 27. Schinei. in diſput. feud. diſput. 10. theſ. 37 vbi citat Modeſtin. Piſon. conſ. 59. nu. 22. 27. & 31. lib. 1. Grat. conſ. 5. nu. 23. lib. 1. Guid. Pap. deciſ. 551. num. 5. Sicard. conſ. 18. nu. 5. vbi hoc receptum eſſe dicit apud feudiſtas, & num. 14. tom. 1. Oldendorp. gloſ. 5. poſt actio. 17. vbi de action. benefic. in pract. 3. intent. actor. art. 20. Io. Petr. Ferrar. in actio. libelli qua agitur ad reuoc. feud. verſ. nec ſuperſtitibus nu. 25. cauſ. 21. & 18. & extenditur, quod vaxallus ſiue per ſe, aut vero per alium, dominum ſuum accuſat, feudum amittit, per gloſ. in d. cap. item ſi delator, in verſ. perdit. & ibidem Beluiſ. Aluarot. num. 4. Præpoſit. nu. 2. Laudenſ. nu. 9. Schenc. nu. 5. Balzeran. nu. 20. Blanc. d. lib. 2. cap. 1. nu. 53. Bellapert. d. cap. 9. num. 14. Iacobin. in verſ. quidem vaxalli nu. 18. Petr. Iacob. in pract. libell. rubr. 59. de cauſ. ex quib. feud. amitt. nu. 24. Oldendorp. vbi ſup. art. 14. Curt. in d. 4. par. num. 30. cauſ. 31. Zaſ. d. par. 10. num. 46. Schench. d. par. 12. nu. 48. Mozz. d. tit. fin. nu. 68. Scrader. d. loco 2. hæc concluſio extenditur Scheneid. d. par. 8. c. 1. num. 74. verſ. a. licet, Intrigl. in d. centur. 1. queſt. 98. num. 135. cauſ. 26. Vulteius cap. 11. num. 27. Sconer. d. theſaur. 27. arg. l. poſt legatum, § ſunt qui putant, ff. de his quibus vt indign. l. 1. §. inciuile, ff. ad Senat. Conſult. Tertull. Roſental. d. cap. 10. concl. 22. multa ad hoc, & quod nec de leui culpa vaxallus poteſt ſuum dominum accuſare, Schench. in d. §. item ſi delator, & alij per Roſental. d. loco in gloſ. literis Xx.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XXVIII.

Amiſſionis Feudi, Cauſa XXI.

THEMA.

Vaxallus ſi delator ſui Domini extiterit, & Dominus graue damnū, & diſpendium paſſus fuerit, vaxallus feudū amittit. communis.

SVMMARIVM.

1 *DElator de re pertinento ad Fiſcum contra dominū, qui patitur diſpendium, & damnum, feudum amittit.*

2 *Delator ſiue probauerit, ſiue non, contra dominum feudum amittit.*

3 *Vaſallo non decet eſſe proditorem domino ſuo.*

4 *Cauſis ex quibus filius familias exhæredatur, ex eiſdem fit diuortium, reuocatur donatio, & vaxallus feudo priuatur etiā abſoluto domino.*

1 VAxallus † quando delator eſt contra dominum ſuum, prout eum de re per-

tinente ad Fiſcũ denunciando graue diſpen-
dium,& damnũ dñus ſubſtinet, feudũ amit-
tit, tex.in c.1. §.itẽ ſi delator, quæ fuit pri-
ma cauſ.beneſ.amitt.cum non minus erit,ſi
dictus criminaliter accuſauerit,vel delator
eius extiterit, gloſ. & DD. omnes, Beluiſ.
Iſern.Bald.Aluarot.Laudenſ.Præpoſit.Ra-
uenn. Afflict.Balzeran. & alij in d.§.item ſi
delator, quæ fuit prima cauſ. beneſ. amitt.
Afflict. in cap.1. §.item ſi quis feudum nu.
22 cauſ.47.Ardiz.rub.55 & 79. Blanc.lib.2.
cap.1.nu.51.Petr.de Bellapert.nu.14.Curt.
iunior, Capyc.Sonsbec.Ottoman. Duaren.
Scheneid.Borcholt.Vulteius, Mozz. Scrad.
Intrigl.in præced.Dilucid. Io.Ferrar.Mon-
tan.lib.4.in vſib.feud.cap.1.cauſ.14. Ferrar.
in §.nec ſuperſtitibus nu.25.cauſ.18. Sche-
neid. d.par.8, theſ.43. Sicard.conſ.18.nu.5.
tom.1.Oldendorp.vbi ſupra art.14.Roſen-
tal.cap.10.concluſ.22.in gloſ.litera C. cum
delator propriè dicitur, qui rem ad Fiſcum
pertinentem,Fiſco premij cauſa denuntiat,
1 toto titulo de delator. lib.10. & ibi Cuiac.
& ita intelligunt Aluarot. ad eundem text.
§.ſi delator nu.1.Rauen.& Afflict.in cap.1,
§.fin.num.22.cauſ.47.quib.mod.feud.amitt.
Pet.de Bellapert.d.loco, Curt.de communi
par.4. num.62. Capyc. d.loco cauſ.21. in
princ.col.20.& limit.1 Couarr.var.reſolut.
lib.1.cap.11.nu.8.Scheneid.d.loco,Borcolt.
d.cap.8.num.112, Schenc.d.par.12.num.46.
Mozz.d.tit.fin.nu.29.Scrader.d.par.9.cap.8.
nu.10.per totũ tit. C. de delator.lib.10.l.1.
ff.de iure fiſci, l.intra quatuor, ff.de diuerſ.
& temporal. præſcrips. & ob dictam dela-
tionem fiſco per vaxallum,ex qua notabile
damnum dominus patitur, vaxallus feudũ
amittit, ita dicit text. in d.§.ſi delator, &
ibi gloſ.in verbo perdit, & interpretes om-
nes, Iſern.num.43.Aluarot.nu.2.Præpoſit.
nu.2. qui hanc gloſ. limitationem ſingularẽ
dicit Rauen.Balzeran.nu.3,& 20,vbi ad hoc
citat Alberic.in l.qui cum major nu.6.ff.de
bon.libert. Capyc.in inueſt.feud. d.cap.feu-
da amittuntur col.20,ſub cauſa 21. limit.2.
limit.2.Mozz.d.tit.fin.nu.31. Iacobi Curtij
argumentis contrarijs reſpondere conatur,
Scrader.par.9.cap.8.nu.5. Intrigl.q.98. nu.
124. argum.l.qui cum natu maior. §.fin. &
ibi gloſ.in verſ.etiam perfecit, ff.de bon. li-
2 bert, & abſque † vlla diſtinctione ſi vaxal-
lus probauerit ſuam intentionem contra
dominum, vel non voluerunt Dyn. in d. l.
qui cum maior, ff.de bon.libert. §.fin. &
hæc ſententia fortè verior eſt dixit Ripa
in l.fin.q.7.num.28.in fin.C.de reuoc.donat.
expreſſe in ea reſident Feder. Schench. in
d.§.item ſi delator 4. poſt Din.d.loco, ean-
dem approbat Curt.iun.d.par.4.nu.63. late
Sonsbec.d.par.12.nu.47. Duaren.d.cap.14.
poſt Hannetton.lib.3.cap.9. Vulteius d.cap.
11.nu.27.in fine. Sconer. d.diſput.10. theſ.
37 Modeſtin.Piſtor. d.conſ.19.nu.26.& 32.
vbi ad contraria reſpondet verſ.1.idem vi-
detur voluiſſe, Couarr.variar.reſol.cap.11.
nu.8.gloſæ,& ſequacium interpretationem
reprobans, & omnes maxima ratione,quia
3 † vaxallo nõ decet eſſe proditorem domi-
ni ſui tàm in bonis, quàm in perſonã, ſicut
de ſeruo in terminis dicitur in l. fin. C.de
delator.lib.10.& ſicut filius, qui exhæreda-
tur,etiam ſi delationem cõtra patrem pro-
bauerit, vt in nouella conſtit.vt cum de ap-
pell.cognoſc. &c.115. §.aliud quoq; cap.3.
4 verſ.ſi delator &c. & ex cauſis filius exhæ-
redatur fit diuortium,& reuocatur donatio,
& ex eiſdem vaſallus feudi priuatur, volue-
runt Iſer. in §.prædictis modis nu.48.verſ.
prædictis in præmiſſis culpis &c. Laudenſ.
nu.1. 2. 3, & 4. vbi dicit eſſe bonam conſe-
quentiam ad exhæredationis diuortij,& re-
ſciſſionis donationis cauſas ad cauſas priua-
tionis feudi, Aluarot.n.1.Prepoſit.nu.1.Af-
flict.nu.2.Rauenn.Federic.Schenc. quæ fuit
prima cauſ.benefic.amitt. Capyc.vbi ſupra
§.74.& duob. ſeqq. & ex pluribus commu-
nibus opinionibus firmat Roſental. d.c.10.
concluſ.23.in gloſ. lit.A. non obſtãte quod
d.§. item ſi delator, damnum graue ſecutũ
eſſet,cum omnes intelligant etiam de dam-
nis, ſeu de impenſis, pro defenſione paſſis,
vel quod de crimine delatus in ſuſpictionẽ
venire poſſet apud multos,ſe eſſe obnoxiũ,
etiam ſi innocens, ei à prætentione abſolu-
tus ſit. Iſern.in d.§.& ſi delator nu.43. ibi,
(ſed certè diffamatio &c.) Aluar.nu.1.Lau-
denſ. nu.3. Afflict.nu.3. nec quiſquam con-
tradicit,inquit Roſental.d.cap.10.concl.22.
nu.29.& in gloſ.lit.G.& per rationem,quia
text.feudales non diſtinguunt,ſed accuſan-
tem patronum, & dominum feudum amit-
tere,firmat ex alijs ibi,& quando excuſatur
aliqua ibidem,& in ſeqq. numeris,& gloſis.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XXIX.

Amiſſionis feudi, Cauſa XXII.

THEMA.

Vaxallus fideiubens accuſatorem contra Dominum feudum amittentem communis.

Quia

Quia breuis non opus alio Summario.

ACcuſator accuſando aliquem, data fide-
iuſſione, & in proceſſu accuſatorio con-
tra dominum, vaxallus accuſatorem fideiu-
bens, feudum amittit, Bal. in cap. 1. § porrò
ſi dominum nu. 8. Affl. in § item ſi dela-
tor nu. 9. quæ fuit prima cauſ. benef. amitt.
gl. 1. gloſ. in verſ. perdit. ibiq; Beluiſ. Aluarot.
num. 4. Præpoſ. nu. 2. ſi fideiuſſerit pro accu-
ſatore, vel aliũ ſubmiſerit, inquit, qui pro
accuſatore fideiuberet nu. 9. Rauen. Afflict.
nu. 9 Schench. nu. 5. Balzeran. num. 20. citat
Ardizzon. in rubr. vtrum vaxallus amittat
feudum, ſi accuſatorem contra dominum
teſtimoniũ dixerit, vel accuſauerit, rub. 55.
idem in rubr. 81. Blanc. cap. 1. nu. 53. lib. 2.
Bellapert. cap. 9. nu. 14. Affl. in cap. 1. § item
ſi quis feudum num. 23. cauſ. 52. quib. mod.
feud. amitt. Balzaran. cap. 1. nu. 33. in fin. de
forma fidelit. Iacobin. in verſ. qui quidem
inueſtiti &c. nu. 18. Curt. iun. d. par. 4. nu. 69.
(vbi tamen hoc in dubium vocat) ſequitur
Capyc. in inueſt. § quib. mod. feud. amitt. col.
21. in fin. cauſ. 23. fol. 53. Zaſ. par. 10. nu. 45.
Sonsbech. par. 12. num. 48. Scheneid. par. 8.
cap. 1. num 74. Scrader. par. 9. cap. 8. num. 2.
Mozz. cap. ex quib. cauſ. feud. amitt. nu. 69.
Intrigl. centur. 1. q. 98. nu. 134. Vulteius cap.
11. nu. 27. lib. 1. poſt Petr. Iacob. in pract. li-
bell. rub. 59. nu. 24. Scheneid. theſaur 7. arg.
l. poſt legatum, § ſunt qui putant, ff. de his
quibus vt indign. Rolental. d. cap. 10. concl.
22. in gloſ. litera I.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XXX.

Amiſſionis feudi, Cauſa XXIII.

THEMA.

Vaxallus aduocans contra Dominũ
tàm in cauſa ciuili, quàm crimi-
nali, feudum amittit. communis.

SUMMARIUM.

1 *VAxallus contra dominum aduocans malum animum, & infidelem ſe probat.*

2 *Doctoribus multis contradicere durũ eſt.*

3 *Vaxallus per Iudicem compulſus contra dominum auocare excuſatur, & feudum non amittit.*

4 *Vaxallus contra dominum auocans etiam in cauſa ciuili, feudo priuatur.*

5 *Vaxallus licet pro modico feudo non priuatur tamen ob generalitatem iurium, quod non debet eſſe in damno contra dominum feudum amittit.*

1 SÆpè diximus † vaxallum dominum nõ
læderε, ſed iuuare, ſi modo contra eum
aduocat, maximè in criminalibus cauſis ma-
lum oſtendit animum, & infidelem ſe pro-
bat, ex quo non mirum, ſi proinde feudum
amittat ius, gloſ. in cap. 1. § item ſi delator,
in verſ. perdit, quæ fuit prima cauſ. benefic.
amitt. l. vlt. ff. de inoffic. teſtam. l. poſt legatũ,
§ aduocatorum Fiſci, & in d. § item ſi dela-
tor, volunt Beluiſ. Iſern. num. 43. ibi, hæc eſt
multiplex &c. vbi tum nihil extare vide-
2 tur, ſed tamen duorum videtur cõtradicere
Doctoribus omnibus, qui hoc dixerunt &c.
Aluarot. ibidem nu. 6. Laudenſ. num. 18. Ni-
col. de Neap. Præpoſit. num. 2. verſ. in ea
gloſ. &c. Rauenn. Afflict. num. 14. Schench.
nu. 6. Balzaran. nu 23. & 26. Afflict. in cap. 1.
nu. 3. Aluarot. nu. 9. Præpoſ. nu. 1. paulo ante
finem, Laudenſ. nu. 6. Iſer. nu. 4. & in cap. 1.
in princ. nu. 2. quib. mod. feud. amitt. tit. 1. &
eodem loco Afflict. nu. 19. & in § fin. nu. 14.
cauſ. 15. & deciſ. 265 nu. 45. & 46 Ardizzon.
d. loco, Petr. de Bellapert. in ſuo tract. feud.
cap. 9. num. 27. citat cap. vlt. de poſtuland.
1. q. 7. cap. 1. num. 16. cap. ſi Imperator 3. q. 1.
cap. nulli, iuxcto cap. de form. 22. q. 5. Blanc.
lib. 2. cap. 1. nu. 53. & 54. Iacobin. de Sancto
Georg. in verſ. dictiq; vaxalli promiſerunt
non committere felloniam nu. 26. Curt. iun.
§ ſi patroni, de bon. libert. Capyc. in inueſt.
feud. cap. feuda amittuntur col. 12. cauſ. 25.
fol. 53. Zaſ par. 10. num. 42. Io. Ferrar. Mon-
tan. in vſib. feud. par. 4. cap. 1. col. pen. verſ.
vaxallus &c. cauſ. 15. Sonsbech. d. par. 12.
nu. 48. Scheneid. par. 8. cap. 1. nu. 74. in fine,
Mozz. de feud. tit. fin. nu. 33. cauſ. 8. Scrader.
d. par. 9. cap. 8. nu. 4. Intrigl. d. q. 98. nu. 138.
cauſ. 28. Vulteius d. cap. 11. nu. 27. verſ. ita
cum vaxallus cõtra dominum &c. Sconer.
diſput. 10. theſ. 41. conſ. 5. nu. 21. lib. 1. Spec.
tit. de feud. § quoniam, verſ. 17. num. 33. Fi-
card. conſ. 18. nu. 5. ex cõmuni, & nu. 6. lib. 5.
Guid. Pap. deciſ. 551. num. 5. Ripa in repet.
l. fin. q. 9. num. 31. & 32. C. de reuoc. donat.
Gaill. obſeruat. 88. lib. 1. citans Gramat. de-
ciſ. 80. qui per totum articulum pro, & cõ-
tra diſputat, & ex Iſern. in d. § & ſi delator
3 diſtinguit, aut † compulſus fuit Aduocatus
ipſe per Iudicem ſuſcipere patrocinium
contra dominum ſuum, & tunc procul du-

bio erit excuſatus, aut non coactè, ſed vo-
luntariè,& cum nō poterit,& feudo priua-
bitur, & ex alijs in fine dicit,quod hæc opi-
nio tanquam ſatis rationabilis, & plurimo-
rum, & priſcorum Doctorum teſtimonio
roborata,mihi ſemper placuit,& in animo
meo ſedit,& ſic non poſſe vaxallum contra
ſuum dominum aduocare in vaxallo Baro-
nis loquens,quod nota, quia multū faciunt
in feudatario contra dominum patrocinan-
te feudum amittat,& ex teſtibus.& gloſ.ſu-
perius allegatis, & per interpretes vbi ſu-
4 pra adducti,ſentiūt,& præſupponunt,† va-
xallum aduerſus dominum feudi etiam in
cauſa ciuili non famoſa patrocinium præ-
ſtantem à feudo cadere,& expreſsè volunt
Scrader.d.par.12 nu.48.& ſeq. verſ.an va-
xallus &c. Sconer, d.theſ.41. in ciuili non
modica poſt Mozz.d.nu.33.generaliter cō-
tra dominum patrocinari vetant, gloſ. in
cap.fin.in verbo contra Eccleſiam, per illū
text.& ibidem Panorm.nu.5.de poſtulando,
& ita volunt omnes præcitati Doctores in
d.cap.1. de form.fidelis, & in cap.1. num.1.
5 in fine de forma fidelis,videtur tenere † va-
xallum pro modico non amittere feudum,
tamen ex generalitate dictorum iurium,
gloſ.& DD. & quia beneficiarius non debet
eſſe in conſilio,vel facto,vt dominus amit-
tat honorem, vel recipiat læſionem, vt eſt
text. in d. cap.1. de noua forma fidelit. &
cap.1.de forma fidelit. vbi vtile,& nè ſit ei
damno de ſuis poſſeſſionibus,& quod ibi di-
cti (oportere, vt in vtilitatē domini illi con-
ſilium præſtet,niſi velit feudo indignus vi-
deri) quare non tendet contra dominum
conſilium præſtare, & per conſequens Ad-
uocatum agere huius munus præcipuum
eſt conſulere, & ex his concludendum vi-
detur,vaxallum nec in criminali, nec ciuili
cauſa cōtra dominum aduocare poſſe, alias
feudum amittit,vt ex multis etiam contra-
rijs reiectis firmat Roſental. d.cap.10.con-
cluſ.22,nu.10.& 29. & in ſuis gloſſis, immo
6 quod nec excuſatur † niſi de crimine in
Principem accuſauerit, vt de communi te-
ſtatur Curt.iunior par.4. nu.64. & Intrigl.
d.quæſt.98 nu.124.Roſental.d.concluſ.22.
num.24.in gloſ.litera Q. vel ſi ſua,aut ſuo-
rum iniuriam proſequatur, gloſ. in d.§.itē
ſi delator, verſ. perdit, vbi Iſern. num. 43.
& alij per Roſental. d.loco nu.24. in gloſſ.
literis Q.& R.

PARTIS DECIMÆ,

Dilucidatio XXXI.

Amiſſionis feudi, Cauſa XXIV.

THEMA.

Vaxallus domino iuſtitiam non faciens, ſiue reluctans, feudo priuatur. communis.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus iuſtitiam domino facere tenetur,& non reluctare, alias feudum amittit.*

2 *Vaxallus domino in damnum eſſe non debet de ſua iuſtitia, vel de alijs per verbum honeſtum.*

3 *Superior, & Baro poteſt præcipere vaxallis, & inferioribus vt infra certum tempus expediat cauſā alias auocabitur per viam denegatæ iuſtitiæ.*

1 VAxallus † Iudex iuſtitiā domino ſuo
facere tenetur, alias perdit feudum,
verba ſunt text, in cap.1. quæ fuit prima
cauſ.benefic.amitt in §.illud, ibi (illud non
lateat, quod ſi quis ſuo domino iuſtitiam
facere noluerit, feudum quod tenebat per-
dit) & etiam habetur ex cap.1. de forma
2 fidelit.vbi legitur (honeſtū id eſt, nè † do-
mino ſuo ſit in damno de iuſtitia ſua vel de
alijs) gloſ,in d.§.illud tamen, in verſ.iuſti-
tia,& verſ.perdere,Beluiſ Iſern.nu.31.& 33
Laudenſ. num.1.2.& 5. Schench. nu.2.& 3.
Balzer.nu.4.7.& 8 Bal.nu.3.& in §.porrò,
Aluarot.in §.item qui domino num.1.& 4.
quæ fuit prima cauſ.benefic. amitt. & idem
Afflict.in §.item ſi delator nu.20.eod.tit. &
in cap.1.§.item ſi quis feudum nu.14.verſ.
idem ſi vaxallus qui erat &c. quibus modis
feud.amitt Cuiacius in comment. feud.lib.3.
tit.1. Ardizz.rubr.81. poſt verſ.item ſi in
ſeruitutem, Blanc.in epit.feud. lib.2. cap.1.
nu.57. Capyc.in inueſt.feud. C.feud. amitt.
col.23. cauſ.27. fol.54. Io.Ferrar.Montan.
lib.4.c.1.cauſ.9. Zaſ.par.10.nu.43. Sonsbec.
par.12.nu.9.verſ.ſexta concluſio &c. & nu.
ſeq. Mozz. de feud.tit.fin.num.105.cauſ.6.
priuat.in amittendo latè vbi in fin.adducit,
3 Baronē † præcipere vaxallo ſuo ſub com-
minatione, quatenus ſi infra certū tempus
non expedierit cauſam, quod ad ſe auoca-
bit,

bit.& ſi Magna Curia Vicariæ, & Tribuna-
libus inferioribus mandare, quod intellige
per viam denegatæ, vel protractæ iuſtitiæ,
& Barones hoc in cauſa aliena, non eorum,
Vueſembec. cap.15 num.7. Borcolt.cap 8.
num.109.Scheneid.par.9.cap 7.nu.1.& ſeq.
cauſ.30. Intrigl.in 1.centur.feud. quæſt.98.
num.115. & ſeq. Vulteius de feud. cap.11.
nu.24.verſ.contumacia, Pet.Iacob.in pract.
libellor. rub.59. de cauſ.ex quib.cauſ. feud.
amitt.num.21.Crauett.de antiq.temp.par.4.
in princ.nu.155. Io.Petr.Ferrar.in ſumma
libell.qua agitur ad reuocat.feud. §.nec ſu-
perſtitibus nu.25.cauſ.17. Clar.in §.feudum
q. 68. & ſic in genere nemo diſſentit dicit
Roſental.de feud. cap.10.concluſ.24. lit.A.
in fine.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XXXII.

Amiſſionis feudi, Cauſa XXV.

THEMA.

Vaxallus domini de aliquo delicto
ſi non procedit, vt iura mandant
eum grauando, feudum amittit.
communis.

SVMMARIVM.

1 *VAſallus Iudex dominum delinquentem, & de Iure communi ſub cautione recipi debere, & carcerat, amittit feudum.*

2 *Vaxallus Iudex exceptiones de iure recipiendas non recipit. feudo priuatur.*

3 *Vaſallus teſtes pro domino recipiendos nõ rceipit, feudum amittit.*

4 *Dominum propter neglectam receptionem teſtium a vaxallo feudo priuari poſſe.*

5 *Vaxallus in cauſa ciuili non faciens iuſtitiam domino, feudo priuatur.*

6 *Vaxallus curiam habens domino noluerit iuſtitiam facere, feudo priuatur.*

7 *Dolus, vel lata culpa requiritur in vaxallo nolente iuſtitiam domino ſuo faceret, vt feudum amittit, quod arbitrio Iudicis remittitur.*

1 VAxallus † Iudex domini delinquen-
tis, ſi caſu iure comuni fideiuſſo re-
cipi debet, ſed eum in vinculis cauſam dice-
re cogit, feudum amitt. Hern.in cap.1.§.itẽ
qui domino nu.32.in addit.verſ.item pono
generaliter &c.quæ fuer.prima cauſ.benef.
amitt. Aluarot.ibidem nu 4. Afflict.num 1.
Laudenſ. in §.illud tamen non lateat nu.5.
eod.tit.& Nicol.de Neaplol. Iacobin. in d.
verſ.dictiq; vaxalli promiſerunt non com-
mittere nu.23. Curt.in d.tract.4.nu.60. Ca-
pyc.in inueſt.d cap.feuda amitt. colum.24.
verſic. aliter & tertio, ſub cauſa 27. Mozz.
d.tit.fin.num.105.Scrader.d.par.9.cap.7.nu.
165.verſ.ideoq; traditum eſt &c.Roſental.
2 cap.10.concl.24.nu.8. item ſi vaxallus Iu-
dex nolit exceptiones, vel ſimili à domino
ſuſcipere, quæ iure ſuſcipienda erant, caret
feudo, ad quod faciunt notata per Bald.in
l.mancipia num.1.C.de ſeru.fugit. & idem
Bal.in cap 1.de milit.vaxall.qui contumax
eſt, vbi Affl.nu.2.& in conſt.Regni rub.37.
num.48.lib.1. Scrader. ſolus in terminis ſic
d.cap.7. num.167. par. 9. quia eadem ratio
militat Roſental.vbi ſupra nu 9 & in gloſ.
3 lit.D. item ſi teſtes producti à domino, illos
etaminare recuſat, vel ad teſtificandum nõ
compellat, Iſern.in cap.1.poſt.verſ.teſtibus
nu.9.ibi, ſic è contra, quid ſit inueſt.ibidem
in §.ſæpè enim domino, Aluar. nu.5. Præ-
poſit. nu.4. Iacobin. in d. verbo dictiq; va-
xalli promiſerunt non committere &c. nu.
24. expreſſius Scrader.d.c.9.cap.7.verſ.ſi-
militer, & 15. vaxallus, per ea, quæ notat
Bald.in d.l.mancipia nu.1. de ſeru.fugit. Iaſ.
in l.argentarij, §.cum autem num.4. ff.de
4 edend. ſanè † dominum propter neglectam
receptionem, & examinationem teſtium à
vaxallo productorum feudo priuari poſſe,
Roſental.in d.concl.24.in gloſ. lit.E. & idẽ
5 eſt, ſi † vaxallus in cauſa ciuili domino iu-
ſtitiã facere deneget, vel doloſè, aut iniquè
contra leges adminiſtrãs, vt eſt text.in d.§.
illud tamen intelligunt, & ita vult Iſern. in
d.§.item qui domino nu 32.in fin. ibi, quia
hic §. loquitur generaliter, quæ fuit prima
cauſ.benef.amitt. & ibidẽ expreſſè Schenc.
in verſ. illud tamen &c. nu 3. & generaliter
loquitur Afflict.in deciſ.265.& Cuiacius de
feud tit.1.lib.3.ait, iuſtiſſimam eſſe cauſam
6 priuationis, ſi vaxalllus curiam habens do-
mino ius redere noluerit, & in hoc Neapo-
litano Regno eſt abſolutum, & ita ordina-
tum per conſtitutionem incipiete, ſi vaxal-
lus à domino tit.9. fol. mihi 234. per quam
ita firmat Cuiac.d.loco, Rayn.in cap.Impe-
rialem, §.penult. de prohib.feud.alien. per
Federic. ac expreſſè in terminis Sonsbech.
par.12.nu.9. Scheneid.par.8.cap.1.num.69.
Borcolt. cap.8. nu.109.Vulteius d.cap.11.
nu.24.Intrigl.centur.1.q.98.nu.125. Mozz.
d.cap.

d.cap.fin. num.105. verſ.ego autem conciliando opiniones requirit dolum, aut latam culpam in vaxallo nolente iuſtitiam facere domino ſuo, quod arbitrio Iudicis remittitur,& ex alijs Roſental. d cap.10. concl.24. in gloſ.litera G.quod etiam eſt abſq; dubio per text. in cap.1. ibi (nè ſit in damno de iuſtitia ſua) de forma fidelit. & iuſtitiam dilatando, & non faciendo, quod non ſit in damnum domini, nulli dubium eſſe debet, ergo ex prædictis concludendum videtur, quod tàm in cauſa criminali, quàm ciuili, vaxallus procraſtinans in iuſtitia domino facienda, iura mandant, feudo priuatur.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XXXIII.

Amiſſionis feudi, Cauſa XXVI.

THEMA.

Vaxallus contra Dominum malè iudicans,& ex eiſdem actis abſq; probationibus, & non de voluntate partium in cauſa appellationis ſententia reſcinditur, feudo priuatur. communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius cõtra dominum dolo culpa, & ex ignorantia contra dominum feudo priuatur.*

2 *Vaxallus contra dominum ſententiando, & ex eiſdem actis ſententia reuocata feudo priuatur.*

3 *Sententia vaxalli contra dominum, ſi ex alijs probationibus reuocatur, non amittitur feudum.*

4 *Vaxallus in cauſa criminali, ſiue ciuili contra dominum iudicat, feudum amittit verior, & communis.*

1 FEudatarius † dolo, vel lata culpa, puta cum non eſſet peritus, non conſulendo peritiores contra dominum, malè iudicauit, feudo priuari debet, gloſ. eſt notabilis in cap.1. §. item ſi delator, in verſ. perdit circa finẽ, quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. Iſern. nu.45.& ſeq. ibique Nicol.de Neap. Aluarot.nu.8. Laudenſ.nu.20. Præpoſ.nu.2. verſ.quarto ſubſequens, cum d.gloſ.quid ſit inueſt.Rauen.& Afflict. nu.20.& 21. Capyc. in inueſt.feud. C.feud.amitt.col.23. cauſ.26. Iſern.in d.§.item qui domino nu.30. in fin. Afflict.nu.2.& 3. Beluiſ.verſ.quæritur, quid ſit inueſtit.&c.eod.tit. Afflict.in cap.1. §.itẽ ſi quis feudum nu.24.ſub cauſa 25. verſ.itẽ etiã ſi vaxallus circa quib.mod.feud.amitt. Ardizzon.in ſumma rub.81. Blanch.in epit. feud. lib.2. cap.1.nu.57. Bellapert. de feud. tit.9. nu.23. Iacobin. in verſ.dictiq; vaxalli promiſerunt non committere &c. num.27. Curt.iun.fol.4.nu.73.cauſ.34.Montan.lib.4. de feud.cap.1.cauſ.13. Zaſ.par.10.num.41. Mozz.d.tit.fin.nu.33.cauſ.9.priuat. Intrigl. d quæſt.98.num.140. & ſeq. cauſ.23. & 29. Vulteius d.cap.11.nu.27. in fine, verſ.poſtremo ſi vaxallus &c. lib.1.Scrader.latè d. par.9.cap.7.num.168.& nu.170.Pet.Iacob. in pract.libellorum, rub.59.nu.25. Sconer. diſput.feud.10.theſaur 44. Modeſtin.Piſtor. conſ.50.num.8.& 9.lib.1.arg. d.l.poſt legatum, §.quidam & Præſidem, ff. de his quib. vt indign.Roſental.de feud.cap.10.concl.24
2 nu.5.& in gloſ.lit.B. & † feudo priuatur vaxallus contra dominum ſententiando, ſi à Iudice appellationis, ex eiſdem actis reformata fuerit, vt eſt caſus in gloſ.quam ſequitur Iſern.Beluiſ. Aluarot. Laudenſ.Præpoſ. Rauenn. Afflict.Blanch.Iacobin. Curt. Capyc. Zaſ.Mozz. Intrigl.& Vulteius in præcitatis locis, in d.§.item ſi delator, in verſ. perdit,& Scrader. in d par.9. cap.7.nu.168. verſ.deinde hoc procedi,& nu.169.verſ.tertio fallit, Sconer diſput.10.communem aſ-
3 ſerit, ſed ſecus † ſi Iudex appellationis ob alias probationes iudicauerit, ſed cõſtito de dolo vaxalli,& Iudex appellationis bene iudicauit ex eiſdem actis,& ſententiam reuocauit, vt prædicti Doctores tenẽt implicitè, aliqui ex prædictis,& ſunt Nicol.de Neap. Beluiſ. Aluarot. Præpoſit. & ad cauſam criminalem reſtringentes, Capyc. Iacobin. Zaſ.
4 vbi ſupra, ſed † verior,& cõmunis eſt opinio, ſiue in cauſa criminali, ſiue ciuili vaxallus in damnum domini malè iudicans, ita quod ſententia per Iudicem appellationis ex eiſdem actis, & abſque alijs probationibus reuocatur, feudum amittit, vt in præcedenti dilucidatione in procedendo, eſt de communi opinione concluſum, ſaltim per rationem, quod vaxallus nõ debet domino ſuo damnum in nihilo inſerre,& particulariter in iudicando, vt ad literam habetur in d.cap.1.de form. fidelit. ibi (nè ſit in damno de iuſtitiã ſua) vbi Doctores omnes, immo iuuare tenetur in multis, de quibus infra in artic.12. Roſental. in d.concluſ.24. cap.10. & ex adductis in gloſ. litera F. per text.in d.cap.1.

Digitized by Google

d. cap. 1. de forma fidelit. & ibi omnes Scrader.par.9.cap.7.num.169.verſ.neque vero tantum &c.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XXXIV.

Amiſſionis feudi, Cauſa XXVII.

THEMA.

Vaxallus citatus à Curia Domini pro aliqua culpa, non contrarij effectus contumax, Dominus ponitur in poſſeſſionem feudi, & perſiſtens elapſo anno feudum amittit. communis.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus pro culpa citandus eſt ſecundum ſtylum Curiæ, & loci contumax dominus in poſſeſſionem mittitur cum decreto Iudicis.*

2 *Vaxallus contumax ſi infra annum contumaciam non purgat poſt annum beneficium amittit.*

3 *Vaſallus infra annum comparens cum cautione de parendo ſententiæ ferendæ admittitur, & auditur in iuribus ſuis.*

4 *Citatio trina ad vaxallum feudo priuandum neceſſaria eſt, niſi vna tempus omne contineat.*

5 *Peremptorium vnum in feudis nō admittitur pro omnibus, etiam ſi triplex tempus contineat, ſed tres citationes requiruntur.*

6 *Forma legis, vel ſtatuti, præciſè ſeruanda eſt.*

7 *Citationes plures, & non vna pro tribus requiri, dum tractatur de priuando aliquem de feudo, & iure ſuo.*

8 *Citatio vnica ſufficit contra tyramnum fraudulentem, vel formidabilem perſonam.*

1 Vaxallus culpatus de aliquo crimine, ex quo feudo priuandus eſt in Curia
cum termino dierum iuxta ſtylum Curiæ,
& loci ſecundum perſonarum, & rerum
circumſtantias, vel arbitrio Iudicis, vt in
gloſ. in cap. 1. in princ. verſ. dominus ſeptē,
vel decem dierum, ſed plus patet lege officium Curiæ, vt ſuo arbitrio terminum conſtituat, de milite vaxallo, qui cōtumax eſt, vbi Iſern. num. 1. & 2. in fin. ibi, hodie vero diuerſum &c. Bal. nu. 1. & 2. Aluarot. nu. 25. & 13. Rauenn. nu. 8. & ſeq. Balzeran. num. 6. Afflict. in cap. 1. §. fin. nu. 21. cauſ. 42. quib. mod. feud. amitt. Ardizz. in ſumma rubr. 76. Hoſtienſ. ib ſumma tit. de feud. §. apud quē, vel quos Indices, verſ. in quo autem loco debeat &c. col. antepen. Laurent. Kircou. centur. 5. commun. opin. concl. 45. ſub lit. F. nu. 3. quod ſi non comparet, iterum atque tertio ſimiliter citandus eſt, & ſi non venerit facto cōtumace ad petitionem dominus in poſſeſſionem feudi per Curiæ ſententiā
2 mittitur, & † ſi infra annum non comparet,
nec contumaciam purgat vaxallus, poſt annum beneficium, & poſſeſſionē amittit, text. eſt in cap. 1. de milite vaxallo, qui cōtumax eſt, & ibi gloſ. & omnes Scribentes, Beluiſ. Iſern. nu. 1. & 2. Bald. ante num. 1. Aluarot. nu. 1. 2. & 7. Nicol. de Neap. Laudenſ. nu. 1. 2. 3. & 4. Præpoſit. nu. 2. & 3. Afflict. num. 9. Rauenn. & Schench. nu. 11. & ſeq. Balzeran. nu. 1. 6. & 23. alijq; ibi Scrib. Iſern. in cap. 1. §. item qui domino nu. 37. quæ fuit prima benefic. amitt. Aluarot. ibid. in princ. ante nu. 1. Afflict. ante num. 1. Laudenſ. eodem loco in §. illud tamen non lateat, nu. 3. & 4. Eguinar. Bar. Hoſt. in princ. & in diſput. feu. cap. 41. cauſ. 16. Cuiac. tit. fin. lib. 2. & tit. 1. lib. 3. Afflict. in d. cap. 1. §. fin. nu. 21. cauſ. 42. quib. mod. feud. amitt. Ardizz. in ſum. feud. rub. 76. Blanc. lib. 2. cap. 1. nu. 105. Iacobin. de Sancto Georgio in verſ. dictiq; vaxalli commiſ. fellon. num. 46. Curt. iun. par. 4. nu. 60. cauſ. 1. Capyc. in inueſt. feud. col. 23. verſ. vigeſimo ſeptimo &c. fol. 54. & dec. 1. nu. 7. Ioan. Ferrar. Milan. cap. 1. cauſ. 9. lib. 4. de feud. Zaſ. par. 10. nu. 44. & nu. 61. concl. 11. Thom. de Marin. de gener. feud. qual. feud. tit. 2. par. 1. nu. 77. Duaren. cap. 14. num. 21. Vueſembec. cap. 15. nu. 7. Borcolt. cap. 8. nu. 109. vbi hunc intellectū teſtatur d. §. illud tamen, magis conuenire ait, ſicut & Vulteius c. 11. nu. 24. verſ. contumacia circa &c. fol. 725. lib. 1. Mozz. tit. fin. nu. 105. Intrigl. quæſt. 98. centur. feud. 1. nu. 116. Hartman. Piſtor. quæſt. iur. lib. 1. par. 2. quæſt. 40. nu. 1. & per totum, Scrader. omnium latiſſimè, & pleniſſimè par. 9. cap. 7. nu. 28. vſque ad nu. 47. & nu. 67. Petr. Iacob. in pract. aut. libell. rubr. 59. de cauſ. ex quib. feud. amitt. nu. 15. Oldendorp. in claſſ. 5. poſt actum 17. vbi de actu benefic. in pract. tertia ſpecie intent. actor. art. 11. Roland. à Valle ex communi conſ. 47. num. 61. lib. 2. Laurent. Kirkou. in

com-

Digitized by Google

commun.opin. centur.5.concluſ.35. ſub li-
cera F.num.1.Roſental.d.cap.10.concl.25.
nu.1. in fine,& in gloſ.lit.B.verum ſi infra
3 † annum compareat, & cautionem de pa-
rendo ſententiæ ferendę dederit,& expen-
ſas omnes refecerit ei poſſeſſio feudi ablati
reſtituitur,per text. apertum, & ibi Docto-
res omnes vno ore hoc affirmantes in c.1.
de milite vaxallo, qui contumax eſt, gloſ.
text.ſic intelligens, & reſtringens in cap.1.
§.illud tamen non lateat, vel item qui do-
mino ſuo,in ver.iuſtitiam, quæ fuit prima
cauſ.benefic.amitt. & ibidem Beluiſ.Nicol.
de Neap.Bald.Aluarot.Præpoſ. Affl.Ra-
uenn.Laudenſ.nu.5.Balzeran.& omnes,idē
ſtatuit,Aluarot.in §.item ſi delator num.8.
vbi Præpoſ.Rauen. Curt.iun,Capyc.Mozz.
& Scrader.in præced.dilucid.allegati,& idē
Scrader.d par.9.cap.7.nu.2. Zaſius par.10.
nu.44. & eſt communis opinio, & per Mo-
deſtin.Piſtor.conſ.60.num.3.& conſ.ſeq.nu.
28.Roſental,d.concluſ.25.num.2.& in gloſ.
4 lit.C. † trina citatione, & vna non ſufficit
niſi tempus omnium contineat cum de pri-
uando vaxallum iure ſuo tractatur, Laud.
in §.eſt, & alia nu.3. gloſ.in cap.1.verſ.ter-
tiam vocationem in fine,inquiens,quod in
5 † feudis non admittitur,vt vnum propona-
tur peremptorium pro omnibus, d.cap.1.
de milit. vaxall. qui contumax eſt, & ibi
Iſern. nu.2.3.& 5. & in d.nu.3. dicit opor-
tere,quod citatio ad manus citati peruene-
rit, Bald.ibidem, Aluarot.nu.6.& latè Affl.
nu.8. Iacob.de Sancto Georg.in ver.dictiq;
vaxalli pro dictis rebus num.27.vbi inquit
hanc gloſ. eſſe communiter approbatam,
& reiectis cōtrarijs volentibus vnum perē-
ptorium ſufficere, modo triplex tempus
dierum contineat non ſufficere,ſed tres ci-
6 tationes requiri,& forma † legis,aut ſtatuti
præciſè ſeruanda ſit, Bald.Affl.& Aluarot.
in d.cap.1.de milite vaxallo qui contumax
eſt,& alij Doctores in authent.qui ſemel,C.
quomodo,& quando Iudex, prout ex mul-
tis refert Bartholom.Blarer. in rep.l.diffa-
mari, C.de ingen.manumiſſ. cap.6.num.16.
vſque ad nu.52.& faciunt quæ Cæſar Con-
tard.& Scribent.in eadem l.14.num.30. qui
7 num.39.communem dicit † plures citatio-
nes, & nō vna pro tribus requiri, dum tra-
ctatur de priuando aliquem de feudo, &
iure ſuo, de quo etiam Gaill.pract.obſeru.
12.obſeru.nu.1.lib.1.Roſental.cap.6.concl.
43.num.4.& in gloſ.lit.D.& in cap.10.con-
cluſ.25. nu.6. ex multis, & communes ad-
8 ducit opiniones & prædicta procedūt,† niſi
fortè tyramnus fraudulentus, aliaſq; for-
midabilis citandus eſſet, quo caſu edicto
quoq; locus eſſet, & vnum peremptorium
ſufficiet, Bald.in d.cap.1.verſ.adde dicit Io.
Andr. quod ſi debet &c. de milite vaxallo
qui contumax eſt,& ibidem Præpoſit.nu.2.
verſ. tamen vbi eſſet tyramnus &c. Afflict.
nu.8.verſ.tertio fallit, ſi citaretur tyrānus,
Schench.num.7.Balzeran.nu.7. Ioan. Andr.
in cap non minus, de immun. Eccleſ. & ſic
Scrader. quæſt.9. cap.7.nu.40.verſ.fallit 2.
& ex alij Roſental.dictis in locis.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XXXV.

Amiſſionis Feudi, Cauſa XXVIII.

THEMA.

Contumacia vera ſine alia citatione facit priuare vaxallū de feudo & manifeſtus cōtumax regulariter à ſententia immiſſionis, ſeù priuationis appellare nō poteſt. communis.

SVMMARIVM.

1 *VAxallus vocatus ad Curiam non comparens effectus contumax amittit feudum.*

2 *Vaxallus vocatus ad curiam domini, & non comparens, graue contemptum facit Domino curiæ, ac iuſtitiæ,& graue puniendus.*

3 *Vaxallus contumax tàm de poſſeſſione, quàm de amiſſione feudi appellans non auditur.*

4 *Vaxallus expreſsè dicens nolle Iudici, & iuriſdictioni conſentire, feudo priuari poteſt,quia pro vero contumace habetur.*

5 *Vaxallus manifeſtus contumax à beneficio reuiſionis contra ſententiam Cameræ Imperialis excluditur.*

6 *Vaxallus dicat ſe non coram Paribus Curiæ, ſed coram alio Iudice reſpondere velle, feudo priuatur.*

IN præcedenti Dilucidatione per totam
1 diximus † vaxallo ad Curiam de cauſa
feudali vocato non comparente, & facto
cōtumace feudum amittit, vt eſt text.apert.
in d.cap.1.de milit.vaxall. qui contum. eſt,
ibi (quod ſi neque venerit ad tertiam vo-
catio-

cationem hoc ipſo feudum amittit.) vbi gl. & Doctores omnes,& lege feudali ob contumaciam amiſit, & de contumacia latè in præcedenti Dilucidatione diximus tali caſu omni beneficio ſe indignum redit,arg. l.non poteſt videri, ff. de iudic. maxime q;
2 † graue contemptũ fit domino,& Curiæ, ac iuſtitiæ ab eo,qui ſe vaxallũ agnoſcit,commiſſum, ideoq; etiam grauiter eſt plectendus,& pœna delicto commenſuranda, l.capitalium, ſolent, ff.de pœn. l.3. in fin. C.de Epiſc.audient.faciunt notata in l.Fulcinius, §.fin. quib.ex cauſ.in poſſeſſ. eat. Speculat. in tit.de primo decreto, §. reſtat, verſ.hoc
3 autem notandum, quin imo talis † contumax de ſententia tam in poſſeſſione feudi regulariter appellans non auditur, l.1. & ibi Bart. & Doctores, quorum appellatio non recipitur, l.properandum, §. cum autem, & ibidem gloſ.quod ei, Alex.in princ. nu.17.& ſeq.Iaſon in §.& ſi quidem nu.14. ac alij C.de iudic. vbi Bart.& alij l.& conſenſu,§ fin.& ibidem Doctores ff.de appell. Cyn.in l.vnic.num.15.& ibi Bart. ff.ſi quis iudic.non obtemper.& in l.fin. nu.12.& ibi Bald.in 1.lectur.num.5.ff.de reſtitut.integr. Bart.in l.2.nu.81.ff.de appell. Bald.in auth. generaliter nu.10.de Epiſc.& cler.in l.ſancimus nu.20. C.de iudic. in l.terminato nu.17. C. de fructib.& lit.expenſ.& in l.eaque nu.7.C.quemadmod.& quando Iudex Marant.in ſpecul.aur. tit.de contumac. par.6. nu.19.Gaill.obſeruat.132.nu.7.lib.1. Boer. deci.206.nu 8.Capyc.deciſ.139.nu.2 Duen. reg.152.Benderſ.de reuiſ.concluſ.31.nu.26. & 48. Det conſ.34.nu.1. Roſental. cap.10. concluſ.26. nu.25. & in gloſ.lit.Y.& ſi aliqui in ficto contumace tergiuerſare videntur,vt per Roſental.d.nu.26. vſque ad 32. vbi dicit, ſed ſi manifeſta fuerit contumacia vaxalli, non quidem in emanando, verum
4 quod † expreſsè dicit, nolle ſe Iudici iuriſdictioniq; per hunc, aut illum actum ſequentẽ conſentire,omni feudo priuari poſſet; quia talis non minus contumax habetur, ac ſi diceret nolle comparere, ita ſcribit Bald.in l.2. per illum text. C.vbi quis de curiali,vel de cohortali &c. Alex.in l.non ſolum, §.morte nu.52. poſt Imol.ibidem ff.de noui oper.nunciat. Iaſon eodem loco nu.40. & 46. & in l.ait Prætor in princ. nu. 28.ff.de iureiur.& in l.ſancimus C.de iudic. Innocent.in cap.Cumana nu.4.de elect.& elect.poteſtat.vbi Bald.nu.10.in fin. ac Panormit. nu.9.& ibi addit Ripa nu.100. Felin.in rubr.de foro compet. nu.1. & in cap. cum M. Ferrar. nu.66.vbi & Abb.nu.20.de conſtit. Det.in cap.1.in lect.1,nu.24.in fine de iudic. & ſic in terminis terminantibus Scrader.d.par.9. c.7.nu.11.& 13. Scheneid. par.8.cap.1.nu.71.in fine, Roſental. d.loco
5 in gloſ. literis D. d. & manifeſtè contumax à beneficio reuiſionis contra ſententias Cameræ Imperialis excluſus eſt,nec non à defenſionis, & ſupplicationis beneficio arcetur,gloſ.in l.fin.verſ.emiſerit, C.vt lit.pend. vel poſt &c. Iaſon in l.ſupplicare nu.7.eodem, Alexand. in l.properandum, §.final. nu.23.in fin.C.de iudic. Benderſ.in tract.de reuiſ.concl.31.nu.48.Roland.à Valle conſ. 38.nu.15. lib.2. Roſental. d.art.26.in gloſ. lit. Z. ex alijs Scrader d.par.9.cap.7.nu.17.
6 & ſi † vaxallus dicat ſe non coram Paribus Curiæ, ſed coram alio Iudice comparere, & reſpondere velle,quia hoc aliud non ſit, quã ſi dixerit nolle ſe venire, & dominũ,& curiã contendere,& pertinaciter inobedire, per text. & ibi tradita per Bald. in cap. Nicolao de appell. l.2.& Salic.& Fulgoſ. C.de ſucceſſ.edict. l.fin.ff de liber.& poſthum. & l.quoties vbi Iaſ. num.3. de his qui latild. cogant. & vti contumax feudum amittit, & non appellat,vltra prædicta ſunt tex. aperti in conſtit. Regni incip. ſi quis poſt litem de pœn. contumac. & in conſtit.Regni ſpeciale quodam &c. in fin. in rubr. de Iure Francorum in iudicijs ſublato, & ibi Hern. & Doctores omnes,& explicata eſt Dilucidatio ipſa.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XXXVI.

Amiſſionis feudi, Cauſa XXIX.

THEMA.

Vaxallus ſi vult quod Pares Curiæ, ſiue eius Iudices de incompetentia, & de alijs exceptionibus non recognoſcãt, ſed Iudices alij feudo priuatur, & idem ſi Dominũ, aut conuaxallum coram alio Iudice incompetẽte vocauerit magis communis.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallo nõ licet parium iuriſdictionem declinare.*

D 2 Iudex

2 *Iudex quilibet de exceptione incompetentiæ iuriſdictionis quibuſdam caſibus exceptis.*

3 *Vaxallus quandq; dolo, aut lata culpa in contemptũ domini, & iuriſdictionis feudaliũ Curiam acceſſerit feudo priuatur.*

4 *Vaxallus de lite ad feudales Iudices & demum. ſiue Pares Curiæ ad alios prorogare non poteſt.*

5 *Dominus ſub pœna amiſſionis feudi prætendere poteſt, nè ad aliam Curiam litigent.*

DIlucidatio hæc eſt ſpecies inobedientiæ,
& denegandi dominium domini, & eius
Parium, ſiue Curiæ contra vaxallum, quod
1 fieri non debet, † quia non licet vaxallo
Parium iuriſdictionem declinare, cap. 1. an
2 apud Iudices &c. & † quilibet Iudex de
tali exceptione ſibi oppoſita cognoſcit, exceptis
aliquibus caſibus, per Felin. in cap. ſi
clericus laicum, de foro compet. Iaſon in
l. 2. ſi quis in ius voc. non ier. enumeratis,
3 ſed ſolum reducitur, ſi dolo, aut lata culpa
in contemptum & fatigationem dominij, &
iuriſdictionis hoc fecerit, quod arbitrio Iudicis
relinquitur: & ſi vaxallus dominum,
aut conuaxallum de cauſa cuius, vel dominus,
vel Pares Curiæ ſint competentes ad
aliud Tribunal incompetens vocat, aut trahat,
feudum amittit, Blanc. in ſumma lib. 2.
c. 1. nu. 109 Capyc. in inueſt. feud. cap. feud.
amitt caſu 57. fol. 69. & hoc per conſtit. huius
Neapolitani Regni incip. cum iuſtitiæ
copiam &c. & ex alijs Roſental. in d. concl.
4 26. nu. 36 & gloſ. literis F. f. & † vaxallus
de cauſa, & lite ad Iudices feudales ad dominum,
aut Pares Curiæ pertinentes iuriſdictionem
in alium domino inuito prorogare,
vel in eum cõſentire non poteſt, gloſ.
in cap. Imperialẽ, § penult. verſ. inter duos
de prohib. feud. alien. per Federic. vbi Beluiſ.
Iſer. nu. 78. & ſeq. Bald. nu. 19. Aluarot.
nu. 4. Laudenſ. nu. 3. Præpoſit. nu. 5. Rauenn.
& Afflict. num. 9. 10. & 16. Curt. iun. ex communi
par. 7. num. 19. Sonsbec. de communi
par 14. nu. 36. Borcolt. ex communi cap. 10.
nu. 17. & 35. Freccia de ſubfeud. author. 10.
Vulteius lib. 2. cap. 2. nu. 21. Capyc. in inueſt.
feud. cap. feudorum iudicia col. 2. verſ. vaxalli
volentes litigare fol. 255. & in dec. 9.
ex communi num. 11. Cacher. deciſ. 78. nu. 3.
Guid. Pap. deciſ. 139. nu. 2. & ibidem addentes
Gail. pract. obſeruat. 40. nu. 6. lib. 1. Clar.
in §. feudum ex communi quæſt. 90. nu. 10.
& ex alijs Roſental. cap. 12. concl. 1. in gloſ.
5 literis V. v. quin etiam † dominus poteſt
ſub pœna amiſſionis feudi præcipere, & ibidem
litem proſequi deſiſtat, & inobediens
feudo multatur Iſern. in cap. ſancimus nu.
13. quo temp. miles, Afflict. in cap. 1. §. fin.
nu. 14. cauſ. 16. & nu. 26. verſ. quotieſcumq;
quib. mod. feud. amitt. Capyc. in inueſt. feud.
cap. feud. amitt. col. 46. nu. 45. fol. 65. Loffr.
conſ. 45. magnificus Federicus nu. 51. Raynaud.
in cap. Imperialem, §. præterea ſi inter,
nu. 16. de prohib. feud. alien. per Feder.
Ardizz. in rubr. 77. in ſua ſumma, Io. Blanc.
lib. 2. cap. 1. nu. 19. Iacob. de Sancto Georg.
in verſ. dictiq; vaxalli promiſerunt recognoſcere
nu. 9. & ſeq. Caſſan. in conſuetud.
Burg. rubr. 3. tit. des fies §. 4. in verſ. apres le
dicto omange num. 22. Peregrin. de iur. fiſci
lib. 5. tit. 1. de publicat. bon. num. 32. Natta
conſ. 593. & conſ. ſeq. nu. 19. ac Panorm. in
cap. ex tranſmiſſa de foro compet. ac Roſental.
d. cap. 10. concl. 30. num. 39. & in gloſ.
literis C. c. & ſic vaxallus de cauſa feudali,
non poteſt eligere Iudicem, & artare iudicium,
alias feudum amittit.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XXXVII.

Amiſſionis feudi, Cauſa XXX.

THEMA.

Vaxallus comittens ingeſtum feudum, amittit per ſententiam declaratoriam. communis.

SVMMARIVM.

1 *VAxallum inceſtum committentem feudo priuari poſſe.*

2 *Sententia declaratoria requiritur ad priuandum per inceſtum.*

3 *Inceſtuoſus ſi nõ ob publicationem tamen ob infamiam per ſententiam feudo priuatur.*

4 *Verbum aſſignari, & mox ſunt præſentis temporis.*

5 *Inceſtas nuptias contrahens, infamia notatur, ipſo iure, & feudo priuari poſſe per ſententiam.*

1 INceſtuoſum vaxallũ feudo priuari poſſe, per text. in cap. vnic. verſ. bona contrahentium inceſt. nupt. quæ ſint. regal. in auth. de inceſt. & nefar. nupt. in princ. nu. 2. Aluarot. in cap. 1. §. item ſi fidelis num. 14.

vbi

vbi Præpoſit.nu.6.in fine, Rauenn.in fine, Paul.Pic.num.19.Schench.nu.17. Afflict.in fine num.23. cauſ.51. quib.mod.feud.amitt. Cuiacius d.loco lib.4.tit.2. verſ.& ita ſi ſororem, Iacob. in ver. dictiq; promiſerunt non committere fellOniam nu.31.Curt.iun. par.4.nu.40. Capyc.in inueſt.feud.cap.feuda amittuntur cauſ.62. fol.71. Zaſ. par.10. nu.9.Sonsbec.par.12.num.17.& 59.ac par. 13. nu.31. & ſeq. Borcolt.cap.8.num.105. Vuſembec. cap.15.nu.5. Mozz.de feud. tit. fin. nu.71. Scheneid. par.8.cap.1.num.154. Scrader.par.9.cap.3.num.4.cauſ.8. Intrigl. in centur.feud. q.91.nu.80. & ſeq. cauſ.15. Vulteius cap.11.nu.36. & 60 verſ.tertius, Sconer. diſput. feud.10. theſaur.74. lib.1. Zabarell. conſ.129.num.1. Piſtor.conſ.35. nu.1.20.& ſeq.lib.2.Menoc.conſ.534.nu.5.
2 & 6. lib. 6. † ſententiam declaratoriam requirit verſ. reſpondetur tertio &c. & primus omnium fuit Bald.in l.1.num.42.q.51. ff.de rer. diuiſ. dicens, quod ipſo iure propterea feudũ amittit per d. auth. de inceſt. & nefar.rupt. Roſental.cap.10.concluſ.37. in gloſ.litera B.& quamuis Papa diſpenſet, quo ad matrimonium non recuperat feudum, quod alteri eſt apertum, vel ad primũ dominũ redijt, arg.cap.quamuis de reſcrip. in 6. & quod notatur in l.Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum. & ſic dixerunt Bald.Præpoſ.Rauen.Affl. Schench. Picus, Iacob.de Sancto Georg. Capye.Zaſ. latè Sonsbceh. Mozz. & Scheneid. vbi ſup. per d. cap. quamuis, & per l.2. §.ſi quis à princ.ff.ne quid in loco publico cum ſimil.
3 ſed per † ſententiam priuandi ſunt, ſi non ex cauſa publicationis, ſed infamiæ commiſſæ deducatur, niſi velis ſtatuere differẽtiam, quod cum ipſo iure crimini incurratur, & bona publicentur, vt d. nouella 12. §. ſancimus, ibi, maximè ſi rerum ſuarum caſu imminente, & paulò poſt, ſed omnia
4 erario † aſſignari &c. ac iterum §. ſi vero ibi mox illi accipiat &c. quæ verba ſunt tẽporis præſentis, augeturq; per verbum mox, & ſic tenet gloſ.in d.auth.inceſtas nuptias, vbi Bart num.2.& Bald. ante nu.1.& alij tanquã communem eſſe teſtatur, Iulius Clarus lib.5.recept.ſentent. §.inceſtus, citans ſic Bormond. de concubin.fol.84. nu. 11. & ſeq. & ſicut ob crimina, quæ ipſo iure publicationem bonorum irrogant feudum quoque principaliter, & per publicationem
5 adimi poteſt, & inceſtas nuptias contrahentes ipſo iure infamia notari, vt per Matth. Vres ff.de liber.qui notant.infam. l.1.nu.5. per l.qui contra, C.de inceſt. nupt. & Ang. in §.ſi aduerſum, inſtit.de nupt.quam opinionem ſequitur Card. Zabarell. conſ.129. incip.an ſenior ſoror &c. vbi nu.1.reſpondit, ſororem ſeniorem propter inceſtas nuptias feudo priuari poſſe, quod & ſi verum per ſententiam ſua opinio procedit, ſi ex cauſa publicationis bonorum, ſed ex cauſa infamiæ eſſet priuandus, vt reſpondet, & ex alijs firmat Roſental. d.concl.37.num.5. & plurib.ſeqq. ex alijs.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XXXVIII.

Amiſſionis feudi, Cauſa XXXI.

THEMA.

Vaxallus cũ vxore domini ſui concubens, feudo priuatur, quia licet non principaliter dominum nõ offendat, ſed libidine faciat, iniuria ei affert. communis.

Quia breuis non opus alio Summario.

TExtualis eſt Dilucidatio iſta, ſi vaxallus cum vxore domini ſui concubuit, feudo priuatur, dicit text. (ſi dominum cucurbitauerit) ideſt cum eius vxore concubuerit, ſiue cum ea ſe immiſcuerit, feudum amittit, in cap.1. §.item ſi fidelis, & ibidem gloſ.& Doctores quib.mod.feud.amitt.cap.1.cap. ſi quis miles de feudo ſine culpa nõ amitt. cap.1.de vaxallo qui contra conſtit. Lotar. &c. in cap.1.quod teſtes ſunt neceſſarij ad probation. feud.ingratitud. & in dictis gloſ. & communiter omnes Scribentes ſic in conſtit.Henrici Secundi Imperatoris à Cuiacio lib.5.feud.relato tit.2.lib.1. Ardizzon. in ſumma tit.quib.mod.feud.amitt.rub.55. & 82. Blanc.lib.2.cap.1.num.59.& ſeq. Iacobin. de Sãcto Georg.in verb.qui quidem inueſtiti, num.18.in fine, & verſ.dictiq; vaxalli promiſerunt non committere felloniam nu.29. Curt.iun. par.4.nu.24. Capyc. in inueſtit. feud. C. feuda amittuntur col.6. cauſ.2. verſ. ſecundo ſi vaxallus veneream fol.45.Paris de Put.de reintegrat.feud. cap. 252.nu.1. Io.Ferrar.Montan. in vſib. feud. c.1.cauſ.2.lib.4.Zaſ.p.x.n.24.Sonsbec.p.12. nu.16. Duaren. cap.14. num.11.Vuſembec. cap.15.nu.5. Gulielm.Hannett. cap.9.lib.3.

Thom.de Marin.de gener.feud. tit.2. par.2. num.101. verſ.& vltra prædicta, Borcolt. cap.8.nu.91.Eguinar.Baro.de alien.benefic. lib.3.cap.3.verſ.ſi cum vxore &c. Hottom. in ſuis diſputationibus cap.41.verſ.vndecima cauſa eſt, Mozz.de feud.tit.fin.ex quib. cauſ.feud.amitt.num.41.cauſ.1. in faciendo dicit (licet iſto caſui vaxallus non faciat principaliter, vt dominum ſuum offendat, ſed vt libidini ſuę ſatisfaciat) Scheneid.p.8. cap.1. num. 151. cauſ. 30. Intrigliol. centur.1.de feud.quæſt.80.nu.36.cauſ.3. Scrad. par.9. cap.2. num.1. & 2. Vulteius cap.11. nu.31.Sconer.in diſput.ſuis feudal. diſp.10. theſaur.60.lib.1.Ripa in repet.l.fin. nu.37. C.de reuoc.donat. Iaſon.in l.fideicommiſſū C.de fideicommiſſ.nu.4.Petr.Iacob.in pract. libell. quo agitur ad reuocationem feudi, §. nec ſuperſtitibus nu.17.verſ.quarta cauſa eſt &c. Domauder.in praxi crimin. cap.89. num.32.& ex alijs, quos latè adducit, & bene comprobat Roland. à Valle concl. 18. nu.38.conſ.86.nu.2.lib.2.Clarus lib.4.ſent. quæſt.48. & in §.fornicatio num.19. lib.5. ſentent. ſicut & ex eadem cauſa donatio reuocatur, Ripa d.loco, & Panorm. in cap. fin.nu.7.de donat.Roſental.cap.10.concluſ. 27.nu.2 & in gloſ.lit. A. fundens, ſiquidem domino marito nihil grauius accidere, nec mors ipſa acerbior eſſe poſſet, l.iſti quidem §.penult. ff.de eo, quod met.cauſ. l.Lutius alias codicillis, §.matre, & ibidem Bald. ff. de leg.2. Schench. in §.item ſi fidelis nu.3. quib.mod.feud.amitt.interpretationem Bal. alios ſequi communiter dicit Tiraquell. in tract.de pen.cauſ.1.num.3.Scheneid.d.loco nu.52. & Scrader. vbi ſupra num.4. & tam marito, quam familiæ eius, grauis, & atrox iniuria inferri dicitur; §. patitur, inſtit. de iniur.cum ſimil.l.2.§.fin.l.miles, §.ſocer, ff. ad leg.Iul.de adulter.cum ſimil.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XXXIX.

Amiſſionis feudi, Cauſa XXXII.

THEMA.

Conatus vaxalli pro corrumpenda vxore domini punitur in amiſſione feudi in crimine læſæ Maieſtatis, ſed leges punientes conatum de generali conſuetudine ſunt ſublatæ, & arbitrio Iudicis punitur. communis.

SVMMARIVM.

1 *Conatum vaxalli corrūpere domini ſui vxorem feudo priuatur.*
2 *Conatus vaxalli corrumpendi filiam, nepotem, ac nurum, feudo priuari debet.*
3 *Parentes ex tali delicto inlato liberis magis, quam in ſe ipſos tenentur, & offenduntur.*
4 *Conatus punitur de iure ciuili extra ordinem, & etiam in crimen Maieſtatis.*
5 *Virgines attentās punitur, ac ſi rapuiſſet.*
6 *Pueri pudicitiam attentans punitur.*
7 *Leges punientes conatum ſunt ſublatæ.*
8 *Conatus ſine affectu in atrocioribus non punitur.*
9 *Conatus punitur in crimine læſæ Maieſtatis oppugnata patria, & veleno perimere.*
10 *Conatus arbitrio Iudicis punitur.*

VAxallus qui vxorem domini non concupit, cōcubere tamen ſe exercuit, hoc eſt
1 † conatus eſt eam corrumpere, feudo priuatur; ſolus enim conatus facit, vt vaxallo feudum eripi poſſit, & quoad vxorem eſt, text.in d.§.item ſi fidelis, quib. mod. feud. amitt.in ver.aut concubere ſe exercuit, vbi Iſer.nu.7.& 12. Bald.nu.17. Aluarot.nu.1. & 7. Laudenſ.nu.7.Præpoſit.nu.2.& 4. Rauenn.Afflict.nu.11.Paul.Pic.nu.22.Schench. nu.11.Borcolt.cap 8.nu.91.Vulteius cap.11. nu.31.verſ.ſanè ſi literis amatorijs &c. & ex alijs multis Roſental.cap.10.concluſ.28. in
2 gloſ.lit.N. & † conatus etiam quo ad filias, & nepotes, & nurus, vaxallum priuandum eſſe, firmant Scrader. d.par.9. cap.2. nu.82. & 83.Vueſembec. cap.15.nu.5. cōceſſerint,
3 quoniam † parentes ex tali delicto inlato liberis, magis quam in ſe ipſos tenentur, & offenduntur, l.iſti, de eo, quod metus cauſa, §.fin.inſtit.de noxal.action. ex alijs Roſental. d.concl.28.num.12.& ſeq. vbi multa de conatu, & eius pœnitētia, in quibus, & quando probe retur, & quid in matre, & ſorore, quod conatus non ita punitur, & etiam de
4 iure ciuili conatus ſolus vt ſi alterius vxorem ſollicitauit, & ſi effectu ſceleris potitus non ſit, extra ordinem cohercetur, l.1. de extraordin.crim.Paul.in 5.ſentent. tit.4. in crimine læſæ Maieſtatis ſolus conatus punitur, l.quiſquis in princ.C.ad leg.Iuliam Maieſt.& qui cum telo hominem occidendi

cauſa

Digitized by Google

cauſa inceſſit, & ſi neminem occidit, l.Cor-
nelia de Sicar.tenetur l.is qui cum telo, C.
5 ad l.Cornel. de Sicar. † ſimiliter qui atten-
tauit ſacratiſſimas virgines, eque punitur,
ac ſi rapuiſſet, l. is qui non dicam rapere,
6 C.de Epiſc. & cler. & † qui pueri pudicitiã
attentat plectitur, d.l.1. §.vlt. de extraord.
crimin.& denique punitur, qui nuda ſaltem
cogitatione, atq; tractatu, auſus fuit fugien-
tes ad Eccleſiam extrahere, l.vlt. in princ.
7 de his, qui ad Eccleſ.confug. ſed † hæ, & ſi-
miles leges pœnam capitale in conatu ſta-
tuentes per generalem conſuetudinem sũt
ſublatæ, Speculat.in tit.de accuſat.§.1.Bal.
in d.l.is qui cum telo, & in conſ.361. quidã
rumor, verſ. præterea cum conſuetudine
lib.1. Gramat.deciſ.2.num.8. Tiraquell.de
pœn.cauſ.38.Menoc.de arbitr.Iudic. lib.2.
centur.4. caſu 360.nu.93. & ſi ſunt qui di-
cunt leges conatum capitaliter punientes
ſublatas eſſe eſt, ſi ſtatuta in contrarium ad-
ſint, tamen abſque ſtatutis de generali to-
tius mundi conſuetudine idem dicendum
eſſe; Angel. in l.1. §.fin. num.3. & conſ.14.
num.3. Clar.d.quæſt.92.verſ.& licet aliqui
ex prædictis, Gramat. d.num.8. & deciſ.74.
8 nu.5. ſed hæc ſententia † in delictis atrociſ-
ſimis locum non habet, cum in eis puniatur
conatus non ſecuto effectu, gloſ.in d.l.1. §.
hæc autem verba, in ver. putamus, quod
quiſque iuris, & hæc eſt communis opinio
Felin.in cap.1. poſt nu 9. verſ.limita ſecun-
9 do, de offic.deleg & ideo † in crimine læſæ
Maieſtatis oppugnatæ patriæ, & in volente
aliquem veneno perimere punitur conatus,
& ſi effectum non habuerit, Clar. d. q. 92.
nu. 2. in reliquijs criminalibus pro conatu
ſolo, pœna qua ius cõmune in illis caſibus
ſanxit, non imponitur, Gramat.d.deciſ.74.
10 num.5. ſed † Iudex conatum pro arbitrio
punit, Iul.Clar. d.q.92. nu.2. circa finem
Menoch.d.caſu 360.nu.95. Couar.in repet.
clem.ſi furioſus par.2.in princ.num.6.verſ.
tertio eſt omnino, Borcolt. d.cap.8. nu.93.
& ſequenti.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio X L.

Amiſſionis feudi, Cauſa XXXIII.

THEMA.

Vaxallus ſtuprum committens cum ſponſa domini, feudo priuatur, ſi per verba tam de præſenti, quã de futuro deſponſata ſit. communis.

S V M M A R I V M.

1 *Vaxallus ſtuprans vxorem domini, feudo priuatur.*
2 *Uxor domini cum vaxallo concubere etiã volens ipſa, feudum amittit.*
3 *Vaxallus concubens cum vxore domini, etiam ſi eſſet meretrix, feudum amittit.*
4 *Vaxallus cum quauis vxore diſponſata domino per verba de præſenti, ſiue de futuro feudum amittit.*
5 *Uxoris appellatione venit etiam ſponſa, & matrimonium cum ea eſſe dicitur.*

1 STuptum † ſponſæ domini illatum per
vaxallum pœna amiſſionis feudi tene-
tur, ſi ipſam ſponſam cognoſcat, vel talia
cum ea exercuerit, propter quæ feudũ per-
deret, Affl.in cap.1.§ itẽ ſi fidelis nu.9.verſ.
idem etiam dicant ibi, Balzeran. nu. 9. Al-
uarot.nu.12. Præpoſit.nu.6. Pic.nu.29.& 30.
Scheneid.nu.7. Rauenn.in fine, Afflict.in §.
fin. item ſi quis feudum nu.17.cauſ.26. eod.
tit.Præpoſit.in cap.1.nu.2.in princ.ſi vaxal-
2 lus feud.priuet.cui deferatur, † etiã volens
ipſa concubere dicit Ardizzon.in ſumma
d.tit.quib.mod feud.amitt,rub.55.& rub.88
Blanc.lib.2,cap.1.nu.65. Iacob.de S. Georg.
in ver.dictiq; vaxalli promiſerunt nõ com-
mittere fellonia m nu.29.verſ.quid in ſpon-
ſa, Curt.iun.d.par.4.num.20.verſ.tertio ex-
tenditur, Capyc.in inueſtit. feud. c. feuda
amitt.col.6.ampliat.1.cauſ.2.fol.45. Egum.
Baro de aboliend.benefic. lib.3.cap.3. Zaſ.
par.10.nu.Sonsbec.par.12.nu.18.Vuelemb.
cap.15 num.5.Mozz.tit.fin.nu.46. (vbi hoc
3 ampliat, † etiam ſi eſſet meretrix, & inho-
neſtè viueret) Intrigliol. in 1.centur. feud.
quæſt.86.nu.47, Scrader.par.9.cap.2.nu.12.
& ſeq. Vultei lib.1.c.11.nu.31.verſ.quod de
vxore dictum eſt, & prædictis ex alijs iuri-
bus,& auctoritatibus hoc expreſsè firmant
Scheneid. diſput.feud.30.theſaur.62. Lopez
ad 4.rub. de donat. inter virum, & vxorem
cap.7.§.62.num.27, Ripa communem dicit
in l.fin.num.37.C.de reuoc.donat.q.11. arg.
§.ſi vxor, inſtit. de nupt. l. ſi qua mihi in
princ. ff.de ritu nupt. & l.in legibus, ff. de
teſtib.cum ſimil. Roſental.cap.10.concl.27.
num.6.& in gloſ. lit.H. & etiam ſi ad domũ
mariti non dum fuerit traducta, Aluarot.
Præpoſit. Pic. Schench. Iacobin. Curt. Zaſ.
Sonsbech. Mozz. Intrigliol. & Vulteius

Digitized by Google

4 vbi ſupra, & de † quauis ſponſa tam per verba de præſenti, ſiue futuro, diſtinctionem reijciunt, Paul.Pic.in d.cap.1.in princ. num.31. quib. mod. feud. amitt. Vulteius, & Schener.dictis locis, argum. l.item apud Labeonem, §.ſponſum quoque 24. ff.de iniur. & † vxoris appellatione venit etiam
5 ſponſa, & matrimonium cum illa eſſe dicitur, ff.de regul.iur. l.cui fuerit ſub hac, & ibi Interpretes ff. de condit. & demonſtrat. & Pontifices hoc ſecuti in c.fin. de deſponſ. impub.cap.ſi inter, de ſponſal.facit cap. ex parte, eod.tit.& quæ tradit Gaill. obſeruat. 88.nu.3.& ſeq. lib.2.nu 13. Roſental.d.loco nu.11. & ſi aliqui contradicere videntur ei non placet, & ex alijs lit. L. comprobat, & Vulteius d.cap.11.num.31. verſ.quod de vxore fol.695. dicit, ſed verius eſt indiſtinctè, de quauis ſponſa, & hoc volunt Pic. & Sconer. in dictis locis, quibus addo tex. in l. ſi qua mihi, ff. de nupt. ex generalitate text. in omni ſponſa de præſenti, vel de futuro vaxallus concubens, feudo priuatur, & dicta de vxore, vel ſponſa extendi ad filiam, & nuptã ex filio, d.c.1.§.itẽ ſi fidelis, quib.mod feud.amitt.vbi Beluiſ.Iſern. n.7. Affl.nu.10.Bal.& Aluarot.nu.1.Balzer.n.9. Laudenſ. nu.4. & cap.1.§.rurſus ſi domini, quæ fuit prim.cauſ.benef.amitt.ibiq; præcitati DD.Par.de Put.de reinteg.feud.c.252. nu.7.& ſeq. (vbi idem de peccato ſodomitico ſi filius dñi ſtupratur à vaxallo, Affl. dec.265.nu.87. Borcold.c.8.nu.95. Intrigl. centur.1.q.87.nu.53.cauſ.4. Roſental.c.10. concl.27.in gloſ.lit.T. ex multis, & idem ſi nurum, vel ſororem domini vaxallus corruperit, d.§. ſi fidelis, & §.rurſus, & in eis ſcrib.Thom.de Marin.de gener.feud.tit.2, par.2.nu.96.& 101.& ex alijs Roſent.dicto loco in gloſ. lit.V.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XLI.

Amiſſionis feudi, Cauſa XXXIV.

THEMA.

Vaxallus feudum amittit, ſi cum vxore Domini ſui turpiter luſerit, ideſt manum in ſinu, ad pectus, vel ad alium locum vnde turpe eſſe poteſt, vel oſculando, communis,

SUMMARIUM.

1 *Vaxallus turpiter cum vxore domini ludendo feudum amittit.*
2 *Ludus noxius in culpa eſt.*
3 *Manus in ſinu ponens, vel ad pectum, vel ad alium locum vnde turpe eſſe poteſt, vel oſculari.*
4 *Manum ad pectum ponere eſt plus quã oſculari.*
5 *Oſculum eſt pars adulterij, & proximum coitui, & inter lineas moris quarto loco conſtituitur.*
6 *Viſus, & alloquium, tactus, poſt oſcula factum.*
7 *Oſcula qua ſumpſit, ſi non eſt, cætera ſumpſit.*
8 *Sponſa propter oſculum dimidiam partem doni lucratur.*
9 *Sponſus oſculando videtur cœpiſſe caſtrum.*
10 *Oſculo actus carnis concluditur, & pro medietate eſt quaſi caro corrupta.*
11 *Oſculum in mulierem per vim eſt pœna mortis.*
12 *Oſculum in mulierem in Ducatu Mediolani oſculans, fuit ſecuri percuſſus.*
13 *Oſculum à iuuene premio amore datum mittus punitur.*
14 *Amoris furore nihil eſt violentius.*
15 *Oſculans quandam in templo in crucem adductus fuit.*
16 *Tyrannus deoſculata eius filia obſtante ſua vxore vt oſculans capite puniretur reſpondit. ſi eos, qui nos amant interficimus, quid faciemus quibus odio ſumus.*
17 *Mulier oſculari patiens dotem amittit, vti per commiſſum adulterium, dote priuatur.*

1 Vaxallus † turpiter cum vxore domini ludens, feudum amittit, per text. in §.item ſi fidelis, in verſ.luſerit, quib. mod. feud.amitt.vbi gloſ.Beluiſ.in verſ.item ſi cũ filia, Iſern.nu.8.& 9.Bald.num.17.Aluarot. nu.1.Præpoſ.nu.1.Rauenn. Afflict.in princ. & nu 12. Schench.nu.13. Ottoman.in verſ. turpiter luſerit, Cuiacius tit.2. lib.1. verſ. ſecunda cauſa &c. Ardizzon.in rubr. quib. mod.feud.amitt. rub.55.& 86. Iacobin.de Sancto Georg.in ver.dictiq; vaxalli promiſerunt nu.32.Curt.iun.par.4.nu.26.Capyc. in inueſtit.feud. C.feud.amitt. col.7. §.amplia ſexto, fol.40. Io.Ferrar.Montan.lib.4. ſi cum domini &c. Duaren. cap.14. nu.11. Borcolt. cap.8.num.98.& ſeq. Mozz.tit.fin. nu.54.cauſ.3. princip. Eguin.Bar.lib.3. de alien. benefic. cap. 3. ibi ſi turpiter, & impudicè Hottoman.in diſputat.feud.cap.41, verſ.

verſ.vndecima eſt &c. Zaſ.par.10.nu.24. &
28.Sonsbech.d.par. 2.nu.16.& 24.Paris de
Puteo de feud.reintegr cap.252.nu.2. Scra-
der. par.9. cap.2.nu.74.84.&,ſeq. Vulteius
lib 1.cap.1 nu.3.. verſ item turpiter cum
ea ludendo &c. Sconcr. diſput.10. theſ.60.
Intrigl.centur.1.feud.q.80 num.37. nam &
2 † ludus noxius in culpa eſt, l. nam ludus,
ff.ad leg.Aquil.& quis ludos appellat eos,ex
quibus crimina dicuntur, inquit Iuſtin. in
prohem.ff in fine, Roſe. tal. cap.10. concl.
28.num.1.in gloſ.lit.A. quem luſum Lom-
bardi lib.2.tit.54 l ſi quis à modo interpre-
3 tatur, † manuum in ſinum immiſſionem,
aut ad pectus eius, vel ad alium locum vn-
de turpè patrat, dicit gloſ.in d.verſ.luſerit,
vbi etiam Cuman.& Cuiac.Sonsbec.par.12.
nu.241. Mozz.ex quib.cauſ.feud.amitt. nu.
54. & de oſculi turpitudine, & luſu ponunt
Menoch.de arbitr.Iudic.lib.2.caſu 267.Ca-
pyc. d.loco ad finem fol 46. Iſern.vbi ſup.
4 dicit † ponere manum ad pectum eſſe mi-
nus quam oſculari. Aluarot.ibidem in d.§.
item ſi fidelis nu 9.Prepoſ.num.5. Laudenſ.
5 nu.6. Afflict.in princ & nu.12. nam † oſcu-
lum eſt pars adulterij inquit ſecundum Tu-
lium, Schench.nu.13.Balzeran.nu.11. Ro-
ſental.ex alijs vbi ſupra in gloſ.lit.B. oſcula
enim pudicitiam mulierum declinari vete-
res crediderunt: eſt namque oſculum pro-
ximũ coitui,& inter quinque lineas amoris
quē loco eius conſtituitur, vt Donatus ad
illum Terentij locum certè extrema linea
amore,aut nihil eſt adnotauit,& Ant. Man-
cinell.apud.Horatium lib.1.carminum Oda
decimatertia, oſculum ad quartam partem
Veneris refert hoc verſiculo
6 Viſus † & alloquiũ factus poſt oſcula factũ.
Ouidius in 1. de arte amandi
7 Oſcula † qui sũpſit ſi non,& cętera sũpſit
Hæc quoq; quæ data sũt pdere dignus erat.
Hinc à Conſtantino Imperatore conſtitu-
8 tum eſt,quod mortuo ſponſo, † ſponſa di-
midiam partem eius.quod ſibi donatum eſt
retinere poteſt,ſi ſponſus eam oſculauerit,
l.ſi à ſponſo C.de donat.ante nupt. & hanc
opinionem tenent ibi Odofred. Cyn. Petr.
Alberic.Bald.Salic.& Fulgoſ. qui licet plu-
res aſſignat rationes diuerſitatis,omnes ta-
men in vnam recidunt, & eſt quia oſculo
vir capit gaudium, & ſponſa verecundiam,
9 & Petrus ibi dicit,quod † ſponſus oſculan-
do videtur quaſi cepiſſe caſtrum,& Napod.
in conſuet. quartam autem,in verb.à quo-
dam viro ſuo col.44. verſ. item inducunt,
10 aliã aſſignat rationẽ,per oſculũ † cõcludi-
tur actus carnis,& pro medietate eſt quaſi
caro corrupta, & ex alijs, ac deciſũ firmat
Franch. deciſ. 503. licet in caſu ſuo aliter
fuerit ordinatum,ſed opinio prædicta firma
11 remanet, & † oſculum in mulierem per
vim eſt pęna mortis per Pragmaticam Re-
gni 1. tit. de oſculant. mulier. & per prius
prouiſum erat in cap.Regni Regis Roberti
incip.vt ſine mortali, & hac pœna fuit ob-
ſeruata in quodam iuuene Terræ Sanctæ,
qui ibi hoc delictum patrauerat, vt per
Franch. deciſ.333. licet ante dictã Pragma-
ticam talis pœna erat arbitraria per extra
Neapolim,vt per Afflict. in deciſ.276. ibiq;
addentes, & Gramat. conſ.48. ſed deinde
dicta Pragmatica fuit ampliata per totum
Regnum,& ita deciſum in d. deciſ. Franch.
333. Iacobus tamen Triultius Vicedomi-
12 nus Regis Gallorum in † Ducatu Medio-
lanenſi Gallum quandam,Suſannam Triul-
tiam oſculantem ſecuri percuti iuſſit, Egid.
Boſſ.in tit.de extraord.crimin. nu.3. & Pu-
blius Meuius in libertum gratum admodũ
ſibi animaduertit,quod nubilis iam ętatis
filiæ ſuæ oſculum dediſſet, Valer.Max.lib 6.
cap.1 de pudicit. Iſern. in cap.vnic.verbo
turpiter luſerit nu 9.quib.mod.feud.amitt.
13 ſanè ſi † iuuenis præ nimio amore puellæ
oſculum dederit,mitius puniri debet,amor
enim, furoris ſpecies eſt,Plato in phedra,
Ariſtot. in 7 ethic. cap.7. & vt Iuſtinianus
14 inquit: † nihil furore amoris, vehemen-
tius eſt, quem retinere perfectæ philoſo-
phiæ eſt, §.illud, quib.mod.natur.efficiun-
15 tur ſui; ſic Tiberius Imperator † mundũ
iuuenem, qui Paulinam Romanã in Tem-
plo Iſidis fraude Sacerdotum Iſiacorum
præ amoris vehementia oſculantem fuiſſe
in cruce adductũ, Ioſeph lib.18. antiquit.
cap.6. & Philiſtratus Athenientiũ Tyram-
nus, cum Adoloſcens quidam amore filiæ
eius virginis accenſus in publico obuiam
ſibi factam oſculatus eſſet, hortante vxore,
vt ab eo capite ſuppliciũ ſumeret,reſpon-
16 dit. ſi † eos, qui nos amant interficimus,
quid his faciemus quibus odio ſumus Va-
ler. Max.lib.5.cap.1: denique conſentienti-
17 bus Doctorum ſcolis traditum eſt, † mu-
lierem, quæ ſe deoſculari paſſa eſt propter
oſculum dotem perdere quemadmodum
propter commiſſum adulteriũ dote priua-
tur,quia ex huiuſmodi pręparatorio,argui-
tur pręparatũ,ex quo infertur adulterium,
Cagnol.in rubr de edend. nu 28. & ibi Bel-
lon.nu.59.cum multis ſeqq. Couar.in tract.
de matrim. par.2.cap.7.§.6.nu.3. Borcolt.
de feud.d.cap.8.nu.100.& 101.in fin.& hæc
quo ad hanc Dilucidationem ſatis ſunt.

PARTIS

Digitized by Google

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XLII.

Amiſſionis feudi, Cauſa XXXV.

THEMA.

Vaxallus ne dum feudo priuatur, ſi cũ vxore, & filiabus, ac alijs perſonis Domino coniunctis, vt in præcedẽtibus Dilucidationibus, ſed & ſi auxiliũ præſtitit, vt alij nefariæ libidinis explendent.

SUMMARIUM.

1 *Vaxallus priuatur feudo, ſi præſtat auxilium committẽtibus libidinem cum perſonis domino coniunctis.*
2 *Vaxallus non debet eſſe in conſilio, vt domini in ſuo, vel ſuorũ honore lędatur.*
3 *Vaxallus tenetur honeſtatẽ Domini conſeruare, & quid veniat ſub hac honeſtate.*
4 *Delinquens, & præſtans auxilium, eadem pæna obligantur.*
5 *Lenocinium ſi vaxallus præſtat contra honorem domini ſui, feudo priuatur.*
6 *Lenocinium eſt cauſa amiſſionis feudi, etiam ſi adulter ſine lenonis auxilio deliquiſſet.*
7 *Literas ſi ſcienter ferat vaxallus, & in eis de adulterio, & ſtupro contra domini honorem agatur, amittit feudum.*
8 *Vaxallus ſi fuerit internuntius, vel domum, aut locum tribuerit, vt adulterium contra dominũ committatur, feudo priuatur.*

1 Vaxallus ✝ nẽ dum feudo priuatur, ſi ipſe nefarias libidines cũ perſonis iam dictis, & in pręcedentibus Dilucidationibus, ſed etiam ſi alijs operas, & auxilium ad eas committendas præſtiterit, & accomodauerit, Iſern. in cap. 1. §. item ſi fidelis num. 12. Bald. nu. 19. Afflict. nu. 13. & 14. Capyc. in inueſtit. cap. feuda amitt. col. 7. verſ. feuda amitt. col. 7. verſ. amplia 7. Intrigl. q. 8. n. 41. in centur. 1. & alij per Roſental. adducti in cap. 10. concluſ. 28. in gloſ. literis V. & X.
2 nam ✝ vaxallus non debet eſſe in facto, vel in Conſilio, vt dominus in perſona, vel honore ſuis, vel ſuorum lædatur, cap. 1. de noua forma fidelit. & maritus, & parentes in vxore, vel liberis talia grauius, quam in ſeipſos ferant, d. l. iſti, ff. de eo. quod met. cauſ.
3 ✝ & in his, quæ ad domini honeſtatem pertinent illi non ſolum damnum non inferri, ſed etiam & conſilium, & auxilium dabit, ac præſtabit, vt honeſtus domini, (ſub quã, & perſonarum ad eum pertinẽtium honor continetur) conſeruetur, & contumelia ignominia, & iniuria ab ipſo repellatur procaueatur, & iniuria, & dedecus inſerre volentibus impedimentum præſtetur, tex. eſt in cap. 1. quib. ex cauſ. feud. amitt. & in c. 1.
4 de form. fidelit. & ibi Doctores omnes, & de iure communi quoque delinquens, & auxilium præſtans, eadem pœna obligatur, & plectitur, l. qui domum cum l. ſeq. ff. ad leg. Iuliam de adulter. l. nihil intereſt, ad l. Cornel. l. verũ cum ſeq. ff. ad l. Iul. de parricid. l. 1. §. incidit, ff. ad Senat. Conſult. Turpill. Menoch. de arbitr. centur. 4. caſu 349. nu. 3.
5 & ✝ vaxallus qui lenocinio ſuo vxorem domini ſui, vel aliam de cõiunctis ſibi enumeratis ſupra in Dilucidatione 28. & per Roſental. d. cap. 10. concluſ. 28 nu. 12. & ſeq. alteri ſtuprandam, copulandam tradere, & vltra colloquium ad aliquem actum inhoneſtum ad delictum ordinatum peruentum ſit, feudo priuatur, gloſ. magna in. 1. §. item ſi delator, in verbo perdit in fine, quæ fuit prima cauſ. benefic. amitt. vbi Iſern. nu. 46. verſ. vltimo dicit egregia &c. Aluarot. nu. 11. & 12. Præpoſit. nu. 2. col. 2. circa mediũ, verſ. quæro vltimo cum d. gloſ. Afflict. n. 23. & 24. Rauenn. & Balzeran. nu. 28. Afflict. in cap. 1. § fin. nu. 23. cauſ. 53. Iacobin. de Sãcto Georg. in verſ. dictiq; vaxalli promiſerunt non committere num. 32. Curt. iun. d. par. 4. nu. 74. cauſ. 35. Capyc. in inueſtit. §. amittitur col. 7. §. amplia 8. &c. fol. 46. Mozz. d. tit. fin. num. 70. cauſ. 13. Scrader. d. par. 9. verſ. decimo octauo, Intrigl. in 1. centur. feud. q. 98. nu. 142. cauſ. 30. & nu. ſeq. Vulteius d. c. 11. nu. 31. fol. 737. in fine, Sconer. in diſput. feud. 10. theſ. 61. arg. l. conſenſu C. de repud. Pet. Iacob. in pract. libell. rub. 59. nu. 2. Roſent. cap. 10. concl. 28. nu. 26. & ſeq. in gloſ. lit. X.
6 ✝ & hoc verum eſſe, ſiue adulter ille ſine ope, & auxilio vaxalli delictum fuiſſet perpetraturum, ſiue non, Scrader. par. 9. cap. 2. nu. 91. in verſ. & licet hanc &c. & in vxore quidem domini: hoc indiſtinctè tenet Affl. in d. §. item ſi fidelis num. 14. in fine, & ante eum Iſern. ibidem nu. 10. Balzeran. num. 13.
7 item & ſi vaxallus literas amatorias, in quibus de tractatu inhoneſto, ſiue ſtupro cum vxore domini, ſuiſq; coniunctis adſcriptum ſit, & delictum ſecutum fuerit, feudum

Digitized by Google

feudum amittit, quoniam & hoc caſu fidem debitam contra dominum violat, & in honorem domini, & ſuorum ex ſua perſona delinquit. grauiſſimè delinquenti auxiliatur, facit cap.1. de form. fidel. cum cap. ſeq. & ſic in terminis eccidit Scrader. vbi ſupra par. 9. cap. 2. num. 70. quem ſequitur Coſm.
8 d diſput. feud. 20. nu. 61. lib. 1. † & ante hæc de internuntio ſic tradiderunt Iſern. in d. §. item ſi fuerit num. 52. Zaſ. d. par. 10. nu. 27. verſ. eodem iure, Sonsbech. par. 12. num. 27. item eſt ſi domum, vel locum præbuerit, vt adulterium cum alio committeretur, Eguin. Baro. lib. 3. de obtin. benef. 1. cap. 3. verſ. ſed quid ſi domũ, Iſer. dicto loco, & ibidẽ Affl.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XLIII.

Amiſſionis feudi, Cauſa XXXVI.

THEMA.

Vaxallus ſtuprum cum perſonis domini coniunctis mandans, vel vt tale quid fiat conſulens, inſtigãs, vel ratificans, feudo priuatur. communior.

SVMMARIVM.

1 *Mandans committi ſtuprum cum perſonis domino coniunctis, feudo priuatur, nu. 1. & 5.*
2 *Fidelitas eſt ſeruanda tàm erga perſonam, quàm erga honorem domini, & ſuos.*
3 *Conſuetudines feudales cum inſtar legis vniuerſalis ab omnibus receptæ.*
4 *Mandans non minus, ac perpetrans ipſe de iure obligatur.*

1 EXto † quod vaxallus in vxorem, filiã, ſororem, matrem, neptem, nurum, aliamuè perſonam domino coniunctam libidinem ſuam non exercuerit, ſed eam, vt alij perpetrarent auxilium, & operam præſtitit, ac ad perpetrandũ mandatum, auxilium, vel conſilium dedit, ſiue inſtetit, & deinde ratificauit, feudo priuatur, Scrader. d. par. 9. de feud. cap. 2. nu. 46. ex communi citans Carrer. in pract. crim. in §. circa igitur nu. 56. Roſental. cap. 10. concl. 20. & in gloſ. lit. A. de feud. per rationem, quia à fi-
2 delitate deficit, & ab † alijs, ad quæ dominum tenetur incolumen ſeruare in perſona, honore, & bonis, vt in cap. 1. de forma fidelit. & alijs ſuperius dictis, & per Roſental. concl. 28. nu. 26. cum plurib. ſeqq. cap. 10. & expreſsè de iure feud. eſt ordinatum, ſi rectè contenta fidelitatis attendantur, vt in d. cap. 1. de form. fidelit. & in cap. 1. de nou. form. fidelit. & contra fidelitatem veniens, feudo priuatur, vt pluries dictum eſt, & eſt
3 notum † cum conſuetudines feudorum ſint inſtar vniuerſalis legis, & tanquam ab omnibus factæ, & receptæ vim legis habent, arg. l. de quibus, ff. de legib. auth. iubemus, C. de iudic. Beluiſ. cap. 1. §. fin. qui feud. dare poſſ. Iſern. in prælud. feud. nu. 24. & ſeq. Bal. nu. 3. & ſeq. Aluarot. nu. 14. Laudenſ. num. 6. Iaſon in præludi. nu. 1. Afflict. num. 9. & ſeq. & Præpoſit. nu. 7. Petrus Lorioſus in princ. in vſib. feud. & dicunt Aluarot. Iaſon, & Rauen. dictis in locis, quod iſta ſit communis opinio, & obſeruantia, idem teſtatur Marant. in ſuo aureo ſpec. par. 3. num. 84. Vulteius lib. 1. cap. 4. & 5. magis communẽ eſſe dicit Intrigl. poſt longam diſputationem in 1. centur. feud. quæſt. 4. num. 26. & ſeq. magis communem pronuncians, & ex alijs communibus Roſental. de feud. cap. 1.
4 concluſ. 9. in gloſ. lit. A. † de iure ordinatũ eſt, quod mandans non minus obligatur, quam perpetrans, d. l. non ſolum, §. ſi mandato meo, & ibi Bart. & alij ff. de iniur. Curt. iun. conſ. 177. num. 5. Iul. Clar. lib. 5. §. vlt. q. 89. nu. 1. Suarez in theſ. recept. ſent. lit. M.
5 nu. 47. † vaxallus ergo qui dominũm iuuare, conſulere, & ab alijs defendere tenetur, mandans circa vxorem, & perſonas domino coniunctas talia turpia fieri, quod honor domini turbatur, excuſari non poteſt, maximè propter nõ ſeruatam fidelitatem, & in ea contenta, & ſic tanquam facinora, quia contra dominum feudatarius commiſit, feudum amittit, vt ex iam dictis patet.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XLIV.

Amiſſionis feudi, Cauſa XXXVII.

THEMA.

Vaxallus conſulens, inſtigãs, & perſuadens, ſollicitans, aut cohortans aliquem vt vxorem, filiam, vel aliam domino coniunctam

de

de prædictis adulterium, ſtuprum, & alia facinora carnis committat, feudo priuatur. communis.

SUMMARIUM.

1 *Vaſallus conſulēs adulterium,& ſtuprum in perſonis domino coniunctis feudum amittit.*
2 *Quid de inſtigatore, perſuaſore, ſollicitatore,& cohortatore, nu.3.& ult.*
3 *Conſilium vaxalli ad delinquendum contra bonorem domini punitur, etiam ſi delinquens abſque eo conſilio deliquiſſet.*
4 *Inſtigare plus eſt quam conſulere.*
5 *Conſilium in quo differat à mandato.*
4 † adulterium, vel ſtuprum nomine tuo cõmiſſum ratificare nõ poſſe, vt de adulterio, vel ſtupro teneris, quia verè non es adulter, vel ſtuprator, vt tradit gloſ. in d. §. deieciſſe, in verſ. mandato, ff. de vi, & vi arm. Bald. in d. l. non ideo minus num. 20. & ſeq. & ibi Salic. num. 32. C. de accuſat. Dyn. in d. cap. ratihabitionem num. 3. Carrer. in pract. crim. q. 87. nu. 5. & poſt gloſ. Suarez vbi ſup. lit. R. nu. 14. Decian. d. tract. crim. lib. 9. c. 39. nu. 15. quia ſit actus, qui per aliũ eodẽ tempore, & momento expediri non poſſet, quo Titius rem habeat cum Berta tu quoque
5 habeas, & ſi † hæc delicta ſolent procedere ex libidine, & appetito committentis, tamen poſſunt ad voluntatem alterius fieri, vt hoc non negat Couarr. in cap. quamuis de pact. par. 2. §. 1. num. 5. & ſeq. fol. 612. & ſeq. ad iniuriam ferendam domino in adulterio, vel ſtupro in perſonam filiæ, aut alterius commiſſo, quod poſtea dicit Bart. in d. §. ſed, & ſi cum quis, in d. l. 1. nu. 4. ff. de vi, & vi arm. Carrer. in d. §. 5. nu. 190. Plaza
6 dicto loco, Decian. & † ſi vaxallus adulterium, vel ſtuprum ad iniuriam domini ipſo ſciente factũ ratificat, tenetur vt mandans, ex Scrader. cap. 2. nu. 71. & ſi de adulterio, & ſtupro præciſè non tenetur, & talis iniu-

ria

ria per iſtas perſonas illata, ſit tam grauis,
vt feudum debeat vaxallus committere,
quia contra fidelitatem facit, dum contu-
meliam, & iniuriam domini facere procu-
rat, & deinde ratum haber, prout Scrader.
7 d. loco, † priuatione feudi vaxallum dignũ
iudicari, etiam ſi pro ipſo delicto crimina-
liter, & ſic pœna ordinaria non plectatur
propter iniuriam ex illa in domino reſul-
tantem, & actio ciuilis ob ſororem ſororis
matris &c. ſi non detur, nec feudi priuatio-
nem poſſe inferri, retenta opinione, quod
iniuriæ actio competant iure communi, po-
terit criminaliter extra ordinem puniri, &
ſic ratificationem adulterij, vel ſtupri poſ-
ſet, arbitrariè in ratificante animaduerti, &
Bart. in d. §. ſed, & ſi cum quis alium d. nu. 4.
dicit, non eſſe differentiam per rerum natu-
ram idem eſſe in adultetio, quod in homi-
cidio ſicut enim non ſit poſſibile, ſi adulte-
ranti Bertam, quod illud adulteriũ ſit factũ
à me, & ſic etiam ſi ſic occidiſti Titiũ, quod
ego occiderim, Ang. in l. 3. §. 1. ff. quod quiſ-
que iur. & ſic Carrer. d. loco, & Couar. d.
8 nu. 5. verſ. nos autem, † ſed ſi ad iniuriam
potius inferendã, quam libidinem explen-
dam adulterium, vel ſtuprum commiſſum
ſit ad iniuriam, ratificantem teneri certum
eſt, ſicut etiam in alijs delictis, & ſic dicto
loco accipit Bart. d. nu. 4. & non amplius in
hoc morando, dico, quod ſi ad vaxalli in-
ſtantiam pro iniuria facienda domino ſit
adulterium, vel ſtuprum in vxore, filia, vel
alijs ſuis committitur, deinde ratificat, cer-
tè parum videtur vaxallus dominum ama-
re, ſi tam ſtultus eſſet, & facto, vel verbo
hoc in odiũ domini ratificaret, ex quo nec
honor, nec vtilitas vlla ad eum reddit, & ſic
potius inimicum iudicarem, & arbitrarem
concurrẽtibus circumſtantijs, ſcilicet quod
ad vaxalli inſtantiam, & ſcientis ſtuprum,
ſiue adulterium ſit factum, & ita ratificauit,
& ſic ob malum animũ feudo priuari poſſe,
vt etiam poſt multa cõcludit Roſental. de
feud. cap. 10. concl. 29. nu. 33. in fine.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XLVI.

Amiſſionis Feudi, Cauſa XXXIX.

THEMA:

Vaxalla cum marito dominæ ſuæ
rem habens, feudum amittit.

SVMMARIVM.

*1 Fæmina ex eiſdem culpis quibus ma-
ſculus priuatur feudo & nu 7.*
*2 Maſculinum in diſpoſitionibus pœnalibus
trabitur etiam ad fæmininum.*
*3 Conſtitutio l ſi quis in tantum C vnde vi,
& maſculum, & fæminam comprehẽdit.*
*4 Domine nulla grauior infertur iniuria,
quã ſi eum eius viro vaxalla rem babuit.*
*5 Vaxalla ſtuprum committens eum patre,
vel filio domini, vel domina ſuæ excuſa-
tur à feudi amiſſione.*
*6 Mares pleraq; ſolent blanditijs fæminas
ſeducere, nec tamen idem eos conſequitur
grauis ignominia.*
*8 Fæmina licet comprebendatur in diſpoſi-
tione l. quiſquis, C. ad leg. Iuliam Maieſt.
tamen non porrigitur ad liberos infariũ.*
*9 Fæmina feudũ accipiens, dicitur expreſsè
ſe ſubijcere iuribus feudalibus.*
*10 Feudi natura ea eſt, vt tranſmittatur ad
ſucceſſores modo poſſeſſor, non committat
aliquam felloniam.*
*11 Actus deficiente eius conditione, dicitur
reſolutus.*
*12 Feudum ſi cui ex pacto acquiratur, nec
contrabendo, nec delinquendo poteſt præ-
iudicari.*
*13 Feudum, ſiue per fæminam, ſiue per ma-
ſculum ſit acquiſitum iiſdem regulis, &
iuribus regulatur.*

1 Fœmina † vaxalla feudo priuari poteſt,
ſi cum marito dominæ ſuæ rem habe-
bit. Primo, quia conſtitutiones, & diſpoſitio-
nes feudales ſub maſculino, etiam fœmini-
num genus in ſuis caſibus comprehendunt,
& ex eiſdem cauſis fœmina, quibus & ma-
ſculus feudo priuatur, cum lex feudalis ge-
2 neraliter loquatur. & in † pœnalibus di-
ſpoſitum regulariter ad fœminas extenda-
tur, licet lex termino maſculino vtatur,
Det. in l. 2. num. 84. ff. de reg. iur. Bald. in l. nè
paſſim, C. de iur. & fact. ignor. Hippol. de
Marſil. in l. ſi quis vidua num. 5. & ſeq. ff. de
quæſt. & in l. 1. num. 61. & ſeq. C. de rapt.
virg. præſertim vbi eſt odium rationale, vt
notat Iaſon. in l. ſi quis id quod nu. 1. & ſeq.
de iuriſd. omn. Iudic. Tiraquell. in tract. de
vtroque retract. par. 1. §. 1. gloſ. 9. num. 10.
3 † vnde conſtitutio legis ſi quis in tantum,
C. vnde vi, non minus ad fœminam, quam
ad maſculum pertinet, vt ibi Bart. nu. 3. &
alij, & Alex. in l. iuſtè poſſidet num. 34. ff. de
acquir. poſſeſſ. Menoch. de remed. recuper.
num. 9. item gloſ. in l. quiſquis C. ad leg. Iul.
Maieſt. in verſ. ad filias, Bald. ibidem, & alij

per

per Roſental. d.cap.10.concluſ.1.nu.7.&
4 gloſ. lit.G. † Secundo, quia dominæ grauior iniuria, quam ſi cum marito eius vaxalla adulterium committat, inferri non poteſt, & vaxallus propter iniuriam contra honeſtatem domini,vel dominæ committens, & præſertim ex perſona ſua fidelitati obuiat, ac feudo indignus eſt, cap.1.de forma fidel. §.1.ego iuro &c, & ante finem,ibi (& nunquam ex perſona mea faciam ſcienter.) de noua forma fidelit. & ex his vaxalla rem habens cum marito dominæ ſuæ feudum
5 amittit;ſed † vaxalla ſtuprum cum filio,vel patre domini, vel dominæ ſuæ aliud concludendũ videtur, Scrader.d.par.9.ſect.14. nu.57. verſ.hoc tamen fallit in illis caſibus, idem in marito dominæ ſtatuens nu.2. Rauenn. Schench.nu.2.Iſern.in cap.1.§.porrò num.19. in fin. quæ fuer.prim.cauſ.benefic. amitt.Ardizzon & ibi Blãch.Iacobin.Curt. iun.in cap.1.de form.fidelit. Gigas de crim. læſ.Maieſt. verſ.qualiter, & à quibus crim. læſ.Maieſt.committ q.21.nu.11.lib.1.Capy. in inueſt.feud. §.feuda amitt.col.16.§.17 ſi vaxallus &c. verſ.pro limitatione &c. Menoch.de præſumpt.lib.5.præſumpt.19.nu.4. Scrader. par.9. ſect.14.nu.57. verſ.hoc tamen fallit in illis caſibus, idẽ in marito ſta-
6 tuens, ratio diuerſitatis, quia † mares plerumq; e ſolent blanditijs fœminas ſeducere,& per maſculos dominus non equè afficitur iniuria per tales actus,præſertim iure ciuili cum non ſit aliqua magna ignominia maſculis his, nec eorum propinquis in fœminis, & fœminæ ſolutæ non dicuntur tam eſſe cauſa huiuſmodi pollutionis,vt maſculis, & ideo ſtuprum non committere ipſe, ſed maſculi, non erit vaxalla priuanda, ſed ſi adulteriũ cum domine marito, committeret, eſt ſecus,& vix alia diuerſitatis ratio reperitur,quã quod maſculi ferè prius tale de ſecus à mulieribus petere ſolent,& grauior marito domino iniuria inferetur ob ſanguinis confuſionem, ſi vaxallus vxorem eius corrũpat,quam ſi vaxalla dominę marito ſeſe ſupponet;quæ ratio differentiæ nõ videtur ſufficiens, grauiſſima enim iniuria dominam hic affici nemo negabit, quo caſu
7 priuanda vaxalla, cum regulariter obſeruandum eſt mulierem vaxalli ex eiſdem culpis feuda amittere, ex quibus maſculi vaxalli, (nam ſi tota ſeries perpẽdatur,apparet eum, idem de feudo in dote dato ſtatuere) Scrader.par.2.tract.9.ſect.9.num.77. in fin. verſ. hæc tamen concluſio &c. citat Afflict.in d.§.fin.num.20.de capit.Corrad. ſi mulier ex ſtatuto,aut alias nõ habet perſonã ſtandi in iudicio ſine authoritate mariti,Iudicis,adde (vel curatoris) & feudum abnegauerit, idque ob perſonæ defectum, delictum tamen aliud nocebit, Roſental. d. cap.10.concl.5.nu.41.& ſeq. & in gloſ.lit.V, & ſi ex traditis per Tiraquell. de retract. conuent. §.3.gloſ.1.nu.31.& Scrader. in d. ſectio,14.par.9.num.57. & ex alijs per eum
8 ibi adductis dicatur, quod licet fœmina in diſpoſitione l.quiſquis,C.ad leg.Iul.Maieſt. comprendendatur tamen hoc ſaltim,quod ad ipſius,non autem quo ad liberos ipſius porrigi, Oldrad.in d.l.quiſquis, Salic.ibid. nu.9. Alberic.nu.4.Gigas in d.tract.de crim.læſæ Maieſt. tit. de pœnis, quæ filijs inferuntur patre committente crimen Maieſtatis læſæ, q.17.& hoc vero irrationabile eſſe,quod liberi ſuis caſibus propter fellonium patris feudo priuentur. ideo id ad liberos vaxallæ fœminæ non eſſe extendendum, ſed verior
9 terminorum eſſe diſparitatem, † cum enim fœmina feudum accipit illa non tacitè, ſed expreſsè ſub iuris feudalis diſpoſitione per omnia continetur, eique apertè ſecundum feudi naturam,& quantum fœminę fragiles ſint patet,ſubiecta aſtringitur tamen non fit
10 extenſio vlla ad irrationabile illud, † quia feudi natura regulariter illa eſt,& ea conditione feuda ſucceſſoribus debetur, ſi vaxallus poſſeſſor non commiſerit aliquam felloniam, ob quam feuda amittũtur,vt innuit text.in cap.1.§.fin.quæ fuit prima cauſ. benefic.amitt.vbi Iſern. Bald. & alij num.1.& cap.1.§.itẽ ſi fuerint, quib.mod.feud.amitt. Iſern. in cap.1.in fin. ſi vaxall.feud.priuet. cui deferat. Camer. in cap. Imperialem fol. 454. verſ. ita hoc argumentum, de prohib. feud.alien.per Federic.Curt.iunior de feud. par.5.num.2.verſ.ita ergo, Duaren.de feud, cap.17. Thom.de Marin. tit.2. de feud. ex pact.antiq.ſect.2.num.86.in fin.Piſtor.lib.2. par.1.q.15.nu 22.48.& quæſt.16 per totam præſertim num.20. quibus locis,tamen hoc dictum impugnat Io. Ferrar.Montan. lib.4. cap.6. verſ. ſed in feudo antiquo, Sonſbec. par.13.nu.62.de pace publ.lib.2.cap.13.nu. 10. Io.Gamel.in compend.iur feud par.10. cap.2.rubr.de licta,ſeu offenſa, in concluſ.4. Mozz.tit.fin.de feud.nu.39.in princ. Bened. Capr.reg.& tract. lib.1.concl.77.num.25. optimè addens ad Dyn. in cap. non debet, num.20.in fin. verſ.genere,de reg.iur. in 6. Facchin.in contouerſ iur.lib.7.cap.22.verſ. quod vero dicitur nu.15.Alciat.reſponſ.99. nu.27. Pariſ.eleganter conſ.21.diſpoſitiere iura nu.54.lib.1.Anton.Rub.Alexand.conſ. 76.circa caſum nu 4.Rolan.à Valle conſ.1. nu.1.lib.3. Menoch.conſ.99.nu.138.& ſeq. Burſat.ex communi in conſ.225.num.109.

verſ. accedat 8. l.2. facit l cum ex filio, vbi
11 Doctores ff.de vulg.& pupil.ſubſt.& † deficiente conditione, actus dicitur reſtitutus,
l.neceſſario, § 1.ff.de peric.& com.rei vend.
l.pecuniam quam, vbi Alexand. num.4.ff.ſi
cert.petat. l.cum quis, ff. de ſolut. & ſecus
12 † eſſet in feudo acquiſito pro ſe,& liberis,
vel pro ſe, & patre, & ſic ex pacto in quo
ſicut is, qui contrahendo non poteſt præiudicare, nec etiam delinquendo præiudicare
valet, l.ſtatus illorum, §.fin.ff.de iure fiſci,
eſt theorica Bart. in l. ſi quis in tantum nu.
12.C vnde vi,& in l.ſi finita nu.12.§.de vectigal. Alex.num.44.Caſtrenſ.num.7.& Ludouic. Roman. num.15. ff.de damn. infect.
Bald.in l.emancipatum, §.ſed & ſi pater, ff.
de Senator. Affl. in cap.1. §.præterea, verſ.
glo.3.nu.2.quæ fuer.prim.cauſ.benef.amitt.
& in conſt. Regni hac edictali num.5. lib.3.
de reuoc.alien. Molin. de iur.primog.Hiſp.
lib.4.cap.fin.nu.7. Hartman.Piſtor. qq.iur.
lib.2.par.1.q.16.nu.13. Alex.conſ.23.nu.3.
& 6. lib.1. facit l. ſi filius, C. de præſcript.
Clar.in §.feudum q 84.Franc.Aret.conſ.14.
viſo &c. num.7. verſ.ſicut enim, Roſental.
cap.11.concl.2.num.5.& in gloſ.lit.C.quod
igitur ex rei, & conditionis natura prouenit irrationabile non eſt,& ſi propter delictum matris filij feudo materno non priuarentur ſecundum Scrader.vbi ſupra, ob delictum patris ſi amitterent, eſſent peioris
conditionis quam filiorum matris, quod
Scrader.non aſſerit, eius opinio ſubſiſtere
non poſſet vltra prædicta, quia feudum
13 † fœmineum, ſiue per fœminam, ſiue per
maſculum ſit acquiſitũ iiſdem regulis, quibus alijs in expreſſa, vel neceſſaria conſequentia non mutatis conſtringatur, vt ex
iam dictis patet,& ex alijs per Roſental.in
cap.2.q.54.& in cap.10.concl.5.nu 48.contrarijs reiectis firmat,& ex his patet vaxallam coherentẽ cum viro domine ſuæ feudum amittere.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XLVII.

Amiſſionis feudi, Cauſa XL.

THEMA.

Vaxallus ſi cũ vxore vidua remanſa domini rem habuerit in viduitate exiſtente, quod eſt verius feudum amittit.

SUMMARIUM.

1 *Vaxallus ſi concubuerit cum vxore relicta vidua domini ſui, punitur feudo.*

2 *Vaxallus feudum amittere, ſi rem cum vxore relicta vidua, an hoc procedat, ſi infra tempus luctus ſtuprum committatur.*

3 *Vidua præmortui viri dicitur imago.*

4 *Vidua quamdiù ita manet in primo matrimonio eſſe cenſetur.*

5 *Vidua retinet viri dignitatem forum, & priuilegia.*

6 *Vidua inhoneſtè viuens, equiparatur ad ſecunda vota tranſeunti, & amittit forũ, ac mariti domicilium.*

1 Mortuo viro † relicta vxore, cum qua ſi vaxallus concubuit, feudum amittit, vbi Nicol.de Neap. Aluarot.nu.1.& 12.
Præpoſit.nu.1. Rauenn. Afflict nu.1.Balzer.
nu.9. Paul.Pic in princ.eiuſdem cap. nu.24.
& ſeq. Iſern.in cap.ſi quis miles nu.2. de
feud. ſine culp. non amitt. Nicol. de Neap.
Aluarot.nu.2. Laudenſ.nu.2.& 3. Præpoſit.
nu.1.Paul.Pic.nu.26.Afflict num.3.Balzer.
nu 6.12.& ſeq Odofred.in ſũma quib.mod.
feud.amitt in verſ.turpiter poſt princ.allegans Ardiz.in ſumma d.tit & loco, verſ.ſed
quid dicemus &c. Curt.iun. d.par 4.nu.20.
verſ.ſecundo extenditur &c Capyc. in inueſtit.feud. d cap. feud.amitt. cauſ.2. §.amplia 2. fol.45.Ioan Ferrar.Montan.d.cap.1.
cauſ.2. lib.4. Zaſ.par.10. num.27. addit.ad
Sonsbech. par.12 nu.16. Mozz.d.tit.fin. nu.
47. Borcolt. cap.8.num.96. Scrader.par.9.
cap.2.nu.5.cum ſeq. Scheneid.par.8.cap.1.
nu.153 Intrigl centur feud 1 q.80.num.36.
magis communem eſſe firmat, ſicut & Vulteius, Boer.deciſ.338.nu 9 Alex.in l.ſororẽ
nu 3.C.de his quib.vt indign.Rolan.a Valle
conſ.86 nu.240.& 47 lib.2. (licet hi tres nõ
approbent, allegatur hic quoque Tiraq.de
nobilit.cap.18.& Crot.in l.4.§.Cato nu.47.
ff de verbor. ſignif. videtur etiam ſentire
Pinell.in l.4.& vlt.nu.11 ſere in fin C.de
bon.matern.Lopez in tract.de benefic.conſtante matrim.acquiſit.cap.6.§.62.num.27.
& cap.11.§.67.nu.6.& 7. Burſat.communẽ
dicit conſ.147.num 12. hanc ſequitur Clar.
& magis communem atteſtatur in §. feudũ
q.48 poſt Ioan.Gar. in l.1. in textual. nu.
61. C. de ſecund. nupt. & idem Clar. lib.5.
ſentent. §.fin. nu 8 arg.l.mulieris, C.de dignit.lib.12.l.apud Celſum, §.aduerſus, ff.de
dol. mal. except. l.3. §.fin.de adimend. legat.l.ſororem, C.de his quib.vt indign. &

quæ

quæ ibi notant gloſ. & Doctores, Roſental.
d.cap.10.num.3. & in gloſ.lit.D. & licet in
hoc plures ſint opiniones hoc in vidua
nõ procedere, vti Bald. in cap.fin. §. ſi quis
mihi nu.4. & Vulteius d.cap.11.nu.31.verſ.
2 quid diuidere, ibi: ſed cum illis valdè, † &
actus diſtinguit, vt ſaltim hoc, & infra tem-
pus luctus hoc procedat, Mozz. d. cap. fin.
nu.47. Cacheran. deciſ. Pedemont. 77. aliam
diſtinctionem ponit Fritia de ſubfeud. lib.3.
in different feud. hæredit. & ex pacto differ.
28. feudo vaxallum ob ſtuprum viduæ do-
mini illatum priuari exiſtimans hoc non
item, quem ſequitur Mozz. vbi ſupra verſ.
vel quãto poteſt dici, & quæ diſtinctio ple-
nè nõ placet, dicit Roſental. d.cap.10.con-
cluſ.27. in gloſ.lit.F. ſed opinio prima, quod
ſi vidua domini à vaxallo ſtupretur, donec
in viduitate perſiſtit, feudũ amittit per ra-
3 tiones videlicet. † Prima, quia vidua ima-
go nomen primi viri retinet, & dicitur præ-
mortui viri imago, in qua maritus viuere
cenſetur, Bald. in l. voluntas, C. de fideic.
Marſil. in l.1.nu.215. C. de rapt. virg. Capyc.
deciſ.129.nu.9. vbi Malull. addit. nu.8 Rol.
à Valle conſ.14. & conſ.15. num.13. lib.3.
4 quamdiù † vidua manet, in primo matrimo-
nio eſſe cenſetur, l.fin. C. de bon. matern. l.
quoties, ibi, & in viduitate permanens, C.
de priuileg. ſcolar. lib.12. Scrader. Surd. de-
ciſ.206. num.22. & eſt de familia defuncti,
Bart. in l.fin. C. de verb. ſignif. Secunda, per
rationes in l.vlt. ff. de Senator. l. filij, §. vi-
dua mulier, ff. ad municip. cap.20. §. ſoleat
itaque matrimonio, in authent. de nupt. no
5 uell.22. cum ſimil. † Tertia, retinet forum
viri, & eius priuilegia, Viuius in eius com-
mun. opin. 1041. Hern. in conſtit. generalia
iura, in verſ. coniugatus, & etiam dignitatem
officio annexam retinet finito officio, de
Franch. deciſ.403. num.7. Malull. ad d. deciſ.
Capyc. in fine, & latius Belluc. in ſpec. Princ.
rub. 10. nu.21. Cacher. deciſ. Pedem. 30. nu.14.
& ex his, & ſuperioribus authoritatibus, &
communibus opinionibus verior, frequen-
tior, & interpretum rationibus conuenien-
tior videtur, & Roſental. d. cap. 10. con-
cluſ.17. num.6. opinionibus, & rationibus
contrarijs nõ obſtantibus cum ſint nume-
6 ro, & pondere inferioribus; ſed † aduerte,
quod vidua inhoneſtè viuens, equiparatur
ad ſecunda vota tranſeunti, & priuilegium
fori, & domiciliũ mariti amittitur, c. vxo-
ratus, de conuerſ. coniugat. & ibi DD tex. in
l. his ſolis, C. de reuoc. donat. Hern. in conſt.
Regni conſtituimus, de offic. magiſtrat. Affl.
in d. §. item ſi fidelis nu.6. & 7. & ex alijs per
Roſental. d.cap.10. concl.27. nu.50.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XLVIII.

Amiſſionis Feudi, Cauſa XLI.

THEMA.

Vaxallus concubinam domini co-
gnoſcens, feudo priuari debet,
communis.

SVMMARIVM.

1 *Concubina de iure ciuili multum cõ-
ſimilis eſt vxori, & valet ab vna ad
alteram argumentum.*
2 *Vaxallus per concubitum cum domini
concubina feudo priuatur, & quid ſi cũ
meretrice domini nu.5.*
3 *Concubinatus nouo iure eſt probibitus, &
quædam ſtupri ſpecies videtur.*
4 *Vaxallus concubens cũ famula, & pediſ-
ſequa domini, non poteſt multari feudo.*
5 *Vaxallus concubens cum pediſſequa do-
mini dicitur temerator.*
6 *Pœnalia non extenduntur.*
7 *Vxor dignior eſt concubina.*
8 *Filius ſtuprans patris concubinam vide-
tur inceſtum committere.*
9 *Liberi ex concubina ſuſcepti certis caſi-
bus in partem ſucceſſionis vocantur.*
10 *Dominum iniuſtum euidenter bellum
gerentem vaxallus iuuare non tenetur,
ſed oppugnare non debet.*
11 *Vaxallus honeſtis verbis & magna cum
reuerentia debet loqui cum domino ſuo.*
12 *Reuerentia vaxalli erga dominum non
minus factis, quam verbis eſt exibenda.*
13 *Vaxallus rei illicitè operando in dolo eſſe
præſumitur.*
14 *Vaxallus cum concubina domini in domo
retempta concubens, amittit feudum.*

1 DE iure † ciuili concubina multum
conſimilis eſt vxori, affectione, &
honore maritali diſtincta, concubinatumq;
in extimatione, antiquo iure ciuili, ex quo
permittebatur, & ſic argumento vxoris di-
2 cendum eſſe, † vaxallum in concubinam
domini ſui concubitando, feudum amittere;
declarant modo, dominus, & cõcubina ſint
ſoluti, & ſic concubinatus de iure ciuili lici-
tus, gloſ. in cap.1. in verſic. adulterauerint,
quib. mod. feud. amitt. tit.17. vbi Bald. nu 22.

Afflict. in §. item ſi fidelis nu.41. Præpoſit.
nu.5. verſ.quæro quid ſi vaxallus &c. Affl.
in princ.& nu.8.verſ.& ſcias quod iſtud &c.
cum ſeq. Rauenn. verſ.nota etiam ſecundũ
Doctores, Schench. nu.8. Balzeran.nu.9.10.
& 11. Ardizzon.inſumma d.tit.nu.55.& 87.
Afflict in d.§.fin.item ſi feudũ nu.17. cauſa
25. quib.mod.feud.amitt. Rayner.in d.cap.
Imperialem, §.fin. nu.28. de prohib.feud.
alien. per Federic. allegans Bertrand. Capreol
Blanc.lib.2.cap.1.nu.64. Iacobin.de
Sancto Georg. in verſ. dictiq; vaxalli promiſerunt
nõ committere felloniam nu. 29.
verſ.dicunt ibidem præfati &c. Curt.iunior
d.par.4.nu.21. Capyc.in inueſtit.d cap.feuda
amitt. col.11.cauſ.9,fol.48. Zaſ.d.tit.fin.
nu.51.Intrigl.centur.1.q.85.num.45.& ſeq.
Scrader.d.par.9.cap.2.nu.14. Afflict.deciſ.
264.nu.44. Ripa in d.l.fin,nu.38.39.40.&
41. de reuoc. donat. Roſental.in d.cap.10.
concluſ.27.num.14.& in gloſ. lit.M. & quia
3 iure † ciuili nouo, & præſertim Nouella
Leonis Imperatoris 91. & Iure Pontificio,
& omni Iure Codicis concubinatus eſt prohibitus,
& videtur eſſe quando ſpecies ſtupri,
vbi autem eſt ſtuprũ, ibi nulla eſt honeſtas,
non quidem de concubinatu, quod
de matrimonio dici,vt per Laudenſ. in d. §.
item ſi fidelis, & dum in concubinatu nulla
eſt honeſtas domini honeſtatem lędi, non
4 bene dici poteſt, & † cum de pediſſequa,
ſiue famula,quæ eſt in domo domini,interpretum
calculo receptum ſit, vt vaxallus
ſine metu caducitatis feudi ſtuprat,prout in
d.§.itẽ ſi fidelis, tenuerunt Aluarot. nu.13.
Iſern. Afflict.Rauenn. Præpoſit. & Schenc.
Baro nu.9.Iacobin.in d.verſ.dictiq; vaxalli
promiſerunt num.29. Laudenſ.in cap.1.nu.
12.de for fidel. Curt.iun.par.4 nu.22. Sonſbech,
5 par.12. nu.22. † quãuis vaxallus taliter
vitians honorem domini temerator
eſſe dicitur, gloſ.in cap. de forma 22.q.15.
cum non multo magis in concubina diceretur,
præſertim ipſa quidem in nullo iuris
6 feudalis textu ſit nominata,& alias † in genere
receptũ ſit,& pœnalia non extenduntur,
ſed potius reſtringuntur, arg. l.cum
quidem, ff.de liber. & poſthum. & † vxorẽ
digniorem concubina eſſe,patet ex l.item
legate, §.parui, ff. de leg. 3. & filius concubinam
patris ſtuprantem non exhæredatur,
vt ex adductis per Roſental. d.concl.27.nu.
16. & ſeq. aduerſus hæc poſtrema dicta, &
pro tuitione prioris opinionis plura excipi
8 poſſunt. Primo, licet † grauius peccatũ ſit
filium patris concubinam ſtuprantem, quã
alterius propter quendam inceſtum,tamen
legem non videtur filium propter talem
inceſtum exhæredationem permiſiſſe, ſed
tamen in patrem peccat, & vaxallus non
minus,quam filius patri debet domino, vt
in parte 12. dicimus,& vaxallus,qui dominum
in reuerentiam habere tenetur,nõ debet
in ipſum peccare, ſiue in ipſius odium
cum concubina ſe miſcere,ex quo non fidelem
ſe oſtendit, & ſit tanquam fidem frangens,
feudo priuari debere, vt pluries dictũ
eſt. Secundo, ob prolis confuſionẽ, & per-
9 turbationem ſanguinis,quoniam † liberi ex
concubina ſuſcepti certis caſibus in partem
ſucceſſionis vocantur, & matri inſolidum
ſuccedunt,vt per Curt. Aluarot. Præpoſit.
Rip. Capyc. & alios ſupra allegatos, facit
Auth.ſi qua, ff.ad Senat. Conſult. Orfician.
adeo quod domino iniuria exigua inferri
videtur,ex qua &c. Tertio,in conſideratione
habendum non eſt,quod dominus peccat
grauiter conquieſcens cum cõcubina, quoniam
propterea vaxallus cui tãta debet eſſe
perſona,& fama domini non debet eidem
obeſſe,& in contemptum ſuum eius concu-
10 binam cognoſcere. Nam † licet dominum
bellum euidenter iniuſtum gerentem iuuare
obligatus non ſit,tamen eum ſic peccantẽ,
ſic,fidelis oppugnare non debet.& ſi laudabile
ſit quem à peccato abſtinere.& perſeuerãdo
peccaret grauius, vt per Iſern. in
d.cap.nu.1. per cap.fin.de confi et & cap in
malis 22.q.4. Beluiſ.ibidem, verſ.quare ſecundo,
Aluarot.nu.3.Præpoſit.nu.3.Rauen.
Afflict.nu.8. Schenc.nu.11.quib.mod.feud.
amitt. Iacobin.in verſ.& promiſerunt nu.8.
Scrader.par.6.cap.6.nu.87.verſ.decimo hęc
concluſio fallit, Curt.de feud.d.par.4.nu.10.
Roſent.c.8.cõcl.20 nu.3.& in gloſ.lit.D.beneficij
prætextu quem decipi non poteſt,
per text. in l.commodato, §. ſicut, ff.commodati,
ibi (adiuuari quippè nos nõ decipi
oportet) dicit Roſental. d. num.3. ad quod
addo text.in cap.vnico extra eod.tit. commodati
in fine, vbi legitur (cum non decipi
beneficio nos oporteat,ſed iuuari,& ibi addit,
neque vaxallus per fidem agens, meretur
excuſatione,quia vaxallus debet iuuare
domino non aduerſari, & inhoneſtè contra
dominum agere, habẽdo rem cum ſua con-
11 cubina,& † tenetur etiam verbis honeſtis,
& cum magna reuerentia cum domino ſuo,
loqui etiam in iudicio gloſ. in cap.vnic. in
verſ.reuerentia,de milite vaxallo, vbi Iſer.
& Doctores omnes cõcordant Roſent.c.10.
concl.23.n.20.& in gl.lit.M.Artman.Artm.
pract.obſeruat.tit.de feud.obſeru.45.Borcolt.
cap.10.nu.38.verſ.& debet vaxallus,ſi
12 ergo † verbis cum domino debet vaxallus
honeſtate vti,& magna reuerentia, quanto

fortius

ſortius factis in non cognoſcendo eius con-
13 cubinam, etiam quia hoc agens, † vaxallus
rei illicitè operam dando, in dolo eſſe præ-
ſumitur, l.1.& ibi Hippol. de Marſil. nu.28.
ad leg. Cornel. de Sicar. l.ſi non conuitij, C.
de iniur. cap.1. & ibi gloſ. in verſ. ludens,
Felin. nu.16. de præſumpt. Afflict. in cap.1.
ff. ſi quis hominem ſectione, nota ſecundo
nu.3. de pace tenend. & eius violator. Bald.
& Doctores communiter in l.dolum, C. de
dolo, & teſtatur Andr. Gaill. lib. 1. de pace
publ. cap.7. nu.15. & ex alijs Roſental. c.10.
concl.12. nu.7. & in gloſ. lit. E. ad idem de
vaxallo habente rem cū concubina domini
eſt text. in l. item legato ; §. parui, ff. de
legat.3. l.qui concubinam, in 1. reſp. ff. eod.
tit. Afflict. in d. §.1. item ſi fidelis nu.9. quib.
mod. feud. amitt. Surd. in tract. de alim. tit.1.
q.9. nu.11. Doctores ſupra citati, plerique
omnes in locis ibi expreſſis, Natta conſ.
627. nu.2. & huc magis inclinarem, vbi con-
cubinatus iure ciuili permiſſus in loco tol-
leratur, dicit Roſental. d. cap.10. concl.27.
14 nu.23. & ſeq. & † ſequitur, ſimiliter & cō-
cubina in domo retenta, vide Balzeran. in
d. ff. item ſi fidelis num.9. quib. mod. feud.
amitt. Mozz. de feud. tit. fin. num.5. verſ. pro
pro concordia &c. Ripa in l. fin. nu.39. C. de
reuoc. donat. & eſt mens aliorum omnium
idem Roſental. dicto in loco, in gloſ. lit. Q.
ſed ex prædictis rationibus, & ſtantibus tot,
& tantis authoritatibus, & cōmunibus opi-
nionibus ſupra relatis contrarijs non ob-
ſtantibus poteſt concludi vaxallum cum
domini concubina concubens, quia contra
voluntatem, honorem in diſplicentiam, &
quodammodo in contumeliam domini fieri
videtur quem honorare, & in reuerentiam
habere tenetur, & ſic contra fidelitatem
feudum amittere debet, & nemo negabit,
quod vaxallus hoc agendo turpe agit, & ex
quo turpitudinem commiſit, in curia do-
mini ſtare non poteſt, feudum amittit feu-
dalibus iuribus vulgatis.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XLIX.

Amiſſionis Feudi, Cauſa XLIII.

THEMA.

Vaxallus cum vxore parentibus, vel liberis Domini deteſtanda ſodomia ſe polluerit, feudo priuatur.

SVMMARIVM.

1 *Sodomię vitio notatus efficitur infamis, & exquiſitis pœnis debet puniri.*
2 *Vitium ſodomiticum Author feudorum noluit honeſtatis cauſa proprijs verbis exprimere.*
3 *Sodomia ob crimen incurritur infamia iuris.*
4 *Stuprum committitur in pueris.*
5 *Patri an filio fiat, iniuria nihil differt.*
6 *Vaſallus debet reuereri filium domini ſui.*
7 *Parentes magis de filijs, quam de ſe ipſis curantur.*
8 *Parentibus nil pretioſius quam ipſi filij.*
9 *Filius patris conſeruat memoriam.*
10 *Vaxallus tenetur honorem ſeruare filijs domini, & maximè primogenito.*
11 *Vaxallus ſi ob aliquid turpe, quod commiſerit, non poteſt ſtare in Curia domini, amittit feudum.*

1 IN hoc nefando † crimine, qui ſe opera-
tur, exquiſitis pœnis puniri debet, & lex
iubet inſurgere leges armari iura gladio vl-
tore, & efficiuntur infames, per text. in l. cū
vir nubit in fœminam, C. ad l. Iul. de adul-
ter. & feudo priuatur, Paris de Put. de rein-
tegrat. feud. cap.250. per totum, Capyc. in
inueſt. feuda amittuntur &c. col.10. ff. ſepti-
2 mo ſi vaxallus &c. fol.47. † Author feu-
dorum in cap.1. §. rurſus, quib. mod. feud.
amitt. poſtquam locutus eſt de filia domini
immediatè in verſic. porrò ſubiunxit, aut
alias graues, & inhoneſtas iniurias intule-
rit, quia noluit honeſtatis cauſa exprimere
de vitio ſodomitico, & maior offenſa vide-
tur in filio maſculo, quam in fœmina, quia
hoc crimen eſt deteſtabilius, & armantur
iura &c. vt in d. l. cum vir nubit in fœminā,
3 vt diximus, † per quod crimen infamia iu-
ris incurritur, l.1. ff. remouet, de poſtul. nam
pater grauiter offenditur propter ſtuprum
filij, l.1. §. item, & l. patri, de iniur. & in
4 † puero ſtuprum committitur, l.1. de ex-
traord. crim. & quod habetur in c. omnes,
in gloſ. 32. q.7. vbi de huius criminis imma-
5 nitate in qualibet ſua ſpecie, nam † nihil
intereſt fiat iniuria filio, vel patri, de natal.
reſtit. l. pen. & arg de quæſtion. l. de minore,
ff.1. & de verb. ſignif. & l. inter geſta, ff.1. &
2. c. quæ in fraud. credit. l. ſi pater filio, ideo
6 dicitur, quod † vaxallus debet reuereri fi-
lium domini ſui, arg. cap. ergo Epiſcopus,
1. reſponſ. & cap. retulit, & cap. veritatis, de
ſacram. & forma fidelit. & arg. cap.1. ff.1.
quib. mod. feud. amitt. & l.1. ff. domini, ad
7 Syllanian. nam † parentes magis de filijs,

quam de ſe ipſis teneantur, l. iſti quidem, ff.
quod metus cauſ. & inſtit. de noxal. §. fin. &
pater, & filius eadem perſona ſunt, l. fin. de
8 impuber. & † nihil pretioſius eſt parenti-
bus, quam filij, § 1. in auth. neque mater ex
dote, & §. ſi tales, in auth. vt cum de appell.
cognoſc. & in §. præterea in fin. in authent.
9 conſtitutio, quæ de dignit. † quia filius pa-
tris conſeruat memoriam, l. liberorum, ff.
de verbor. ſignific. & quod habetur in tit.
10 quib. mod. feud. amitt. §. item fidelis, † vbi
dicitur, quod vaxallus tenetur ſeruare ho-
norem filijs domini, maximè primogenito;
11 & † facit, quia feudatarius, qui commiſit
quid turpè propter quid, non poteſt ſine
verecundia ſtare in curia domini, feudum
perdit, vt in tit. de eo, qui interf. frat. domini
ſui, & in tit. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt.
& in tit. ſi vaxallus feudo priuatur, per quę
concluditur, quod cauſa erit iuſtiſſima per-
dendi feudum, quod nemo tangit dicit Pa-
ris de Puteo de reintegr. feud. d. q. 250. per
totam.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio L.

Amiſſionis feudi, Cauſa XLIV.

THEMA.

Vaxallus ſecreta Domini pandens animo eum damnificandi, ſiue in honore, ſiue in perſona, vel in bonis ſcienter, & dolo malo, & damnum verè ſit ſecutum, feudum amittit. communis.

SVMMARIVM.

1 *Secreta reuelantes odio ſemper fuerũt.*
2 *Transfuga ad hoſtes, & conſiliorum denuntiatores quibus pœnis puniendi.*
3 *Secreta non pandi hominum maximè intereſt.*
4 *Secretorum reuelator, & proditor & falſarius, & hoſtis eſt.*
5 *Secretum cui committitur velut depoſitũ cuſtodiendum traditur.*
6 *Vaxallus ſecreta domini animo eum damnificandi reuelans, feudo priuatur, tribus concurrentibus, & nu. 8.*
7 *Reuelator ſecretorum quare deteſtabilius ſit in vaxallo quam in alijs.*
9 *Vaxallus reuelans ſecreta domini, ſemper præſumitur animo damnum inferendi id feciſſe, & ex quibus excuſari poſſit, & num. 10.*

1 REuelatores ſecretorum odio ſemper
fuerunt, & ideo vetuſtas vt homines
ab hoc ſcelere deterreret: finxit Giſippũ,
ex quo Deorum ſecreta hominibus patefe-
ciſſet, apud inferos ea pœna affeciſſe, vt in-
gens ſaxũ, ad montis cacumen ferret, quod
inde relaxum ſtatim repeteret: Valerius
quoque Maximus lib. 1. de cultu Deorum
fol. mihi 6. refert: Tarquinium ſuperbum
Regem, Marcum Tullium Diumuirum ex
eo quod librum ciuilium ſecretorum con-
tinentem ſuæ cuſtodiæ commiſſum, Petro-
nio Sabino deſcribendum dediſſet, culeo cũ
Gallo, Serpe, & Simia ſutum, in mari obijci
2 iuſſiſſe. † Et Paulus Iuriſconſultus ſcribit,
trãsfuga ad hoſtes, vel conſiliorum denun-
tiatores, aut viuos exuri, aut furca ſuſpendi
debere, l. ſi quis aliquid, §. 1. de pœn. refert
Borcolt. de feud. cap. 8. num. 126. ſecreta
non pandi, hominum maximè intereſt, adeo
3 quod idem Valer. Maxim. dixit: ſecreta
non pandi hominum, maximè intereſt, &
inter tria, quæ Romanos fecerũt orbis ter-
rarum dominare refert; quod ſecreta anxiè
4 cuſtodierint, hinc dicitur: † reuelatorem
ſecretorum proditorem, falſarium, & hoſtẽ
eſſe faciunt, l. omnes, §. exploratorem, ff. de
re milit. Bald. in cap. 1. in princ nu. 16. quib.
mod. feud. amitt. Iſer. ibidem nu 4 Laudenſ.
nu. 7. Præpoſit. nu. 2. Afflict. nu. 2. ex multis,
Gigas in tract. de crim. læſ. Maieſt. committ.
q. 21. nu. 1. & ſeq Scrader. & alij per Roſent.
de feud. cap. 10. concl. 30. nu. 3. & in gloſ. li-
tera B. & amicus malè agit ſecreta pandẽs,
dicitur enim animi cuſtos a Marco Tullio,
5 & eo ipſo, † quod amicus alicui ſecretum
committit, videtur tanquam depoſitum illũ
accipere, Iſer. in cap. 1. §. ſi Capitanei nu. 3.
quib. mod. feud. amitt. & eum ibidem Afflict.
nu. 5. 6. & 7: Roſentall. d. loco nu. 4. ex alijs,
6 & proinde † vaxallus ſecreta domini, ani-
mo eum damnificandi reuelat, feudo priua-
tur, text. eſt in cap. vnico, ibi (ſi aliquando
mihi de ſecretis manifeſtaueris) de noua
forma fidelitatis, & e. vnic. quib. mod. feud.
amitt. vbi Iſern. nu. 7. Præpoſit. nu. 2. Afflict.
nu. 2. Gigas vbi ſuprà q. 21. num. 11. & ſeq. &
in l. nullum, verſ. ſed hic incidenter quæro,
C. de teſtib. Crauett. conſ. 224. num. 6. Iaſon
conſ. 87. lib. 3. Cepoll. conſ. 29. & 39. d. l. om-
nes, §. exploratores, ff. de re milit. Afflict.
deciſ. 265. nu. 84. & 85. Menoch. de præſũpt.

præ-

Digitized by Google

præſumpt. 19.nu.4. Hippol.de Marſ.conſ.1. nu.4. Grat.conſ.81.nu.4.lib.1. Decian.conſ. 37.nu.12.lib.1.conſ.82.nu.27.lib.5.Curt.iun. par.4 nu 76.cauſ.37.Capye.in inueſtit.feud. an feudũ amittatur col.15.§.16. verſ.ſi vaxallus &c. Ardizzon. in ſumma quib. mod. feud.amitt.rub.55. & 91. Blanc.lib.a.cap.1. nu.4.& 68. Iacobin.de Sancto Georg. verſ. dictiq; vaxalli promiſerunt non committere felloniam nu.28.cauſ.8.Forcar.Montan. lib.4. cap.1. §.ſeptimo vxallus proditionis, verſ.quando etiam &c. Eguinar.Baro tit.3. de abolend.beneſic cap.3.verſ.qui Arcanç. item domini conſilia &c. Annecton. lib. 3. cap.9.Zaſ.par.10.num.34.& ſeq. Sonsbech. par.12.num.62.verſ.decima quarta erit &c. Herman.in diſputat. feud. cap.41.verſ.decima ſeptima eſt &c. Vueſembech. cap. 15. nu.6. Borcolt. d.cap.8.nu.126.& ſeq. Scrader. par.8.cap.1.nu.51.& ſeq. cauſ.9. Mozz. de feud.tit.fin.cauſ.33.num.35. Scrader.latè par.9.cap.5.nu.42. & ſeq. cauſ.32. Vulteius de feud. lib.1.cap.11.nu.21.verſ.tertio vaxallus,& Sconer.in diſput.feud.10. theſ.33. lib.1. & Roſental. in d.concl.30. num.2. &
7 ſeq. & in gloſ. hoc ſigno * & † in vaxallo idcirco hoc crimen deteſtabilius eſt, quia tẽpore inueſtituræ vaxallus expreſſis verbis iurat ſe ſecreta ſibi à domino commiſſa, nemini manifeſtare, vt ex formula iuramenti videre eſt, in d.cap.vnico, de noua
8 forma fidelit. † & vaxallus feudo priuatur tribus cõcurrentibus: Primo, vt faciat animo damnificandi dominum in perſona, in honore, vel in bonis. Secundo, quòd fuerit ſcienter,& dolò malo,& non ſit ignorantia ſupina, gloſ.in cap.ſi Capitanei,in verſ.ſciẽter tit.17.lib.1. quib.mod.feud.amitt. quem ibi ſequuntur Beluiſ.Iſern.nu.1. Afflict.in cap.7.& 10. Balzeran.num.5. Aluarot.nu.2. & 4. Præpoſit. nu.2. Laudenſ.num.7.& 12. Scrader.par.9.cap.5.ex communi,& ex alijs Roſental. d.loco in gloſ. lit.C vbi ſupra d. concluſ.30. Tertio,v.g.damnum verè ſit ſecutũ, vult Iſern. in d.cap.ſi Capitanei nu.1. Bald.nu.2. Aluarot.num.2. Laudenſ.nu.7.& 12.& alij præcitati,& per Roſental. d.loco in gloſ. lit.E. & quod ſecreta Domini pandens, amittat feudum, vltra allegatos volũt Affli .in d.cap.ſi Capitanei no.10.Zaſ.par. 18. num.35. Scrader. hanc veriorem aſſerit par.9. cap.5. num.50. & idem gloſ.Beluiſ.& Iſern.vbi ſupra, Scheneid.num.53.Sconer. d. theſaur. 33. diſput.10. Gigas vbi ſupra d.q.21.nu.12. Roſental. d.loco nu.5.& ſeq. ex multis comprobat, & ſignãter in quinta ratione, ibi. Quoniam vaxallus ſecreta domini reuelando contra contenta in iuramẽto fidelitatis agit, vt in cap.1.ibi,(nec quicquid mihi ſub nomine fidelitatis commiſerit dominus pandam alijs ad eius detrimentum me ſciente, cap.qualiter.iurar.deb.va-
9 xall. eum duob.ſeqq. & † etiam ſi vaxallus aſſerat ſe animo inferendi domino damnum non feciſſet, præſumptionem tamen contra ſe habet,& proinde prius poteſt, niſi contrarium probet,& ſi probatum fuerit, alias dominum odio habuiſſe, aut damnum domino ex alia cauſa damnum intuliſſe, feuda amittit, Capyc.deciſ. 130.nu.13.vbi addentes Roland.à Valle conſ.1.nu.39.lib.3.Iſer. in d.cap.vnic.quib.mod.feud.amitt.Borcolt.
10 d.cap.8.nu.127.& † vaxallus excuſatur, ſi ex circumſtantijs perſonarum, qualitate iudicij, coniecturis, & præſumptionibus, vt per Afflict. in d.cap.1.nu.2. Præpoſit.nu.1. verſ.pandam, Balzeran.num.35. de noua forma fidelit. & num. 34. de forma fidelit. Capyc.in inueſt. d.cap.feuda amittunt col. 17. verſ. at ſi vaxallus reuelat &c. fol. 51. Scheneid.d par.8.num.53. Scrader.d.par.9. cap.5.nu.45 & per ea, quæ dicit Gigas in d.q.21.num.23. Roſental.vbi ſupra num.8. & in gloſ. lit.G.ex multis comprobat,& ex iam dictis ad hanc reſolutionem addi non opus.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio LI.

Amiſſionis feudi, Cauſa XLV.

THEMA.

Vaxallus qui contra dominum teſtimonium perhibet, feudo priuatur, ſed quando à Iudice, vel ſuperiore cogitur, excuſatur.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus contra dominum teſtimonium ferens, feudo priuatur.*
2 *Vaxallus ſi contra dominum teſtificatur, qualiter excuſari poſſit.*
3 *Vaxallus priuatur feudo, ſi cõtra dominum teſtimonium dixerit tàm in cauſa ciuili, quàm criminali.*
4 *Teſtimonium prò domino tàm in cauſa ciuili, quàm criminali ferre poteſt.*
5 *Vaxallus in cauſa feudali ſuper inueſtitura negotio tàm pro, quàm contra dominum*

minum poteſt teſtimonium ferre.
6 *Notarius inſtrumenta ſui domini Baronis conficere non poteſt, & confecta ſunt nulla, & inualida etiam ſi damnum Baronis contineant.*

1 IVre feudali † cautum eſſe vaxallū contra dominum teſtimoniū non ferre, alias feudo priuatur, vt per gloſ. in cap. vnic. §. item ſi delator, quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. vbi Aluarot. num. 4. verſ. quod autem
2 dixit gloſ. ita exaudiendum eſſe tradit, † ſi vaxallus ſponte contra dominum teſtimonium dixerit, & ſi à Iudice, vel ſuperiore coactus fuerit ad teſtificandum contra dominum reſiſtere, contra dominum ſuum teſtimonium perhibere nō poſſe, modeſtè excuſare, dicendo conſuetudinibus feudalibus receptum eſſe, vt feudi amiſſione plectatur vaxallus qui contra dominum teſtimonium perhibet, & ſi Iudex, aut ſuperior huiuſmodi excuſatione non obſtante, inſtat, & vaxallum ſub cōminatione pœnæ vrget, vt contra dominum teſtificetur, poteſt tunc vaxallus abſque periculo contra dominum teſtificare, vt eleganter dixit Aluarot. in citato loco, & tranſcribit Curt. in ſuo tract. feudali par. 4. in cauſa 32. priuationis feudi nu. 2. atque ita in facti contingentia aliquoties obſeruari vidi, dicit Borcold. d. cap. 8. nu. 128. & † vaxallum ob te-
3 ſtificationem contra dominum factam, feudo priuari, firmat latè Sonsbec. de feud. par. 12. nu. 68. & in cauſa tàm criminali, quàm ciuili eſt tex. in cap. 1. §. ſimiliter, de conſuet. recti feudi, Mozz. cap. 1. ex quib. cauſ. feud. amitt. nu. 32. & eſſe de feudi natura ſcribit idem Mozz. in cap. 1. de natura feudi nu. 51.
4 † ſed pro domino in cauſa ciuili, & criminali vaxallum teſtimoniū ferre poſſe, nulli dubium eſt, idem Mozz. d. nu. 51. verſ. con-
5 trarium tenuit, & † in cauſa feudali ſuper inueſtituræ negotio non tantum per dominum, Zaſ. par. 10. num. 49. Sonsbech. par. 12. nu. 68. verſ. prædicta, Vulteius d. cap. 11. nu.
6 27. verſ. ſimiliter vaxallus, † & in hoc Regno Notarius publicus inſtrumenta ſui Baronis cuius eſt vaxallus conficere nequit, & confecta ſunt nulla, & inualida, per cap. ad literam in cap. Regis Ladislai 289. incip. non ſine prudentis prouiſione &c. vbi gloſ.
7 & addentes, & † Campanus ibidem, etiam ſi inſtrumentum contineat damnum Baronis, vt ibidem, & per addentes, qui etiam ex alijs firmant.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio LII.

Amiſſionis feudi, Cauſa XLVI.

THEMA.

Vaxallus inſidians dominum, & ad externū actum, vt ſi veleno gladio, vel ad inſidias alias proceſſerit, feudum amittit. communis.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus inſidias, inferens domino, feudum amittit.*
2 *Inſidiæ contra dominum quo ad pœnam priuationis feudi ſunt delictum conſumatum.*
3 *Inſidiæ ad effectū producta, etiam ſi non ſint effectum conſecutæ, puniuntur feudi priuatione, nec iuuat pœnitētia, & nu. 4.*
5 *Vaxallus inſidias tendens domino ſuo excuſatur, ſi animo ſe defendendi feciſſet.*

1 VAxallus † ad externos actus interficiendi, vel maletractandi dominum venerit, vt puta ſi veleno gladio, vel alias inſidias ei intulit, feudum amittit, quia hic conatus pro facto habetur, per text. in §. porrò, cap. 1. quæ fuit prima cauſ. benefic. amitt. & in d. §. ſi voluerit, ibi inſidiatus &c. de capit. qui cur vend. ac ibi Iſern. nu. 9. & alij multi per Roſent. in c. 10. concl. 17. nu.
2 13. & 14. † nam & inſidiæ factæ cōtra dominum quo ad pœnam priuationis feudi per ſe ſunt delictum conſumatum, ita Iſern. in d. §. ſi voluerit nu. 9. Bald. num. 19. Aluarot. nu. 3. Afflict. nu. 4. & 6. eleganter diſtinguēs, ſed bene vbi delictum conſumatum pœnitentiæ locus non eſt, Aluaror. d. §. porrò nu. 5. & Afflict. in d. cap. ſi voluerit num. 4. Sonsbech. tract. 12. nu. 38. verſ. ita puto diſtinguendum, Capyc. in conſuet. feud. cap. feuda amittuntur, per l. 14. verſ. amplia &c. nam acquiritur fol. 49 feudatariorum excuſationes col. 4. §. pœnitentia, verſ. niſi iſte fol. 190. Scrader. par. 9. cap 4. num. 26. verſ. quod vſque adeo, argum. l. 1. §. ſi rem, ff. depoſiti, l. is, qui cum telo, C. ad l. Cornel. de Sicar. l. ea mente, & ibi Bart. ff. de furt. & ex alijs multis Roſent. vbi ſupra in gloſ. lit. K. & in gloſ. lit. L. quia inſidiæ tales ad factum procedunt etiam, quod ad effectum nō ſint

prole-

proſecute ad feudum amittendum ſufficiūt;
3 nam † inſidiæ odio maiores ſunt, vt etiam proditio dignè habentur, & inſidiæ per ſe ſunt delictum perfectum, Bald. in cap. ſi voluerit nu. 19. de cap. qui cur. vend. vbi Aluarot. nu. 3. Præpoſit. nu. 3. Iſern. nu. 9. Afflict. nu. 3. & 13. Sonsbech. par. 12. num. 37. verſ. quinto &c. Scrader. d. par. 9. cap. 4. num. 25. verſ. & cum inſidiæ, Vulteius cap. 11. nu. 20. in fine, Decian. conſ. 18. num. 326. lib. 1. facit text. in l. quid ſit fugitiuus, §. idem melius,
4 ff. de edilit. edict. † nec iuuet pœnitentia, vt per Iſern. in d. §. porrò, ibiq; Aluarot. nu. 5. & alij relati per Roſental. d. cap. 10. concl.
5 12. in gloſ. lit. N. † quod limitatur, ſi animo defendēdi feciſſet, Mozz. in cap. fin. de feud. num. 30. in fin. fol. 207.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio LIII.

Amiſſionis feudi, Cauſa XLVII.

THEMA.

Vaxallus feudo priuatur, ſi proditionem aliquam cōmiſerit, ſiue dominū ipſum prodierit, communis, & verior, & quomodo, & quæ ſit proditio.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus proditoriè aliquid contra dominum machinans, feudū amittit.*
2 *Proditiones, & offenſæ domini per vaxallum crimen enumeratur inter ea, quibus feuda amittuntur.*
3 *Proditionis crimen committitur contra domini dignitatem regalem perpetuam habentem.*
4 *Vaxallus proditionem, ſiue contra dominum, ſiue contra alium committens, feudo priuatur.*
5 *Proditio maximum crimen eſt, & ex multis comprobatur.*
6 *Proditor bānitus etiam exiſtēte banno, vt occidi poſſit abſque pœna, tamen ob proditionem punitur.*
6 *Proditorius homicida ab Eccleſia inuitus, extrahitur de iure canonico.*
7 *Homicidis adulteris virginum raptoribus ſecuritas in Eccleſia non ſeruatur de iure ciuili.*
8 *Proditorum inſigna delentur.*
9 *Proditionis crimen cum ſit atrox cōmittentes, Eccleſia immunitate non gaudent.*
10. *Proditio eſt actio ſimulatiua, aut diſſimulatiua, per quam vnum exterius ſimulatur, & interius contrarium mente geritur.*
11 *Proditoris ſigna ſunt ſuauia, & dulcia verba proferre amplexantur, blandè ridet, maxima pollicetur, fœdere oſculatur, libenter adulatur, quod eſt ex cauſa proditoris.*
12 *Proditio conſiſtit in offenſa inter amicos, & ſpecialiter quando veleneum datur.*
13 *Proditor eſt, qui amicum etiam ſine rixa percutit.*

1 VAxallus † qui contra dominum, vel aliū proditoriè quid machinatus fuerit, feudum amittit, tex. in cap. 1. ibi (hominem tradendo &c.) an ille, qui interfecit fratr domini ſui, vbi vox tradendo. prodendo vſurpatur, vbi Bald. in princ. & num. 2. Aluarot. nu. 3. Purpurat. nu. 1. Laudenſ. nu. 1. Afflict. nu. 9. & 10. Rauenn. nu. 3. & 6. & alij gloſ. in cap. 1. §. item ſi frater, & ibi gloſ. in verſ. fratrem ſuum, Iſern. nu. 24. & Afflict. elegāter nu. 1. 2. & 3. quib. mod. feud. amitt. & in §. fin. num. 21. cauſ. 41. eod. tit. Bald. in §. ſimiliter ſi dominus nu. 3. Aluarot. nu. 3. verſ. quæro cum gloſ. Laudenſ. nu. 14. Rauenn. num. 6. ibidem Raynaud. in cap. Imperialem, §. fin. num. 17. de prohib. alien. feud. per Feder. Iacob. de Sancto Georg. in verſ. dictiq; vaxalli promiſerunt non committere felloniam nu. 16. Curt. iun. par. 4. nu. 43. cauſ. 25. Capyc. in inueſtit. feud. cap. feuda amittuntur col. 48. cap. 73. fol. 71. Ferrar. Montan. lib. 4. cap. 3. cauſ. 7. Annetton. lib. 3. cap. 12. Sonsbech. par. 12. num. 49. Borcolt. cap. 8. nu. 125. Scheneid. par. 8. cap. 1. nu. 162. cauſ. 34. Scrader. par. 9. cap. 3 nu. 64. cauſ. 13. Vulteius cap. 11. nu. 35. ex communi lib. 1. Scheneid. diſp. 10. theſaur. 73 lib 1. Gigas in tract. de crim. læſæ Maieſt. ſub rubr. de proditor. q. 5. per totā lib. 3. Intrigl. in ſua centur. feud. q. 94. num. 85. Alexand. conſ. 13. nu. 16. lib. 6. & in l. ſi finita §. fin. de vectigal. nu. 25. vbi & Imol. num. 52. ff. de damn. infect.
2 Pariſ. conſ. 1. nu. 16. & 23. vbi hoc † crimen inter ea enumerat, quibus ipſo iure feudum amittitur, ſed quod ſententia priuationis requiratur, voluit Bald. in cap. 1. num. 2. in fine, & ibi Afflict. an ille, qui interfec. frat. dom. ſui, Capyc. vbi ſupra col. 14. cauſ. 14. §. deuoluitur fol. 49. iuncto §. & ſi vaxallus reuelet in fine col. 17. fol. 51. in lit. Z. in final caſu, & Scrader. par. 2. par. 9. princip. ſect. 8 q. 25.

q.25.fallent.6. ſub nu.25.col.1. amiſſionem
feudi ipſo iure, vt per Pariſ. vbi ſupra, abſq;
3 omni dubio in eo procedere ait, † qui contra dominum ſuum habentem regalem di-
gnitatẽ perpetuam, tale crimen committat
cum Maieſtatem lędat, de quo dicimus in-
fra Dilucidatione ... Alexander de Neuo
inter conſ.crim.conſ.98.nu.2. lib.1. Afflict.
deciſ.265.nu.63.& ſeq. Marian. Soccin.conſ.
68.nu.88.& ſeq.lib.3. Roſental.cap.10.con-
4 cluſ.10. in gloſ.lit.Z. & feudũ amittit † va-
ſallus ſiue contra dominum, ſiue contra
alium proditionem commettat; voluerunt
gloſ. & Doctores in d. cap.1. §.item ſi fra-
trem, & §. ſimiliter, quibus modis feudum
amitt. Curt.iunior, Capyc. Sonsbech Sche-
neid.num.163, Scrader. Vulteius, Intrigliol.
Alex.& Afflict. in dictis locis, & ſiue circa
perſonas ſingulares priuatus, vel vniuerſi-
tatem proditionem committat. Scheneid.
d.par.8. cap.1.nu.163. Scrader.d.par.9. c.3.
nu.94. verſ.item ſiñe quis, & ſeq. poſt Socc.
5 conſ.68. lib.3. † proditionis enim maximũ
crimen eſt, gloſ. & Doctores in dict. cap.1.
quib.mod feud.amitt. Bald. Afflict.& alij in
d.cap.1. an ille, qui fratrem domini ſui &c.
Iacobin.d.nu.16. Curt.d par.4 nu.43. Capyc.
d.cap. feud. amitt. col.58. cauſ 71 Borcolt.
d.cap.8.nu.125. Scheneid.d.nu 84.verſ.tum
quia feudum à fide, Scheneid.d.loco nu.164.
Gigas de crim. læſæ Maieſt. q.de proditor.
cap.5.nu.4. Hippol.ſingul.16 Tiraquell.de
nobilit.cap.10.num.120.& de pœn.cauſ.31.
nu.21.per l.ſed & facilitas, §.ſortitur autẽ,
ff.de excuſat.tutor. Decian.tract.crim.lib.7.
cap.40. Roſental d.concl.19.C.C. idque ex
6 multis intelligitur, primum † ex eo quod
quamuis puniri non poſſit, qui bannitum
ſtatuto concedente occidit, Bald.in l.pactũ,
C.de tranſact. Paris de Puteo in tract. ſynd.
Borcolt. d.cap.8. nu.25. tamen punitur, qui
proditoriè bannitum interimit, Menoch.de
arbitr.Iud. q.90. num 49. Secundo, ex illo,
7 quod † Iure Canonico proditorius homici-
da ab Eccleſia inuitus adducitur per Eccle-
ſiaſticum, ſiue cum eius beneficio per ſęcu-
larem, cap.1.de homicid. & ibi Felin. Guid.
Pap. deciſ.121. Boer.deciſ.109. Aluar. in
ſpeculo vtriuſque iuris in tit. de crim. læſæ
Maieſt.& & perduellio. cap.71.verſ.& quis
dicatur proditor f.390. ex alijs dixi in meo
conſ.102.nu.2. quamuis alias homicidę de
iure Canon. immunitatę Eccleſiæ gaudeant
Couarr.var.reſol.cap.20.quod ſecus eſt de
iure Ciuili, nam Imperator Iuſtinianus in
8 Nouella 17. inquit † homicidis adulteris,
& virginum raptoribus, & omnibus talia
delinquentibus ſęcuritatem in locis ſacris
non ſeruabis, ſed inde eos extrahas, & ſup-
plicium illis irrogabis; quia ſacrorum loco-
rum immunitas non iniuriantibus, ſed affe-
ctis iniuria datur. Tertio huius delicti enor
9 mitas inde etiam conſpicitur, quod † pro-
ditorum inſigna delentur, Bartol. in l. eorũ
ff. de pœn. Roman. ſing.474. eorum arma,
& ſing.666. An arma Tiraquell. vbi ſupra
Menoch de arbitrar iud. lib.2. cent.3. caſu
10 281. Gigas. vbi ſup. q 8. Et † proditionis
crimen, cum ſit atrox delictum ob id Con-
ſuetudinibus feudalibus receptum eſt Bor-
colt.vbi ſup. & ex prædictis fundatum con-
ſtat, & eius atrocitas, imò inhumanitas pu-
11 tat ex eius diffinitione; nam † proditio eſt
actio quædam ſimulatiua, aut diſſimulatiua,
per quam vnum exterius ſimulatur, fingi-
tur, vel diſſimulatur, interius vero contra-
rium mente geritur, dicit Ioannes de Terra
Rubea antiquus doctiſſimuſq; Doctor Gal-
lus in tract.contra rebelles tit.6. tertij tracta-
tus fol. mihi 72. item omnis fingens, ſiue
ſimulans ſe alicuius amicum ſi factis tra-
ctat illum, vt inimicum oſtendens vnum
exterius, aliud gerens interius proditor eſt,
per verba Domini noſtri IESVS Chri-
ſti, Iudæ amice ad quid veniſti, oſculo filiũ
hominis tradis, & eſt text.in l.1. ff.de præ-
uaricator. l. Atleta, §. pręuaricator, vbi gloſ.
de his, qui notant. infam. gloſ.in cap.clericus
46.distinct.quam gloſ. ſequuntur Canoniſtę,
& arg.cap.transferenti 24.q 3.gloſ.in cap.
nolite, verſ.proditor 11. q. 3. Odofred. in l.
fin.C.de delator. lib.10. Iſer. in cap.1.nu.3.
an ille, qui interfec.fratr.dom.ſui, Bart.in l.
reſpiciendum, §.delinquunt, ff.de pœn.& in
extrauag qui ſint rebelles, verſ.rebellis n.4
quam opinionẽ ſequuntur Bald. quib.mod.
feud.amitt.nu.16. Afflict.nu.9 & idem Bald.
conſ 361. quidam dixit num.3.lib.4. Rebuff.
in d.l.fin.C.de delator.lib.10. Lucas de Pen.
ibi nu.18.dicit, proditoris ſigna eſſe, ſi inſi-
gna fidelitatis oſtendit ſuauia, & dulcia ver-
ba profert amplexatur applaudent, blande
ridet, maxima pollicetur, & ſuper pacis fę-
dere oſculatur, ad iurandum eſt pronus li-
benter adulatur, quod eſt eſca proditoris,
quæ omnia inter amicos tantum, & non in-
ter inimicos fieri poſſunt, Anchar.& Felin.
in cap.1.de homic.in princ. Angel.in tract.
de malefic. dicit illam de iure eſſe veriſſi-
mam, & meritò ab omnibus receptum opi-
nionem Gomeſius variar.reſol. tom.3. c.3.
de homicid.nu.5.vbi Suarez addit.verſ.3.ita
vbi gloſ. & cōmuniter Doctores, & funda-
6 uimus ſupra hac parte dilucidat. 57. & † ſi
Imperator ex aliquo feudo alicuius inferio-
ris vaxallus fieret, non poſſet, nec liceret fi-
delitatem ſuo domino præſtare, ſed vel feu-
dum amittat, ſiue relinquat, vel per ſubſti-
tutum recognoſcere, & ſeruire teneatur, per
text. in cap. ex facto, & cap. extraordinarijs,
qui tex. Cuiac. lib. 4. tit. 100. refert Aluarot.
in cap. 1. §. fin. de capit. qui cur. vend. & ibi-
dem Præpoſ. in fine, Capyc. in inueſt. feud.
cap. feud. amitt. col. 56. fol. 70. Roſental. c. 10.
concl. 1. in gloſ. lit. O. & non mirum de iſtis
7 † perſonis etiam eccleſiaſticis, & ſupremis,
ſi caducitati feudorum ſubſunt, quia volun-
tariè recipiendo ab alijs feudum ad obſer-
uantiam ipſorum legum ſe aſtrinſerunt ex
8 contractu feudali; nam † contractus ſunt
de iure gentium, & Princeps quiuis, eiuſque
ſucceſſores ſeruare tenentur, cap. 1. de na-
tur. feud. cap. 1. de prob. & licet Deus, Papæ,
& Principibus ſubiecit leges, non tamen
contractus, quia eſſet contra ius gentium, &
illam naturalem iuſtitiam, quæ ex cōtractu
oritur, ſecundum Bart. Bald. & alios in l. di-
9 gna vox, C. de legib. & licet † Princeps ſit
ſolutus legibus à lege, tamen cōtractus ſo-
lutus non intelligitur, cap. 1. vbi Bald. de
natur. feud. Martin. Laud. in tract. de Princi-
pe q. 106. Surgens in annot. ad Neap. Illuſt.
fol. 422. nec à lege diuina, nec naturali, in
qua ſunt actus ſui, clement. de offic. ordin.
Dec. conſ. 48. vbi poſt Paul. de Caſtr. in l. di-
10 gna vox, dicit, quod † Princeps contractus
ſuo contrauenire non poteſt, etiam de ple-
nitudine poteſtatis, Soccin. conſ. 4. lib. 3. Dec.
conſ. 101. ſecundo dubio, Igneus in repet.
l. donationes quas diuorum, C. de donat. in-
ter vir. & vxor. Curt. conſ. 177. in fin. Bald.
conſ. 20. pulchrè col. 5. lib. 2. dicit, quod in-
ſolitum, & inauditum eſt, vt Principes non
11 ſeruent pacta; nam & etiam † maligni ſpi-
ritus, qui ſunt mendaces pactiones, quas cū
hominibus habent, ſeruant, vt dicit Scot. in
4. ſentent. diſtinct. 34. ſequitur, & refert Do-
dus in ſua apologia car. 10. & exemplū vnius
demonis ponit Barbat. cap. 1. de probat. col.
11. & ideo Ariſtot. ſcribens Alexandro illo
Magno, pacta illa ſerua, alias maius exitus
tibi eueniet. refert Curt. ſen. conſ. 68. Domi-
12 nus Ioannes in princ. colum. 2. & ſi † Deus
poſſet nobiſcum hic contrahere, obligare-
tur ex contractu, vt probat Laureo. in l. non
amplius, §. fin. in fin. de leg. 1. pro quo facit
3. Reg. cap. 8. Dominus Deus Iſdrael, qui
cuſtodit pactum, & multo magis Princeps,
qui animal rationale, & mortale eſt, quin
nulla lex, nullus Senatus poteſt abdicare à
lege naturali, vel dictamine rationis, aut le-
13 gis æternæ, quo fit, vt in omnibus † Princi-
pum cōtractibus plus ſpectare debet bona

bona

Digitized by Google

bona fides, quam in contractibus priuatorum, ſecundum Bal. in tit. de pace conſtant. §. quia vero, Præpoſit. in d. cap. 1. de natur. feud. Caſt. in §. actionum col. 1. inſtit. de actio. & in l. inſulam col. 10. ff. de verb. oblig. & dicit Corn. in l. ſi paſcenda, C. de pact. 2. quæſt. (quod forus fori, & forus poli concordant in hoc, quod pacta ſeruentis, quia Deus hoc
14 vult, † cum non ſeruans pacta, frangat fidem, & mentiatur, quod eſt graue, nè dum apud ius ciuile, ſed apud Deum) & Xenofont. de laudibus Ageſilaij fol 9. dicit (magna, & præclara res eſt cum alijs viris omnibus Imperatorem ligari, & contra ſuum contractum venire non poſſe, ex multis authoritatibus, & rationibus firmat Neuizan. conſ. feud. 12. nu. 23. & plurib. ſeqq. & in fine deciſũ firmat, & alia dico in conſ. meo 86.
15 num. 111. & ſeq. dum † Papa, Imperator, & quiuis Princeps accipit feudum ab alio, etiã eis inferiore caducitatibus, & alijs, quæ ex cõtractu feudali oriuntur ſtare, & obſeruare debẽt ex prædictis nulli dubium eſſe de-
16 bet. † Fœmina etiam feudum amittit ex eiſdem cauſis, quibus & maſculus priuatur, cum lex feudalis generaliter loquitur, & in pœnalibus diſpoſitum regulariter ad fœminas extenduntur, licet termino maſculino vtatur, Dec. in l. 2. nu. 84 ff. de regul. iur. Bal. in l. nè paſſim, C. de iuris, & facti ignorant. Hippol. de Marſil. in l. ſi quis viduam nu. 5. & ſeq. ff. de quæſt. & in l. 1. num 261 & ſeq. C. de rapt. virg. præſertim vbi eſt eadem ratio, vt notat Iaſon in l. ſi quis id, quod nu. 1. de iuriſd. omn. iudic. Tiraquell de vtroque retract. par. 1. §. 1. gloſ. 9. num. 212. Menoch. remed. recuperand. poſſeſſ. 9. num. 10. & l. ſi quis in tantam, C. vnde vi, habet locum ad maſculũ, & fœminam, vt ibi per Bart. nu. 3. Menoch. d. num. 9. item gloſ. in l. quiſquis, C. ad l. Iuliam maieſt. in verſ. ad filias &c. vbi Bald. & alij & ex alijs Roſental cap. 10.
17 concluſ. 1. num. 7. vbi quod nec † ruſticus in delictis excuſatur, maximè dolo commiſſis, & in genere ob delicta, vt quiuis alius priuatus, & puniatur, receptum eſſe teſtatur Gomez de delict. cap. 1. num. 5. Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 60. num. 12. Eman. Suar. recept. ſentent. ſub lit. P. num. 329. & etiam minor delictum, vel felloniam committens, feudũ mero iure perdit; quoniam non minor, quã maior ex delictis obligantur, l. auxilium, §. in delictis, ff. de minor. l. vnic. C. ſi aduerſ. delict. & vtrobique Doctores Gramat. demat. deciſ. 23 num. 12. Clar. d. quæſt. 60. nu. 3.
18 † ſed in integrum reſtituitur in non atrocioribus, ſi dolo caret, verum etiam ſi eſſet in præſumpto, vel culpa, vt communiter tenent Doctores in dictis locis, & plene, & diſtinctè Odd. Sfort. de reſtitut. in integr. par. 2. quæſt. 8. Roſental. cap. 10. concluſ. 1. num. 12.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio LXIX.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXI.

THEMA.

Vaxallus receptator malefactorum feudum perdit. communis.

SVMMARIVM.

1 *VAxallus in omnibus domino ſuo fidelem ſe præbere debet, & latrones receptãs, ſi domino ſuo ſtatim quod poteſt, non oſtendit, feudum amittit.*

2 *Latrones, & maleſactores ſunt odioſi, & inimici domini, maximè Regis, & vaxallus non offerens domino, feudo priuatur.*

3 *Foriudicati non ſunt patiendi, nec miſerendi.*

4 *Malefactores nemo receptet, occultet, ſuccurrat, aut faueat etiam non contumaces, nec bãniti ſub pœna duc. ſex mille, alijs pœnis.*

5 *Correptio non inducitur, niſi expreſsè corrigatur.*

6 *Lex noua recipit interpretationem etiam extenſiuam per leges veteres.*

7 *Pœna impoſita per legem antiquam non tollitur per nouam inferentem grauiorẽ, vel leuiorem.*

8 *Pœna vna pro delicto impoſita de iure communi, & aliam per ſtatutum attenditur illa ſtatuti loci.*

9 *Pœna delicto per legem communem iure poſita nõ intelligitur derogata per ſtatutum Regni, ſiue loci, niſi expreſsè tollatur, ſiue moderatur.*

10 *Pœna delicti de iure communi ex cõiecturis poſitis in ſtatuto tolli poteſt.*

11 *Statutum diſponens, vt maſculi ſuccedant in maiori quantitate, quam fœminæ ad feuda non porrigi.*

1 VAxallus † in omnibus ſe domino ſuo fidelem præbere debet, vndè receptãs latrones, & maleſactores in ſuo Caſtro, qui

domino

domino odio habendi ſunt, non oſtendit ſe
fidelem, ſi ſtatim quod potuerit ad dominũ
non affert, vltra text. feudale de feudis, &
beneficijs, eſt etiam in Longobard. tit. de
his, qui ad Eccleſ. confug. l. vt latronem,
feudũ amittit, maximè ſi requiſitus vaxal-
lus ſtatim non affert domino, Afflict. in c. 1.
quib. mod. feud. amitt. nu. 40. cauſ. amiſſion.
feudi 22. & in cap. 1. ꝟ. præterea in princ.
nu. 2. quæ fuit prim. cauſ. benefic. amitt. Ar-
dizzon. in rubr. 55. Capyc. in inueſtit. feud.
cap. feud. amitt. cauſ. 53. fol. 68. Luc. de Penna
in l. 1. col. penult. verſic. poſt primam gloſ.
adde &c. C. de deſertor. lib. 12. Natta conſ.
174. num. 22. vbi dicit, quod recepta tot di-
citur opem ferre malefactori poſt maleficiũ
Bart. in l. qui vaxall. ꝟ. qui iure, & in l. fur-
tum, ff. de furt. Angel. Aret. in tract. de ma-
leſic. ſuper verſ. dicto maleficio, inſtit. verſ.
2 quæro quia vt ſupra dixi, q̃ iſti malefacto-
res, & latrones ſunt odioſi, & inimici domi-
ni, maximè Regis vaxallos ipſos receptato-
tores non offerẽs, ſtatim domino, debet feu-
do priuari, quia inimicis domini opem præ-
ſtat, l. 3. ibi, quiuè opem hoſti tradiderit, ff.
ad l. Iul. de Sicar. & facit text. in l. metro-
dorum, ff. de pœn. vbi deportatus fuit in
Inſulam, qui hoſtem fugientem recepit, &
ex alijs Roſental. d. cap. 10. concl. 37. in glo.
3 lit. M. præcepit enim Deus † maleficos non
patiaris viuere ſuper terram 23. q. 5. §. hinc,
& Deuteronom. non parcat oculus tuus in-
terficiens eum. & Pſalmiſta cum miſerebe-
ris omnibus, qui operatur iniquitatem, ſed
occidi debent, vt per conſtit. Regni foriudi-
catorum nõ miſereris, quomodo receptare
poſſunt; dixit Afflict. in conſtit. Regni pœnã
eorum, ac D. Thom. quem allegat Baiard. ad
Clarum §. homicidium num. 221. & vltra
prædicta, quod malefactores non recepten-
tur à Baronibus etiam Titulatis, ab Officia-
libus à Sindicis, Electis, Vniuerſitatem gu-
bernantibus, & à quibuſuis perſonis adſunt
plures regiæ Pragmaticæ, inter quas ſecun-
da, & tertia in tit. de recept. quæ mandat, vt
4 † nemo receptet, teneat occultos, ſuccur-
rat, nec vllo modo malefactores faueat, etiã
quod non ſint contumaces, nec banniti, vt
fugiant, & ſaluentur, nec per mare, neque
per terram, & eos alere, iuuare, & ſubueni-
re de bonis, de nummis victu, nec de quauis
forte alia re ſub pœna ducat. ſex millium, &
alia pęna corporali arbitraria, ſed per Prag-
maticam quartam eiuſdem tituli, à tali pœ-
na in ipſis Pragmaticis cõtenta, exceptuan-
tur receptatores fratrum, filiorum, & con-
iunctorum, ſed puniuntur ſecundum conſti-
tutiones, & capitula Regni, vt omnia ex eiſ-
5 dem Pragmaticis patent, & licet legis † cor-
reptio non inducitur, niſi expreſsè corriga-
tur, l. præcipimus, C. de appellat. in fine, l.
vt liberis, C. de collat. cap. cum expediat, de
elect. in 6. neque per ſubauditos intellectus
gloſ. in cap. cupientes, ꝟ. ſuper viginti, eod.
tit. de elect. communiter approbata, vt per
Crauett. conſ. 259. num. 2. & per dictas Prag-
maticas imponentes aliam pœnam non fa-
cta mentione pœnæ iuris communis, & feu-
6 dorum † lex noua recipit interpretationẽ
etiam extenſiuam per leges veteres, l. 1. §.
lex falcidia, ff. ad l. falcid. l. ſciendum, ff. qui
ſatiſd. cogant. Iſern. in cap. 1. nu. 4. verſ. iuſta
tamen, de milite vaxallo, qui contumax eſt,
& in cap. 1. ꝟ. ſacramentum num. 4. de con-
7 ſuet. rect. feud. † & pœna impoſita per l. an-
tiquam, nõ tollitur per nouam, inferentem,
vel leuiorem, l. qui ſe putet, C. de ſepulcr.
viol. l. ſi eum qui, C. de exercit. actio. l. 3 in
princ. ff. de lib. hom. exhib. l. quoties, ff. de
action. & obligat. latè Afflict. in conſt. Præta-
renorum num. 28. & ſeq. vbi decem fallen-
tias ponit, in ſeptima dicit, quod quando
8 † ius commune imponit vnam pœnam pro
delicto, & aliam ponit ſtatutum particulare
loci, vt per dictas Pragmaticas in hoc Re-
gno tunc punitur pœna ſtatuti, ſecundum
Alberic. de Roſat. in d. l. qui ſepulcrum, circa
finem, C. de ſepulcro violato, & dicit vidiſſe
obſeruari, allegat Specul. in tit. de pœn. tem.
litigant. verſ. vlt. & in tit. de accuſ. in 3. par.
§. 1. verſ. 1. & Ioan de Imol. in l. 2. col. 2. ff. de
publ. iudic. dicens, quod hoc procedit quo
ad excuſationem pœnæ, ſed quo ad natiui-
tatem actionis nota eſt vtraque pœna; idẽ
tenet Paul. de Leon. in clem. paſtoralis, de re
iudic ſed Abb. in cap. de cauſis, de offic. de-
leg. tenet contrarium, niſi appareat, quod
ſtatutũ voluit recedere à pœna à iure com-
muni impoſita, idem firmat Domin. de San-
cto Gemin. in cap. 2. ſeſſ. 3. de conſtit. & dicit
ita tenuiſſe Riccard. de Sen. vnum ex com-
poſitoribus ſexti libri decretalium, tamen
ex conſuetudine ſeruatur prima opinio Al-
berici, quod pœna ſtatuti puniatur, ſed dum
ipſe Afflict. ibidem ſequendo dicat, licet de
iure Abb. Sic. & Domin. de Sancto Gemin.
dicunt, veritatem non videtur diſſentire à
tali veritate, & opinione, quod ſi per legẽ
9 communẽ, & antiquam, imponitur † aliqua
pœna pro aliquo delicto alia imponitur per
ſtatutum, ſiue per legem nouam non intel-
ligitur derogata pœna legis communis, ſiue
veteris, niſi expreſsè de eis in ſtatuto ſit
actum vltra ſuperius dicta, ita concludunt
Bart. in d. l. qui ſepulcrum nu. 2. & ibidem
Angel. verſ. in tex. ibi, nihil enim &c. C. de
ſepulcr.

ſepulcr, violat.& ibidem Cyn. communem
dicit num.3. ibique ad contraria reſpondit,
& Salicet.num.7.Bart.in l.1.num.1.à veteri
lege diſceſſum nõ videri, niſi hoc expreſsè,
nominatim dictum ſit, & eodem loco Ang.
Peruſ.num 3 ff.qui bonor.rapt.Abb.in d.c.
de cauſis nu.14. vbi communem eſſe dicit,
de offic. Iudic.deleg. & ibi Auguſtin. Bero.
num. 74. (& licet Detius eodem loco diſ-
ſentiat) Ang.Aret.in tract.de malefic.verſ.
& ibi capud num. 3. & procliuior in hanc
partẽ videtur eſſe Menoch.remed.recup.9.
nu.338.vſque ad nu.388. vbi pro, & contra
citat, & dicit hanc communem, & receptam
Scrader de feud.par.9.ſect.6.num.45.in fin.
10 qui à d.num.388.vſque ad num.398. † ali-
quas coniecturas ponit, ex quibus per ſtatu-
tum iuri communi derogatum videtur, &
huic opinioni inclino in caſu amiſſionis
feudi, quia ſtatuto generali feuda non com-
prehenduntur, Capyc.in inueſt.feud. c.feud.
bonor.appellat.col.3.§.ſtatutum, vel ius di-
ſponens &c. fol.91. Scrader.par.7.q.5.de
ſucceſſ. deſcendent.maſcul. par.7. num.68.
verſ.2.quod in generali diſpoſitione ſtatuti,
argum.cap.1.§.fin.& ibi Aluarot.& Docto-
res de inueſt.de re alien.fact.Det.conſ.139.
diligenter pro tenui in fine adducens Bart.
in l.codicillis, §.conſtitutum num.5. ff. de
leg.2. Cardin.Pariſ.conſ.7. in præſenti caſu
num.6. conſ. 12. num.45. verſ.iſtis non ob-
11 ſtantibus, & ſeq.lib.1, vbi † ſtatutum Vero-
nenſe diſponens, vt maſculi ſuccedant in
maiori quantitate quam fœminæ ad feuda
non porrigi, affirmat num.38.& præſertim
num.47. & ſeq. per dictum Bald.& aliorum
in cap.1. an agnat. Cæphal.conſ.29.in præ-
ſenti caſu cride nu.10.& ſeq.vbi poſt Pariſ.
communem ſententiã eſſe teſtatur, & Do-
ctores in cap.quamuis, de inueſt.de re alien.
fact.Roſent.cap.7.concluſ.17.in gloſ.lit.H.
ex alijs, ergo quando caſus acciderit, & per
ſtatutum ſpecificè non eſt ſublata forma à
iure communi, vel feudali, non attenditur
pœna ſtatuti, ſed iuris communis feudalis,
vt eſt dictum.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio LXX.

Amiſſionis Feudi, Cauſa LXII.

THEMA.

Vaxallus literas domini contendẽs, ſi grauẽ propterea intulerit iniuriam, vel ſub indignationis ſuæ pœnæ quid faciat, vtroque caſu feudo priuatur. communis.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus literas domini reuerenter recipere tenetur, & pro iuſta iniuria poteſt feudo priuari.*
2 *Vaxallus non ob leuem iniuriam verbalẽ feudo priuatur.*
3 *Vaxallus ob grauem iniuriam in dominum feudo priuatur.*
4 *Iniuria fit Iudici, cuius literæ nõ permittuntur legi.*

1 VAxallus † literas domini reuerenter
recipere tenetur ob reuerentiam, ad
quam domino pro feudo debet, & ſic hono-
rificè literas domini ſui recipere, alias ſi
parui fecerit, aut ſi ſpernit pro iuſta iniuria
poteſt feudo priuari, vt in Longobard. de
feud. & benefic. in l.ſi liber homo, hic ino-
leuit mos, quod in receptione literarum re-
cipiuntur, & ponuntur literæ ſupra capud,
Afflict.deciſ.265.nu.98.& diximus in par-
te 12. dilucidatione 60. verſic.25. vaxallus
tenetur honorificè &c. quod forte verum
eſſet, quod id in graue damnum contemptũ,
2 & iniuriã domini vergeret, alias enim † va-
xallus non ob leuem iniuriam verbalem
feudo priuatur, niſi in inueſtitura dicatur
ſaluo iure &c. vel ex facto expreſſo ob in-
iuriam amitti debet, facit auth.vt cum, de
appell.cogn.§.cauſas autem, Alex.conſ.203
num.1.lib.1. vbi communem dicit, & demũ
ſequitur Curt.iun.conſ.148.controuerſ.n.1.
& ita in ſpecie Io.Andr.in cap.fin.col.pen.
in princ.quem cæteri communiter ſequũtur
Iul.Clar.lib.3.Suar.ſentent.§.teſtamentum
q.41.nu.3.Villalops in commun.opin. verſ.
exoæredatio num.142.Michael Graſſus re-
cept. ſentent §.teſtamentum q.42. num.8.
Roſental.de feud. cap.10. concluſ.21. nu.5.
3 & in gloſ.lit.C.ſed pro † graui iniuria ver-
bali in dominum vaxallum feudo priuari,
vt volunt omnes in cap.1.§.porro, quæ fuit
prim.cauſ.benefic.amitt.Afflict.in deciſ.265.
num.61.Loffred.quib.mod.feud.amitt.cauſ.
15.& 30. Intrigl. in ſua centur.feud. q.98.
num.8.& ex alijs dicto loco in gloſ. litera B.
4 & iniuria fit Iudici, cuius literæ non per-
mittuntur legi, & contra iniuriantem poteſt
procedi pro ſatisfactione iniuriæ, Abb. in
cap.ex literis, per illum text.not.4.de offic.
deleg.& ille, qui permittit legi literas Epi-
ſcopi

ſcopi, vel eas lacerare, facit iniuriam Epiſcopo, Bald in d. cap. ex literis, ex alijs Nicol. de Milis in ſuo repert. verſ. iniuria &c. & ſic vaxallus contendens literas domini, ei iniuriam facit, & feudo priuatur, vt dictũ eſt, & ſi dominus ſub pœna indignationis ſuæ vaxallo vt quid faciat mandauerit non facit, feudum auferri poteſt, vt per gloſ. in cap. 1. §. item ſi delator. in verſ. perdit, in princ. quæ fuit prim. cauſ. benefic. amitt. vbi variam textus lectionẽ refert, & inter alias hanc indignationem domini non euitabit, & feudo priuabitur, quam lectionem Bald. ibidem §. porro, C. eodẽ loco ad id, Barbat. in verſ. euitabit, Iaſon de feud. par. 10. nu. 41. Alex. conſ. 103. nu. 14. lib. 1. approbant Roſental. d. cap. 10. concluſ. 3. nu. 42. & ex alijs firmatur ſupra hac Parte, dilucid. 7.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio LXXI.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXIII.

THEMA.

Inſignia, & ſtatuã domini deſtruẽs, eſt rebellis, & feudum amittit, & ſi rem aliquam per vim à manu domini eriperit, feudo priuatur, niſi ex cauſa faciat communis.

SUMMARIUM.

1 *INſignia, vel ſtatuam domini deſtruẽs, eſt rebellis.*

2 *Vaxallus rem à manu domini contumelioſè eripiens etiam ſine graui iactura, vel violentia, feudum amittit.*

3 *Vaxallus delens inſignia domini, incidit in rebellionem; intellige, ſi doloſè, & ſine cauſa fecerit*

4 *Inſignia. ſeù arma quem depinguntur in cappellis particularium in Eccleſijs delentes puniuntur officio Iudicis.*

1 INſignia Dñi † depicta, vel ſtatuã in aliquo loco poſitã in contumeliã dolo malo deſtruens feudo priuari poteſt, per text. in l. ſi ſtatua, & ibi tradita ff. de iniurijs, l. qui ſtatuas, ff. ad l. Iuliam Maieſt. & per ea, quæ omnes Scribentes firmant in citatis legibus, & Plaza in epitom. delict. lib. 1. cap. 6. num. 17. per quæ iura, & alij firmant ita Scrader. par. 9 cap. 4. num. 23 Roſental. de feud. cap. 10. concluſ. 20. num. 59. in fine,

2 † & ſi rem aliquam à manu domini contumelioſè exiberit, etiam ſi grauem iacturã, & violentiam nõ inferat domino, feudo priuabitur, vt idem Scrader. in d. par. 9 cap. 4. num. 30. licet contrarium voluerit Ripa in ſua materia C. de reuoc. donat. num. 58. niſi domino hoc in grauem iniuriã, & cum violentia, vt dixi vergeret, quod totum Iudicis arbitrio, & circũſtantijs remittitur, Roſental d. concluſ. 20. num. 59. & quo ad † de-

3 letionem inſignium, vel ſtatue, intellige ſi doloſè, & ſine cauſa ipſe fecerit, & ſi dominus ipſe fuerit magnus Princeps, ſiue Rex, vel Imperator, hoc eſſet valde periculoſũ ipſi vaxallo, quia arma, & ſtatuæ, Principis quandoque imponuntur, & depinguntur in aliquo Caſtro, vel Ciuitate, in ſignum ſubiectionis, quod ſcilicet Ciuitas illa, vel Caſtrũ, ſic ſubiectũ illi Principi, cuius ſunt inſignia, quo caſu ſi quis illa deleuerit, vel ſubſtulerit, niſi alia legitima cauſa appareat, præſumeretur deleuiſſe, vt tolleret ſubiectionem, quo caſu incurreretur in crimẽ læſæ Maieſtatis, vt tradunt Gemin. Præpoſit & Alexand. in cap. quecumque, 30. diſtinct. Decian. in tract. crimin. cap. 5. num. 11. & ſi ſunt rebelles, nè dum feudum perdunt, ſed omnia bona, & vitam amittunt, boniſq; omnibus cõfiſcatis, l. quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſt. l. fin. ff. eodem, cap. quæro, 5. q. 11. & ipſo iure perdunt ea, quæ iuris ciuilis ſunt, l. amiſſione, ff. de capitis dimin. & in extrauag. qui ſint rebell. Decian. in tract crimin. lib. 7. c. 1. num. 24. & ſeq. Io. de Terrarub. contra rebell. in tract 3. art. 10. fol. 96. in tex. per multas concluſiones, & ibi add. & eorum arma deleri, per text. in l. eum qui, ff. de pœn. Roman. ſingul. 66. ſed & arma, quæ depingi

4 ſolent in Cappellis † particularium in Eccleſijs clerici, aut laici delere non poſſunt, & puniuntur arbitrio Iudicis ſi fecerint, l. libertate in fin. & l. opus, §. & ſcribi, ff. de oper. pub. Roman ſing. 476. & add. ad dictũ tract. Terrarub. in citato loco fol. 73.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio LXXII.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXIV.

THEMA.

Vaxallus tranſitum per ſuam iuriſ-

H diſtio-

dictionem domino ſine cauſa denegās à feudo cadit,& pro publica vtilitate fauore Religionis quilibet cogitur rem ſuam vendere, communis.

SVMMARIVM.

1 *VAxallus iuuare debet dominum.*
2 *Vaxallus mittendo arma. vel equos in fauorē hoſtis domini ſui, eum iuuando, feudum amittit.*
3 *Vaxallus tenetur aperire viam per ſuū territorium domino ſuo, alias feudo priuatur.*
4 *Hoſtis cenſetur, qui innoxium tranſitum domino peribet, ſed commodè ad ſuum locum dominus accedere valeat.*
5 *Vendere quis cogitur agrum, vel domum fauore Religionis, vt Eccleſia, vel monaſteria conſtruatur.*
6 *Vendere nemo cogitur ſuum etiam iuſta cauſa alijs tranſitum per territorium ſuum peribere.*

1 NOtum eſt † vaxallum iuuare debere dominum ſuum contra hoſtem, & tranſitum ei denegare per ſuum territorium, ita Afflict.deciſ.265.num.109.qui ſe remittit ad Raphaelem Cumanum conſ.61. per totum, late hoc pertractantem, Balzaran. in cap.ſi Capitanei nu.12. ver.& vaxallus ſi fecit confederationem &c. quib.mod. feud.amitt. Scheneid.in epit feud.par.8.c.1. nu.175.caſu 30. Scrader.par.9.cap.5.nu.32. cauſ.20.poſt Barbat.num.107.ff.de iudic.ita Alex.conſ.92.num.19.& ſeq.lib.6.Gramat. deciſ. 6. in princ. eleganter Natta in conſ. 174 num.12.& conſ.604.nu.1.in fine, Anan. conſ.7. nu.10.& 11. arg.l.ſi quis,& ibi gloſ. C.de re milit.lib.12 Roſent.d.cap.10. con-
2 cluſ.19.in gloſ.lit.B. & ſi † hoſtem iuuauerit, feudo priuabitur, per text.in cap.Imperialē, §.illud quoque, de prohib.feud.alien. per Federic. cap.1. de form. fidel, & cap.1. de noua form.fidel.Gramat.dec.6.in princ. ſi arma, vel equos inquit, in fauorem hoſtiū tranſmittit, Rolental.d.concluſ.19.in gloſ.
3 lit.A.ſed domino † tenetur vaxallus viam, & tranſitum per ſuum territorium permittere, aliàs feudo priuatur, Afflict.deciſ.265. num.107. & ſeq. vbi ait,& iam videmus de facto, quando Rex venit Neapolim, & expedit ei habere bonam viam per feuda priuata eius iuſſu adaptantur viæ, vt Rex tranſeat, ſequitur Scheneid.de feud.par.8.cap.1. num.177.cauſ.39. Scrader.par.9.cap.5. nu. 33.cauſ.21.theſaur.35. argum.l.per agrum, C.de ſeruit. & aqua, l.iniuriarum, §.ſi quis
4 me prohibeat, ff. de iniur. etenim † hoſtis cenſetur, qui innoxium tranſitum perhibet, cap.fin.23.q.2. quod eſſe poſſet, ſi ſine cauſa vlla recuſet,& hoc ſine dubio ſi tranſitum per viam publicam non permittit, ſecus eſſet: ſtatuit Scrader. d.loco num. 34. ſi per locum ſuum priuatū, ſi abſque damno fieri nequit domino non permittat, arg. l.diuus, ff.de ſeruit. ruſticor.præd. & per l. agrum, C.de ſeruit. & aqua, cum ſimil. niſi qñdo ex cauſa publicę vtilitatis poſtuletur, ſecundum Afflict.in d.deciſ.265.nu.108.vel dominus aliter ad ſuum territoriū, aut ſaltem commodè accedere non poſſet, Iſern. in cap.1.§.ſi quis de mandato nu.14. Aluarot.num.6.Præpoſit num.6. Afflict.num.11. verſ. nunc quæro cum ſeq. Petr. Rauenn. Scheneid. num.7.& Balzeran. num.6. verſ. inferior ex prędictis, ſi de inueſt.&c.Capyc. in inueſt. feud. cap.feudorum argumenta col.2.§.& ſcias nu.85. Scrader.de feud. p.5. cap.6.num.30. Afflict.in citata deciſ.265 nu. 107. argum.l.2. §.rectè, ff.ſi ſeruit.vendic. & l.ſi venditor, ff.de relig.& ſumpt.funer. adeo vt dominus pretium viæ dare non teneatur, Afflict.d.loco num.15.in fine,& ſeq. poſt Iſern. & Scrader.In citatis locis, item & ob publicam vtilitatem, & fauore Religionis,& Eccleſiæ cōſtruendæ, vel ampliandæ, l.1.§.huius ſtudij, ff.de iuſtit.& iur. l.2. §.ſi vſumfructum,& §.locum, ff.de relig.& ſumpt.funer. d.l.ſi quis ſepulcr. ff.de relig. & ſumpt. funer. & frequentiſſimè omnium conſenſu receptum eſt, dominū agrum, vel
5 domum cogendum eſſe vendere iuſto pretio fauore Religionis, vt Eccleſia, vel Monaſterium in ea conſtruatur, quam opinionē expreſsè tenuerunt Bald. Angel. & alij in l.1.ff.ſolut.matrim. Afflict. in conſtit.Regni Procem.q.3.num.10. dicit ſic fuiſſe pronuntiatum in Prætorio Regis Neapolis in fauorem Monaſterij Diui Hieronymi, idem ante eum obtinuit Gul. de Cun. in l.decernimus, C.de Epiſcop.& cler. & DD. omnes paſſim ſcribunt. Cogendum forè quempiā rem propriam vendere cum ea ad publicā vtilitatem neceſſaria fuerit, dicit Couarru.
6 pract.qq.lib.3. † cap.14.num.7.& 8. vſque in finem, ex multis comprobat,& ſi non eſſet fauor Religionis,& publicę vtilitatis nō cogetur, quia domino territorij licitum eſt ex iuſta cauſa alij tranſitum prohibere, & denegare, vt per Bald.in cap.1. num.2. de form.fidelit.& ibi Laudenſ.in fine, Aluarot. in cap.1.num.5.vbi Præpoſit.num.2. Afflict.

cap.2.

cap.2.in princ.nu.17.verſ.viæ publicæ nu.1. quæ ſint regal.Cepoll.de ſeruit.ruſtic.prǽd. c.3.nu.19.Roſent.d.c.10.concl.37.nu.35.& in gl.lit.O.& quis vendere cogitur pro amplia dis Cappellis, locis religioſis, vel ſacris, ex multis firmat Ricc.in deciſ.138. & 147.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio LXXIII.

Amiſſionis Feudi, Cauſa LXV.

THEMA.

Feudatarius ceſſans præſtare ſeruitium militare, ad quod pro feudo tenebatur, feudum amittit. communis.

SVMMARIVM.

1 *Seruitium perſonale militare antiquitus præſtari ſolitum fuit deductum in pecunia.*

2 *Seruitiũ militare pro feudis vocatur adoha, & præſtatur pro quolibet feudo valoris vntiarum viginti.*

3 *Vaxallus ſeruitium ob quod feudum datũ eſt præſtare, ſi recuſauerit, aut non exibuerit, feudum amittit.*

4 *Feudi ex natura ſolitum ſeruitium venit.*

5 *Seruitij præſtationi nulla adeſt dies determinata, interpellatio eſt neceſſaria.*

6 *Interpellatio vaxallum non artat, niſi ad eius notitiam peruenerit.*

7 *Vaxallus contra dominum ſuum nunquã ſeruitium feudi præſcribit, & domino ex capite ignorantiæ datur reſtitutio in integrum.*

8 *Seruitium verbo, vel facto offerri debet.*

9 *Vaxallus ſciẽs dominum periculo imminere tenetur vltra ſeruitium ei præſtare, alias feudum amittit.*

10 *Scientia temporis, & caſus ſeruitij requiſitio non eſt neceſſaria.*

11 *Dies pro homine interpellat, & certa denunciatio fieri non debet.*

12 *Adoha ſolutionis tempore Regia Camera Summariæ abſque monitione expedit prouiſiones executiuas contra feudatarios iuxta taxam.*

1 IN hoc eſt aduertendum, quod † ſeruitium militare antiquitus pro feudis præſtari ſolebat: ſuccedentibus temporibus fuit in pecunia redactum, & ſubrogata loco ſeruitij perſonalis, taliter quod vbi exigitur pecunia non tenetur feudatarius de perſo-
2 na, vt dicit cap. Papæ Honorij, & iſtud † ſeruitium, quod exigitur in pecunia, vocatur adoha, ratione illa quam ponit Iſern. in cap. Imperialẽ, §. firmiter, de prohib. ſeud. alien. per Federic. dicens pro quolibet feudo valoris, ſiue reditus vnciarum viginti ſoluebatur adoha, cum non omnes feudum tanti reditus habebant ex coadunantia aliorum, feuda minoris qualitatis fuit ſeruitium ipſum dictum Adoha, vt per Iſern. in citato loco, & Afflict. ibidem, & Camill. de Curte in ſuo diuerſ. feud. cap. incip. cum igitur in feudo num. 37. & ſeq. & Nos dicimus infra part. 12. dilucid. . . & non eſt alia iuſtior cauſ. benefic. amitt. ſeruitium ob quod feudum datum eſt præſtare recuſauerit, aut nõ exibuerit, dicit text. in cap. 1. §. non eſt alia, quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. vbi omnes etiam Balzeran. nu. 1. & in cap. 1. §. & hic finitur lex &c. vbi omnes etiam text. in c. 1. §. ſãcimus, de feud. ſine culp. non amitt. cap. imperialem, §. firmiter, & ibidem Interpretes omnes de prohib. feud. alien. per Feder. Afflict. in cap. 1. §. fin. num. 18. cauſ. 20. quib. mod. feud. amitt. Iacob. de Ardizz. in ſumma rub. §. & quis ſit, quib. cauſ. feud. amitt. & rub. 68. Plaza in ſumma feud. lib. 2. cap. 1. num. 28. Capyc. in inueſt. feud. §. feudum amitti, col. 29. §. 35. fol. 58. latè Curt. par. 4. num. 61. cauſ. 28. Zaſ. in epit. feud. par. 7. nu. 17. & par. 10. nu. 18. Sonsbech. par. 12. nu. 3. verſ. quarta concluſio &c. Hannetton. de iur. feud. lib. 3. cap. 9. Borcolt cap. 8. num. 12. cauſ. 10. elegãter, & prolixè Mozz. de feud. tit. ex quib. cauſ. feud. amitt. num. 111. nu. 9. priuatione feudi in amittẽdo Scheneid. p. 8. cap. 1. nu. 16. vbi etiam ius Saxonicum eiuſdem tenoris citans Intrigl. in centur. feud. q. 89. cauſ. 23. nu. 118. & ſeq. vbi etiam limitationes iſtius regulæ recenſet, Petr. Iacob. in pract. aur. libell. rubr. 55. ex quib. cauſ. feud amitt. nu. 22. Scrader. par. 9. cap. 1. nu. 4. cauſ. 3. par. 10. ſect. 6. nu 165. & ſect. 9. nu. 39. ibidem Vulteius cap. 11. nu. 22. lib. 1. quamuis expreſsè non fuerit dictum in inueſtitura, quod amittere debeat, ſi ſeruitium non præſtiterit, vt notat gloſ. in d. §. non eſt alia iuſtior cauſa, in verſ. recuſauerit, & poſt eã Aluarot. num. 3. verſ. quæro cum gloſ. Rauenn. & Balzeran. num. 11. eodem loco, cum
4 ex † natura feudi ſeruitia ſolita veniant, Afflict. in cap. 1. in princ. num. 28. quib. ex cauſ. feud. amitt. argum. l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regul. iur. idem Afflict. in c. 1. §. ſimiliter, de cap. Corrad. & in cap. 1. §. fin.

num.2. de capit qui cur.vend. Præpoſit.in
cap.1.quib mod.feud.amitt. verſ.ſed quid ſi
dominus,& ibi Iſern.nu.9. Scheneid.nu.11.
& alij Blanc.lib.1.cap.3.num.37.in verſ.qui
quidem inueſtiti nu.65. Scheneid par.5. nu.
93.Scrader.par.6.cap.6.num.5.qui citat Al-
beric.in ſuo dictio n.in verſ.feudum, & verſ.
quod ſeruitium,& cõſuluit Corn.conſ.139.
num.28. lib.1. & in hoc diſtingue. Primo, ſi
nulla adeſt dies certa,ac determinata,quã-
do ſeruitium debeatur. Secundo,ſi dies ſta-
5 tuta adſit. † Primo caſu non præſtabit, niſi
ſpecialiter, & generaliter ad ſeruitia præ-
ſtandum vocatus non fuerit, vt in cap.1. de
noua form. fidelit. in verſ. generaliter, vel
ſpecialiter, vbi Laudenſ.num.17. Præpoſit.
& alij, Bald. in cap.1. §. vt autem equitas,
num.23.& ibi Aluarot.num.3.Præpoſ.nu.2.
Rauenn.& Laudenſ.nu.14 Iacobin.de San-
cto Georg. in verſ. & promiſerunt eidem
domino num.33.Scrader.par.6.cap.6.nu.42.
verſ.neque tantũ vaxallus,Scheneid.par.5.
nu.99. argum.l.ſi ex tempore, C.de remiſſ.
pignor.Roſental.cap.10.concluſ.15.in gloſ.
lit.F.& ſi longiſſimo tempore vaxallus non
vocatus,non ſeruiret, feudum non amittit,
Ardizz.cap.67. vtrum ſufficiet vaxallo &c.
per text.in cap.licet,ſi de feud.defunct.&c.
vbi Iſern.Beluiſ.Bald.Aluarot Rauen Bal-
zeran.num.4.& tt. text.in cap.1. §.ad hoc,
& ibi Interpretes omnes hic finitur lex,
qui omnes volunt eum, qui ſemper præſu-
mitur paratus ſeruire, ſi requiratur; ſequi-
tur Afflict.num.1.vbi inquit,& ſi per mille
annos ſletiſſet,gloſ.in cap.1.verſ.requiſitus
de noua form.fidelit.Zaſ.d.num.27. etiam
ſi centum annis, Sonsbec.d.par.12.num.9.
etiam ſi nunquã requiſitus Scheneid. par.5.
num. 97. ſi per 30. vel centum annos non
ſeruiret,& Iaſon in prælud.feud,nu.65. Sil-
uan. q.110.num.10. Scrader.d.cap.6.nu.42.
6 verſ. præterea hæc † interpellatio, inquit,
vaxallum non arctat, niſi ad eius notitiam
peruenerit; intellige tamen,dũmodo igno-
rantia vaxalli non ſit craſſa; Aluarot. nu.2.
Præpoſit num.3.in d.§.adhuc hic fin.lex,vel
ipſe vaxallus impediuit, quominus hæc ci-
tatio ad eius notitiam perueniret, arg. l.1.
§.pen.& ibi Bart. ff.quod vi,aut clam,& ſic
7 † vaxallus contra dominum ſuum nunquã
talia ſeruitia præſcribit,etiam ſi per trigin-
ta, centum, vel mille annos non ſeruiret,
propterea quod à domino non fuerit requi-
ſitus,quia dominus videtur eſſe in quaſi cõ-
tinua poſſeſſione, Roſental. cap.8.concl.26.
in gloſ.lit.C.ex alijs,& quod ex capite igno-
rantiæ, detur domino reſtitutio in integrũ,
firmat idem Roſental.ex multis communi-
bus opinionibus cap.5.concluſ.8. num.vlt.
& in gloſ.C.& E. Secundo caſu ſi dies cer-
tus adſit,& quo tempore debeatur adoha,
quod in feudis conditionatis plerumq; con-
uenitur non præſtat ſeruitium, amittit feu-
dum;nam tali caſu dies interpellat pro ho-
mine, l magna, C. de contrahend. & comm.
ſtipul. l.mora ſolut. matrim. Bald.in cap.1.
de noua form.fidelit.num.6.ex ratione,quia
in his tempus neceſſitatem operarum de-
declarat, Balzeran.ibidem nu.43.in fin. Bal.
in d.cap licet num.1. Aluarot.num.1. Afflict.
8 num.1.& 2.vbi tradit quando † ſeruitium
verbo,vel facto offerri debeat,vt in imm o-
bilibus.verbo,& facto fiat oblatio,quod an-
te eum Bal. ibidem tradidit, Præpoſ.& Ra-
uenn.ſi de feud.defunct. &c. Iſern. in cap.1.
§.nec alia iuſtior cauſa num.34 & ibi Alua-
rot. in §.quæ fuit prim.cauſ.bene.amitt. &
ibi Afflict.nu.2. Iſern.in cap.1.§.nemo co-
gitur num.5.an illi,qui interf.fratr.dom.ſui,
Rauenn. Laudenſ.num.2. Ardizzon.cap.68.
quib.cauſ.vaxall. deb. ſeruitium præſtare,
Cert.iun. par.4.num.61. cauſ.28.verſ.ſecun-
do ſublimiia,vbi communem dicunt Moz.
vbi ſupra num.111. cauſ.9. in omittendo,
verſ.quidã tamen lib.5.Duaren.in ſuis com-
mentarijs cap.14. num.12. Scheneid. par.5.
nu.98.verſ.ſecundo niſi ſeruitium &c Scra-
der.d.par.6.cap.6.num.38.verſ.vel niſi con-
uentum fuerit, Hannerton.lib.3.cap.9.Iaco-
bin.in rubr.59.num.10. Bald.conſ.191 inter
cætera pacta lib 1. & quod non ſit conſide-
randa interpellatio,firmat per tex.in d.cap.
9 licet, vbi quãdo † vaxallus ſcit dominum
periculum iminere tenetur vltro ſeruitium
præſtare,alias feudũ amitti, quamuis ſi re-
ſciret tale periculum ſatis forei, ſi domino
petente paratus eſſet ſeruire, ecce qualiter
10 ibi ponderatur † ſcientia temporis, & ca-
ſus quo vaxallus tenetur ſeruire,& tunc re-
quiſitio non eſt neceſſaria, ſic in propoſito
ex quo vaxallus ſcit obligatũ fore in diem
præſtandam annuã penſionem non ſoluen-
do, non poteſt dici etiam ſi non requiſitus
non negligens, & ſic feudo priuari debet,
faciunt notata per Imol.in cap.breui, extra
de iure iur. dum dicunt, quod dies certa
pro homine interpellat,& quod non debeat
fieri denunciatio, faciunt notata per Bart.
in l.denuntiaſſe, §.fin.ad l.Iul.de adulter.
Bald.in d.l.magna, not 3. C.de contrah &
committ. ſtipul. facit etiam optimè ad hoc
cap.ad Apoſtolicę,verſ poſſet etiam repre-
hendi, iuncta gloſ.de re iudic.lib.6. Roſent.
cap 8.concluſ.26.in gloſ.lit.H.ex alijs rella-
tis communibus opinionibus concludit Sil-
uan. vbi ſupra, & de feudo ſoluitur canon
tribu-

Digitized by Google

tributum cenſum, vel aliud ob non ſolutionem in tempore debito factam, feudũ amittitur, vt ex multis pro, & contra, concludit Roſental. d. cap. 10. concluſ. 34. & in Regno
12 Neapolitano ſeruatur, quod ſtatim † adueniente tempore adohæ ſoluendæ abſq; monitione Regia Camera expedit prouiſiones executiuas cotra feudatarios debitores iuxta eorum taxam, & non conſtituuntur in mora, quia fiſcales in hoc ſunt valdè diligentes.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio LXXIV.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXVI.

THEMA.

Feudo conceſſo à non habente poteſtatem concedendi, conceſſionarius illud amittit.

SVMMARIVM.

1 *Feudum à non habẽte poteſtatem concedendi, ipſum amitti.*
2 *Minor furioſus & prodigius alienãdi poteſtatem non habent.*
3 *Fœmina luxurioſè viuens, feudum amico ſuo dare non poteſt.*
4 *Qui non poteſt alienare, non poteſt infeudare.*
5 *Feudum concedens propter luxuriam conceſſum non valet, nec datum ex cauſa ludi.*

1 RAtione eius, qui † feudum dedit, quia ipſum concedendi poteſtatem no habeat, qui accipit, ipſum amittit, & qui talẽ poteſtatem non habent ſunt Prælatus qui non conſueta infeudare non poteſt, vt in cap. 1. in princ. Episc. vel Abbat. vbi DD.
2 omnes, item, † minor furioſus prodigus, quibus bonis interdictum eſt alienandi licentiam ademptam, l. is cui, vbi Doctores ff. de verb. oblig. l. furioſi, & ibi Det. Cagnol. & alij de regul. iur. iuncto cap. 1. ſ. noui vero, per quos fiat inueſt. Ardizzon. in ſum. feud. rub. 14. Scrader. par. 1. cap. 1. nu. 60. Vulteius lib. 1. cap. 1. num. 4. Ardizzon & Boreolt. in
3 citatis locis par. 1. 6. num. 25. item † fœmina luxurioſè viuens, non poteſt dare feudum ſuo amaſio, vel ſi ſit mulier Longobarda, que non poteſt aliquid alienare ſine conſenſu Mundualdi, Ardizzon. rub. 13. Aluarot. in ſ. fœminã nu. 5. Afflict. ibidem nu. 2.
4 Iacob. Rauenn. in ſ. non ſolum, quib. mod. feud. amitt. & ita intelligitur d. cap. 1. ſ. fœminæ, per quos fiat inueſt. Iacobin. in 1. rub. ſ. fœmina dare in feudum, quod intellige de fœmina luxurioſè viuente, vel de Longobard. ſine Mundual d. & adeo hoc fieri non
5 debeat, quod etiam ſi † alius dominus propter luxuriam certa feudalia conceſſit, interdum reuocantur tanquã ſacra ob turpẽ cauſam, arg. l. & mulieris, ff. de verb. ſignif. puta quia aliquis dominus dedit alicui feudum, vt haberet eius filiam, certè non valet ipſa infeudatio, & poteſt reuocari; idem ſi inueſtitura eſſet facta in ludo, vel ex cauſa ludi non valeret, & reuocari poſſet, per text. in l. 2. ſ. 1. quarum rerum actio non detur, & ita dicit Iacob. de Ardizz in d. ſ. & nõ ſolum, idem ſi fuerit facta inueſtitura ab eo, qui tenetur de euictione, puta quia fuerit facta de feudo alterius, vt de extraordinaria cauſa, ſ. generaliter, & ſ. qui accepit, & à qua inueſtitura fieri non poteſt, & generaliter a quibus alienari non poteſt, vt dicit idem Iacobin in 1. rubr. ſ. conceditur, vbi commemorat tales perſonas, & Afflict. quib. mod. feud. amitt. num. 24. & ſeq. cauſa amiſſionis feudi 12.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio LXXV.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXVII.

THEMA.

Dominus ſi facit bannum, vel mandatum vt vaxalli oſtendant titulum feudi tenent infra tot tempus, & non oſtenderint, poſſunt feudo priuari communis, & idẽ de emphyteota, & de beneficio clerici.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus conuictus rem eſſe feudalem à domino et precips poteſt, vt oſtẽdat titulum, & non oſtendens, amittit.*
2 *Vaxallus conuictus cogitur oſtendere titulum,*

tulum, ſiue inueſtituram feudi quod poſ-
ſidet.
3 *Vaxallus non habens ſcripturam inueſti-*
turæ, & tituli feudi per alias probatio-
nes oſtendet.
4 *Vaxallus cogitur oſtendere titulum, ſi fa-*
tetur ſe eſſe ſubuaxallum.
5 *Titulum ſuæ poſſeſſionis vt nemo oſtende-*
re cogatur per l.cogi, C. de petit. hæred.
non procedit in feudis, & regalibus.
6 *Regalia poſſidens titulum domino oſten-*
dere tenetur.
7 *Clericus beneficium poſſidēs, tenetur eius*
titulum oſtendere.
8 *Emphiteota confitens rem eſſe emphiteo-*
ticam, tenetur oſtendere titulum.
9 *Vaxallo comminando mandari poteſt, vt*
edat titulū, & non edens, priuatur feudo,

IN hoc eſt diſtinguendum: Primo, ſi va-
xallus negat rem eſſe feudalem. Secūdo,
1 ſi confitetur, feudum eſſe. Primo caſu † eſt
videndum ſi eſt feudum, & vaxallus conui-
ctus, poteſt dominus ſub cōminatione amiſ-
ſionis feudi præcipere etiam per bannum,
& ſic ſi in vtroque caſu titulū non demon-
ſtrabit, feudum amittit, quia in feudorum
inueſtituris tractatur de contractu de re
communi, in qua dominus directum, & va-
xallus vtilem dominium habet, & ſic de iu-
re domini, & vaxalli, qui ad paria iudican-
tur, per text.in cap.1.de form.fidelit. certis
exceptis caſibus, vt per Afflict.in d.cap.1. &
Capyc.in inueſtit.feud.cap.feudorum domi-
nia, §.parilitas col.7.& ſeq.vbi 22.paria, &
9. diſparia recenſet, Ficard.ad Villalops li-
tera V. poſt num.3. in hac ſpecie Borcolt.
cap.8.num.131.& ſeq.Matth.Goler.de pro-
ceſſ.execut. par.1. cap.9. num.69. & par.2.
cap.3.num.270. Felin.in cap.dilecti nu.1. de
maior.& obed.Roſental.de feud.cap.8.con-
cluſ.33. nu.6. & in gloſ. litera C. & dicemus
infra in part.12. dilucidat.7. & plurib.ſeqq.
2 & † eſt indubitatum, vt vaxallus titulum,
ſiue inueſtiturā edere tenetur, vt per Hern.
qui latè hanc quæſtionem diſputat in cap.
Imperialem, §. illud quoque præcipimus
num.66. & ſeq. vbi in fine in hanc ſenaentiā
reſider, ſi fundata ſit intentio actoris domi-
ni hoc eſt, ſi appareret eſſe vaxallū de pro-
hib.feud.alien.per Feder.vbi Afflict. nu.10.
& plur.ſeqq.Balzeran.nu.17.verſ.facit pro
alia &c. Iaſ.in prælud.feud.num.51.& in l.2.
q.16.C.de iur.emphit. Aluarot.in cap.1.in
princ.num.9.vbi Afflict.num.36.verſ.fallit,
& num.38. verſ.8. nota, vbi de alijs proba-
tionibus agit, ſi ſcripturam non habet va-
xallus, & dixi in meo conſ.85. per totum,
Rauenn.ibidem in fin.de controuerſ.inueſt.
Bald.in cap.vaxallus ſi feudum nu.10. ſi de
feud.defunct.content.ſit, in l.inſtrumenta
num.7. C.de fideicommiſſ.& in l.ceſſante 2.
num.7. C.quomodo, & quādo Iudex, Iaco-
bin. in verſ. dictiq; vaxalli promiſerunt re-
cognoſcere num.17. Capyc.in inueſt.feudo-
rum editiones col.penult. §.retuli fol.182.
Borcolt. cap.8. num.117. & ex alijs Piſtor.
q.46.lib.2.num.2.par.2.Corbul.in tract.de
iure emphit. ex cauſ.priuat.3.nu.1. Intrigl.
in ſua centur.feud.q.69. num.4. Mozz.de
natur.feud.num.109.Dec.conſ.61.pro tenui
facultate nu.2.Ruin.conſ.30.lib.5.Roman.
conſ.163.col.fin.in princ num.6. Roland. à
Valle conſ.89. & ſi eſſet feudum ligium nu.
20.& ſeq.lib.2.Buriat.col.49.illuſtris quo-
dam nu 10.vbi multos allegat lib.1. Afflict.
deciſ.265.num.78.Scheneid.par.5.num.118
in fine, Scrader.par.6.cap.6.num.111. Vul-
teius cap.3.nu.17.lib.2 de feud. addens do-
minum directum etiam ſub vaxallo man-
dare poſſe, vt oſtendat inſtrumentum ſub-
feudi, poſt Io.Fab.in §.præiudiciales, inſt.de
action. Roſental.vbi ſupra in gloſ.litera D.
4 † quod verum eſt, ſi ſubuaxallus ſe ſubua-
xallum eſſe fateatur, iuxta adducta per Fri-
tiam de ſubfeud.lib.2.author.36.ſed ſi ſcri-
pturę ſunt penès dominum longi temporis
poſſeſſio ab editione tituli dominū, vel va-
xallum immunem redit, vt per Her.in d.§.
illud quoque num.66.de prohib.feud.alien.
per Federic.& ibi Afflict.num.33. & ex no-
tatis per Borcolt. d.cap.8. nu.119. Vulteius
vbi ſupra cap 3. num.17. lib. 2. non obſtat,
quod nemo ſuæ poſſeſſionis titulum ædere
5 tenetur, † per l.cogi, C.de petit. hæred. &
ibi DD.glo.in cap.ordinarij 3. in verb.exhi-
beri, de offic.ordin. & gloſ.fin.in cap.1. de
regul.iur. in 6. Iaſ. in §.actionum num. 20.
inſtit. de actionibus, & præcitati Doctores
omnes, & qui ius in re prætendit oſten-
dere tenetur quo titulo, & iure prætendat,
Aluarot. in dict. cap.1. num. 9. & Rauenn.
in fine de controu.inueſtit.vbi Afflict.nu.36
(regulam d.l.cogi 20. modis limitans, inter
quos hæc eſt octaua declaratio) Bald. in
l.ceſſante, C.quomodo, & quando Iudex, &
ibidem Io.de Platea, Iaſon in prælud.feud.
num.51.Balzeran.in d.§.illud quoque præ-
cipuum nu.17.& 18.de prohib. feud. alien.
per Feder.Capyc.vbi ſupra, Freccia de ſub-
feud.lib.2.author.3.nu.13. Maſcard.de pro-
bat concluſ.1372.num.36.lib.3.& ex alijs
Roſental.cap.8.concl.33.in gloſ.lit.E.& K.
alias ſi titulum non oſtenderet, ex illa con-
feſſione res præſumeretur eſſe domini, &
libera, cum quoties confitenti præſumptio
iuris

iuris reſiſtit, confeſſio pro parte acceptari,
& pro parte refutari poteſt, Afflict. in d. §.
illud quoque præcipuũ nu. 12. per l. ciuile,
C. de furt. cap cum contingat, ibi rationabi-
lis cauſa oſtendatur, de decim. Bald. in d. l. 2.
C. quomodo, & quando Iud. Hartman. Piſt.
q. 46. num. 7. lib. 2. DD. in l. ſiue poſſidetis,
C. de probat. Iaſ. d. num. 51. & dum ius com-
mune poſſeſſorj reſiſtit, aut præsũptio con-
tra eum eſt, is titulũ edere tenetur, ex com-
muni, Maſcard. d. concl. 1372. num. 31. DD.
6 in d. l. cogi vnde regalia † poſſidens, Princi-
pi titulum oſtendere debet, Afflict. in d. §.
illud quoque num. 34. & ibidem Balzeran.
num. 17. in fin. & ſeq. Luc. de Penna in l. qui-
cumque, §. 2. C. de fund. limitroph. lib. 11.
quem citat, & ſequitur Capyc. in d. c. feuda-
tariorũ editione col. 3. §. limita primo &c.
fol. 181. Rolan. a Valle conſ. 89. nu. 24. lib. 2.
7 Item eſt de † clerico beneficiũ poſſiden-
te, vt per Maſcard. d. concl. 1372. lib. 3. per
tot. per d. cap. ordinarij, vbi Philipp. Frãch.
de beneficio ad feudũ argumentari, de offic.
ordin lib. 6. & DD. in c. licet Heli, de ſimon.
Borcolt. d. cap. 8. nu. 117. in fine, Piſtor. q. 40.
num. 3. lib. 2. Imo magis hoc in clerico, &
ſine vlla diſtinctione procedere quidam af-
firmãt, qui tamen inter feudum antiquum,
& nouum diſtinguere videntur, Iſern. in
d. §. illud quoque, nu. 67. Iacobin. vbi ſupra
num. 20. Balzeran. d. num. 17. verſ. facit pro
alia &c. Capyc. d. loco col. 3. in verſ. qui &c.
argum. cap omnes baſilicæ 17. q. 7. Bald. in
l. 2. num. 7. C. quomodo, & quando Iudex, &
8 idem in † emphiteota confiteri rem emphi-
teoticam ipſum tenere, per text. in d. l. Ti-
tius, ff. de action. empt. & ibi Aluarot. Spe-
culat. in tit. de locat. §. nunc aliqua nu. 268.
q. 141. per text. in l. creditor in fine princ.
ff. de action. empt. in l. inſtrumenta, C. de fi-
de commiſſ. Iaſ. in l. 2. num. 175. C. de iure
emphit. & cauſa priuationis 3. Piſtor. d. q. 46.
num. 4. lib. 2. Abb. conſ. 74 duo ſunt princi-
palia, num. 1. lib. 1. & ſic dominus directus
ſub pena caducitatis vaxallo imponere po-
teſt, & vaxallum tenere titulum poſſeſſio-
nis feudi, vltra pracitatos, reiectis contra-
rijs firmat Roſental. d. cap. 8. concl. 33. nu. 6.
9 7. 11. & 17. † & ei mandare ſub commina-
tione, ſi infra tot tempus non edat, comodo
feudo ſit priuandus, quod fuit originale di-
ctum Innocent. & Canon. in cap. G. perpe-
tuum, de fide inſtrum. quem ſequitur Bald.
in cap. vaxallus ſi feudum nu. 10. ſi de feud.
defunct. contr. ſuer. Iacob. vbi ſup. num. 175.
Intrigl. d. centur. q. 69 num. 495. Afflict. in
cap. 1. §. item ſi quis feudum, quib. mod. feud.
amitt. num. 33. cauſ. amiſſ. feud. 16. dicit, quod
ſi nõ comparet cum titulo, feudo multatur, & ita hodie practicatur in inuentatijs, ſeu in feudorum reintegratione, comprobat quicumque beneficium, de feudis, & beneficijs comprobat ex Baldo in auth. ſi omnes, C. vt ſe ab hæred. abſtin. Card. conſ. 74. & 129. & quod facit lex qui reſtituere ff. de reiuend. l. tutor qui repertoriũ, de offic. tutor. Iſern. in cap. ſancimus nu. 12. quo tempore miles, Raynaud. in cap. Imperialem, §. prętere a ſi inter, num. 16. de prohib. feud. alien. per Federic. Ardizzon. in ſua ſumma rubr. 22. Blanc. lib. 2. cap. 1. num. 119. Iacobin. verſ. dictiq; vaxalli num. 9. Capyc. in inueſt. feud. amitt. col. 15. caſu 45. fol. 65. Peregrin. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. de public. bon. num. 32. Loffr. conſ. 45. magnificus Federicus, Natta conſ. 593. & conſ. ſeq. num. 19. Panorm. in cap. ex tranſmiſſa num. 2. de foro compet. Roſent. cap. 10. concl. 30. in gloſ. literis Ee.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio LXXVI.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXVIII.

THEMA.

Bona vacantia de regalibus ſunt, & Fiſcus in eis ſuccedit, ipſiq; applicantur, & ſunt, quæ ſine legitimo hærede, & ſucceſſore, vel hærede renuntiãte decedens relinquit, & Fiſcus loco hæredis eſt communis.

SVMMARIVM.

1 *Bona vacãtia inter regalia numerantur, quæ Fiſco, Imperatori, vel Regi applicantur.*

2 *Bona vacantia alijs quam Fiſco applicari, ex conſuetudine induci poſſe, & valere.*

3 *Bonis vacantibus ſuccedendi priuilegium non ſeruatur, niſi proprio motu fuerit conceſſum, ſed ſuccedit Fiſcus.*

4 *Bona vacantia ſunt quando quis ſine hærede legitimo ab inteſtato, vel ſine teſtamento decedit, & ſuccedit Fiſcus.*

5 *Hærede repudiãte hæreditatem, & qui bona hæreditaria adiens non adeſt, bona*

bare

hæreditari dicitur vacare, & Fiſco applicantur.

6 *Bonorum vacantium tertia pars applicatur in eleemoſynis pro anima defuncti, cuius bona fuerunt.*

IN hac parte ſucceſſionũ ſine legitimo hærede decedente,& in eius bonis, qui ſuccedant dico, cum eius bona dicãtur vacantia,
1 & inter regalia connumerantur bona ipſa Imperatori, Regi, vel Fiſco debentur, & nõ alijs, regalia non habentibus, cap. vnico, vbi Scribentes omnes, quæ ſint regal. vbiq; ſic dicit Afflict. in verſ. bona vacantia, quæ nemini cõpetunt, niſi ex priuilegio motu proprio conceſſo, vt etiam tradit Iacobin. de feud. in verſ. cum mero, & mixto Imperio nu. 17. addens, vel ex conſuetudine, allegãs Bart. & Angel. in l. 1. C. de bon. vacant. lib. 10 l. 1 ff. de iure Fiſci, Peregrin. in tract. de iure fiſc. de bon. vacant. tit. 3. nu. 19 & ſeq. lib. 4. Boſſ. eod tit. hic facit ſolus titulus C. de bon. vacant. lib. 10. & l. 1. ff. de iure fiſci, in quibus locis hoc communiter Doctores firmant.
2 Sed † ex conſuetudine induci poſſe, vacantia bona alijs applicari, & valere, per text. in l. 1. & 4. C. de bon vacant. Tiraquell. in in tract. le mort. ſaiſit le vif, par 2. limit. 15. nu. 4. poſt multos Petr. de Gregor. Tholoſ. in ſintagm. iur. lib. 3 cap. 12. nu. 15. Vulteius de feud. cap. 5 num. 7. verſ. nono ius bon. va-
3 cant. lib. 1. & † priuilegia talia remoueri poſſe, niſi proprio motu ſint conceſſa, per l. 1. & 2. C. de pet. bon. ſubl. lib. 10. in terminis gloſ. & Bart. in d. l. 1. Afflict. vbi ſupra in d. verbo bona vacantia num. 13. Petr. de Gregor. d. loco num. 8. Peregr. d. nu. 19. circa finem, Alex. conſ. 31. num. 4. lib. 1. ſatis opti-
4 mè † bona enim vacantia ſunt quando quis ſine hærede legitimo, vel abſq; teſtamento
5 ab hac luce diſcedit, aut † hæres hæreditatem repudiat, bona ipſa ad Fiſcũ deuoluuntur, per text. in l. 1. & in l. vacantia, & vtrobique Doctores C. de bon. vacant. Hern. Afflict. & Aluarot. in dictis locis, Borcolt in d. cap. vnic. quæ ſint regal. num. 67. & ex alijs Roſental. de feud. cap. 5. concluſ. 52. in gloſ. lit. B. in fine, eſt etiam text. in l. quidã, §. quoties, de leg. 1. Peregrin. vbi ſupra, & dicuntur Fiſco incorporari, vt in d. l. 1. C. de bon. vacant. & incorporare eſt bona vacantia, & quæcumque alia ad Fiſcum pertinentia quaſi in corpus Fiſci redigere, quæ licebit, deſcriptori ſollemniter ſumma cura annotare, & publicare, & alias vt per Borcolt.
6 dicto loco num. 68. † per conſtitut. Regni Neapolitani edita per Regem Gulielmum, eſt prouiſum, quod bonorum vacantium, quæ Fiſco applicantur tertia pars ipſorum erogetur in eleemoſynis pro anima illius ſi e hærede decedentis, ex quo notatur bonitas illorum Regum.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio LXXVII.

Amiſſionis Feudi, Cauſa LXIX.

THEMA.

Bona vacare dicuntur, & Fiſco applicantur, ſi decedens caret deſcendentibus, aſcendentibus, & conſanguineis, ſiue coniunctis vſque ad decimum gradum incluſiuè, & affines excluduntur à Fiſco. 5

SVMMARIVM.

1 *Bona vacantia, quæ Fiſco applicantur, ſunt quorum dominus ſine hærede legitimo, vel ab inteſtato diſceſſit.*
2 *Sine hærede decedere dicitur, qui nõ habet conſanguineos vſque ad decimum gradũ incluſiuè.*
3 *Fiſcus excluditur ab omnibus, qui de iure ciuili, vel prætorio defuncto ſuccedunt.*
9 *Affines excluduntur à Fiſco.*
5 *Fiſcus ſocero, & ſocræ præfertur.*
6 *Lex loquens in vno caſu, non eſt trahenda ad alios caſus.*

1 BOna † vacare, & ad Fiſcum peruenire debere, quando quis ſine legitimo hærede, vel ab inteſtato decedit, & eſt quando
2 † decedẽs caret deſcendentibus, aſcendentibus, & conſanguineis vſque ad decimum gradum incluſiuè non habet, per tex. in l. 1. C. vnde cognati, l. non facile, C. de gradib. §. fin. inſtit. de ſucceſſ. cognat. Nouell. de hæred. & falcid. §. ſi verò, in quibus locis Doctores omnes Afflict in d. tit. quæ ſint regal. in verſ. bona vacantia, & Peregrin. de iure fiſci tit. 3. num. 3. lib. 4. Cacheran. deciſ. Pedemont. 53. num. 12. in illis bonis vacantibus
3 † Fiſcum excludũt omnes illæ perſonæ, quę de iure ciuili, vel prætorio ad ſucceſſionem defuncti admittuntur, & Fiſco præferuntur, d. l. 1. & d. l. vacantia, C. eodem, & l. 2. C. de

petit.

petit.bon.ſublat.lib.10.& eſt caſus in d.l.1.
C.vnde vir & vxor. dicit Peregrin.de iure
4 fiſci lib 4 eod tit 3.num 3. ſed † affines ex-
cluduntur à fiſco, toto titulo, C. de hæred.
Decurion.Naucul. cohortal.milit.&c. & in
auth.omnes peregrini, de ſucceſſ.quia iure
affinitatis non ſucceditur, l. affinitatis, C.
5 commun.de ſucceſſ. adeo quod † Fiſcus ſo-
cero præfertur, Fulgoſ.Roman.Paul.Alex.
Iaſon,& Dec.in l.1.C.vnde vir & vxor.& in
d.l.affinitatis, per Scribentes Bald. in l.fin.
col.4. C.vnde legit.quamuis idem Bald.in
aliam ſententiam ductus contra deciderit
in d.l.1. per quaſdam rationes, arguendo à
viro,& vxore; ad ſocrum, & ſocrā,& male,
quia hæreditates defunctorum ex legibus
deferuntur, §.1. inſtit. de hæred. ab inteſt.
6 defer. † lex autem poſitiua expreſsè loqui-
tur de viro,& vxore,non igitur trahenda
ad alias perſonas, Peregrin. d.loco num.5.
& ſeq. vbi de alijs perſonis Fiſcum exclu-
dentibus ſunt & alij, qui præter agnatos, &
cognatos, vxores, ex particulari priuilegio
in bonis vacantibus Fiſcum excludunt, vt
in eis non ſuccedat, de quibus alijs in dilu-
cidationibus hac eadem parte.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio LXXVIII.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXX.

THEMA.

Bona vacantia diuerſis locis exiſtentia applicantur vniuſcuiuſq; loci Fiſco,ſeù domino regalia habēti, & Fiſcus loco hæredis eſt. communis.

SVMMARIVM.

1 *Bona vacātia in diuerſis locis exiſten-*
tia pertinent ad vnumquemq; ex do-
minis iuriſdictioni: diſtinctè habentis Fi-
ſcum, & num.2.
3 *Ciuitas qualibet habet territorium diſtin-*
ctum, & dicitur procuratrix Fiſci.
4 *Fiſcus vnuſquiſq; occupat bona vacantia*
ſui territorij, quia in eis ſuccedit.
5 *Fiſcus cum loco hæredis ſit, agere poteſt*
contra debitores hæreditarios, cuius bo-
na ſunt confiſcata.
6 *Bona vacantia in diuerſis locis exiſtentia*
bona mobilia capit Fiſcus domicilij im-
mobilia Fiſcus cuiuslibet loci.

1 BOna † vacantia,vel alia confiſcanda, ſi
in diuerſis territorijs ſint ſita,ea perti-
nent ad vnumquemq; ex dominis territorij
licet alibi cōfiſcatio facta ſit,& hæc eſt con-
cluſio magis recepta dicit Roland. à Valle
conſ.78.num.14.& probatur ex notatis per
Bart.& Doctores in l.cunctos populos, col.
fin. verſ.ſi vero, C.de ſumma Trinit. & fide
cathol. vbi in ſecundo capite diſtinguendo
in quibus, quod quando ſunt diſtinctæ, &
burſæ fiſcales ſunt ſeparatæ, ſi publicatio
fiet de iure communi, quod extendatur ad
2 alia bona, alias † quælibet Ciuitas habebit
bona in ſuo territorio exiſtentia.quod pro-
3 batur, quia † quælibet ciuitas eſt procura-
trix Fiſci, ſed ſi eſt Fiſci procuratrix, & ad
vtilitatem fiſcalem, ad ipſius officium ſpe-
ctaret eius occupatio, & incorporatio bo-
4 norum,& ſic ad † vtrumq; Fiſcum, ſi bona
in diuerſis territorijs ſita ſint ſpectabunt
pro equali rata pro illa parte, pro qua in
cuiuslibet territorio exiſtet, & idem Bald.
in l.ex facto ff.de hæred.inſtit.poſt Petrum,
ibi per eum citatum, quod ſi confiſcantur
bona alicuius qui in diuerſis territorijs ha-
bet bona, quorum quilibet habet ſeparatā
burſam fiſcalem vnuſquiſque Fiſcus occu-
5 pabit bona ſui territorij, & cū † Fiſcus ha-
beatur loco hæredis, l.tutoris, C.ad leg.Iul.
de vi publ. l.4.C.de bon.quæ liber. quilibet
Fiſcus agere poteſt contra debitores illius,
cuius bona ſunt confiſcata,& pariter Fiſcus
quilibet creditoribus defuncti cuiuſlibet ſui
territorij vbi bona confiſcata ſunt ſita de-
bita ſoluere tenetur, ſequitur Alex.conſ.31.
col.1.& 3. verſ. & primo non obſtat lib.1.
Aret.conſ.10.col.fin.in princ.Bolog.conſ.35
col.3.Angel.in tract.de malefic.verſ.& eius
bona publicentur num.5.& ibi latè Adden.
Paul.de Caſtr. conſ.86.col.2. ſecundum ali-
quam impreſſionem Afflict. in cap.1. §.fin.
num.35.quib.mod.feud.amitt.& in dec.282.
col.fin. Crau.conſ.182.col.1. Rebuff. conſ.
17.col.antepen.Ruin.conſ.49.col.4 in fine
lib.2. & hanc communem opinionem eſſe
Canoniſtarum,& Legiſtarum dicit Roman.
conſ.50. Ægid.in tract.de regul.num.5. Ro-
land.à Valle d.conſ.78.nu.14.& 15.& conſ.
17. lib.2. Peregrin. vbi ſupra num.21. & ex
alijs Roſental. d.cap.5. concluſ.52. in gloſ.
lit. B. & ſi bona vacantia ſint in diuerſis lo-
6 cis † ſitis Fiſcus domicilij capiet mobilia,&
Fiſcus cuiuſlibet loci capiet immobilia,Bar.
Soccin. conſ.105. num.5. lib.1. & conſ.26.
num.16.

num.16. eodem libro, Iul. Clar. in §.final. quæſt.78.num.26.& ſeq. lib.5. ſentit, & alij præcitati Doctores diſtinctè, vt prædictum eſt.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio LXXIX.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXXI.

THEMA.

Rebellis is eſt, qui Imperatori, Regi, aliouè Maieſtatem habenti, vel eorum Magiſtratibus ipſo facto reſiſtit, vel obedire non vult, is rebellis feudum amittit. communis.

SVMMARIVM.

1 *Fidelitatem domino ſuo quis præcipuè præſtare tenetur maximè quod iurauit, & inobediens Regi, vel ſuo Locumtenenti, eſt infidelis, & feudum amittit.*

2 *Vaxallus diſponens ſe contra capud Imperij, vel eius officiarium, Locumtenentem, vel Rectorem, & illius ſtatum crimen Maieſtatis committit.*

3 *Rebellis dicitur is, qui Imperatori, Regi, & Maieſtatem habentem eorumq; Magiſtratibus reſiſtit, & inobediens eſt.*

4 *Rebellis propriè vt quis dicatur requiri vt contra ſtatum, & proſperitatem quid fiat.*

5 *Rebellis feudum amittit.*

1 Feudatarius † fidelitatem domino ſuo
præcipuè præſtare tenetur, & tãto magis cum iuraméto promiſſam, qui ergo Regi, eiuſq; filio, vel alius eius nomine gubernanti in his, quæ ad Regni regimen, & proſperitatem pertinẽt, vel ad Regem contingant, inobediẽs fit. nedum fidelitatem ſimpliciter non obſeruat, & eſt infidelis, vt in cap.1. §.ſciendum, & gloſ. ſ.reſponſ. & inimicum ſe exhibet, & cum nõ obedit, & obedire tenetur, vt in 50.diſtinct. §.ſi quis Diaconus, & ibi gloſ.ſed læſæ Maieſtatis crimen committit, vt ad literam habetur ex text.in extrauag.quoniam, tit.qui ſint rebelles, & ibi Bart.ex illo tex.hanc concluſionem po-
2 nit, quod qui ſe † opponit contra capud, & Regnum, ſiue Rectorem eius, & illius ſtatũ, vt l.1.ad l.Iul.Maieſt. ideo dicit text. quod etiam inobedientes, & rebelles nè dum capiti Imperij, vel proſperitatem ſui capitis, ſiue Rectorem illius, crimen læſæ Maieſtatis committit; firmat Io. de Terrarub. in
3 tract. contra rebelles art.6. tract 3. rebellis ab Imperatoribus vocatur is, qui Imperatori, vel alio poteſtatem habenti, eorumq; Magiſtratibus ipſo facto reſiſtit, vel obedire non vult, Angel.in l.2.§.fin.num.2.ff.de iudic. Ancharan.in clem.paſtoralis, de re iudic. Boſſ.in tract.crim. tit.de crimin. læſæ maieſt. num.68. & ſeq. Panorm.in cap.ſanè quia, num.4 de offic.& poteſt.Iud.deleg. vbi Dec. conſ.4. num.3. Guid.Papa deciſ. 589. num.5. Afflict.in cap.1 § item fidelis nu.28. quib.mod.feud.amitt. Thom.de Marin. de gener. & qualit.feud. tit.2. par.2. num.200. Gigas de crim.læſæ Maieſt. rubr.de rebell. quæſt.1.& 2. Detian.in tract.crim.lib.7.c.7. num.24.& latè num.32.de rebell.nu.1.& 2. eod.lib. Peregrin.de iure fiſci lib.1.cap.8.de rebell.&c. num.8.Brun.conſ.28.num.1. Iaſ. conſ.86.num.3.lib.3. Deci.conſ.604.num.1. Marian.Soccin.iun.conſ.68.num.148.lib.3. Natt.conſ.180. num.19. lib.3. & conſ.596.
4 lib.4. † & propriè vt quis dicatur rebellis, requirit aliquid fieri contra ſtatum, & proſperitatem Imperij &c. ſicut dixit idem Gigas d.quæſt.5. num.1. Detian. d.conſ.32. num.2. addens hodie appellari rebelles, qui ſubtrahunt ſe ab obedientia Principis ſui, & tranſeunt ad hoſtes, ſic Bart.in d.extrauag. quoniam, verſ. rebelles num.2. qui ſint rebelles, Bald. in l.amiſſione, §.qui deficiunt num.1. & 3. ff.de capit. dimin. Detius conſ. 606.num.2.Brun.vbi ſupra, Ioan.Leonard. conſ.114.inter conſ.Brun.num.40. Roſent. de feud. cap.10. concl.35.num.24.& cap.5. concl 69. & Iul.Clar. in §. læſæ Maieſtatis, multa Capyc.in deciſ.130.per totum, ibiq;
5 addentes, & † rebellis feudum amittit, vt probatur per cap.ad Apoſtolicæ de ſent. & re iudic. lib.6. clem.paſtoralis, de re iud. vtrobique Canoniſtæ ordinariè Afflict. in cap.1.§.item ſi fidelis nu.25.26.& ſeq.§.fin. num.20.cauſ.39. quib.mod.feud.amitt. item Afflict.in cap.1. §.fin. nu.13.de pace iuram. firm.Scheneid.de feud.par.8.cap.1.nu.547. cauſ.28.Scrader.de feud.par.9.cap.8.nu.19. cauſ.38. Intrigl in centur.feud. q 98.nu.47. cauſ.203. Gigas in tract.de crim. læſæ Maieſt. quæſt.25.num.2. Sconer.diſput.10.theſaur.46. Peregr.de iure fiſci.lib.3.tit.8.nu.6. fol.257.Thom.de Marin. de gener. & qualit.feud.tit.2.par.2.num.200.Iaſon conſ.86. ante num.1.ibi, cum primum &c. lib.3. Det. conſ.

Digitized by Google

conſ.606.num.2.& 3. Brun.conſ.28.num.4. & per totum. Cardin.Pariſ.conſ.1.num.16. lib.1. Marian.Soccin.iun. conſ.68. num.51. 514.& ſeq.lib.3. Alexand.conſ.13.& 19.& per totum lib. 6. Roſental. de feud. cap.10, conſ.35.num.23.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio LXXX.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXXII.

THEMA.

Inobediens filio Regis, & miſſis ab eis eſt infidelis eius inimicus, & amittit feudum.

SVMMARIVM.

1 *Fidelitas continetur in obedientia, & qui Regem, vel ab eo miſſum non obedit inimicus Regis, & rebellis eſt.*

2 *Populus Iſdrael, qui miſſum à Deo regnare noluit, fuit à Deo percuſſus.*

3 *Infidelis, & rebellis eſt, qui miſſo à domino inobediens eſt, & ipſum dominũ inobedire cenſetur.*

4 *Inobediens miſſum à Deo, ſiue à Dõmino, & repellendo ipſum Dominum inobedire, & repellere videtur.*

1 Fidelitas in obedientia cõtinetur, & † qui non vult Regem eiuſq; primogenitum, vel à Rege miſſum, ſed alium petit, vt rogat infidelis, & inimicus eius eſt, atque rebellis, vt in Euangelio Luc. cap. 19. vbi dicitur: verumtamen inimicos meos (qui noluerunt me regnare ſuper ſe) adducite mihi, & interficite ante me, & in primo de Regibus
2 cap. 8. legitur, quod † Populus Iſdrael petendo Regem, ex hoc noluerunt Deum regnare ſuper eos, ibi dicitur, & ideo vt infideles grande malum in hoc commiſerunt; fuerunt à Deo in hoc percuſſi, vt eodem lib. cap. 12. & contra tales Apoſtolus ſic inquit: oportet enim eum regnare ſcilicet filium, donec ponet inimicos ſuos ſub pedi-
3 bus eius, & ad Corinthios cap. 12. Item † qui non obedit miſſis à Domino eſt infidelis, quia illis inobediendo vero Domino inobedire dicit ur, text. in cap. cũ olim, de offic. deleg. & ibi gloſ. vnde Filius Dei in Euangelio Luc. cap. 10. Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, & cũ ſcilicet Patrẽ, qui me miſit, & 1. de legibus cap. 8. dixit Deus Samueli cõtra Hebreos, qui Regem petebant nolentes Regem Samuelem, non te permiſerunt ſeruire, nè regnares ſu-
4 per eos, & ſic † repellentes Samuelem non eum, ſed Deũ dicuntur repuliſſe, vt ibi. Nam vnuſquiſque in locum tenentibus, Vicarijs, & miſſis ſuis honoratur, & colitur, & è conuerſo ita quod qui illos non recipit mittentem repellit, & non ſolum qui repellit miſſum, ſed etiam miſſum à miſſo, vt delegatũ à delegato, vel locumtenente iuxta dictam authoritatem, qui dum ſpernit, me ſpernit, & eum qui me miſit, & illud Ioan. cap. 12. (qui me accipit, accipit eum qui me miſit) Io. de Terrarub. cõtra rebell. concl. 5. art. 3. concl. 5. fol. 68. ater. & cum talis inobediens ſit rebellis, ſit inobediẽs, feudum amittit; vt ex allegatis in præced. dilucidat.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio LXXXI.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXXIII.

THEMA.

Qui loquitur amicitiam contrahit, vel conuerſatur cum inobedientibus, vel infidelibus, aut alijs inimicis domini eſt infidelis hoſtis rebellis, & feudum amittit. communis, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *Amicitia, conuerſatio, & allocutio cũ inimicis domini eſt infidelitas.*

2 *Vaxallus conuerſans cum inimicis domini amittit feudum.*

3 *Meretrici adherens vnum membrum cũ ea efficitur.*

4 *Abiectus in domo domini, eſt magis quã habitare in tabernaculo peccatorum.*

5 *Mores à coniunctio firmantur.*

6 *Conuerſans cum inimicis domini, propoſitum inimicum eſſe cenſetur.*

7 *Vaxallus abſque dolo contrahens amicitiã cum inimicis domini abſque dolo, non eſſe in pœnam, ſecus ſi cum dolo, & aperto marte.*

8 *Vaxallus caueat ad hoſtẽ accedere abſque licen-*

Digitized by Google

*licentia, quia difficile eſt probare acceſ-
ſiſſe abſque dolo.*

9 *Contrahens, vel cohabitans cum inimico
meo, inimicus meus eſt.*

1 AMicitia, † cõuerſatio,& allocutio va-
xalli cum infidelibus inobedientibus,
& inimicis domini,aut ſui capitis miſtici,in-
fidelis, & hoſtis domini ſui formaliter iudi-
catur; nam inobediens domino ſuo, eſt illi
inimicus 50. diſtinct. cap. ſi quis Diaconus,
præſertim quando illi inobedit in his, quæ
ſtatum eius,& honorem contingunt,& ideo
dicit Beatus Petrus Apoſtolus: ſi inimicus
eſt,iſtæ clemẽs alicui, vos nolite expectare,
vt ipſe vobis dicat, cũ illo nolite amici eſſe,
& infra,ſed aduertere vos debetis ab eo,cui
ſcieritis ipſum aduersũ; ſed nec debetis lo-
qui is, quibus ipſe non loquitur &c.93.diſt.
2 cap.1. & ideò dicitur in feudis, quod † va-
xallus non debet conuerſare cum inimicis
domini, aut amicitias contrahere eum illis,
aliter feudum perdit,vt in feudis, quod te-
ſtes ſunt neceſſ. in inueſtit. cap.1 ſicut nec
filius debet conuerſare cum inimicis patris,
vt in l.liberis, C.de inoff teſtam.hinc Apo-
ſtolus: Nolite commiſceri fornicarijs &c.
nec cum his cibum ſumere,ſed auferre ma-
lum à vobis,vt legitur 1.ad Corinthios, &
3 alibi, ibi Apoſtol. An neſcitis, quod † qui
adhęret meretrici, vnum membrũ efficitur
cum ea, cap.1. ad Corinth. verſ. ſic, & qui
conuerſatur cum inimicis domini,idem effi-
citur cum eis,& propterea dicit idem Apo-
ſtolus: Nolite iugum ducere cum infideli-
bus, ſcilicet domino, quid enim participat
iuſtitia cum iniquitate? aut quæ ſocietas lu-
cis ad tenebras? quæ autem cõuentio Chri-
ſti ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infi-
dele &c. 11. ad Corinth. cap. 6. hinc Deus
prohibuit Prophetam, nè adhæreret,nec bi-
beret cum his ꝗ dellantes Roboam,obedi-
uerunt Ioroboam, & Propheta contrarium
agens, morſu Leonis, cecidit inter emptus,
3.de Regib.13.& cap.clare 7.q.1. denique
igitur &c. quamobrem Dauid inquit: elegi
4 † magis eſſe abiectus in domo Domini, quã
habitare in tabernaculis peccatorum, vt in
Pſalm. Ioan.de Terrarub cõtra rebell.ar.3.
tract.3. concluſ.10 fol.60. & art.6. tract.3.
concl.12.fol.69. cõuerſatione enim,& ami-
citia cum inimicis domini,ipſe etiam inimi-
5 cus efficitur,iuxta illud Ouid. à † coniuncto
mores formantur,& alibi, qui picem tangit
conquinabitur ad eã,& ſac.ſcript. in Eccle-
ſiaſtico cap.7. noli pro amico inimicus eſſe
proximo,Ioan.de Terrarub.d.loco cõcl.12.
ex alijs per Iſern.in §.porro num.19.verſ.
gloſ.ergo,quæ ponit Laudenſ. num.9.in fin.
& alij,quæ fuit prim. cauſ. benefic. amitt &
6 † conuerſans cum inimico Domini, ipſius
inimicus eſſe cenſetur, cap. quiſquis 23.
q.4. Aluarot.in d.cap ſi Capitaneus num.4.
verſ.ſed primo examinemus, vbi & alij. hic
poteſt eſſe titulus quib.mod.feud.amitt. ar-
gum.cap.tenellamior,de accuiat. Felyn.in
cap.accedens eius iuit.2. num.1. vt lite non
contest. Gig in tract.de crim. læſæ Maieſt.
par.vlt.q 17 Gramat.conſ.24.nu.6. Menoc.
conſ.102.num 10. Roland. à Valle conſ.1.
num 182.lib.3. Io de Anan.conſ.7.nu.16.&
in pœna ſunt vaxalli, ſi in contemptum, &
in perniciem domini amicitiam cum eius
inimicis contrahunt; ita diſtinguit gloſ. in
cap.1. §.porro, in verſ. ſſaljer nt, quæ fuit
prim.cauſ.benef.amitt. vbi Iſern nu.29. Af-
flict. num 27.& deciſ.307.num.28. Curt in
part.4. nu.37.in fine. ſic receptam eſſe opi-
nionem Capyc. in inueſt.feud. § feuda amit-
tuntur col.14. in fine, §. limitant omnes;
Gramat.deciſ.18.num.6.Socc. iun.conſ.134.
num.45.lib.3.Clarus in §.feudum quęſt.54.
communẽ dicit argum. l.latæ culpæ, §.ami-
eos, ff.de verb.ſignif quod eleganter decla-
rat Menoch. d.conſ.102. num.25. & ſeq. &
Suar.in ſuis commun opin.lit.F num,8. Ro-
ſental.d cap.10.concl.12.in gloſ,lit.Y.& la-
tius diximus ſupra hac eadem parte diluci-
dat. 17.per totam,ſed dominus doloſa fuiſſe
amicitiam vaxalli cum ſuis inimicis proba-
uerit,vt expreſsè docet Iſern. in cap. ſi Ca-
pitaneus num.6.in fin quib.mod.feud.amitt.
vbi Laudenſ.num.19. Aluarot.nu 6.Præpoſ.
num 3. Capyc. d.loco col.15.§.& dicit, Al-
uarot.colum.16.§.17.fol 50. ſi vaxallus &c.
Afflict. d.deciſ.307.& in deciſ.121. in 2.du-
bitat. circa finem, vbi adſentes Roland. à
Vallle conſ.1.nu.87.lib.3. argum.d.l.liberi,
C.de inoffic.teſtam.l.quoties,§.qui dolo, ff.
de probat.Roſental.d.concl.12 in gloſ.lit.S.
ex alijs,& vaxallo cõpetit defenſio,& ſem-
per cauſam amicitiæ allegare debet, etiam
quod non probare poſſet; vt ſuadet Zaſ. in
epit.feudor. par.10.nu.23. & in fine Iudicis
arbitrio cõmittitur Sonsbec.de feud.par.12.
nu.44.& poſſet in conſideratione m adduci,
quod Menoch.in d.conſ.102.num 34 & ſeq.
7 diſtinguendo dicit, † ſi vaxallus ſimpliciter
amicitiam cum inimico domini abſq; dolo,
& damno,& non eſſe in pœna, Capyc.deciſ.
121.in 2.dubit.Ruin.conſ.23.lib 1.& cum
cauſa ex licentia ſui Superioris verè acceſ-
ſit ad hoſtes, & etiam ſi ex metu pro ipſis
præliaſſet, excuſatur, vt in indiuiduo con-
ſuluit, & cõcludit Decius pro Duce Grame
in conſ.604. & per conſ.690, per totum, &

ſignan-

ſignanter propter timorem mortis, & de-
populationis poteſt ſeruire inimicis domi-
ni, Hieron.Grat conſ.5.in fin.lib.1. Paul.de
Caſtro conſ.3.lib.2. Imola conſ.34.gloſ.ad-
dentis ad Detium d.conſ.606. & contra di-
ctum Ducem Grauinę ob felloniam fuit de-
ciſum per Iudices rebellium, vt perderet
feuda, Piſanell.ad d.deciſ. Afflict.307. dicit
in Sac. Conſ. contra Cæſarem de Cillo de
Foggia, qui tempore belli Gallorum morã
traxerat in terris rebellibus, Menoch.dicto
conſ.102.num.36.& ſeq.Put.in compend.in
Iſern. tit.43. quæ fuit &c. col.4. verſ.ſi quis
vadit ad hoſtes &c. hinc manet Iſern. d.lo-
8 co num.22. vt † caueant ſubditi non ire ad
hoſtes ſine licentia, ex alijs Roſental.d.cap.
10.concluſ.12.nu.10. lit.G.& nu.22. ſi vero
cum dolo, damno, & aperto marte cum ini-
mico Domini, contra Dominum eſt, & hinc
quia facit rem per ſe illicitam dolus præſu-
mitur, vt per Iſern.in d.cap.1. §.porro in
fin.num.21.& ſeq.quę fuit prim.cauſ.benef.
amitt.vbi Afflict.nu.13.& ſeq. & præſertim
num.1.& num.10.in primo caſu, Capyc.cap.
feud. amitt. col.15. §.videtur quod debeat
fol.50. vbi ita iudicatum eſſe dicit in Sacro
Conſilio Neapolitano contra Cæſare de
Cillo de foggia tempore belli Gallorum
moram traxerat in terris rebellibus, Me-
noch. in d.conſ.102.num.35.& ſeq. Put.in
compend.in Iſern.tit.43.quæ fuit &c.col.4.
verſ.ſi quis vadit ad hoſtes &c. hinc manet
8 Iſern. d.loco nu.22. vt † vt caueant ſubditi
non ire ad hoſtes ſine licentia, quia antequã
probent, quod nõ animo malo ad inimicos
acceſſerit cauſam dicens &c. quo dictum
refert Detian.in tract.crimin. lib.7. cap.33.
nu.14.ſed & hoc ex circumſtantijs eſſet de-
cernendum, Roſental. d.loco in gloſ. lit.Y.
9 vbi ex alijs prædicta cõprobat, vnde † con-
trahens, & cohabitãs cum inimico meo, ini-
micus meus eſt, Felyn.in d.cap.repellantur
nu.2. Scrader.par.9.§.5.num.26.arg.l.licet,
§.in factum, ff.de nut. caup. ſtab. Scheneid.
part.8. cap.1.num.27. vel etiam conuerſa-
tione aſſidua Tiber.Decian.conſ.18.nu.307.
& 308. lib.1. & inimicus eſt infidelis, & ſic
rebellis, feudumque amittere ex prædi-
ctis, & in præcedenti dilucidatione 81. ſa-
tis patet.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio LXXXII.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXXIV.

THEMA.

Qui diligit quẽ Dominus odit, vel
fugit, & odit quẽ Dominus amat
eſt inimicus infidelis, & ſic rebel
lis, & feudum amittit. cõmunis.

SVMMARIVM.

1 *Vaxalli affectio, & amor erga Domi-
num ſunt ſigna fidelitatis.*
2 *Amicus illius, cuius Dominus non loqui-
tur, eſt inimicus Domini.*
3 *Mores à coniuncto formantur picem, qui
tangit ab ea conquinabitur, & voluntati
Domini non ſe confirmans, membrum
putridum eſt.*
4 *Corpus vnicus, ſpiritus vnicus, ſcilicet
vnius voluntatis.*
5 *Errori cui non reſiſtitur approbatur, nec
cõſtet ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui fa-
cinori manifeſto obuiare deſinit.*
6 *Subditus tenetur ſuo Domino obedire, &
inſinuare, vt alij eidem obediant.*
7 *Vaxallus ex ſola inimicitia cum Domino
amittit feudum.*

1 AFfectio, † amor vaxalli erga Dominũ
ſunt ſigna fidelitatis, quando vero va-
xallus diligit, quos Dominus odit, & quos
Dominus odit, ipſe amat: amorem in ami-
cum no habet. ſed odium, & ſic infidelis eſt,
quod probatur, quia ſi quis amicitias copu-
lat cum inimicis Domini eſt infidelis, & ſi-
militer & filius ſi cum inimicis patris, vt in
cap.1.quod teſtes ſunt neceſſarij ad probã-
dam iniuſtitiam, d.l.liberi, de inoff. teſtam.
2 hinc Apoſtolus Petrus inquit: († ſi vero
quis amicus fuerit ipſis, quibus ſcilicet Do-
minus non loquitur, vnus eſt ipſe ex illis,
qui Eccleſiam Dei exterminare volunt; ita
ille, qui aduerſarijs Domini ſui fuerit, ſiue
illos dilexerit vnus, & idem eſt cum eis, qui
Dominum ſuum exterminare volunt illud.
3 Ouid. († à coniuncto mores formantur) &
alibi ſcribitur, qui picem tangit, conquina-
bitur ab ea, & membrum miſticum ſe diui-
dens à voluntate Domini ſui, & capitis mi-
ſtici, & vnitati voluntatis illius ſe non con-

formans,eſt membrum putridum,& infide-
le , quia peccatum humanæ ſocietatis ideſt
corporis humani miſtici exigit conformita-
tem.& voluntatis vnitatem membrorum
miſticorum ad capud , vt in decretis 8. diſt.
cao quanquam,quæ contra,qui aliter in va-
rietate voluntatũ exiſtere non poſſet. Hinc
dicit Apoſtolus ad Epheſios c.10. Solliciti
4 † ſeruate vnitatem ſpiritus in vinculo pa-
cis,vnũ corpus,vnus ſpiritus, ſcilicet vnius
voluntatis, ſecundum gloſ. aliter enim eſt
membrum putridum,& diſſolutum,& non
ſolum debet cum inimicis Domini nõ con-
trahere,ſed ſubditus, qui pro ſuo poſſe,non
reſiſtit aduerſarijs inobedientibu , ſiue ini-
micis Domini ſui, ex hoc ſimilem illorum
fauorem,& conſenſum ſe perhibet,& mani-
5 feſtat : quia error (cui non reſiſtitur) ap-
probatur , & veritas (cum non defenſatur)
opprimitur negligere (& cum poſſis) per-
turbare peruerſos : nihil aliud eſt quam
fratre,nec caret ſcrupulo ſocietatis occul-
tæ , qui manifeſto facinori obuiare deſinit
82. diſtinct. error pro quo illud Auguſtini
in pſalmo ſuper verſic. Pauperem , ſic ait:
(oſtendit Prophetam nec illos immunes à
ſcelere qui primis erunt Principibus Chri-
ſtum interficere cum pro multitudine ti-
meretur,& poſſent illos à facto,& ſe à con-
ſenſu liberare,qui deſit obuiare (cũ poteſt)
conſentir 23.quæſt.3.cap.fin. Ioan. de Ter-
rarub. contra rebell. artic. 6. tract. 3. con-
cluſ.12. & 13. & poterant magnates minu-
tam plebem ab eorũ obſtinatione obuiare,
& non permittere , vt Chriſtus non crucifi-
6 geretur,& quilibet ſubditus tenetur nè ſuo
Domino obedire, ſed etiam præcurrere, &
inſinuare alijs nè inobediant 19 diſt. c null.
Io.de Terrarub.d.art 6.tract.concl.16.f.69.
& concludendo noſtram Dilucidationem
ob amicitiam vaxalli cum inimico Domini
in eius damnũ , ex quo fit inimicus infidelis,
ac rebellis,feudum amittit, quod amittere
7 deberet ex ſola † inimicitia cum Domino,
vt latè ex pluribus, & de communi proba-
tum extat ſupra dilucid.17 hac eadẽ parte,
& præcedenti dilucid.81. ex innumeris au-
thoritatibus diximus.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio LXXXIII.

Amiſſionis feudi , Cauſa LXXV.

THEMA.

Subditus vaxallus relinquens Do-
minum in aduerſitatibus,& per-
ſecutionibus inimicorum ſuorũ,
& maximè in prælio eſt infide-
lis,crimen Maieſtatis committit,
& feudo priuatur.communis.

SVMMARIVM.

1 *VAxallus non debet eſſe in damnum Domini, ſed auxilium, & conſilium præbere, nè in damnum incurrat.*

2 *Vaxallus derelinquens Dominum in aduerſitatibus , & perſecutionibus hoſtis eſt,& infidelis.*

3 *Vaxallus tenetur in neceſſitatibus Domino ſuo exiſtẽti in periculo iuuare etiam non requiſitus.*

4 *Vaxallus aufugiendo ab acie relinquendo Dominum, feudum perdit.*

5 *Pater interfecit filium à prælio fugiẽtem, & mater filium timidum in prælio necauit.*

6 *Vaxalli , & feudatarij ſunt membra Domini Regis , & capitis à quo feuda tenẽt, multa debent.*

7 *Manus brachina ſe ponunt in periculum perditionis pro defenſione capitis.*

8 *Fidelitatem poſſidendam eſſe cum amicitia in paupertate, & in perturbatione.*

9 *Dominus viuit in quocumq; loco iuriſdictionis.*

10 *Vaxallus Dominum ſuũ in periculo exiſtentem nõ debet deſerere, alias feudum amittit.*

11 *Mala omnia pati melius eſt quam malo conſentire , & ſecus agens amorem mundi, amoris Dei præponit,& à peccato non eſt excluſus.*

1 VAxallus nõ ſolum tenetur dominium
in damno non eſſe, & in ſuis bonis,&
rebus damnum dare,ſed auxilium, & conſi-
lium præſtare,nè damnũ incurrat, per text.
in cap.1.de form.fidelit.ibi : vtile nè ſit &c.
iuncto verſ.ſed quia non ſufficit abſtinere
à malo, niſi etiam fieri, quod bonum eſt,&
dum iurat, quod Domino damnum nullum
inferat,intelligitur etiam iurare, quod alios
facere volentes prohibere per multa iura ,
& authoritates probat, & dicit Iaſ. in l. in
illa ſtipulatione,ff.de verb.oblig.& proindè
2 ſubditus vaxallus , ſiue quodlibet membrũ
miſticum derelinquẽs Dominum in aduer-
ſitatibus,& perſecutionibu hoſtium ſuorũ,
non conferens illi opem de perſona, & in
bonis eſt infidelis,per text.in l.omne, §.fin.
ff. de

ff.de re milit.ibi : (qui propoſitum ſuum
non porrexit, cum non poſſit in pari cauſa
factori habendus eſt ; & ideo non fuerunt
immunes à ſcelere, qui permiſerunt Princi-
pibus Chriſtum interficere &c.) 93 q 3.cap.
fin. vnde Hieronym.in procem. Bibl.ſic ait:
(quanto quis ædificat ex marito Chriſti
Eccleſiam : tantum nocet , ſi deſtruentibus
non reſiſtat.) Confirmatur, quia † vaxallus
3 ad hæc tenetur Domino ſuo , licet non re-
quiſitus quando ſcit magnum periculum
Domino imminere, per text.in cap.licet, ſi
de feud controu.fuer.& cap.1.§.ad hæc, in
tit. hinc finitur lex, & eo maximè ſi eum in
prælio deſerit, cap. vnic. quib. mod. feud.
amitt. cap.vnic.§.fin.de feud.ſine culpa non
amitt.cap.vnic. §.item qui Dominum, quæ
fuit prim.cauſ. benefic.amitt. & hæc cauſa
amiſſionis feudi iuſtiſſima eſt , quia feuda
dantur vaxallis, vt ſeruitia militaria Domi-
mino exhibeant , vt alias diximus , ſi ergo
4 vaxallus ex atie fugiat, & Dominum ſuum
relinquat, merito feudo priuatur, quamuis
Demoſtenes turpè non exiſtimauerit eſſe
fugere; cum enim illi obijceretur, quod ex
atie fugiſſet, crimen hac reſponſione diluit,
5 vir fugiens iterũ pugnabit ; ſed aliter † La-
cęna cenſuit, qui filium ex atie fugientem
inſurrexit, inquiens: (non eſt meũ hoc ger-
men) & Demetria mater, filium in bello ti-
menda, & ipſam indignam ex bello redeun-
tem necauit , inſcribiq; ſepulcro hoc dictũ
iuſſit .

Hanc timidum mater Demetria ipſa peremit
Nec dignum matre , nec Lacedemonium .

Rebuff.in l.liberorum, §.etenim, de verb.
ſignific.Borcolr.de feud.cap.8.num.86. igi-
6 tur cum † vaxalli , & feudatarij ſint mem-
bra Domini Regis , vel alterius capitis à
quo feuda tenent, capiti multa debent. &
maxima non deſerere in neceſſitatibus, &
periculis, & prælio ſicut videmus in mem-
bris phiſicis, quæ non admittunt capud ſuum
in aduerſitate, ſed ſe exponũt periculis pro
7 defenſione eius, vt videmus de † manibus,
& brachijs ſe periculo perditionis exponẽ-
tibus pro capitis defenſione , vt eſt notum,
& idem facere debent membra miſticè pro
corpore ſuo.quia bona eſt conſequentia, vt
in cap.peterilq; de offic.ordin pro quo acce-
dat, quod ſcribitur etiam 22 diſtinct. ibi: cũ
8 dixit fidem, ideſt † fidelitatem poſſidet cum
amico tuo in paupertate eius, & in tempo-
re tribulationis permanet illi fidelis: etiam
pro eo Hinc Apoſtolus ait, nõ vt in eo cre-
datis, ſed etiam pro illo patiamini. Ad Phi-
lipp.cap.1. Hinc fidelis Ethar inquiens Re-
9 gi, ſic ait : † Viuit Dominus in quocumque
loco fueris: Domine, mi Rex, ſiue in morte,
ſiue in vita, ibi erit ſeruus tuus. 2.Reg.verſ.
pro quod habetur hiſtorialiter Geneſ.20.in
10 fine , vnde † vaxallus Dominum tuum in
periculo exiſtentem deſerere no debet, ſed
ipſum obedire , & obedientia nec propter
ſcandalum euitandum eſt dimittenda, cum
ad veritatem vitæ pertineat, pro hoc text.
in cap.illud, de maiorit. & obed. & iſti ſunt
ſicut illi , qui propter timorem non audent
Chriſtum confitere : Ioan cap. 12.hinc dici-
11 tur : † Melius eſt omnia mala pati , quam
malo conſentire. 32. q. 5. cap.itaque, & qui
ſecus agit amorem mundi, amore Dei præ-
ponit , & ideo non eſt excluſus a peccato;
nam etiam occiſores corporis nõ ſunt me-
tuendi cõtra iuſtitiam hominum impellen-
tes 21.q.2. Lotharius Rex, Ioan.de Terra-
rub. in d. ſuo tract. contra rebelles artic.6.
tract.3.concluſ.18.& talis infidelis rebellis,
& non obſeruator promiſſorum infidelita-
tis iuramento feudum amittit, vt ex prædi-
ctis, & ſupra hac parte dilucid.21.per tot.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio LXXXIV.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXXVI.

THEMA.

Qui aufert auxilia ſua Domino ſuo ad reſiſtendum hoſtibus ſuis, infidelis eſt, & hoſtis, & ſic rebellis, & feudum amittit. communis.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus tenetur Domino ſuo in pace, & in prælio animo, & corpore auxilium præſtare contra eius inimicos.*

2 *Vaxallus tenetur iuuare Dominum contra omnem perſonam.*

3 *Vaxallus tenetur Dominum iuuare . & auxiliũ in guerris præſtare, non ad vendicandam priuatam iniuriam .*

4 *Vaxallus prohibens præſtare auxilium contra hoſtes Domini ſui, eſt infidelis .*

1 Vaxallum † teneri Domino ſuo in pace, & in prælio, animo, & corpore auxilium præſtare contra eius inimicos , Intrigliol.in centur.feud. q.56.num.185. Ro-

ſental. artic.8.concluſ.4.num.2.& concl.19. num.1.& etiam in rixa priuata eum adiuuare, & tuere tenetur, de communi teſtatur Curt.iun. de mente omnium in 4.par. nu.5. per tex.in cap.licet, ſi de feud.defunct.controuerſ fuer.qui generaliter,& cap.1.de no-
2 ua forma fidelit. vt ✝ vaxallus promittat iuuare Dominum cõtra omnem perſonam, Mozz.de feud. tit.quib.mod.feud.amitt. nu. 85.& 89. Sonsbech.par.12.num.12.in princ. Scheneid. par.5. nu.93. Vulteius cap.11. nu. 19.fol.717.verſ.quod autem feudorum &c. lib.1 Capyc.in inueſtit.feud. verſ.feudum amitt.col.2.§.amplia quarto &c.Scrader. in tract.ſeud.par.6.cap.6 num.6.vbi inquit Aluarot. Præpoſit. & Afflict. contrarium aſſerere; eoſque refutat, ſed Aluarot. in cap.1. §.ſimiliter nu.1. in fine, quem Præpoſit. ibi nu.1. ſequitur Capit.Corrad dum dicit: Dominum guerram facientem iuuabit non
3 ✝ pro vendicanda priuatam iniuriam, & Afflict. in cap.1,nu.7. quib.mod.feud.amitt. ait: ſi bellum campeſtre iuſtum habuerit, puta quod fuit inſidiatus,vel ſubito per rumorem arma tulit,non iuuabit,quod è ſeditione Domini iniuſta videtur accipiendum, ſed per generalitatem, d.cap.1.de noua forma fidelit. quod iuuare debet Dominum contra omnem perſonam reſoluũt omnes,
4 & Mozz.& alij dictis in locis,vnde ✝ vaxallus prohibens,& non dans auxilium Domino ſuo aduerſus hoſtes abſque dubio eſt infidelis,& crimen Maieſtatis læſæ committit, vt in l.1. & 2. ad leg. Iul. Maieſt. hinc eſt, quod negans victui neceſſaria necare eſt, vt in l.necare,de liber.agnoſc. ergo pro inimicis opem cõtra Dominum præbere:eſt Dominum in manus hoſtium tradere;nam ſubordinata ad finem, habet rationem finis, ſecundum Philoſ.& in l.Oratio, de ſponſal. & in l.1.§.2.de mor.inter,& ſic eſt rebellis,& feudum amittit,Terrarub. d.art.6. tract. 3. concluſ.19.de communi teſtatur ibi add.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio LXXXV.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXXVII.

THEMA.

Vaxallus contra villas, monitiones, aut res alias Domini faciens, aut non cuſtodit,vel hoſtibus tradit, aut damnum infert, vel inferri non deuiat,eſt infidelis & rebellis,& feudum amittit. cõmunis.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus villas caſtra, & res Domini fideliter non cuſtodiens,vel tradit, aut auxilium, & fauorem inimico, infidelis, & proditor eſt.*
2 *Vaxallus perſonam & bona Domini intacta ſeruare tenetur.*
3 *Vaxalli à dominio ſui Domini nihil extrahere poteſt, maximè ab hoc Neapolitano Regno, niſi parua quantitas pro vſu.*
4 *Vaxallus bona,vel ſuccurrẽs inimicis Domini ſui, eſt infidelis & rebellis.*
5 *Vaxallus Domino ſuo nè dum damnum inferre non debet, ſed ei auxilium, & conſilium præſtare.*

1 QVicumq; ✝ villas caſtra. monitiones, pecunias, aut alias res Domini pertinentes,aut debitas nõ fideliter Domino cuſtodit, aut infidelibus, aut hoſtibus eius perdit,vel tradit auxiliumuè,aut fauorem illis concedit,infidelis eſt,& proditor, per text. in l. 3. ibi: bellis etiam ceſſerit ad legẽ Iuliam Maieſtatis, & in l.qui excubias col.1. § is qui vero a foſſato, de re milit & in l.1. ibi, locauè occupentur,& in d.l.3.ibi, aut caſtra conceſſerit, d.tit ad leg. Iul. Maieſt. pro quo facit cap.de forma 22.quæſt.5.
2 quia ✝ vaxallus perſonam, & bona Domini intacta ſeruare cum ſua prouidentia,& prudentia tenetur,per tex.in d.cap.1.& ibi omnes de form.fidel.cap.1.de noua form.fidel. Afflict.in cap.1. §.præterea num 22. quæ ſit prim.cauſ.beneſ amitt.& in dec.265. nu.45. facit d.cap.licet vaxallus Domino,& ibi Doctores ſi de feud.defunct.controu.fuer.Roſental. cap.10.concluſ.17 nu.42. & in gloſ.
3 literis N n. Et quod ✝ vaxallus non poſſit à dominio ſui Domini res extrahere, habetur ex toto titulo,quæ res aſportari prohibentur,& cap.ita quorundã extra de Iudeis, cap.felicis de pœn. lib.6. eod.tit cap.1. in
4 clem.& ✝ ex hoc Regno nè dum res Domini inimicis dari non debent, ſed generaliter eſt prohibita omnis extractio auri argenti laborati,& non laborati animalium, armorum,pulueris,ſalinitri,ſulfuris,frumẽti, ordei,vini,olei,aliarumuè rerum commeſtibilium,& non,vt tot.tit.de extract.per plures pragmat. eſt prohibita ſub pœnis ſine Proregis licentia,niſi certa parua quantitas pro

vſu

Digitized by Google

5 vſu, immo nè dum dans † bona ſui Domini,
& de eis ſuccurri inimicis eſt infidelis, ſed
& vaxallus impropriè diſſipās, vel diſpen-
ſans, eſt infidelis, arg. l. 3. §. tutor. de ſuſpect.
tutor. hinc Luc. in cap. 12. dicit diffamatus
eſt villicus apud Dominum, quod cōſumaſ-
ſet bona illius, & idem Luc. in cap. 25. dicit:
putas, quis ſit ſeruus fidelis, & prudens, dic,
qui bona Dñi conſeruat, & è contra eſt infi-
delis, & ſic rebellis, & feudo priuari poſſet,
ſi Domino grandem patrimonij iacturam
intulerit, Afflict in cap. 1. §. fin nu. 22. cauſ.
47. quib. mod. feud. amitt. & in cap. 1. num. 8.
de form. fidelit. Sheneid. de feud. par. 8. cap 1.
cauſ. 36. num. 168. Scrader. par. 9. cap. 8. cauſ.
17. num. 1. Roland. à Valle conſ. 1. nu. 93. &
ſeq. lib. 3. & in hoc omnes in dictis locis cō-
6 cordant, nec controuertitur, & nè † Domi-
no in damnum eſſe nō debet, ſed auxilium,
& conſilium præſtare, nè in damnum incur-
rat, text. in d. cap. 1. de form. fidelit. ibi: (ſed
quia non ſufficit abſtineri à malo, niſi etiam
fiat, quod bonum eſt) & damnum prohibe-
re tenetur, & non prohibens eſt, ac ſi ipſe
damnum dediſſet, l. cum quæritur, §. exer-
citum, ff. locati cum ſimil. l. 2. in princ. ff. de
noxal. actio. & ibi Bald. ac alij DD. in l. cul-
pa caret, ff. de reg. iur. Natta conſ. 597. nu 4.
ex alijs, & etiam ſi per alium damnū dare
curauerit Domino, vaxallus feudó priuabi-
tur, Scrader. d. par. 9. cap. 5. num. 1. verſ. ſiue
vaxallus hoc per ſe &c. poſt Butr. in c. fin.
num. 1. de donat. & ex alij Roſental. d. c. 10.
concluſ. 35. num. 10. & in gloſ. lit. E. faciunt,
quæ dicimus ſupra hac Parte dilucid. 76.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio LXXXVI.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXXVIII.

THEMA.

Vaxallus, aut commiſſus in obediē-
do domino ſuo, aut miſſis ab eo
tradere villas, & caſtra munitio-
nes iuriſdictionem, & alias res
domino ſpectantes, eſt infidelis,
crimen Maieſtatis læſę commit-
tit, & feudum amittit. commu-
nis.

SUMMARIUM.

1 *VAxallus tenens caſtrū, vel aliud Domini & nolit conſignare inobediens, & ſi infidelis eſt.*
2 *Inobediens, & infidelis ab omni conſortio ſeparatur.*
3 *Inobediens qui eſt, & ſapiens eſſe vult.*
4 *Obediens vir conſequitur victoria.*
5 *Vaxallus nolens reſtituere caſtrum nouo Domino, ſeù Caſtellano iuxta Domini literas crimen Maieſtatis læſæ cōmittit.*
6 *Milites ad hoſtes mittens, vel caſtrum hoſtibus tradens, in Maieſtatis crimen incidit.*
7 *Adminiſtrator iuſtitiæ depoſitus à Papa, Imperatore, vel Rege non cōſignans ſucceſſori, crimen Maieſtatis committit.*
8 *Exercitus generalis conſignans exercitum alio miſſo Domino, crimen Maieſtatis committit.*
9 *Pecunias Domini abſcondens, infidelis eſt.*

1 VAxallus, † vel commiſſus, aut offi-
cialis, caſtrū, villas, & alia, quæ à Do-
mino tenet, nolens conſignare Domino, vel
miſſis ab eo inobediens eſt, & obedientia
ſubditi ratione ſubiectionis, eius ſubiectio-
ni debetur ei neceſſaria eſt, generale quippè
pactum eſt ſocietatis humanæ ſuis obtem-
perare Regibus, in poteſtatibus enim ſocie-
tatis humanæ, maior poteſtas minori ad
obediendū proponuntur. Periander inquit
Principibus forè inobedientia enim ſubdi-
torum in Principe grauiſſimum crimen eſt,
ac hæreſi comparatur 8 q. 1. cap. ſciendum,
& ibi notat 40. diſtinct. cap. ſi Papa, & inobe-
diēs dicitur infidelis 38. diſtinct. cap. nullus.
2 Immò † ab hominum conſortio ſegregari
inobediens meretur, iuxta illud Valer. Max.
lib. 6. cap 6. de ſeueritate, non eſſet opus eo
ciue ad rem publicam, qui parere neſciret,
hoc allegat, & ſequitur Luc de Penna in l. ſi
magiſtratus col. 1. de decur. lib. 10. & Diuus
3 Bernardus in ſerm de Epiphan inquit: † Si
vis ſapiens eſtò obediens, ſic enim ſcriptum
eſt, cupis ſapientiam ſerua mandata, & Do-
minus dabit ſibi illam, obedientia quidem
ſola virtus, quæ menti cæteras virtutes ſuſ-
ſerit, incertaſq; cuſtodit dicēte Greg. lib 35.
moralium, ſuper illud melior eſt obedien-
tia &c. dat præterea contra cuncta victo-
4 riam, prouerb. cap 21. † Vis obediens lo-
quens victorias. Eccleſiaſtic. cap. 8. qui cu-
ſtodiunt præceptum, non experietur, quidq;
mali, ſed caritatis effectum à ſubdito venit
ſeruanda non timore pœnæ, ſed amore iu-

ſtitiæ ſecundum Gregor. lib. 12. moral. & multi alia cum exemplis de obedientia, licet Iacob. Bonau. ad tract. 3. art. 3. Ioan. de terrarub. contra rebell. in gloſ. inobedientia fol. 60. & ſic vaxallus inobediẽs in reſiſtendo caſtra, & alia Domini eſt infidelis, d. cap. nullus, l. tertia, ibi: (aciem renuit) ad l. Iul.
5 Maieſt. & in ſpecie in † Caſtellano nolente reſtituere Caſtrum, nouo Caſtellano ſecundum Domini literas, crimen Maieſtatis læſæ committit, per d. l. 3. firmat Afflict. in cap. 1. §. & bona committentium crimen col. 6. in fine nu. 78. in tit. quæ ſint regalia, & eſt decimus nonus modus committendi tale crimen, vbi dicit text. in d. l. 3. intelligendum eſt in omnibus iſtis caſibus videlicet, ſiue quem recuſauerit cõſignare caſtrum nouo Caſtellano venienti cum literis Principis,
6 ſiue militis ad hoſtes miſerit ſine Principis licentia, ſeù caſtrum ipſum hoſtibus tradidit idẽ Nicol. Boer in tract. de cuſtod. clau. conſ. 6. num. 25. & 26. notat Angel. in d. l. 3. ex d. text. contra Caſtellanos non reſtituentes caſtellum Ciuitatis Bononiæ ad iuſſum Antianorum, quia incidit in crimen Maieſtatis læſæ, & in eodem modo ſi illud hoſtibus concedunt, per gloſ. ibi, Gigas lib. tract. de crimin. læſæ Maieſt. q. 4. & 7. fol. 45. & idem eſt in adminiſtratione iuſtitiæ deputato à Papa, Imperatore, vel Rege, aut Principe contra quem committi, poteſt læſæ Maieſtatis crimen, & ſuperiore miſſo ſuc-
8 ceſſori inobediẽs eſt, & idem in † Generali exercitus ſucceſſori alio commiſſo, nec reſtituit, ſimiliter in hoc crimine incidit per dicta iura, & authoritates, ac Gig. d. loco q. 32. 47. & 50. & in ſeq. dilucidat. & repre-
9 henſus fuit de perfidia, & infidelitate, qui pecunias Domini abſcondidit, Matth. c. 25. Terrarub. contra rebell. in 3. tract. artic. 6. concl. 22. fol. 70.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio LXXXVII.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXXIX.

THEMA.

Subditus, ſiue commiſſus derelinquens patriam feudum, ſiue caſtra domini ſibi commiſſa in defenſa in manibus hoſtium eſt infidelis, & ſic rebellis, & feudum amittit.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus omnis ex forma fidelitatis eſt obligatus totis viribus adiuuare Dominum in pace & in bellis.*

2 *Vaxallus relinquens patriam, ſiue caſtra Domini ſibi commiſſa, & ad manus eius inimicorum peruenuint, vaxallus ille eſt infidelis.*

3 *Infidelis, & mercennarius eſt qui fugit, dum vidit lupum venientem.*

4 *Vaxallus non confidens facere caſtrum ſibi ad cuſtodiam aſſignatum, debet denuntiare Domino.*

1 OMnis † Vaxallus ex forma fidelitatis obligatus eſt Domino tam corporis, quàm ingenij viribus conſulendo ſcilicet, & adiuuando tàm in pace, quàm in bello, opem, & auxilium ferre, vt patet ex tit. qualiter iur. deb. vaxall. & tit. de form. fidelit. & tit. ſeq. cap. fin. & ibi notatis hic fin. lex, Ardizzon. in rubr. 69. Borcolt cap. 1. num. 23. Vueſembec. cap. 9. num. 10. Vulteius cap. 10. num. 21. Scrader. par. 6. cap. 6. num. 1. 2. 3. & ſeq. Scheneid. par. 5. num. 93. Petr. de Bellapert. in tract. feud. cap. 1. Ferrar. in form. libell. de quo agitur ad reuocat. feudor. verſ. coram vobis, Præpoſit. in prælud. feud. nu. 78. Hartman. Hartman. in pract. obſeruat. tit. de feud. 54. obſeruat. 30. lib. 2. Curt. iun. par. 4 nu. 5. Roſental. cap. 8. concluſ. 4. nu. 2. & in gloſ. lit. A. ex alijs, vnde dum vaxallus debet Domino ſuo opem contra alios præ-
2 ſtare, † relinquens patriam, ſiue caſtra Domini ſibi commiſſa indefenſa, & in manibus perueniunt hoſtium, ſiue inimicorum infidelis, & rebellis eſt, quia cogit contra id, quod debet, vel promiſit, & cõſequens infidelis, arguendo à diffinitione infidelitatis, ideo ſic agendo, ſiue cuſtodiam omittendo facit id, per quod caſtra in manibus hoſtium perueniunt, hoc enim cum ſit medium ſubordinatum ad illud igitur eſt infidelis, & in l. 1. ibi locauè occupantur ad leg. Iul. Maieſt. talis
3 enim eſt, † infidelis eſt mercennarius, qui fugit, dum vidit lupum venientem, & habetur Ioan. cap. 15. & licet agnoſcere ſe ad cuſtodiam minus potens, in l. culpa eſt, de reg. iur. & in cap. non ſine culpa, eod. tit. lib. 6. Ioan. de Terrarub. ſupra concluſ. 23. fol. 70.
4 & ſi vaxallus non confidit ſe eſſe ſufficientem ad tenendam arcem, aut caſtrum feudale, vel ad cuſtodiendũ exercitũ, id omnino denun-

denuntiare debet, vt ipſe auxilium mittat, Præpoſit. in cap. 1. §. quid ergo, in princ. de inueſt. de rę alien. fact allegat Roman. in l. ſi noua num. 45. ff. ſolut. matrim. niſi deiectus principali Domino denuntiare potuerit, vt cõtra violentiam ſuccurrere neque denuntiauit, l. item quæritur, §. exercitus, ff. locati, Capyc. in inueſt. feud. cap. feudorum cuſtodia, §. & ſi Dominus, & ſupra in præcedentibus dilucidationibus multa ad prædicta, ita quod communem opinionem eſſe dico.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio LXXXVIII.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXXX.

THEMA.

Qui dominum ſuum verbis confitetur, ſed nõ factis, vel è conuerſo infidelis, & proditor eſt, & ſic rebellis, & feudum amittit. communis.

SVMMARIVM.

1 *Fidelitas eſt baſis, & fundamentum feudi, & propter fidelitatem feudantur.*

2 *Amicus verbis, & factis acta inimici gerens. deterior, & iniquior hoſtis eſt.*

3 *Amici ficti ſunt ſimiles ſepulcris decoratis, quę foris apparent ſpecioſa intus pleni ſunt hominum ſporcitijs.*

4 *Corde creditur ad iuſtitiam, cõfeſſio fit ore ad ſalutem.*

5 *Filij Dei eſſe negabũtur in die iudicij omnes illi, qui opere ſermone, & cogitatione Chriſtum in mundo negarunt.*

6 *Proditor eſt ille, qui palam mendacium loquitur, & qui liberè non pronuntiat, & defendit veritatem humani actus.*

7 *Humani actus ex animo informantur.*

8 *Fidelitas conſiſtit in opera, verbo, & actu fidem ſeruat.*

9 *Amicus fictus peior eſt eo, qui falſam monetam facit, & nulla peſtis efficacior, quam familiaris.*

10 *Verberans non omnis eſt inimicus, & meliora ſunt amici verbera, quam inimici oſcula.*

11 *Amicorum fictorum ab inuidia magis cauendum, quam ab inſidijs inimicorum parentum, & fictum nihil in amicitia, & fidelitate eſſe debet.*

1 Fidelitas † eſt baſis, & fundamentum feudorum, & propter fidelitatem feuda regulantur; & alias vt diximus, & eſt notum etiam ex iuramẽto fidelitatis, cap. qualiter
2 vaxall. iur. deb. fidelit. cum tit. ſeq. ille, † qui per amicitiarum ſpetiem, ſcilicet per confeſſionem verbalem, quæ Inimicitiarũ ſunt, ſcilicet facta gerit, talis deterior eſt hoſtis, quã hi, qui euidenter ſunt inimici; hic enim verbis ſeruit Domino: animo tamen, & factis contra Dominum eſt, ideo nequior eſt, vt habetur 92. diſtinct. cap. 5. & de his dicitur: Populus iſte labijs me honorat, cor autem longè eſt à me. Matt. cap. 15. & alibi confitentur verbis ſe noſcere Deum, factis autem negant. ad Titum 5. contra quos ait veritas. Quid vocatis me Domine, & non facitis, quæ dico &c. Luc. cap. 6. & in pſalm. Dilexerunt ore ſuo: cor autem non erat rectum cum eo, nec fideles habiti ſunt in
3 teſtamento eius: tales enim amici facti ſũt ſimiles ſepulcris decoratis, quæ foris apparent hominibus, ſpecioſa intus vero plena ſunt hominum ſporcitijs: ſic & iſti verbis apparent iuſti, intus vero pleni ſunt omni iniquitate, & oportet adhærere Domino corde verbo, & opere. Hinc dicit Paulus:
4 † corde creditur ad iuſtitiam, confeſſio fit ad ſalutem. ad Roman. cap. 10. & in decretis 11. q. 3. cap. nolite. hi enim ſunt multi ex Principibus, qui in Dominum crediderunt, ſed propter Phariſeos non confitebantur eum, contra quos inquit veritas, quod dilexerunt magis gloriam humanã, quam gloriam Domini, & Dei, vt habetur in Io. c. 12.
5 hinc dicit Hieron. † Nè dum illi, qui filij Dei in die iuditij negabuntur, qui Chriſtum negauerunt: ſed omnes hi quorum opere, ſermoneuè, aut cogitatione Chriſtum negarunt, infideles ſunt, qui opere, ſermoneuè, aut corde Dominũ ſuum negauerit. Immo quicumque verbo, aut opere Dominum ſuũ publicè non confitetur, aut non defendit,
6 dixit nõ ſolum † proditor eſt veritatis ille, qui palam mendacium loquitur, ſed & qui liberè non pronuntiat, aut defendit veritatem, quod ſi non fecerit prodcrit veritatẽ, vt in cap. nolite 11. quæſt. 1. hinc veritas in Euangelio: Nolite timere eos, qui occidũt corpus &c. cum igitur Dominum quis non publicè confitetur, aut defendat: veritatem impugnat, & offendit, d. cap. nolite, & eadẽ quæſt. cap. exiſtimant, nõ ſacrificetur homo ex operibus, ſed ex fide. ad Galat. cap. 10.

hinc

hinc dicitur, quod ex propoſito, ſeù animo
informantur actus humani. iuxta illud Om-
nia moralia informantur ſuo fine, ſcilicet
intento, & non ſecuto, vt habetur in l. qui
iniuriæ cauſa in princ. de furt. & 3. Ethicor.
vbi Philoſoph. qui operatur, vt furetur, fur
eſt, & pro præmiſſorum confirmatione dicit
lex, quod non videtur redijſſe ab hoſtibus,
ſed eſſe apud hoſtes, qui corpore apud nos
eſt, & mente apud hoſtes, l. nihil, de poſt-
limin. reuerſ. & hic crimen Maieſtatis con-
tra ſuum Dominum committit, iuxta legẽ
ſi quis, C. ad leg. Iul. Maieſt. Io. de Terra-
rub. in d. ſuo tract. cõtra rebell. fol. 70. con-
8 cluſ. 24. & ſeq. & fol. 72. concl. 6. cum † fide-
litas conſiſtat in opere, quod verbo, & actu
fidem ſeruat vnumquodq; ſuppoſitum, &
membrum miſticum Domino, & capiti ſuo
in verbo quod nihil mẽtiatur ore; & Ariſt.
9 lib. 9. Ethic. dicit: † qui fingit ſe amicum,
& non eſt, peior eſt eo, qui facit falſam mo-
netam. Senec. de conſolat. Philoſoph. lib. 3.
proſ. 5. relat. à gloſ. in d. cap. 1. 93. diſt. inquit:
Quæ vero peſtis efficacia ad nocendũ, quã
familiaris? quaſi dicat nulla. Auguſt in ad
Vincent. Donatiſt. & Rogatiſt. & habetur
5. q. 5. cap. non omnis qui parcit amicus eſt.
10 nec omnis qui † verberat inimicus, melio-
ra enim ſunt verbera amici, quam oſcula
voluntaria inimici ficti, qui ſe pro amico
gerebat. Laert. Diogen. de vita, & moribus
11 Philoſoph. magis † amicorum fictorum ab
inſidijs cauere debẽmus, illud enim celatũ
hoc verum apertum malum eſt, docendiq;
fraus, qui (cum non ſeparatur) ad nocen-
dum potentior eſt, in amicitia enim, & fide-
litate nihil fidum, nihil denique ſimulatum;
& quidquid in ea eſt verum non fictum, vo-
luntarium non coactum eſt. Marc. Tull. in
Lel. de ſimulat. Iacob. Donaud. addens ad
Io. de Terrarub. art. 3. tract. 3. in text. & in
gloſ. in verſ. nihil mentiatur fol. 68 ater. &
proinde non amicus eſt, qui cadit à fideli-
tate, ſed rebellis, ergo amittit feudum.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio LXXXIX.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXXXI.

THEMA.

Proditor dum eſt, qui pro vna parte ſiue exterius conſiſtit, pro alia parte animo, & mẽte geritur, eſt infidelis rebellis, & feudum amittit. communis.

SVMMARIVM.

1 *Proditionis ſi quis quid agit, feudo priuatur.*
2 *Proditionis crimen inter Maieſtatis crimina numerantur, & eſt quando Maieſtatem offendit.*
3 *Proditionis diffinitio.*
4 *Proditoris, & proditionis ſpecies multæ enim variæ vſque ad num. 40.*
5 *Proditionis nihil deteſtabilius eſt.*
6 *Fidelitas ſola eſt quæ gloriam populi dilatat. & pacem firmat.*
7 *Proditori Regis proditor Dei dicitur.*
8 *Proditor Dei eſt, qui fraternitatem aliquam diſcordare facit.*
9 *Prodere aliquem in morte, maius homicidio manuali.*
10 *Proditor eſt reuelans ſecreta, & maximè ſibi commiſſa.*
11 *Reuelatores ſecretorum Principum ſiue Reipublicæ, furca ſuſpenduntur.*
12 *Secreta, & vota Tribunalium huius Regni Neapolitani etiam ſi ſint officiales reuelantes & extra Tribunal loquentes officijs priuantur.*
13 *Proditor eſt, qui arma inimicis Domini vendidit.*
14 *Proditor eſt, qui alterius crimen ei ſoli notum detegit.*
15 *Proditor eſt oſtendere ſe amicum, & vti inimicus agit. vt fecit Cæſar Borgia Alexandri Sexti Pontificis filius.*
17 *Proditor à duello repellitur.*
18 *Proditor dicitur qui iuſtitiam baractat, & ſic opprimit & talibus arma depoſita in palatijs deleri debent*
19 *Iudex qui iuſtè in ſibi officio commiſſo ſe gerens, miniſter Dei eſt.*
20 *Proditores qui ſe oſtendit non facere quod debet. & ſecretè contrarium facit.*
21 *Proditor eſt, qui inimicos in ſui Principis territorio facit.*
22 *Proditor eſt, qui crimen Maieſtatis committit.*
23 *Proditor dicitur in Regno qui cum ſclopo delinquit.*

ET ſi in præcedentibus aliquid de pro-
ditoribus tetigimus, hic ſpetialiter di-
1 cemus. Vnde ſi quis aliquid † quod prodi-
tionis habeat effectum, eſt infidelis, & feudo
priuatur, per text. in cap. 1. ibi: hominem
traden-

tradendo &c. an ille qui interſec.fratr.dom. ſui, vbi vox tradendo pro prodendo vſurpatur, vbi Bald. nu. 5. I ern. num.3. Bald.in princ.& num.2. Aluarot. num.3. Præpoſit. num.1. Laudenſ num. 1. Afflict.nu.1. Afflict. num.9.& 10.Rauenn.Scheneid num.3.& 6. Balzaran. num.14. & alij in gloſ. in cap.1. § item ſi fratrem. & ibi gloſ. in verſ. ſi fratrem ſuum.Beluiſ.Iſern.nu.24.Afflict.nu.1. 2. & 3. quib.mod. feud.amitt. & in §.fin. nu. 21.cauſ.41.eod.tit. Bal.in §.ſimiliter ſi Dominus nu.3. Aluarot.num.3.verſ.quæro cum gloſ.Laudenſ.num.14 Præpoſit.num.2. Rauenn.& Schench.num.6 eod.tit. Raynaud.in cap. Imperialem § fin. num 27. de prohib. feud.alien. per Federic. Iacob.de S.Georg. in verſ.dictiq; vaxalli promiſerunt non cõmittere fellonıam num.16. Curt.iun. par.4. num.43.cauſ.21. Capyc in inueſt.feud. cap. feud.amitt.col.58.§.73.fol.71. Borcolt. c.8. num.125. Scheneid. par.8. cap.1. num.162. cauſ.34. Ferrar.Montan.lib.4.cap.1.cauſ.7. Hennetton. lib.3.cap.12. Sonsbech. par.12. num.49 & par.9.cap.3.nu.64. cauſ.13. Vult. cap.11.nu.35.ex communi in lib.1. Sconer. diſput.10 theſ.73.lib.1. Gigas de crim.læſæ Maieſt. ſub rubr. de proditor. q.5. per tot. lib.3.Intrigl.in ſua centur.feud. q.94.nu.85. Alex.conſ 13.num.16. lib.6. & in l.ſi finita, §.ſi de vectigal num.25. in ead.nu.52. ff.de damno infecto, Paris conſ.1. num.16.& 23.

a vbi hoc † proditionis crimen inter Maieſtatis crimina enumerat, quibus ipſo iure feudum amittitur,& tunc locum habere,& committitur, quãdo quis contra Dominum ſuum habẽtem regalem dignitatem perpetuam, & Maieſtatem lædit, Siluan.conſ.79. lib.2.Alexand.de Neuo inter conſil.crimin. conſ.98. nu.2.lib.1. Afflict.deciſ.265. nu.63. & ſeq Marian.Soccin.iun.conſ.68.num.86. & ſeq.lib 3. Roſental.d cap.10.concluſ.19.

3 num.14. & in gloſ. lit.Z. † proditio enim eſt actio quædam ſimulatiua, aut diſſimulatiua, per quam exterius vnum ſimulatum fingitur, vel diſſimulatur; interius vero contrarium mente geritur Io.de Terrarub.in tract.cõtra rebell. tract.3.art.6.fol.72.verſ. ex hac vltima concluſione &c. & proditio multis cõmittitur modis, vt ibi per addent. lit.A. & per alios,& ſpecies proditoris ſunt videlicet.

4 Primo, † proditor eſt Regni, qui ſecreta reuelat, de quo infra nu.25.ſpecie.

Secundo, qui bellum mouet in alterum circa diffidationem.

Tertio, qui dat alteri venenũ in potionẽ,

Quarto, qui permittit tranſire gentem inimicam.

Quinto, quãdo ſine cauſa, & diffidatione offendit aliquem, qui de ipſo confidebat.

Sexto, qui occulte offendit ſecundum Bald.in cap.1. col.7 verſ.quid de rebus Eccleſiæ, quib.mod. feud.amitt. & Bart.in extrauag.vnica, qui ſint rebelles.

Septimo, trãsfuga, l.proditore,& ibi gloſ. ff.de re milit.& cũ ille, qui Principis ſecreta reuelat: plus cæteris Regno abeſſe incipit tanquã familiaris inimicus (quo peſtis nulla maior) quam maximè in hoc factum fuerit hoſtibus eius, cuius erat ſecretarius, de qua Bar.in l.1.in fin.ad leg.Iul.Maieſt. vnde prodere, eſt tradere,& manifeſtare conſilia, & ſecreta hoſtibus, Luc.de Penn.in l.ſeruũ Domini de latere, de delator.C.lib.12.

Octauo proditor, ſupplantator, traditor, & propalator ad interitum tradens.

Nono, proditor eſt, qui propter timorẽ non defendit veritatem, vt notatur in cap. nolite 11.q.3.

Decimo, proditor eſt, qui crimen alterius manifeſtat 2.q.1. C.ſi quis peccauerit.

Vndecimo, proditor eſt, qui prodet libertatem l.qui cũ vno, §.grauis, ff de re milit.

Duodecimo, proditor eſt, qui malitioſè circumuenit aliũ, cap.ſicut, & cap. qui alterius 23.q.4.in auth.de litigioſ.§.1.

Decimotertio, proditor eſt, qui rem ſibi commiſſam exponit hoſtibus, cap.de forma 22 q.5. l.proditores, ff.de re milit.

Decimoquarto, proditor eſt qui prodit crimen, quod probare nõ poteſt 2.q.7.§.de his,& hinc differt ab accuſatore, qui defert crimen, quod probare ſe aſſerit, vt ibi.

Decimoquinto, proditor eſt, qui inſtrumenta mea aduerſario meo dat, l. ſi quis aliquid, ff.de pœn.§.inſtrumenta.

Decimoſexto, eſt qui conſuluit contra patriæ ſalutem, l.fin.in fin.C.de abolit.

Decimoſeptimo, proditor eſt, qui per inuidiam prodit alium, C.de delator.5.q.6.

Decimooctauo, proditor Aduocatus, qui clientulum ſuum decipit communicando parti aduerſæ ſecreta eius, l.1.in fine, & ibi DD. C.de præuaricator.

Decimonono, proditor eſt executor fallens partes in auth.de iudic.§.nulla.

Vigeſimo, proditor eſt Iudex, qui reum nocentem abſoluit, auth.vt nulli Iudic. §.ſi quis non accuſatus.

Vigeſimoprimo, proditor honoris eſt, qui honorare debet ab eo abutitur, l.curiales, C.de decurion.lib.10.

Vigeſimoſecundo, Dux belli, qui ſine ſuperiorum licentia cum inimicis paciſcitur, proditor eſt, vt per doctiſſimos ad Auguſtin.add. . . . . .

Et

Digitized by Google

Et proditor inter cæteros abhominabilius
eſt, vnde Petrus Blaſenſis in quadam Epi-
5 ſtola dicit: † nil deteſtabilius, nota prodi-
tionis in milite; nam licet Ioab prudenter
rexerit, non autem computatur in catalogo
fortium Dauidis, quia fortitudinẽ eius pro-
ditio in Abuer, & Amaſiam denigrauit, ſola
6 † fidelitas eſt, quæ dilatat gloriam populi,
quæ pace firmat, & errorem incurrit, inimi-
7 cis, Deo abhominabilis, proditio eſt † prodi-
tor enim Regis, proditor Dei dicitur, Hern.
in tit. quæ ſint regal. in verſ. contrahentium
inceſtas nuotias, Luc. de Penna in d. l. ſeruũ
delatorẽ, C. de delator. lib. 12. col. 2. per cap.
cap. ſi apud 23. q. 5. cap. non poteſt 2. q. 7.
Archidiac. in cap. clericus 46. diſtinc. multa
de proditore, & ſignanter, quod modis au-
getur vitium proditoris, Luc. de Penna in
d. l. ſeruum in fin. col. 2. & in princ. 3. col. no-
tat mores proditoris, & de proditore latè
in lib. Maccabeor. cap. 10.
8 Vigeſimotertio, † proditor Dei eſt, qui
ſocietatẽ fraternitatis aliqua diſcordiæ pe-
ſte maculat: Deus enim caritas eſt, qui
ergo virtutis, & caritatis iuſſa ſpernunt,
Deum qui veritas, & caritas eſt produnt,
cap. ab ijs 11. q. 3.
9 Vigeſimoquarto, † prodere aliquem in
morte, maius eſt peccatum homicidio ma-
nuali, cap. periculosè, de pœnit. diſt. 1.
10 Vigeſimoquinto, proditor eſt, qui † re-
uelat ſecreta, & maximè ſibi cõmiſſa, præ-
ſertim hoſtibus, & emulis Domini ſui cri-
men committit proditionis, dicit text. in
cap. omne, §. exploratorum, de re milit. &
l. ſi quis, §. 1. de pœnis, debent enim Prin-
cipes, aut Reipublicæ, cuiuſcumq; Cõſiliarij
commiſſum ſecretũ continere ſub pectore
clauſum: nam vt refert Valer. Max. de in-
ſtitut. antiq. quod tria fecerunt Romanos
dominare: ſenum conſilium, & ſecretum,
& dictis pertinaciter inhærere fidem non
frangendo, ita etiam dicit Laudenſ. in ſuo
tract. de Princip. in 2. quæſt. ſimiliter ſecun-
dum ibidem in 10. quæſt. tria ſunt, quæ rem
publicam. Non prudens, neque digeſtum
conſilium: priuatum commodum, & latens
odium, & ſecundum Valer. Max. in palatio
vbi fiebant conſilia ſcripta erant hi verſus.

O Conſultores rectos ſumite mores.
Publica priuatis præponite commoda gratis.
Nè veſtra damnet animas diuina Poteſtas.

Sed ſecundũ Laudenſ. in d. tract. de Princ.
quæſt. 20. erant hæc verba:

Hoc limen intrantes abiecta priuata, ca-
ritate publicam induant. & idem Boer. in
addit. ad Ioan. Montaign. in tract. de author.
magni Conſilij Regni Franciæ, pro quo di-
cit facere text. in l. Paulus in fine, qui lega-
tione frangimur, neque alienis, neque pro-
prijs negotijs ſe interponere debet, in qua
cauta non videre eum quoq; contineri, qui
cum amico ſuo Prætore gratis conſilium
11 participat, ff. de leg. & † iſti reuelatores,
ſcortores, & conſiliorum Principis, vel Rei-
publicæ, aut iuſtitiæ adminiſtratorum, dicit
tex. in l. ſi quis aliquid. ff. de pœnis. (aut viui
exuruntur, aut furca ſuſpenduntur) & in
l. omne, § exploratores, ff. de re milit. legi-
tur (explora tores, qui ſecreta nuntiauerũt,
hoſtibus proditores ſunt, & capitis pœna
luuntur) & vtrobique glo. & DD. Bald. &
alij in l. fin. ff qui ſatiſd. cogant. & in l. 1. in
fine, ff. ad leg. Iul. Maieſt. Luc. de Penna in
rubr. de ſilentiar. & decur. C. lib. 12. Archid.
in c. anteriora 2. q. 6 Laudenſ. in tract. ſuo
de Cõcil. Princ. in 2. quæſt. & in Longobard.
de his, qui ſecreta Principis fraudulenter
inquirunt, in l. vnic. vbi text. allegat illud
dictum Tobiæ: ſecretum Regis abſconde-
re, opera autem Dei reuelare honorificum
deſiderium inquit, Boer. vbi ſupra, ille text.
& lex ſi quis. & alia iura hic allegata ſerua-
rentur in Regno Franciæ, quia profectò nõ
eſſent tot exploratores, & denuntiatores
ſecreti regalis Concilij & in hoc Regno ex-
12 tat † pragmat. 1. §. 3. de cauſ. decidend. fol.
128. pragmat. 5. §. 2. & 7. de offic. magiſt. iu-
ſtit. fol. 421. & 422. & pragmat. 17. de offic.
Sac. Conſil. in quibus ſub pœna priuationis
officij, & alijs, vota, & ſecreta Tribunalium
non publicentur, nec de eis inter eoſdem
officiales extra Tribunal loquatur, & ſi ſer-
uatur Deus ſcit, licet rigorosè procedatur.
13 Vigeſimoſexto, † proditor dicitur, qui
vendit arma hoſtibus patriæ, vel qualiter-
cumque ad eos mittit ſuccurſum, l. 2. & ibi
Bald. C. quæ res expor. non deb. & in l. cotẽ,
ff de public. Iacob. Donaud. addens ad Io.
Terrarub. vbi ſupra.
14 Vigeſimoſeptimo, proditor dicitur, † qui
alterius crimen ſibi ſoli notum malitiosè
detegit, cap. ſi peccauerit 2. q. 1.
15 Vigeſimooctauo. proditor † dicitur, qui
proximũ circumuenit, & illum callidè ſub-
ducit, vt in periculum ſalutis trahat, cap.
transferunt 24. q. 3. cap. ſi cupis 15. q. 1.
Vigeſimonono, is proditor dicitur, qui
fraternę diſcordię infeſtus iura caritatis, &
veritatis ſpernit, cap. ab ijs 10. q. 3.
Trigeſimo, proditor dicitur ille, qui bel-
lum mouet ſine diffidatione, dixit Io. Andr.
in cap. 1. de homicid. in 6.
Trigeſimoprimo, proditor dicitur, qui
contra fidem datam venit, Ang. in l. 1. §. non
fuit, ff. de dolo, allegat text. in l. proditores
ff. de

ff. de re milit. & text. in l.fin. C.de delator. lib. 10. Alex.conſ. 13. conſideratis his, quæ in themate col.2.num.9.lib.6.

Trigeſimoſecundo, proditor eſt ſubditus qui infamat Dominum ſuū, vel aliquid contra illus honorem facit, dixit Hippol. de Marſil. conſ.11.col.3.num.22.lib.1. allegat Io.Andr.in cap.1.de feud.quem refert, & ſequitur Bald.in cap.1.in fin.col.6.verſ.quid de reb.quib.ex cauſ.feud.amitt.

Trigeſimotertio, dicitur proditor quandoque aliquis ſui ipſius vt in muliere, quæ extrinſecus oſtendit nolle viro conſentire, & illi reſiſtit aliquantiſper, tamen aliud in corde gerit, & ſe victa diſſimulat, de qua Ouid. ſic dicit:

Quæ cum ita pugnaret, tanquam quod vincere nollet:

Victa eſt non ægrè proditione ſua.

16 Trigeſimoquarto, proditor † eſt oſtendens ſe amicum, & vti inimicus agit, eum exemplis ponit Iaſ in conſ.86.in cauſa Reuerendi Gentilis lib.3.refert Gigas de crim. læſ.Maieſt.lib.3.C.de proditor.fol.163.q.1. & omnes, qui vnum exterius, & aliud gerit interius, proditor eſt, vt etiam ex multis, & alijs pluribus fundaui in conſ.meo 102. nu. 16. & plurib. ſeqq. & macula proditionis

17 adeo aborritur, quod † proditor à duello repellitur, & maximum eſſe crimen, dicit Paris de Puteo de re milit. lib.6. cap. quando præuaricatur ad pugnam ratione proditionis nu.1.& per tot.cap.ibiq; de alijs ſpeciebus pertractat Gigas d.lib.3. tit.de proditor.q.4.& plur.ſeqq.

18 Trigeſimoquinto, † proditor etiam dicitur, qui iuſtitiam baractauit, & cōtra eum procedi debet ad inſtar Maieſtatis criminis, vt in l.1.& in auth.ibi poſita, C.de pœn. iudic. qui malè iudic. & ita tenuit Paris de Puteo in tract.de ſyndic.in princ.col.2.nu.9 tales enim, qui iuſtitiam opprimunt, cum poſiti ſint ad illam adminiſtrandam, eam prodere videntur; meritò igitur proditores nuncupandi ſunt, & propterea dixit idē Paris de Puteo dicto loco, quod Iudicum, qui iuſtitiam peruertunt arma depicta in Ciuitate, ſeu Palatio deleri debent ad eorū vituperium, argum.text.in l.eorum, cum

19 ibi notatis per Bart. ff.de pœn. † Dei enim miniſter appellabitur Iudex, qui in cōmiſſo ſibi officio, iuſtè, & laudabiliter ſe geſſerit, 23.q.5.cap.qui malos, & ideo tales publicè commendandi ſunt, l.iuſtiſſimos, C.de offic. Rector.Prouinc. facit, quod dicit pſalm.32. Rectorem decet collaudatio, è contra vero iuſtitiā vendens, aut aliter peruertens Satanæ miniſter nuncupandus erit, Gig.d.loco.

20 Trigeſimoſexto, † proditor dicitur, qui non oſtendit facere illud quod facit, & ſecretè contrarium facit eius, quod facere debet, l.omne delictum, §. exploratores, ff. de re milit. l.1. ff.de præuaricat. l. Atiectes, §.penult.ff.de his, qui notant.infam, Bart.in l reſpiciendum, in §.delinquunt, ff.de pœn. Io. And.in cap.1.de homicid.in 6.in nouell. Bald.in cap.1.in princ.quib.mod.feud amitt. & in §.item nulla, C.de Epiſc & cler. gloſ.in cap.clerus qui 46.diſtinct.Bar.in extrauag. qui ſint rebelles, in verſ.rebellis, verſ.item acta quod proditorum.

21 Trigeſimoſeptimo, † proditor dicitur vaxallus, vel ſubditus Principis, qui permiſit venire in ſui Principis territorio eius inimicos, vt voluit Bald.in l.1. ff.de rer. diuiſ. q.42. & Laudenſ in tract.de crim.læſæ Maieſt.q.38. hoc tamen procedit, ſi vaxallus, vel ſubditus poterat impedire, nè gentes inimicæ pertranſierint, facit text. in l. ſi quis à Barbaris, ff. de re milit. & ita tenent Afflict. in cap.1. §. & bona committentium crim.nu.100. quæ ſint regal. Gig.in d.lib.3. C.de proditorib.q.1.nu.13.

22 Trigeſimooctauo, † proditor dicitur is, qui crimen Maieſtatis læſæ commiſit, Luc. de Penna in l.quiſquis col.2. verſ. tales delinquentes, C.de petit.bonor.ſublat.lib.10. Gig.in d.tract.de crim.læſæ Maieſt.lib.3.de proditor.q.1.nu.15.

Trigeſimonono, & Vltimo, in hoc Regno

23 † proditor dicitur, & pro tali teneri, & iudicari, qui cum ſclopo deliquit, vt per Regiam Pragmaticam 52. in tit.de armis, de qua in d. meo conſ.102. & quæ delicta ſint proditoria, multa dixi.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio X C.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXXXII.

THEMA.

Proditor, & rebellis licet inter ſe differant, quia rebellio per non ſubditum non committitur, & proditio ſic: tamen rebellis, & proditor feudo priuantur, & capite puniuntur. communis, & deciſa.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Proditor, & rebellis non ſunt idem, & differunt, quia rebellio non cadit in non ſubditum.*
2 *Conceſſio feudi eſt quidam contractus in quo quis alteri obligatur.*
3 *Subditus ratione domicilij, vel originis ratione feudi, quia non ſubditus crimen Maieſtatis non committit.*
4 *Forum licet quis ſortiatur coram Domino feudi, ratione feudi, non tamen ſi in eius Dominio non habet domicilium.*
5 *Subditus ratione feudi intelligitur ſolum vt per Dominum feudo priuari poſſit.*
6 *Crimen Maieſtatis læſæ, non ſubditum non committere, pluries iudicatum.*
7 *Proditor eſſe poteſt non ſubditus.*

ET ſi diximus proditorem, & rebellem in
vno quolibet ipſorum delictorum feudo
priuari, vt ſupra de communi, & etiam infra
1 fundatum eſt, tamen † vnum, & idem non
ſunt, & inter ſe differunt, quia rebellio non
cadit in non ſubditum illius Principis, contra quem non committitur, & nõ ſubditus
in dictum crimen non incidit, Bart. in extrauag. qui ſint rebelles, in verſ. rebellando
in princ. & in verſ. quod ſi aliquis homo de
terris Eccleſiæ, latè Pariſ. conſil. 101. de
quibus num. 33. lib. 1. Bald. in l. 2. C. de falſ.
monet. Oldrad. in conſ. 43. quæritur vtrum
citatio col. 4. verſ. circa ſextam, vbi concludit, quod is, qui Imperio non ſubdit, licet
aliquod feudum ab Imperatore recognoſcat, ſi aliquid cõtra Imperatorem machinatur, crimen læſæ Maieſtatis committere
non dicitur, quia feudum nõ dat Imperium
Domino feudi in feudatarium, Gail. de pi-
2 gnorat. cap. 15. † conceſſio enim feudi eſt
quidam contractus, in quo quis alteri obligatur, non autem imperium concedit, allegat notata per Innocent. in cap. poſtulaſti,
de foro compet. ad hoc facit text. in clem.
paſtoralis de re iudic. per quem text. dixit
Præpoſit. in cap. in primis, in §. de perſona,
quod licet in aliquo particulari iure, vt puta feudi, vel delicti quis efficiatur de foro
3 alicuius Principis, tamen † ſi ratione domicilij, vel originis non ſit ſubditus Principis,
crimen Maieſtatis læſæ committere non
dicitur offendendo Principem ipſum, & cõmuniter Doctores ſentire teſtatur ius in d.
clem. Paſtoralis, & rationem aſſignant, quia
licet ratione delicti, vel contractus, quis forum ſortiatur illius Principis, ſub quo deliquit, vel contraxit, non propterea efficitur
ex hoc eius ſubditus, gloſ. eſt communiter
approbata in clem. vnic. in verſ. ſubditos, de
foro compet. & per Detium in c. ad noſtram
col. 1. verſ. quis autem dicitur, de appellat.
4 ſic de feudo dicemus, quod † licet quis ſecundum leges feudi, forum ſortiatur coram
Domino feudi, tamen propriè non eſt ſubditus Domino feudi, ſi ſub eius dominio nõ
habet domicilium, vt probatur in cap. tranſmiſſa, & in cap. verum, de foro compet. &
quo ad non ſubditum tale crimen nõ committunt, dicit etiã Bald. conſ. 139. lib. 1. Loffred. conſ. 20. Gramat. voto. 10. Luc. de Pen.
de conductor. & de procurat. ſiue executor.
prædior fiſcal. verſ. an ſcilicet crimen Maieſtatis læſæ lib. 10. Boer in tract de ſeditioſis, in §. præſuppono etiam num. 2. & ex alijs
in d. tract. de crimin. læſæ Maieſt. lib. 1. tit.
qualiter, & à quibus crimen &c. num. 2. &
plurib. ſeqq. q. 1. fol. 54. & ſeq. & lib. 3. q. 9.
Afflict. eleganter in cap. 1. in princ. & nu. 1.
qualit. vaxall. iur. deb. fidelit. verſ. & ex quibus infero, Boſſ. in tract. crim. tit. de crimin.
læſæ Maieſt. num. 106. per d. clem. Paſtoralis, §. rurſus, & §. denique, de re iudic. vbi
Cardinalem, & alios ita declarare ait, quod
5 dicitur † vaxallum ſubditum eſſe ratione
feudi intelligitur ſolũ, vt per Dominũ priuari poſſit, ſequitur Detian. in tract. crimin.
lib. 7. cap. 32. num. 42. cap. 8. nu. 8. & conſ. 18.
num. 320. lib. 1. Auguſtin. in addit ad Angel.
de Aret. in tract. de maleſ. in verſ. & hęc traditio num. 8. Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1.
num. 18. Roland. à Valle conſ. 1. num. 28. &
ſeq. ex communi. lib. 3. citans Alciat. conſ.
451. num. 3. Menoch. conſ. 99. num. 45. verſ.
ſexto, & vltimo cum ſeq. lib. 1. & licet Menoch. d. conſ nu. 95. aliter videtur ſentire dictam clementinam nõ obſtare, quia eſt opinio cõmuniter recepta, & omnes ita tenere
6 in d. clem. Paſtoralis, & pluries † iudicatum
non ſubditum tale crimen Maieſtatis non
cõmittere, ex Oldrad. conſ. 43. Loffred. conſ.
45. num. 21. & conſ. 5. nu. 42. Peregr. Gayll. &
alijs, & cõmunibus opinionibus firmat Roſental. de feud. cap. 5. concl. 69. in gloſ. litera
H. & in cap 10. concl. 35. Roland. à Valle,
Mar Ital. de prim. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 7.
nu. 48. quod non intelligitur de eo, qui ſubditos Principis iuuauit, Mar. Ital. dict. loco
7 num. 51. ex alijs. † Proditor vero eſſe poteſt non ſubditus, dixit Bart. in d. extrauag.
qui ſint rebelles, & propterea dicitur,
quod non omnis proditor crimen Maieſtatis committere dicitur, ſed ſolum is, qui
dum ſubditus eſt, proditionem committit,
in magnis Principis, ſiue Reipublicæ damnum commiſit, dixit Afflict. in cap. 1. §. &
bona committentium, colum. 8. verſ. 37.

in fine

in fine num. 99. quæ ſint regalia, Gigas vbi ſupra fol. 167. & præallegati, qui alios innumeros adducunt.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XCI.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXXXIII.

THEMA.

Inobediens Regi, aut ab eo miſſis eorumq; voluntatibus, & ſignanter ad ea, quæ in regimine pertinent, eſt infidelis rebellis, & feudum amittit.

SVMMARIVM.

1 *Rex à quolibet amandus tanquam Vicarius, & legatus Dei, ſicut quilibet ſubditus ſuum debet amare Epiſcopum Dei legatum.*

2 *Rex quilibet eſt locumtenẽs Dei in terris, quia omnis poteſtas à Deo.*

3 *Legem Dei, & Regis ſui, qui non cuſtodierit diligenter iuditium erit in eo.*

4 *Principi, qui non obedierit capitè punitur & morte morietur.*

5 *Subditorum inobedientia in Principe grauiſſimum crimen eſt, & hæreſi comparatur.*

6 *Fidelis non eſt, qui voluntati Domini, & locumtenentis ſui conformis non eſt.*

7 *Rebelliter viuens, & benè regere recuſans Infidelis, & Rebelis eſt.*

1 QVilibet Regem, & Dominum ſuum amare, & eius voluntatem ſequi debet, tanquam Vicarium, ſiuè legatũ Dei ſicut dicitur, quod quilibet ſubditus debet amare ſuum Epiſcopum tanquã Dei legatum: vt in cap. ſint pariter 6. q. 1. & ſuperiorẽ ſuum in temporalibus, qui eſt Deus in terris, & notat gloſ. in l. iubemus, de
2 ſacroſ. Eccleſ. ideſt † locumtenens Dei in terris, quia omnis poteſtas à Deo eſt, ad Roman. cap. 13. & cõſequenter dicitur miſſus à Deo. 1. Petr. 2. cap. eſtote ſubiecti Principibus tanquam à Deo miſſis, & Principum mandatis, & ordinationibus parendum eſſe leges, & omnia iura mandant, ſcriptum eſt
3 Exdr. 1. cap. 7. in fine, † omnis, qui non fecerit legem Dei ſui, & legem Regis diligẽter, iuditium erit in eo ſiue in morte, ſiue in cõdemnatione ſubſtantiæ, vel certæ in carcere m. & lib. 1. Reg. cap. 16. † qui non obe-
4 dierit Principibus, morte morietur, quod relatum eſt in cap. 2. de maior. & obedient. vbi multa Felin. colligit num. 2. verſ. non omnis transgreſſio, vbi inquit poſt Bald. in l. legis virtus num. 1. ff. de legib. quod etiam miles, vel Dux militiæ nõ parens mandatis Principis, capite punitur, cum pluribus exemplis ponit Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 4. caſu 363. num. 1. etiam ſi res bene geſſerit num. 8. & ſeq. Ferrett. de re milit. tit. 7. de
5 obed. & pace multa. † Inobedientia enim ſubditorum in Principem grauiſſimum crimen eſt, & hæreſi comparatur 8. q. 1. cap. ſciendum, & cap. ſi Papa 40. diſtinct. & infidelis ab hominum cõſortio ſeparari debet, iuxta illud Valer. Max. lib. 6. & de ſeueritute: non eſſet opus eo ciue rem publicam, qui parere neſcit; & hoc allegat, & ſequitur Luc. de Pen. in l. ſi magiſtratum, cap. 1. C. de decur. lib. 10. & multa alia de obedientia ponit addens ad Io. de Terrarub. in d. tract. contra rebell. art. 3. tract. 3. verſ. inobedientia fol. 60. & † qui non eſt conformis voluntati Regis, aut Domini ſui, & ſui locumtenentis, & officialis maximè in his, quæ ad regimen Regni pertinent, nè dum eſt infi-
7 delis, vt in cap. nullius diſtinct. 38. ibi † (qui enim rebelliter viuit, & diſcere, atque regere bene recuſat magis Diaboli, quã Chriſti membrum eſſe oſtendit, & potius infidelis eſſe moſtratur.) & ibi gloſ. & DD & læſæ Maieſtatis crimen committit, vt habetur in d. extrauag. quoniã qui ſint rebelles, vbi communiter gloſ. Bart. & DD. & in l. 1. ad l. Iul. Maieſt. ibiq; DD. & Io. de Terrarub. vbi ſupra in d. art. 6. tract. 3. concl. 6. fol. 68.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XCII.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXXXIV.

THEMA.

Crimen Maieſtatis læſæ committũt etiam qui machinationem Principis ſciuerint, & non reuelauerint. communis, & deciſa.

SUMMARIUM.

1 *SEditio ſola delicti patrandi non punitur.*
2 *Crimen Maieſtatis committit, qui ſciuit machinationem cõtra Principem, vel patriam, & non reuelauerit.*
3 *Sciens machinationem cõtra Dominum, vel patriam, & non reuelauerit, pœna extraordinaria punitur.*
4 *Sciens, & non reuelãs pœna criminis Maieſtatis ordinaria puniri magis communis, & deciſa, opinio eſt.*
5 *Scientia in tribus caſibus punitur.*

1 ET ſi ✝ regula ſit communis, quod ex
ſola ſeditione delicti patrandi, quis nõ
puniatur, vt teſtatur Carauit. in Rit. Mag.
Cur. Vic. 4. num. 2. vbi Doctores tamen
ob Maieſtatis criminis atrocitatem facit,
quod qui ſciuerint machinationem contra
Principem, vel contra patriam, & nõ reue-
lauerint, capitis pœnę sũt obnoxij nulla di-
ſtinctione, Viuius lib. 1. communi opinionũ
concluſione in verſ. ſcientia, Gabr. Roman.
in commun. concluſ. lib. 7. concl. 37. vbi di-
ſtinguitur, Clarus in ꝟ. læſæ Maieſtatis, Ca-
pyc. deciſ. 190. num. 65. 67. & deciſ. 155. nu. 9.
18. & ſeq. Plaza lib. delict. cap. 22. num. 17.
de communi, & idem Menchia. cõtrouerſ.
illuſtr. cap. 16. poſt num. 1. & ſecundum hanc
opinionem ſe iudicaſſe in facti contingentia
refert Auguſt. ad Angel. de malefic. in verſ.
& hai tradita la tua patria, & ita ſeruatum
fuiſſe Mediolani teſtatur Boſſ. in tit. de
crim. læſæ Maieſt. num. 6. & ſeq. ex Bart. in
l. vtrum, ff. de pœnis, & alijs Clar. in d. ꝟ. Ma-
ieſtatis læſæ in fine, ex communi opinione,
& deciſionibus reſpondens contrarijs cum
Bart. firmat in §. fin. q. 87. verſ. punctus eſt,
Miſinger. centur. 5. obſeru. 40. & ſeq. Vaſq.
controuerſ. illuſtr. lib. 1. cap. 16. nu. 13. verſ.
licet quis, cum duobus num. ſeqq. Gomeſ.
variar. reſol. lib. 3. cap. 2. nu. 8. in princ. verſ.
tertio limita cum ſeq. vſque ad verſic. vlt.
item, cap. 3. & ſeq. nu. 4. verſ. & ex his poteſt
inferri, Cacheran. deciſ. 8. in quibus locis ex
Gomeſ. Capyc. & Cacheran. habes vnam li-
mitationem, de qua Vigel in ſuo methodo
iuris controuerſ. lib. 1. cap. 13. de lege Iul.
Maieſt. reg. 11. vbi ſupradictas tradit, ſed in
hoc caſu dicit Vaſq. d. cap. 16. num. 16. quod
3 ✝ ſciens, & non reuelans, pœna ordinaria
non punitur, ſed mitiori, idem Vigel. loco
citato in fine, ex eodem Vaſq. Marius Ital.
de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 7. num. 52.
sed † ego aduerto opinionẽ Bart. vbi ſupra,
4 quia magis communis, & pluries deciſa hac
ſola ratione, quia ſciens, & tacens, videtur
conſentire, & ſi conſentit, delinquit; ergo
5 ipſe in crimine incidit, & ✝ ſciẽtia in tribus
eſt punibilis, ſcilicet: Primo, quando male-
ficium cõmittitur in perſona eius, cuius ipſe
ſuppoſitus eſt, vt in ſeruo mortem Domini
ſciente, l. 1. ꝟ. ſi ſeruus, ff. ad Senat. Conſult.
Syllan. Secundo, in filio ſciente necem pa-
tris, vt in l. 2. de parricid. Tertio in vaxallo
machinationem contra ſuum Principem de
turbatione ſtatus, ſiue ciuitatis, vel aliud cõ-
tra Dominũ, vel Ciuitatem, vt in l. quiſquis
in fin. C. ad leg. Iul. Maieſt. per quem text &
alia ita tenuit etiam Afflict. in cap. 1. §. &
bona committentium nu. 103. verſ. quadra-
geſimo, quæ ſint reg. & licet limitat quãdo
ſcientia poteſt probari per alium condem-
natur, ſed ſi non probari poſſit, tenetur re-
uelare, per gloſ. in cap. plerumq; 2 q. 7. quę
dicit id, quod ſcit, bonus vir facere debet
quando non poteſt probari, vt ex Bald. &
alijs firmat, quia ſine probationibus nemo
puniri poteſt, nec debet, vt notiſſimi iuris
eſt, & prædictam opinionem quamuis rigo-
roſam aſſerat Gig. ex alijs comprobat in d.
ſuo tract. de crim. læſæ Maieſt. lib. 3. q. 11.
per totã, tit. de plurib. & var. quęſt. fol. 180.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XCIII.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXXXV.

THEMA.

Vaxalli, & ſubditi inconcuſsè vnica voluntate debent ſeruare præcepta, ordinationes, & voluntatem ſui Domini pro eorum ratione, & fidelitate ſeruanda, quã ſi non ſeruãt ſunt rebelles, & feudum amittunt. communis.

SUMMARIUM.

1 *REgnum eſt vnicum corpus miſticum, cuius capud eſt Rex ſuppoſita ſunt eius membra.*
2 *Membra miſtica ideſt ſuboriri debent eſſe vnita, & conformia vnitati corporis.*
3 *Corpus miſticum vnitum vnione compaginis, & voluntatis, corpus vero miſticũ ſolum vnione voluntatis.*
4 *Subditi pro vnione, & voluntate ſeruanda debent*

debent præcepta, ordinationes, & voluntate Domini ſeruare.

5 *Regnorum exiſtentia ex obedientia Regibus, & eorum præceptis, & voluntatibus pendere.*

6 *Voluntate Domini, qui conformis non est, & ſeparans ab ea, membrum putridum, & infidele est.*

1 REgnum † eſt vnum corpus miſticum,
cuius capud eſt Rex, ſuppoſita eius
ſunt illius membra, vt in cap. nouit, de his,
quæ fiunt à prælat. cap. quoniam plerique,
de offic. ordin. & cap. non licet, de præſcript.
2 & membra miſtica, ideſt ſubditi debent eſſe
vnita, & conformia voluntati capitis, & ab
illo non diſcedere, vt in d. cap. cum non licet,
ibi (non licet membra à capite diſcedere)
quod non intelligitur de diſceſſu materiali,
ſed de diſceſſu voluntatis: nam licet
3 † corpus phiſicum vnitum vnione compaginis,
& voluntatis, corpus vero miſticum
vnitum eſt ſolum vnione voluntatis, non
vnione compaginis, conſtat ex diſtantibus
partis, ſiue ſuppoſiti, vt declarat text. in
l. rerum, de vſucap. gloſ. in cap. dilecta, de
exceſſ. prælat. pro quo facit illud, Apoſtol.
Sollicití ſeruare virtutem: vnum corpus,
vnus ſpiritus: gloſ. dicit ſcilicet eiuſdē voluntatis,
ad Epheſ. cap. 4. Io. de Terrarub.
contra rebell. art. 3. tract. 3. concl. 5. fol. 51.
4 & † ſubditi pro vnione, & fidelitate ſeruanda
debent inconcuſsè præcepta, ordinationes,
& voluntatē Domini, & capitis ſui miſtici
obſeruare, prout tenet Philoſ. in polit.
& Egid. de regim. Princ. lib. 3. cap. 34. & Chriſtus
caput Eccleſiæ dicit: Si quis diligit me,
ſermones meos ſeruabit, qui me nō diligit,
ſermones meos non ſeruat, qui habet mandata
mea, & conſeruat ea: ille diligit me.
Io. cap. 14. ergo qui me non diligit mandata
mea non ſeruat fidelitatem, & obedientiam
non habet; vnde Philoſoph. & Egid.
5 vbi ſupra dicunt, quod † exiſtentia Regnorum
ex obediēdo Regibus, & eorum voluntatibus,
& præceptis pendet: ita quod ſine
hac nihil. Io. de Terrarub. ibidem num. 8.
requiſito fidelitatis amoris fol. 54. col. 4. &
membrum miſticum non ſolum præceptis
ſui Domini, & capitis, ſed etiam requiſitionibus
alijs vim, & naturam præcepti non
habentibus acquieſcere, & obedire tenetur,
vt in Prouerb. cap. 2. Io. de Terrarub. vbi
6 ſupra in 9. requiſito fol. 54 col. 4. & † ſeparans
ſe à voluntate Domini, & capitis ſui
miſtici, & vnioni, & voluntati illius ſe non
conformans, eſt membrum putridum, & infidele,
quia peccatum humanæ ſocietatis,
ideſt corporis humani miſtici exigit conformitatem
membrorū miſticorum ad capud,
vt in decreto 8 diſtinct. cap. quæque. & alius
non poſſet ſubſiſtere in vnitate, & eſſet mēbrum
putridum, & diſſolutum, Io. de Terrarub.
ex alijs vbi ſupra tract. 3. art. 6. concluſ.
16. fol. 60. contra rebell. vnde omnes
vaxalli, & ſubditi debent eſſe vniti cum voluntate
Domini, eique parere alium ſunt
rebelles.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio XCIV.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXXXVI.

THEMA.

Qui contra Regem in non faciēdo, non obediendo ordinibus, & mandatis regijs, eiuſq; voluntati, maximè in ſcriptis, crimen læſæ Maieſtatis committit. cōmunis.

SVMMARIVM.

1 *INobediens Regi, eiuſque ordinationibus, & mandatis, crimen Maieſtatis committit.*

2 *Rebellis reputatur omnis, qui in notoria inobedientia Regis, ſiue eius miniſtri.*

3 *Regis vel Imperij ſtatum contra quis aliquid faciens in mutādo formam, vel eius gubernium, non eſt ita rebellis.*

NOn ſolum qui cōtra Regem facit, ſed
1 etiam in non faciendo, in † non obediendo
Regi, vel eius ordinationibus, &
& mandatis, crimen Maieſtatis læſæ committit,
gloſ. & Bart. in extrauag. quoniam,
qui ſint rebelles, verſ. tenore, & verſ. rebelles,
dicit: rebelles dicuntur, ſi ſolum nō obediant,
etiam quod opera hoſtilia non faciāt,
Anchar. in cap. paſtoralis num. 24. verſ. &
hoc reſiſtere, de ſent. & re iudic. Præpoſit.
& Alexandrin. in cap. in primis, §. de perſona
num. 19. in fin. 2. q. 1. Soccin. conſ. 121.
num. 2. lib. 4. Iaſ. conſ. 86. num. 3. lib. 3. vbi
poſt Angel. in loco per eum relato dixit:
2 † rebelles reputari omnes eos, qui in proteruia,
& notoria inobedientia exiſtunt, vt
in agendo aliquid contra Regis voluntatē,
& ſui Vicarij, ſiue miniſtri ſubſtituti etiam
in reſcripto expreſſam, Gig. lib. 3. de crim.

læſæ Maieſt. tit. de rebellibus cap. 1 num. 3. & rebelles ſunt, qui in fide non permanent, & iuſſis Principum non obediunt, teſtatur etiam Ambroſ. Calepin. in ſuo dictionario, & ex alijs Gigas d. loco, & art. num. 4. Boſſ. in tit. de crim. Ma eſt. læſæ num. 15. verſ. & quando quis non obedit Principi, & poſt num. 70. verſ. addit tamen, Menoc. conſ. 28. nu 3. lib. 1. Detian. in tract. crim. lib. 7. c. 32. num. 1. in fine, & verſ. 2. item comprehendit, & cap. 23. nu. 1. vbi & ſi dicat, quod inobediens Principi, Maieſtatis crimen committit, & idem Natta conſ. 596. num 6. tamen eorum dictum procedit in concernentibus intereſſe priuatum, vel Principis pecuniarium, vt ex Bald. in conſ. 271. lib. 2. & conſ. 193. lib. 3. & Natta d. conſ. 596. Fab. de Annā
3 conſ. 67. num. 17. ſed eſt ſecus † ſi aliquid fiat contra ſtatum, & proſperitatē Imperij, & quando quid agitur, vt mutetur forma, & regimen Imperij, & declarat Bald. in l. 1. ꝑ. huius autem ſtudij col. 3. verſ. item nota quod arbitrium, ff. de iuſtit. & iure, & idem Natta d. conſ. 596. firmat, & omnes prædicti, & ſic quādo fit, & tractatur aliquid contra ſtatum, & Regni proſperitatem, ponendo Regnum, & rem publicam in periculo, qui hoc agit propriè eſt rebellis, & læſæ Maieſtatis crimen committit. vt ex alijs firmat Farinac. in tract. de crim. læſæ Maieſt. q. 113. num. 72. 105. ſpeciali 5.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XCV.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXXXVII.

THEMA.

Obedientia non eſt violanda propter quodcumque periculum, ſcandalum, aut opus priuatum, cum exemplis, & inobediens, & infidelis rebellis, cū qui ſuo domino non obedit, eum contendit, eique reſiſtit. communis.

SVMMARIVM.

1 *PEriculo quocunque euitando non eſt omittenda, vel violanda obedientia.*
2 *Scandalum melius eſt pati, quam veritas vitæ, in qua conſiſtit obedientia.*
3 *Pietatis, & boni operis occaſione non eſt omittenda obedientia.*
4 *Bello, qui rem prohibitam facit, capite punitur, etiam ſi rem bonam geſſerit, & proſpera ſucceſſerit, & num. 8.*
5 *Obedire melius eſt quam ſacrificare, quia in obediendo propria voluntas deprimitur, in ſacrificio ponitur caro alterius.*
6 *Difficilius eſt quem vincere ſe ipſum obediendo non timore pænæ, ſed timore iuſtitiæ.*
7 *Caſtellani ad guardiam Caſtri nō poſſunt exire nec pro ſubſidio Ciuitatis.*
8 *Filius qui contra præceptum patris in bello cum inimico præliauit, nō obſtante quod occidit, fuit ſecuri ſubmiſſus, & alia exempla.*
9 *Felix exitus inobedientiam non excuſat.*
10 *Boni prætextu, malum non faciendum.*

1 PRopter † quodcumq; periculum, ſcandalum, quodcumq; vel alium pium opus faciendum, non eſt omittenda, vel violanda obedientia, vt ad literam habetur in cap. illud, de maior. & obedient. vbi gloſ. cap qui ſcandalizauerit, de re iudic. & habetur in lib. Regum cap. 15. pro quo facit cap. noſſe
2 30. q. 1. & † melius eſt ſcandalum pati, quā veritas vitæ, in qua conſiſtit obedientia relinquatur, vt in d. cap. qui ſcandalizauerit, vbi gloſ. & in cap. ſanè, de tempor. ordin. & cap. niſi, de renuntiat. hinc text. in cap. illud, dicit: quod inobediens, qui eſt, & conſequenter infidelis: qui pro temporali commodo obedire prætermittit: ita quod ſub occaſione pietatis, ideſt alicuius boni operis, non eſt committenda impietas, ideſt inobedientia, ſecundum gloſ. ibi, pro quo facit cap. non eſt putandū 1. q. 1. & in l. 3. ꝑ. in
4 bello, ff. de re milit. legitur: (in † bello, qui rem à Duce prohibitam facit, aut mandata nō ſeruauit, capite punitur, etiam ſi res bene geſſerit) vbi gloſ. & DD. firmant, quod non obſtante proſpero ſucceſſu inobedientia rigidè punitur; ad hoc facit illud vulga-
5 re, quod dicit Abb. in d. c. illud, quod † melius eſt obedire, quam ſacrificare, & ratio eſt, quia per victimam, ſeù ſacrificium, quod fiebat in veteri teſtamēto mittebatur caro aliena per obedientiam vero voluntas propria deprimitur per cap. ſciendum 8. q. 1. vnde maximum quidem eſt obedire meri-
6 tum, quia † nihil difficilius eſt quam vincere ſe ipſum, qui cuſtodit præceptum, non expectatur quicquam mali, ſed caritatis affectum, & obedientia à ſubdito eſt ſeruanda nō timore pœnæ, ſed timore iuſtitiæ, & tanta

ta eſt

tá eſt vis obedientiæ, quod ſi contra eam
aliquid fit, & bene: non obſtante proſpero
ſucceſſu rigidè punitur per dicta iura, &
authoritates, ad idem facit, quod habetur in
cap. fin. 22. q. 2. quod filius Saul Regis in
bello bene geſto, contraueniens mandato
paterno, damnatus fuit ad mortem, & ſi po-
ſtea habuerit gratiam, tamen incurrit in di-
ctam pœnam, reiecta vnica contraria opi-
nione, ex alijs firmat Felin. in d. cap. illud, &
7 ad hoc facit, quod † Caſtellani ad guardiam
Caſtri non poſſunt exire, nec pro ſubſidio
Ciuitatis, ex Bald. & alijs Felin. in d. cap. il-
lud, & latè firmat Ioan. de Terrarub. in d.
tract. contra rebell. artic. 3. tract. 3. in text.
concl. 12. & in gl. in verſ. obediẽtia ſubditi,
& ſi Tiraquell. in ſuo tract. de pœn. cauſ. 52.
num. 1. dicat: proſperum euentum pœnam
tollere criminis, per text. in l. 2. §. poſtea,
ff. de orig. iur. & ex Ancharan. in repet. c. 1.
in 14. q. princ. qui ſub dubio cogitandum re-
liquit, & ex Filin. qui loquitur de eo, qui li-
brum legis furauit, fecit animo conſulendi
rei publicæ nõ male faciendi, tamen Tira-
quell. ipſe num. 3. dicit fretus authoritate
d. legis deſertorem, §. in bello, ff. de re mi-
8 lit, ex quo † qui in bello mandata non ſer-
uat non obſtante felici euentu, capite puni-
tur, qui text. ſingularem dicit Cremenſ. ſin-
gul. 151. incip. mandatum &c. quam legem
ſecutus fuit Manlius Torquatus, qui filium
proprium ſecuri percuſſit, quod contra pa-
tris præceptum cum hoſte pugnaſſet, eumq;
interfeciſſet. Tit. Liu. 1. decad. lib. 8. Valer.
Max. lib. rerum memorabilium 4. de diſcipl.
milit. & iterum lib. 9. de ira Egiſippi lib. de
excid. Hieroſol. 3. cap. 24. Ariſtidis Mileſius
de reb. Ital. & ex eo Plutarc. in Parall. c. 13.
& 17. Gell. lib. 9. cap. 13. & ſimile feciſſe
Aulum Poſthumum Tibutinum, refert Va-
ler. loco citato, vbi illũ ſcribit feciſſe filiũ
ſecuri feriri, quod ſua ſpontè progreſſus
hoſtes fudiſſet. & Epominondam illum in-
ſignem Thebanorum Ducem non diſſimili
ratione Steſimbrotum filium interimi iuſ-
ſiſſe, quod in exercitu relictus cõtra pater-
num præceptũ in hoſtem feliciter pugnaſ-
ſet. vt in 3. rerum Theban. ſcribit Ereſiſon,
& ex eo Plutarch. in paralell. c. 13. & Arca-
dius Laſſius Dux exercitus Antonini tunc
tẽporis Imperatoris, & qui ipſe poſtea im-
perauit, Centuriones qui ipſo inſcio parua
manu ingentem hoſtium numerum negli-
gentium Agentium occiderunt in cruce
ſolli, ſeruiliq; ſupplicio affici iuſſit, quæ res
diſciplinæ Romanis addidit tantũ terroris
hoſtibus iniecit, vt pacem annorum centũ
ab Antonino abſente paterent, vt qui vide-
rent damnatos Romani Duces iuditio eos,
qui contra fas vicerant, Author Volcatius
Gallicanus, vel Dioclitianum in fila. his ad-
ſtipulatur, illud Virgilij lib. 9. Eneidos.

Hostis adest, & ingenti clamore per omnes
Condunt ſe terreri Perſas, & Mœnia cõplent.
Namq; ita deſcendẽs, præceperat optimus artis
Æneas ſi qua in terra fortuna fuiſſet.
Nec fauere auderent aciem nec credere cõſ
Castra modos & tutos ſeruarunt agere muros.
Ergo & ſi conferre manũ pedes itaq; nostras.
Obijciunt portas tamen. & præcepta faceſcũt.

Sed vt ad noſtros redeamus Petr. Anchar.
conſ. 175 præmittendum eſt, per text. in §.
9 in bello, conſuluit † felicem, & bonũ euen-
tum non excuſare delinquem; nam in ma-
leficijs voluntas inſpicitur, non euentus, l. 1.
§. Diuus, ff. ad l. Cornel. de Sicar. Alberic. in
vlt. par. ſtatut. q. 478. alias q. 78. diſputaui-
mus col. 3. per d. §. in bello, quod qui facit
aliquid prohibitum, puniẽdus eſt, quantum-
cunque bonus effectus ſecutus ſit, ad quod
etiam allegat l. vlt. C. de negot. geſt. quibus
adde text. in l. ſi quis ſeruum, §. ſi puerum,
ff. ad l. Aquil. vbi punitur, qui puerũ caſtra-
uerit, licet ex hoc illum meliorem reddide-
rit, & etiam quia melius eſt obedire, & præ-
textu boni nõ eſt faciendum malum, ſecun-
dum D. Paulũ ad Roman. cap. 1. de quo eſt
etiam text. in cap. ex tuarum, de ſortileg. &
in cap. ſuper eo, de vſur. vbi notat gloſ. non
10 ex prætextu † boni malum faciendum, ad
quod alia adducit, & adde text. in cap. ma-
gnopere, nè cleric. vel monac. vbi gloſ. cap.
hoc idem vult, & alia iura adducit, ibique
poſt eam Hoſtienſ. Io. Andr. & Panorm. in
cap. diſtinguentes, ad idem text. in cap. nè
quis, & cap. facit 22. q. 2. cap. relegantes, &
ibi gloſ. 23. q. 5. & cap. noſſe, & ibi quoque
gloſ. 10. q. 1. & ex alijs iuribus authoritati-
bus, & rationibus firmat Tiraq. in d. tract.
de pœn. cauſ. 52. à num. 3. vſque in finem,
vnde qui non obedit, & mandatis ſuperiorũ
non parit, eſt infidelis, & rebellis, & feudũ
amittere debet, vt pluries diximus, & eſt
notum.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XCVI.

Amiſſionis feudi, Cauſa LXXXVIII.

THEMA.

Obedientia à Deo eſt ſeruanda,
quod ſi quis commiſſionem vt

aliquod Caſtrum, Ciuitatem, vel Regnum in locū alterius tenentis, vel Iuriſdictionem exercentis non adimpleta conditione in cōmiſſione exiſtente poſſeſſionem capit, contradicit voluntati Domini, & Maieſtatis læſæ crimen committit, & feudum amittit. communis.

SVMMARIVM.

1 *Officij alicuius in aliquo Caſtro, Ciuitate, vel Regno poſſeſſione capta cum commiſſione conditionali conditione non adimpleta, vel non exiſtente non valet.*

2 *Conditiones voluntariæ formaliter, & ſpecificè ſunt adimplendæ.*

3 *Mandatum nō dum est ſeruādum, ſed & eius qualitas.*

4 *Mandati actionem non eſſe, niſi conditio veniat.*

5 *Ingreſſus in aliquo gubernio ante tempus, vel non adimpleta cōditione est nullus.*

6 *Factum omne contra, vel præter formam requiſiti, vel commiſſionis est nullum.*

1 POſſeſſionem ✝ alicuius Ciuitatis, Caſtri,
ſiue Regni, vel eorum adminiſtrationē
etiam iuſtitiæ, & exercens etiam quod com-
miſſionem Regis, vel ſuperioris ad id ha-
beat, vt in locum alterius exercentis & in
ipſa commiſſione aliqua adeſt conditio nō
adimpleta, non exiſtente, vel deficiēte con-
ditione, talis commiſſio, ſiue reſcriptum ha-
betur pro non facto, per tex. in l. 1. l. qui hæ-
redi, § Plautius, vbi Bart. & Soccin. de con-
dit. & demonſtr. l. neceſſario, §. 1. ff. de peric.
& com. rei vend. l. 1. §. fin. vbi communiter
DD. C. de caduc. tollend. l. cedere diem, ff. de
verb. ſignific. l. pecuniam quam, vbi Alex.
num. 4. ff. ſi cert. petat. Soccin. iun. conſ. 54.
lib. 2. Roland. à Valle. conſ. 43. nu. 38. & ſeq.
lib. 4. Menoch. conſ. 99. num. 139. præcipuè
in voluntaria cōditione, quæ adimpleri de-
bet in forma ſpecifica, d. l. qui hęredi, §. Me-
uius, Bart. Bald. Caſtrenſ. Soccin. Imol. & alij
in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber.
& poſthum. Soccin. in l. 1. in repet. vt in alia
lectura num. 4. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.
Soccin. iun. conſ. 102. num. 26. & 37. lib 1. vbi
2 poſt Anan. ✝ dicit, quod conditiones vo-
luntariæ adimplendæ ſunt formaliter, &
ſpecificè, prout ſonant verba, & euidenter
concepta ſunt Magon. deciſ. 27. nu. 45. Rota
deciſ. 433. nu. 2. par. 1. in nouiſſ. vbi ampliat
Tiraquell. in tract conuent. §. 2. gloſ. vnic.
3 num. 4. & commiſſi. ✝ ſiue mandatum non
ſolum eſt ſeruandum, ſed & qualitas man-
dati, cap. cum veniſſent, vbi notat Bald. de
eo, qui mitt. in poſſeſſ. nu. 11. ibi: (quia man-
datum, ſiue cōmiſſio debet impleri in for-
ma, & tēpore,) dicens, quod eſt caſus vnius
in l. ſi mandauero tibi, la ſeconda, ff. mand.
ibi: (ſi mandauero tibi, vt pro me in diem
fideiubeas, tuque purè fideiuſſeris, & ſolue-
4 ris, vtilius videbitur interim non eſſe man-
dati actionē, ſed cum dies venerit) vbi gloſ.
in verſ. & pro me, dum dicit, & hoc in fide-
iubendo, & ſoluendo aliquid, fortius deli-
quiſſe videtur, qui ante tempus ſuæ com-
miſſionis non adimpleta conditione fortè
exiſtēte in reſcripto ingreditur, & ſe intro-
5 ducit, ex quo ✝ eius ingreſſus, & intruſio in
Ciuitate, loco, vel Regno ad tenendum, vel
gubernandū, eſt nullius roboris, & momen-
ti, per text. in cap. per tuas, de reſcript. cap.
porro, de priuileg. cap. cum de nō ſacerdo-
6 tali, §. vlt. de præbend. in 6. Immo ✝ omne
quod fit non ſolum contra, ſed præter vl-
tra formam mandati, ſeù commiſſionis, vel
reſcripti, eſt ipſo iure nullum, l. illud, §. ſed
ſi ita, vbi Bart. quod cuiuſq; vniuerſ. nomi.
& cap. Piſanis de reſtit. ſpoliat. & dum quis
contra ordinem, & commiſſionē Domini fa-
cit dominicæ voluntati contradicit, & ſic
inobediens, infidelis, & rebellis eſt, ex quo
feudum amittit.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XCVII.

Amiſſionis Feudi, Cauſa LXXXIX.

THEMA.

Si duo, vel tres ordinati ſint ad aliquod officium, gubernium, vel adminiſtrationem nō inſolidum adminiſtratione capta per vnū, ipſoq; non impedito alij ſe intromittere non poſſunt, & qui nō tempore venit ad adminiſtrandum, ſe indignum facit, contradicit voluntati Domini, eſtq; infidelis, rebellis, & feudū amittit. 1

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mandatum commiſſum pluribus poteſt adimpleri per vnum.*
2 *Negotio commiſſo pluribus inchoato per vnum, alij non tangunt niſi infirmitate, vel morte illius.*
3 *Officio pluribus commiſſo vno adminiſtrante, non poteſt alius ſe intromittere, quod fallit in cauſis ſpiritualibus.*
4 *Impedimento alicuius de pluribus executoribus alter nō impeditur poteſt exequi.*
5 *Officium in quo aliquis adminiſtrat, alius intromittere ſe nō poteſt, & ſi ſecus amittit, quod in eo habet.*
6 *Occupator alicuius officij, & gubernij cōtra formam ſuæ commiſſionis eſt infidelis, rebellis, & feudum amittit.*

1 EX text in cap. cum plures, de offic. deleg. ad literam habetur: (cum plures ſub illa forma, tres autem duo, vel vnus eorum mandatum Apoſtolicum exequantur, aut aliū Iudicis, vel executoris à Sede Apoſtolica deputari contingerit ipſorum quilibet poteſt liberè adimplere mandatū: por-
2 ro † vno eorum negotio inchoante commiſſū, alij nequimus ſe vlterius intromittere, dē eodem niſi vel de infirmitate, vel alia iuſta cauſa illum contingerit impediri) ad idem eſt text. in cap. ſi duo, de procurator. ibi: (ſi duo procuratores ſimul inſolidum deputentur, qui per litis conteſtationem negotium primitus occupabit, poſt occupationem huiuſmodi alter ſe intromittere nequibit vlterius) & vtrobique gloſ. & DD. communiter firmant hanc noſtram propoſitam dilucidationem determinant, quod quando in cōmiſſione adminiſtrationis alicuius officij, vel alterius negotij in perſo-
3 na plurium perſonarum vno exiſtente, & adminiſtrante non impedito, alius non poteſt ſe intromittere, maximè ſi non adeſt clauſula inſolidū, ſed ſimpliciter aliter impedito, alius exercere valeat, item ſi cauſa committitur tribus Iudicibus cum clauſula ſi duo ex eis noluerint, vel non potuerint iudicare, qnod tertius iudicet: tertius ſolus non poterit iudicare, niſi prius ſcias alias nolle, vel non poſſe iudicare: ita tenet gloſ. & communiter DD. in cap. Prudentia, de offic. Iudic. deleg. & in d. cap. cum plures, eod. lib. 6. Bart. in l. multùm, C. de condit. & demonſtr. Bald. in l. falſus, de furt. Roman. ſing. 13. vbi addens ex alijs cōprobat Curt. iun. in conſ. 63. incip. præſupponitur in facto, quod quidam exiſtens nu. 11. & ſi aliqui dicunt, quod hoc fallit in cauſis ſpiritualibus, tamen in negotio, & cauſa nō ſpirituali omnes ita concludunt, & habetur etiam ex tex. in l. decreto in fin. ff. de adminiſtr. tutor. in l. 1. §. ſanè, ff. de offic. Conſul. & in d. cap. ſic plures, concordat text. in cap. religioſus,
4 de teſtam. vbi † propter impedimentum alterius ex executoribus transfertur, & cōpetit inſolidū ius exequendi alteri, qui alio non impedito, aliter exequi non poſſet: ita in propoſito ſi quis cum alijs duobus, vel
5 vno habet commiſſionem, † aliquod officium, & gubernium exercendi vno adminiſtrante, alius intromittere ſe non poteſt, & & ſi contra facit, contra ius, & voluntatem Domini, qui cum iure ſe confirmat, & ſi venit tempore inhabili, nè dum ſe redit adminiſtratione indignum, ſed omne ius, quod forte ex commiſſione habebat, ipſo iure amittit, cap. cum qui, de prob. in 6. cap. placuit 61. q. 1. pro hoc facit text. in l. ſi quis in tantum, C. vnde vi, & ſic caret commiſſione, ſiue reſcripto, & ſi ita ſe intromittit, eſt
6 † occupator, & ſic inobediens, infidelis, & rebellis Domino ſuo, & feudum amittit ex vna qualibet prædictarum cauſa, tanto magis dum omnia concurrūt, vt prædicimus, & in præcedentibus Dilucidationibus fundatū eſt apertè ex facto inobedientiæ, infidelitatem rebellionem cōmitti, & feudum amitti.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XCVIII.

Amiſſionis feudi, Cauſa XC.

THEMA.

Qui in aliqua iuriſdictione Regia ſe intromittit contra verba ſuæ commiſſionis, & ſic contra voluntatem Domini, ſiue Regis dicitur intruſus tirannus, rebellis, & feudum amittit.

SVMMARIVM.

1 *Officij iuriſdictionis, qui abſque commiſſione, aut contra voluntatem Domini poſſeſſionem capit, dicitur intruſus.*
2 *Intruſi ſūt fures, & latrones, & quidquid fit per intruſum, eſt nullum.*
3 *Nullum ipſo iure eſt, quod fit contra, & præter formā commiſſionis, ſicut mādati.*

4 Intru-

1 *Intruſus in Regno, vel in alio loco eſt ab omnibus eijciendus, & eſt indignus omni dignitate,& de alijs eius pœnis.*

1 QVi † ſine commiſſione, aut contra ipſius tenoré in aliquo officio, gubernio, vel adminiſtratione iuriſdictionis alicuius loci parui, ſiue magni, aut Regni poſſeſſioné capit contra voluntatem Domini, & Superioris,& ſine ipſius conſenſu,& authoritate egit, dicitur intruſus, per tex. in cap. eum qui de præbend. in 6. facit cap. ad aures, de exceſſib. Prælat. & tenet Ant. de Butr. in cap. cum ſatis, de offic. Archid. colum. 1. Felin. in cap. in noſtra num. 12. de reſcript. qui notabiliter ad hoc in cap. iam dudum, de elect. & ex alijs Maſcard. de probat. & clandeſtine qui venit ad beneficij poſſeſſionem, quamuis beneficij collationem habuerit, dicitur intruſus, per text. in cap. tanta, de conceſſ. præbend. & per Domin. & Præpoſit. in cap. propter in fin. 19. diſtinct. Rebuff. in reg. de tutore litigante gloſ. 4. num. 11. Felyn. in d. cap. veniet num. 3. de accuſat. Gigas in tract. de crim. læſæ Maieſt. tract. de intruſo nu. 26.
2 Maſcard. vbi ſupra num. 22. & † intruſi ſunt fures, & latrones, Maſcard. in d. verſ. intruſus num. 2. & qui intrat ad gubernandam aliquam Ciuitatem, ſiue Regnum, non ſeruatis contentis in ſua commiſſione, & ſit vti intruſus exercere cœpit, eius ingreſſus, ſiue intruſio eſt nullius roboris, & momenti, per text. in cap. per tuas, de arbitr. cap. porro, de priuileg. & cap. cum de non ſacerdotali, §. vltimo de præbend. in 6. Immo
3 omne † quod fit non ſolum iuſta, ſed etiam præter formã mandati ſuę commiſſionis eſt ipſo iure nullum, l. illud, §. ſed ſi ita, vbi Bart. ff. quod cuiuſque Vniuerſit. nomine, & cap. Piſanis, de reſtitut. ſpoliator. & qui
4 † intruſus eſt in Regno, & eius adminiſtratione eſt ab omnibus eijciendus: ſicut & Antichriſtus inuaſor, & deſtructor Regni, vel loci adminiſtrationis, & ab omni gradu, dignitate eccleſiaſtica, & ſeculari, (vt indignus eſt) omnino deponendus: nulla audientia ei reſeruata, & cum impijs, (qui non reſurgunt in iudicio, eſt deputandus Regis, & Regni, quorum ſtatum, & vitam confundit) furorem debet ſentire perpetuum, habitationes eius debent fieri deſertæ, vt in eis non habitet alter, & filij eius orphani, vxor vidua: totum Regnum pugnet contra eum, & omnia elementa ſint ei contraria, vt omnia plenius diſſeruntur, 20. diſtinct. cap. in nomine Domini, & in cap. licet, de electión. Ioan. de Terrarub. contra rebell. in tract. 2. artic. 3. concluſ. 1. & dum eſt intruſus, eſt fur, & latro infidelis, & rebellis, vt ex ſuperius dictis patet, & etiam quod feudum amittit.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio XCIX.

Amiſſionis feudi, Cauſa XCI.

THEMA.

Qui contra reſcriptum,& commiſſionem Superioris, & abſq; eius authoritate in officio ſe gerit, eſt tirãnus,& crimen Maieſtatis læſę committit,& etiã contra iurans.

SVMMARIVM.

1 *Officium, ſiue gubernium contra reſcriptum, & commiſſionem Domini, & ſine eius authoritate, non iure regit, & eſt tirannus.*

2 *Officiũ propria authoritate gerens, & contra reſcriptum, nè dum eſt tirannus, ſed crimen Maieſtatis læſæ committit.*

3 *Officium vt quis exerceat abſq; commiſſione, vel contra eum iurans, crimen Maieſtatis læſæ committit.*

1 QVi contra † reſcriptum, aut commiſſionem Domini, aut abſque Domini authoritate ad officium, & gubernium intraſſe cenſetur, & quia iure, vel ab homine authoritatem non habet, ſi principatur, & regit in Republica, dicitur non iure regere, & principari, & conſequenter eſt tirannus, quia qui non intrat per hoſtium eſt fur, & latro. Io. cap. 10. ad hoc optimè cap. licet, de elect. & cap. in nomine 20. diſt. dixit Bar. in tract. de tiranni. q. 6. allegat tex. in l. 3. in fin. ad leg. Iul. Maieſt. quod tenet etiam Marian. Soccin. iun. conſ. 22. lib. 1. in cap. & bona committentium vol. 7. verſ. 25.
2 nu. 85. in tit. quæ ſint regal. vbi dixit, † quod ſi quis propria authoritate officium magiſtratus aſſumpſit cum falſis literis, vel alio modo dictantibus oſtendit, vel aliter dolo malo ſe pro magiſtratu geſſerit contra formam ſui reſcripti, nè dum eſt tirannus, ſed crimen Maieſtatis læſæ committit, allegat tex. in d. l. 3. ff. ad leg. Iul. Maieſt. ibi: (qui ve priuatus) & tex. in l. qui nomine, ff. de falſ. ſubdens, quod nedum tenetur crimine læſæ Maieſtatis, quia prædicta facit, ſed etiam is, qui

3 ✝ qui non facit, ſed facere iurauerit,& dicit
text.in d.l.3.in fine, facit lex fin. C. quæ res
aſportari non debent , & notatur in cap.1.
de Cap.qui eur.vend. & in l.ſi quæ non dicā
rapere, C.de Epiſc.& cleric. facit text in l.
quiſquis,ad leg.Iul.Maieſt.ibi:(eadem enim
ſeueritate voluntatem &c.) Gig. de crim.
læſæ Maieſt.lib. 1. C.qualit.& à quib. crim.
læſæ Maieſt.committ.q.22.num. 14 & ſeq.&
& dum qui prædicta agit eſt tirannus,& cri-
men Maieſtatis læſæ committit, vt prædi-
ctum eſt,& per Io.de Terrarub. contra re-
bell.in art. 3.tract.2.concl.7.quod feudum
amittat, non eſt dubium.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio C.

Amiſſionis feudi, Cauſa XCII.

THEMA.

Qui per machinationes,& acclama-
tiones aliquorū de Ciuitate, vel
Regno, alio in officio exiſtēte in
adminiſtratione nō impedito ſe
intromittit,eſt ſimiliter tirānus,
proditor,rebellis,& feudū amit-
tit. communis.

SVMMARIVM.

1 *TIrannus eſt qui per machinationem,
& acclamationem aliquorum de Re-
gno ad gubernium aliquod,& contra,
vel celata veritate, non iure regit,& eſt
tirannus.*

2 *Eligendus ad clamorem populi nullus eſt.*

3 *Tirannus,& proditor eſt, qui cōtra ſuum
Regem verbo,& re ſe opponit,& qui cō-
tra volūtatem Regis regimen publicum
ſibi aſſumit.*

4 *Grauius diſſimulare Propoſitum, quam
diſcedere à Propoſito.*

5 *Falſarius qui contra reſcriptum Principis
venit.*

6 *Principi ſuo qui non obedit, tirannizare
videtur,& crimen Maieſtatis læſa com-
mittit.*

1 PEr ✝ machinationes, & acclamationes
aliquorum de populo, & cum mēdacio
celando veritatem ſui reſcripti, ſi qui regi-
mini ſe intruſit, eſt tirannus etiam ex ethi-
mologia vocabuli, quia tirannus dicitur à
Tiro,quod eſt fortis,quia per fortitudinem
facti,(quæ vis dicitur dominatur,ſecundum
Ioannem Ianuensē in dictionario, & ſi quis
per machinationē præsūptiones, vel quod-
libet ingenium ſe regiminis intruſerit ſicut
Antichriſtus inuaſor,& deſtructor arcetur,
vt in cap.in nomine Domini 20.diſtinct. &
2 ad ✝ clamorem populi nullus eſt eligēdus,
nec ad regimen introducendus : quia popu-
lus docendus eſt, nō ſequendus, cap.vocan-
dus 62.diſtinct.& ſi non dum eſt tempus ad-
miniſtrandi occupat, & ſe ingerit in admi-
niſtratione regiminis, & doloſè, & occultè
intrauit, dicitur, & eſt tirannus, per d. l. ſi
priuatus,qui,& à quibus manu, C.ſi ergo 8.
q.1. l.decernimus,C.de pœn. cap.Oſias de
elect. Io.de Terrarub.in tract.cōtra rebell.
artic.3.tract.2. concluſ.3.fol.46. & nè dum
3 ✝ tirannus,& proditor eſt ille, qui contra
ſuum Regem re,& verbo ſe opponit admi-
niſtrationem,ſeù dominium aſſumendo,ſed
etiam ille, qui ſub Regis nomine præter,
aut contra illius voluntatem, aut aliter re-
gimen publicum ſibi adhuc nō competens,
aſſumens contra illius voluntatem, & vio-
lenter ſe intruſit, eſt tirannus, & proditor,
per text.in d.l.3.ff.ad leg.Iul.Maieſt.in fin.
ibi: (quiuè priuatus pro poteſtate magi-
ſtratuſuè quid ſciēs dolo malo geſſerit) vbi
gloſ. & communiter DD. Capyc. deciſ.130.
num.21.Guid.Pap.q.423.num.1 Menoch.de
arbitr.Iudic. caſu 320. num.1. Farinac. in
tract. de crimin.læſæ Maieſt. q. 114. ſpet.1.
num.1. & 4. & qui contra ordinem ſui Re-
gis aliquid agit, & aliquod regimen intro-
mittit proditor eſt, etiam quia quando ſi-
mulat, & occultat ordinem ſui Domini, &
ſecundum Diu.Gregor.ſimulata equitas eſt
4 duplex iniquitas, & ✝ grauius eſt ſimulare
propoſitum, quam diſcedere à propoſito,
multi dicunt Domine in nomine tuo pro-
phetamus,& confitebatur illis, dicens:nun-
quam notum vos Machab. cap. 7. ea quia
multi veniunt:à foris apparentes iuſti,intus
vero pleni omni iniquitate.Machab.cap.33.
iuxta illud Pſalmiſtæ ore benedicebant: corde
5 vero maledicebant ; immo & ✝ falſarius
eſt, qui contra reſcriptum Regis venit, vt
in l.falſus,C.de furt.& etiam fur,& latro,id
eſt qui iure,& tempore debito ad gubernium
non intrat,iuxta illud Ioannis cap.10. cap.
iuramentum,de iure patronat. cap.inſinua-
tum de ſimon.& ex alijs Gigas in tract.de
crimin. læſæ Maieſt. rubr. qualit. & à quib.
crim.læſæ Maieſt.committ.q.22 n.u.5. Io.de
Terrarub.

Terrarub.d.loco artic.3.tract.2.concl.5. &
6 ✝ qui ſuo Principi non obedit, tirannizare
videtur, & formaliter crimen læſæ Maieſtatis committit, & in l.2 & clarius in l.3. in fin. ff. ad leg. Iul. Maieſt. & illis pœnis plectendus eſt, & feudum amittit, in ſpecie in turbante iuriſdictionem Domini opponente, & non obediente Regem, eiuſq; officiarios, ex prædictis, & latius in ſequentibus Dilucidationibus.

PARTIS DECIMÆ,

Dilucidatio CI.

Amiſſionis feudi, Cauſa XCIII.

THEMA.

Qui commiſſionem aliquod officium adminiſtrandi habet per abſentiam, vel durante impedimento exiſtentis in eodem officio per máchinationes eum priuando ſubintrat, & exercet, crimen Maieſtatis læſæ committit. communis.

SVMMARIVM.

1 *DVo non poſſunt eſſe Reges, Proreges, aut Locumtenentes eodem tempore.*
2 *Commiſſio in locum alicuius officio impedimento adminiſtrantis durante ante impedimentum adminiſtratio eſt impedita.*
3 *Adminiſtratore principali exiſtente, & non impedito, non eſt locus datiui.*
4 *Commiſſionem ſuam quis de facto exercentem ſpoliando priuãdo, & occupando, Maieſtatis crimen committit.*
5 *Gerens ſe pro Rectore, & non eſt, crimen Maieſtatis læſæ committit, dicitur tirannus, & in pœnã vltimi ſupplicij incidit.*

1 DVo ✝ non poſſunt eſſe Reges, Proreges, Locumtenentes, & officium eiuſdem Domini, vel Regis eodem tempore exercere, argum. text. in l. ſi vt certo, §. vehiculum, ff. commodati, qui commiſſionem, ſiue reſcriptum habet à Rege, vel alio Domino, vt in aliquo gubernio per abſentiam, & durante impedimento in eodẽ exiſtentis, in eodem loco exercet: quia in tali adminiſtratione non ſuo iure, nec in re propria,
2 ſed ✝ commiſſo in re aliena propter impedimentum adminiſtratoris principalis impediti, adminiſtrationem ei deferri non poteſt; dum ille ad quem adminiſtratio erat deferenda, non habet poteſtatem contemporaniam cum exercente, ſed eueniente impedimento, & ante impedimentum adminiſtratio eſt impedita: & non niſi in caſu impedimenti poteſtatem adminiſtrandi habet, & non ante, vt in l. 1. & 2. ff de teſtam. tutel. l. cum filius, iuncta l. 1. ff. de offic. Pro-
3 conſul. ✝ exiſtente legitimo, & principali adminiſtratore, & gubernante, nõ eſt locus datiui, id eſt Locumtenentis propter impedimentum principalis exercentis vltra prędicta eſt text in l. ſi ſororum, C. qui dat. tutor. poſſ. & in cap. grandi, de ſuppl. negligent. Prælat. & qui ante tempus principali admi-
4 niſtratore exiſtente, & non impedito, ✝ & ſic contra ſuam commiſſionẽ de facto eum ſua adminiſtratione ſpoliando, priuando, & occupando, crimen Maieſtatis læſæ cõmittit, per text. in d. l. 3. ff. ad l. Iul. Maieſt. ibi: (ei quiuè priuatus pro poteſtate, magiſtratuumuè quid ſciens dolo malo geſſerit.) vbi hoc annotarunt præſertim Ang. nu. 2. Luc. de Penna in l. 1. num 39. verſ. qui aliquid gerit pro poteſtate, ibi: vt nemo ad ſuum patrocinium lib. 11. Afflict. in tit. quæ ſint regal. verſ. & bona committentium num. 85. Capyc. deciſ. 130. num. 8. verſ. is qui priuatè, & num 57. in fine, vbi quod hoc crimen erit in ſe uno capite læſæ Maieſtatis, non in primo, Io. de Plat. in §. publica autem col. 1. verſ. vel qui doloſè gerit ſe pro poteſtate magiſtratui, inſtit. de publ. iudic. Cuman in l. 1. nu. 12. ad leg. Iul. Maieſt. & ex alijs Gigas lib. 1. de crim. læſæ Maieſt. tit. qual. & quand. crim. Maieſt. læſæ com. cap. 22. nu. 1. & ſeq. Ioan. de Terrarub. in d. tract. contra rebell. artic. 3 tract. 2. concluſ. 5. in princ. fol. 46. & ex alijs Farinac. vbi ſupra d. q. 114. num. 4. & & Soccin. conſ. 22. num. 2. in fin. lib. 1. dicit,
5 quod ✝ gerens ſe pro Rectore ſine titulo, & idem eſt contra formam tituli, ſiue commiſſionis non ſolum tenetur leg. Iul. Maieſt. ſed etiam dicitur tirannus, Guid. Pap. q. 423. nu. 2. vbi propterea in tali caſu intrat pœna vltimi ſupplicij, & confiſcationis bonorum, Hippol. de Marſil. in tract. de bannit. verſ. læſæ Maieſtatis nu. 2. & 24. Gig. d. q. 22. num. 13. q. 41 num. 3. Iodoc. in pract. crim. in rubr. de crim. læſ. Maieſt. cap. 62. nu. 5. Monteleo in pract. arbitr. par. 4. nu. 1026 fol. 316. vbi quod eſt pœna mortis Corrad. in pract. rub. Maieſtatis læſæ caſu 28. nu. 2. Menoch.

de ar-

de arbitr. lib. 2. centur. 4. caſu 320. num. 2. Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 9. poſt nu. 2. verſ. quare priuatns, & verſ. quinto in princ. Baiard. ad Clar. §. læſæ Maieſtatis num. 2. verſ. 25. committitur, Honded. conſ. 100. num. 20. lib. 2. vbi non dicitur quis vſurpare iuriſdictionem Principis, niſi magiſtratum ſe faciens, & actus cohertionem importans geſſerit, & non ſolum in tali crimine prædicta agens incidit, vt ex prædictis authoritatibus diximus, ſed etiam falſi, vt voluit Angel. in l. eo, ff. ad leg. Cornel. de falſ. ad quod eſt deciſio Cappell. Tholoſan. 401. & Guid. Pap. in d. q. 423. & Gig. d. q. 22. num. 17.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio CII.

Amiſſionis feudi, Cauſa XCIV.

THEMA.

Qui proditoriè, & per conſpirationem, & machinationem aliquod gubernium occupat, & exercitat contra, & ante tempus, & non adimpleta conditione commiſſionis eſt rebellis, & feudum amittit. communis.

SVMMARIVM.

1 *Machinatio, & conſpiratio conſiſtit in arte verborum.*
2 *Machinatio eſt doloſa ordinatio in alicuius perſonæ, vel Vniuerſitatis detrimentum.*
3 *Officium, ſiue gubernium Regni per conſpirationem, aut machinationem accipiens ipſe, & omnes conſcij à fidelitate Regis recedunt, & in criminen Maieſtatis incidunt.*
4 *Rebelles ſunt omnes, qui publicè, & occultè contra honorem Regis, & officialiũ quid machinantur.*
5 *Coniurans contra Principẽ, vel eius Collaterales ſola ordinatione, & non ſecuto effectu in crimen Maieſtatis incidunt.*
6 *Maieſtatis læſa crimen committunt omnes, qui cõtra reſcriptum Principis per conſpirationem ſubintrant; & violentiam faciunt.*

1 SI quis † per conſpirationem, vel machinationem, quæ conſiſtit in arte verborum, vt in l. 1. ff. de dolo, vbi gloſ. in verſ.
2 machinationem, & † machinatio aliud non eſt quam doloſa ordinatio in alicuius perſonæ detrimentum, vel eiuſdem dignitatis, vt per Turrecrem. in cap. conſpirationum num. 5. verſ. quæſt. 1. & ex alijs Farinac. vbi ſupra quæſt. 113. in ſpet. 5. num. 105. vt qui
3 † officium, vel gubernium alicuius Regni, vel Ciuitatis contra ſuam commiſſionem per conſpirationem, & machinationem ciuium accipit. Nè dum ipſe principalis officium gubernium ita accipiens, ſed & omnes de tali conſpiratione, & machinatione conſcij à fidelitate regia receſſiſſe videntur, & in crimen Maieſtatis læſæ inciderũt per verba tex. in extrauag. quonia, qui ſint
4 rebelles, ibi: († declaramus, quod omnes illi ſint rebelles, & infideles noſtri Imperij, qui quocumque modo publicè, vel occultè contra noſtrum honorem, & aliquod machinantur contra nos, ſiue noſtros officiales, in his, quæ eis ad commiſſum officium pertinent.) vbi Bart. nu. 5. & DD. & etiam tex. in l. amiſſione, § qui deficiunt, ff. de capit. diminut. & in l. quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſt. vbi gloſ. in princ. in figuratione caſus, ibique Odofred. nu. 1. & Bald. in ſummario
5 dicit: († conſpirans contra Principem, vel eos, qui ſunt ad latus Principis, incidit in crimen Maieſtatis læſæ, ſola ordinatione, & tractatu licet non ſequatur euentus, vnde vltore gladio puniri, & omnia bona ſua efficiuntur Fiſci.) idem dicit tex. in clem. paſtoralis, §. ſanè, ibi: (& conſpirationes fecerint) de re iudic. vbi ante num. 3. in 4. notab. iuncto num. v. verſ. ſecundo ex conſpiratione, Card. Zabarell. num. 2. Præpoſ. Alex. in cap. ſi quis cum ſimul 6. q. 1. Alex. conſ. 13. num. 7. verſ. præterea ſola conſpiratio lib. 6. Gig. de crim. læſæ Maieſt. lib. 1. rubr. qualit. à quib. crim. læſæ Maieſt. committ. q. 25. in princ. Albert Brun. conſ. 28. nobili Domine col. 2. Boſſ. in tit. de crim. læſæ Maieſt. nu. 8. verſ. eſt verum, Iodoch. in pract. in rubr. de crim. læſæ Maieſt. num. 88. & ſi controuertit non ſecuto effectu, tamen effe-
6 ctu ſecuto id eſt † ſubintrato in gubernio contra Regis reſcriptum, & per conſpirationem, & machinationem exiſtentem in iuriſdictione expellendo, vel ei obedientiã denegando, in Maieſtatis crimen inciderũt, vt ſimpliciter firmat Monteleo in pract. arbitr. par. 4. num. 353. fol. 174. Corrad. in pract. rubr. de crim. læſæ Maieſt. caſu 52. num. 5. Cyrill. in ſumma crim. par. 2. rubr. de publ. iudic. §. 3. num. 4. verſ. conſpiratione in expel-

expellendo Vicarium Regis, Capyc. deciſ. 130.num.45.Decian.in tract.crim.lib.7.c.5. num.10.& 11.ex alijs Farinac. in ſuo tract. de crim. læſæ Maieſt. q.112. num.142. & q.113.nu.110.firmatur ergo, quod quocumque modo contra Principem, & eius officiales machinatur, crimen Maieſtatis læſæ committitur,& vita,feudis,& bonis priuari debet,vt ex prædictis iuribus, & authoritatibus patet, & ex alijs infra etiam dicendis.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio CIII.

Amiſſionis feudi, Cauſa XCV.

THEMA.

Omnes, qui adiurãt aliquem in aliquo regimine, & adminiſtratione occupando ante tẽpus,& non adimpleta conditione commiſſionis, & perſiſtũt in inobediendo, ſunt rebelles, & feudũ amittunt.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſio alicuius officij conditionalis,vt impedito exiſtente alius exerceat priore non impedito, & non diſceſſo accedens Regi inobedit.*

2 *Obedientia eſt virtus ad conſeruationem ineſſe,& multa bona facit.*

3 *Obedientia eſt melior quam victoria.*

4 *Obedientia ſpectat ad veritatem vitæ.*

5 *Poteſtas omnis à Deo eſt qui vult omnibus poteſtatibus obediri, & reſiſtentes ſunt damnati.*

6 *Obedientia ſola fidelitatis meritum tenet, & inobediens eſt infidelis, & inimicus Domini, & ſic rebellis.*

1 Commiſſione † regia conditionali exiſtente in perſonam alicuius,vt ad aliquod officiũ accederet ipſumq; priori exiſtente impedito,vel diſceſſo exerceret, & is conditione non adimpleta ciuium fauentiũ ad gubernium accedit Regiæ voluntati contradicere, & inobedire videtur, & om-
2 nino obedire debebat, cum † obedientia ſit virtus ad conſeruationem ineſſe humani generis omnino neceſſaria. Nam per eam Reges regnant,& Principes diſtribuunt iuſtitiam, vt habetur in epiſtola Iuſtiniani inter claras, & prouerb.8. vbi ſine ea conſequenter rueret populus, vt in Prouerb.19.
3 tam neceſſaria eſt ad conſeruationem totius vniuerſi,quod dicitur de ea,† quod melior eſt ipſa,quam victoria,vt habetur in 1.Reg. cap.15. vnde ſecundum Philoſ. lib. politic. ſiſtentia Regnorum, & proſperitas ex obedientia Regibus,Dominis,& præceptis eorũ pendet, vt patet ex dictis Egid. lib.3. par.2. cap.34.de regim.Princ. & obedientia, quæ conſiſtit in obediendo ſuo vero Principi, & non aliter in his,quæ ad eum pertinẽt, ſpe-
4 ctat ad veritatem vitæ, quia cadit ſub præcepto. ad Roman.cap.12.vbi dicitur: omnis anima ſubdita ſit ſublimioribus poteſtati-
5 bus, † omnis enim poteſtas à Deo eſt, & qui poteſtati reſiſtit, Dei diſpoſitioni reſiſtit,ſcilicet in quo Deus vult poteſtatibus obediri: & ideo reſiſtentes damnationem acquirũt, vt ibi,& ad Hebręos cap.vlt.obedite Præpoſitis veſtris, & eis ſolicitè, ipſi enim peruigilant &c. & nemo ſuo Superiori eſt fidelis ſine obedientia; hinc dicitur,
6 † obedientia ſola eſt,quæ fidei,ideſt fidelitatis meritum tenet,ſine qua infidelis quiſque efficitur vt habetur ex tex.in c. ſciendum 8.q.1. & per gloſ.1. reſponſ.& Io.de de Terrarub.d.tract.contra rebell.in art.3. tract.3. concluſ.5. q.19 & nõ obediendo,nẽ dum infidelem, ſed inimicũ Domini illius, cui obedire tenetur,ſe oſtendit. 50.diſtinct. cap.ſi quis Diaconus,& ibi gloſ. Io.de Terrarub.vbi gloſ. art.6. tract.3. concluſ.1. fol. 68. ater. vnde tam ipſe,quam eius ſatelliti, qui contra tenorem reſcripti Domini poſſeſſionem alicuius adminiſtrationis iurildictionis capit eijciendo exiſtentem contra ſolitum,& ſic non obediendo Regi,vel Domino eorumq; præcepto, infidelitatem, & inimicitiam contraxerunt,& quicumq; ſubditus inimicatus Regi apertè,vel occultè in non obediendo,& contra eius ordinationes ſe opponendo,& non obſeruando: crimen Maieſtatis læſæ committit, vltra ſuperius dicta, & in præcedenti Dilucidatione, per tex.in l.1.ff.ad leg.Iul.Maieſt. iuncta l.quiſquis, C eod.tit.& in extrauag.quoniam,qui ſint rebelles,vbi Bart in verſ.tenere,& in verſ.rebellis, Io.de Terrarub. d. ſuo tract. contra rebelles artic.2. tract.3. concluſ.6. fol.36. ater.

PARTIS

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio CIV.

Amiſſionis feudi, Cauſa XCVI.

THEMA.

Subditus omnis agens, vel omittẽs, ſiue in forma inobedientiæ, infidelitatis, vel rebellionis, aut proditionis contra Locumtenentem Caſtrorum, Vicarium, Legatũ, aut Officiales Regis, ſiue Principis, & Domini: crimen Maieſtatis læſæ, ſi non in primo capite, tamen in ſecundo committit, & criminaliter puniri debet.

SVMMARIVM.

1 *SVbditi omnes criminaliter puniri debent in forma inobedientia, rebellionis, infidelitatis, vel proditionis contra Dominum, eiuſque Locumtenentem, & Rectorem faciens.*

2 *Officialis verè offenditur quando ei officiũ, vel iuriſdictio de facto abdicatur.*

3 *Officialis regius pars corporis Regis eſt, & qui partem offendit, totum corpus offendere videtur.*

4 *Conſpiratio, machinatio, & expreſſio iniuriæ facta regio Officiali, ipſi Regi facta cenſetur, & crimen Maieſtatis læſæ committit, & omnes complices, & fautores.*

5 *Crimen Maieſtatis læſæ largo modo procedit, quando fit parua offenſa officiali abſque conſpiratione.*

6 *Prælatus debet eſſe promptus ad puniendũ delicta ſubditorum.*

7 *Maieſtatis crimen agentes, fautores, & conſcij, & vita, & bonis priuari debẽt.*

1 OMnis † ſubditus aliquid faciens, vel omittens, ſiue forma inobedientiæ, rebellioniſuè, infidelitatis, proditioniſuè, aut aliter contra Locumtetentem, Rectorem, Vicarium, Legatũ, aut Officiales Principis, & ſui capitis miſſici, in quantum ipſius, eorumuè Officialium adminiſtrationem ſtatu, regimen, proſperitatem, authorem ad eos pertinentem criminaliter puniri debet, ſecundum Luc. de Penna in l. 1. col. fin. nu. 39. C. vt nemo ad ſuum patrocinium lib. 11. vbi dicit, quod magna Iudicibus irrogatur iniuria, quando eorum iuriſdictio amputatur, & turbatur, vbi ex alijs firmat, & facit tex qui amplius ſecundum communem intellectum in delegato loquens in cap. 1. de offic. de leg. & ibi omnes communiter notant, ea ratione in eodem tex. expreſſa, quia alias Iudex Officialiſuè iuriſdictio, & Princeps, ſiue Rex eluderetur, vt ibi dicitur in illis verbis: (& ſic mandatum noſtrum eluditur.) ibiq; firmant Io. Andr. num. 3. in fin. Bellam. ante num. 1. Ancharan. ante nu. 1. not. 2. Arron. num. 2. Hippol. Rimin. in repet. poſt num. 7. verſ. ſed ſi delegatus, & num 36. & ex alijs Farinac. in d. tract crim. læſæ Maeſt. q. 114.
2 in ſpec. 2. num. 21. & ſeq. & † Officialis, Locumtenentis, vel alterius honor. & dignitas verè offenditur, quando iuriſdictio, & gubernatio Regni, ſiue loci, & quod ſuum eſt, vti miniſter de facto abdicatur, & vſurpatur, quod ad iuſtitiam commutatiuam pertinere dixit, Suar. in opuſc. de auxil. diſpoſit. de iudit Dei ſect. 13. num. 20 & 21. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit 12. de delegat. cauſ. num. 24 fol. mihi 538. & quid agere contra Locumtenentem, Vicarium, Officiarios, & Officiales Regios,
3 † qui pars corporis Regis, & Domini sũt, vt in d. l. quiſquis, & in cap. ſint pariter 6. q. 1. & offendentes, vel machinantes contra partem corporis, totum corpus offendiſſe dicitur, vt in l. vulgaris, de hæret. in princ. l. qua de tota, ff de reiuend. Monteleo in ſua pract. arbitr. par. 4
4 num. 340. fol. 176. & † conſpiratio, machinatio, proditio, inobedientia, iniuria, & expulſio a iuriſdictione, quæ fit Officialis, & alijs prædictis non fit eis, ſed Regi, ipſique Maieſtatis inobediendo, iniuriam faciendo, eandemq; Maieſtatem a iuriſdictione, & regimine expellunt, & eludunt, vt in d. cap. 1. de offic. deleg. & ex alijs prędictis. ideo quando Samuel a Populo Iudaico fuit a regimine expulſus; Deus dixit Samueli: Non enim te abijcierunt, ſed me ne regnem ſuper eos apertè annuens, quod qui contradicit, aut reſiſtit poteſtati, regiminiq; aut honori, ſiue proſperitati Rectoris, Locumtenentis, aut Legati Domini, & capitis ſui miſſi a Domino ſuo apertè reſiſtit, & firmatur per illud Lucæ cap 10. Qui vos ſpernit, me ſpernit, & ſpernit eum, qui me miſit. & hanc concluſionem ſequitur Bart. in d. extrauag. quoniam, qui ſint rebell. & facit cap. olim, de offic. de leg. cum gloſ. Io. de Terrarub. in d. tract. artic. 7. tract. 3. concl. 2. fol. 74. ater. & ex his, qui contra aliquem Regis mi-

niſtrum aliquid vt ſupra agit, & omnes cō-
plices,& fautores,nè dum in crimen rebel-
lionis infidelitaris, proditionisſuè:ſed & cri-
men Maieſtatis læſæ committit, vt in d.
extrauag.quoniã,qui ſint rebelles,ibi:(ma-
chinationes contra nos, ſiue Officiales no-
ſtros) pro quo facit d.l.quiſquis,ad leg Iul.
Maieſt.quæ habetur in decreto 6.q.1. Bart.
in d.extrauag. in verſ.tenero num.5. decla-
rat etiam num.6.in fin.verſ.quintam decla-
rationem, Ancharan.in clement. paſtoralis
num 7.de ſent. & re iudic. Præpoſit. Alex.
in cap.imprimens,§.de perſona num.19. in
fine.2.q.1.Capye.deciſ.130.nu.15.verſ.item
extrauag. Grāmat.deciſ.6.poſt num.17 Gig.
de crim.læſæ Maieſt.lib.7.de rebell.q.1.n.1.
in fin. & q.5.num.3.& q.24.num.1. Boſſ.in
tit.de crim.lęſæ Maieſt.num.108 Decian.in
d.tract.crim. lib.7.cap.3.num.24 in fine,vbi
5 licet, quod dicat, quando tractatur de ino-
bedientia Officiali facta ſit crimen Maieſta-
tis largo modo,tamen procederet in parua
offenſa facta Officiali minori abſq; conſpi-
ratione, machinatione, expulſione,& vſur-
patione iuriſdictionis,quo caſu principalis,
& complices,& fautores,Maieſtatis crimen
committunt vltra prędictos,qui alios addu-
cunt Monteleo in pract.arbitr. par.4.nu.30.
fol.174.Corrad.in pract.rub.de Maieſt. læ-
ſæ crimen, caſu 53.nu.5. Cirill.in ſum.crim.
par.2.rub.de publ.iudic.§.7.nu.4.verſ.con-
ſpirationē, Farinac.in d.tract de crim. læſæ
Maieſt.q.112.nu.142. & omnes vita,& bo-
nis priuari debēt iuribus, & authoritatibus
in locis iam dictis, & impuniti tranſire non
debent; nam in c.diſcordantes in fin. nu.93.
diſtinct. dicitur: (inobedientes ſinodus per
euidentiam damnat.) & in cap.quanto,circa
finem,habetur: (in contumacia perſiſtenti-
bus ſeueros Nos eſſe conuenit.) vnde Pa-
normit.in cap.1. col.2. verſ.nos igitur, de
6 poſtul. Prælator. dicit: † quod Prælatus
Præpoſitus eſſe debet in vlciſcendo, & pu-
niendo imprudentiam ſubditorum, quodq;
peccatum eſt non ſubſiſtente cauſa veriſi-
mili parcere inobedientibus, d. cap. quanto
in fin.2.q.5. Io.Monteleon.in proptuar.iu-
ris diuini, & vtriuſque humani, verſ.inobe-
7 diens in gloſ.litera T. vnde † talia agentes
complices, & fautores, ac conſcij rebellio-
nis, & Maieſtatis læſæ crimen committunt,
& vita,& bonis priuari debent, per d.l.1. &
3. ac l.quiſquis, ff.& C.ad leg.Iul.Maieſt. &
ex alijs prædictis omni contrarietate ceſ-
ſante.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio CV.

Amiſſionis feudi, Cauſa XCVII.

THEMA.

Iniurians, vel offendēs aliquem Of-
ficialem Regis,ſiue Principis:ip-
ſum Principem iniuriare, & of-
fendere videtur, & crimen Ma-
ieſtatis læſæ committit, & feudū
amittit. communis.

SVMMARIVM.

1 *INiuria facta Officiali Regis, vel alte-
rius Domini ipſi Regi, vel Domino
facta cenſetur.*
2 *Honorans ſubditum,dicitur Dominum
bonorare, & ſic è contra iniuriam faciēs
ſeruo, Domino facit.*
3 *Iniurians Vicarium,vel Locumtenentem
Regis, in crimen Maieſtatis læſa in-
cidit.*
4 *Filij offendentis,Vicarium, vel Locumte-
nentem Regis, in crimen Maieſtatis
incidunt.*

DIximus Officialis, Conſiliarius, & mini-
ſtri Regis,ſiue Principis pars ipſius cor-
poris eſt, vt in d.l.quiſquis, C ad l.Iul.Ma-
Maieſt.& in cap.ſiue pariter 6.q.1.C.vnde
iſti Officiales tangit, & offendit.aut iniuriat
ipſum Regem,& Dominum tangere,offen-
dere,& iniuriare videtur,adeo quod vltra
dicta in præcedenti Dilucidatione dico, quod
1 iniuria facta Officiali Regis, vel Domini
etiam volenti,dicitur facta Regi,vel Domi-
no,ita dixit Paul.de Caſtr.Raphael.& Alex.
in l.quamuis in fin. ff. de inius vocando, vbi
pro hoc Alex.allegat bonam gloſ & in cap.
contingit il primo,de ſent. excommun. vbi
Hippol.de Marſil.conſ.1.num.19 hinc dici-
2 tur: † ſi honoro ſubditum, dico honorare
Dominum,vt notat Andr.de Barulo,& Io.
de Plat.in l.fin. in fin.per illum text. C.de
re milit. lib.12. pro hoc facit illud Federici
Primi Imperatoris: (Non tibi,ſed Petro.)
vnde ex contrario iniuria illi facta, qui re-
preſentat perſonam Domini, dicitur eſſe
Domino facta, vltra iam dicta eſt text. in
cap.accuſatio quoque,circa medium 2.q.7.
ibi:

ibi: (qui vos tangit, me tangit,& tangit pupillam oculi mei.) & in fine ibi : (quoniam iniuriam eorum ad Chriſtum pertinet , cuius legatio tangitur.) vt ait Dominus per Prophetam,& notat gloſ.a.in cap.2.pręsbyteri,extra de pœnis, & cap.nulli dubium in fin.3.q.1. ibi:Dominum crucifigăt, qui eùm in Sacerdotibus ſuis perſequuntur ; quia crux à cruciatu dicitur,magnum vero cruciatum ſubſtinet , qui vim patitur . & notat gloſ.2.in cap.cum olim magiſter, extra de offic.deleg. facit d.l.quiſquis in princ. & in ♂.ſeruus autem in fin.inſtit.de iniur.& obtinet,facit cap.tua nos, in verſ.nonnulli, iuncto verſ.prætextu vero nequitiæ , extra de decim.Bart.Ce, oll.in tract.de Imperat.milit.dilig. in cap. incip.pro Imperatore vero gentili num.10.circa finem,& num.11. fol. 180. & Officialem offendens, Regem ipſum offendiſſe dicitur; Iſer.in tit quę ſint regal. Boer.de author. magni Conſilij nu.4.Bouadilla in ſua politica lib.3. cap.1. num 25.& 28. vbi multi addentes litera M. & nu. 33.
3 & per † iniuriam tactam Vicario , Locumtenenti, & Officiario Principis, in crimen Maieſtatis læſæ immittitur,d.l.quiſquis, C, ad leg.Iul.Maieſt.& in conſt.qui ſint rebelles, Cuman.in ſuo conſ.153.incip. ad primũ reſpondetur , dicens : paria ſunt rebellare Principi,& eius Vicario, per tex.in l.1. C.de his,qui vic.alter.ger.l.1.♂.deportare, ff.de leg.3. idem voluit Salic. in d.l.quiſquis, & Ang.Aret.in ſuo tract.malef.in verſ.che hai tradito la tua patria,in cap.curia, verſ.quęro aliquis &c. nu.4.vbi addens, quod etiam
4 † filij delinquentis in hoc crimine incidunt, Hippol de Marſ. d.ſuo conſ.1. nu.20. idem voluit Boniſac. de Gandin. in ſuo tract. de malefic.in rubr.ad l.Iul.Maieſt.nu.3.circa fin.Calcan conſ.52.nu.5.per d.l.1.C.de offic. eius,qui vic.alter.& probatur in d.l.quiſquis in princ.ibi: (poſtremo cuilibet qui militat) referens, quod ita dicit Bart. in l.hoſtes, d. extrauag.quoniam nuper,qui ſint rebell.in verſ.rebellãdo, vbi expreſsè hoc tenet Bouadill.in ſua polit.lib.3 nu.25.vbi litera K. multos congerit circa magiſtratuũ iniurias: quin immò in crimen Maieſtatis læſæ incidiſſe dicitur , vt poſt infinitos relatos concludit Farinac.de crim.lęſ.Maieſt. q.112.nu. 64.& ſeq.& nu.136. cum alijs plurib. ſeqq. nouiſſimè Regn.text.de regal. lib.2.cap.20. nu 23.Fontanell.de pact.clauſ.3.gloſ.1.nu.3. & ſeq.Maſtrill.de magiſtrat. lib.5.cap.3.nu. 52.& 53.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio C V I.

Amiſſionis feudi, Cauſa XCVIII.

T H E M A.

Officium iuſtitię adminiſtrationis eſt honor, & dignitas, & quibus committuntur ſaluari debet, ipſiſq; obedientiă dari, & qui contra honorem ipſorum venit, crimen Maieſtatis læſæ committit.

S V M M A R I V M.

1 *Officium Iuſtitiæ adminiſtrandæ, eſt honor, & dignitas.*

2 *Officialibus ſicut omne iniuſtum lucrum prohibetur,ita omnis honeſta reuerentia, & honeſtate frui mandatur.*

3 *Officiales , ſiue Iudices Regis ſimulacrũ, & figura regalis ſceptri ſunt.*

4 *Reges. Imperatores, & alij Principes, & eorum Vicarius, Locumtenentes,& Iudices miniſtri Dei sũt, & Deum,& Regem repreſentant.*

5 *Iudicibus etiam malis reuerẽtia debetur, & eſt eis obediendum, etiam quod ſint iniqui.*

6 *Deus Iudices iniquos , & iniqua agentes non cognoſcit, quia pro bono non habet, quod agunt,& ſecundum Dei voluntatẽ non regnant.*

7 *Principum , & Iudicũ Deus duas ſpecies habet , ſcilicet bonos , & malos : bonos propter bonum , & malos propter iuſtitiam, & iniquos puniendos.*

8 *Conſpirans contra Collateralem , Locumtenentem , Conſiliarium, & Officialem Regis , crimen Maieſtatis læſæ committit,& vita,& bonis priuandi ſunt.*

1 QVod † officia Iuſtitiæ adminiſtrandæ in Locumtenente, Prorege, Conſiliario,& alio Officiali regio,& aliorũ ſit honor, eſt text. in l.honorem, C.quando prouoc. non eſt neceſſ. cap. vt debitus honor, de Arlet.lib.11. tit.1. par.2. l.9.tit.18. par.4. tradit Rota in nouiſſ. deciſ.442. Menoch de arbitr.Iudic. lib.1.q.41.num.1.Tiraquell.de nobilit.cap.2.num.1.& ſeq. Bouadill,in polit. lib.3.c.1.nu.2. lit C.& nu.23.

Digitized by Google

vbi gloſ. literis D. E. adde l. Iudices, C. de dignit. lib. 12. vbi Petr. Foller. in pract. par. 7 fol. 414. num. 3. & ſeq. l. ſedet in princ. ff. de iur. immunit. l. 2. gloſ. 1. ibi: (iure honoris) l. 2. §. 1. ibi: (iura honoris) ff. quod met cauſ. l. 5. ibi: (iudicium dignitatis fruendæ, & decoris, l. obſeruandum, ff. de offic. Præſid. & l. fin. in princ quãdo prouoc. non eſt neceſſ. ibi: (omnem honorẽ ſaluum Iudicibus reſeruãtes) Caſſan. in cathal. glor. mund. par. 1. conſid. 1. & ſicut omnem lucrum prohibetur, ita omnis honor debetur, vt in auth. vt Iudic. ſine quoquo ſuffrag. §. volumus in
2 fin. ibi: (ſicut enim, & † iniuſto lucro prohibemus, ita etiam omni honore, reuerentia, & honeſtate frui ſancimus, Bouadill. in polit. lib. 3. cap. 1. nu. 2. & in gloſ. lit. E. & ſecundum Boetium lib. 1. de conſolat. (obtemperare iuſtitiæ, ſumma libertas eſt) l. 1. C. de præpoſ. lab. lib. 12. gl. fin in F. 1. C. de domeſt. prætor. eod. lib. & ſicut Regi debetur honor, & reuerentia, ita & Officialibus, & iuſtitiæ
3 miniſtris, † quia Regis ſimulacrum ſunt, & figura ſui regalis ſcepri, & ſuæ præhemin entiæ ſeruari debent, vt dixit Card. Florẽt. in clem. 1. oppoſit. 6. de offic. Vicar. Camill. Borrell. meus nunc Coniudex in ciuilibus cauſis M. C. Vic. in ſpec. Princ. Petr. Belluc. lib. 1. lit. L. fol. 5. Bouadill. d. loco num. 6. vbi gloſ. lit G. & authoritas Iudicis tanta eſt ſuprema, quod contra patrem, quem compellere, eique mandare poteſt, per tex in l ille à quo, §. vlt. cum l. ſeq. ff. ad Trebell. & ibi Accurſ. l. poſtliminium, §. filius, ff. de capt, & poſtlim. Bald. in l. ſenium poſt princ. C. qui teſtam facer. poſſ. Plaza de delict. cap. 6. num. 3 in fin. & ait Bald. in d. loco, maiorem eſſe authoritatem magiſtratus, quam patris, Bouadill. in d. loco num. 17. & lit. A. & miniſtri iuſtitiæ ſunt honorandi, nè dum ex prę-
4 dictis, ſed etiam quia non ſolum † Reges, Imperatores, & alij Principes ſuperiores ſunt Dei miniſtri, ſed & eorum Locumtenentes, & Iudices, & tanquã miniſtri Dei, & authoritate diuina ſua officia adminiſtrant, & Deum, & Regem repreſentẽt, vt ex multis Bouadill. d. cap. 1. num. 5. & 11. lib. 3. Ioan. cap. 19. Non haberes poteſtatem aduerſus me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Salomon Prouerb. cap. 8. Meum eſt conſiliũ, & ęquitas mea eſt, prudentia mea eſt fortitudo: per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt: per me Domini dominantur, & regnãt omnes Iudices terrę, & cap. 21. ſicut diuiſiones aquarum ita cor Regum in manus Domini. Petr. 1. epiſt. c. 2. ibi ſubiecti igitur extote Iudicibus tanquã à Deo miſſis, Paul. ad Roman. cap. 13. non non eſt poteſtas niſi à Deo, cap. cum ad monaſterium, verſ. Abbas vero, de ſtatu monachor. ibi: cui omnes in omnibus reuerenter obediant, cap. magnum 11. q. 1. cap. quid culpatur 23. q. 1. cap non ſolum, & cap. qui malum 23. q. 5. cap. quæſitũ 23. q. 4. cap. non fruſtra, cap. ſi apud, cap. dicat aliquis, cap adminiſtratores cum trib. ſeqq. 23. q. 5. l. 3. tit. 4. par. 3. cap. 2. de maior. & obed. cap. quo iure 8. diſtinct. cap. quid præcipitur 14. q. 5. Menchac. cõtrouerſ. illuſtr. lib. 1. cap. 2. nu. 3. fol. 60. & rap 2. num. 8. fol. 65. & cap. 47 num. 4. fol. 130. Beat. Auguſt. in Ioan. tract. 6. Ipſa iura humana per Imperatores, & Reges ſęculi Deus diſtribuit generi humano, Mieres de maiorit. in princ. fol. 5. nu. 2. Suarez in repet. l. quoniam in prioribus fol. 146. num. 15. C. de inoffic. & Reges ſunt Vicarij Dei, l. 1 tit 1. par. 1. & epiſt. inter claras C. de ſum. Trin. Gomeſ. in l. 40. Tauri num. 3. Mexia de Pace. concluſ. 1. fol. 29. num. 125. Queſada diuerſ. qq. cap. 16. nu. 2. Segura in director. Iud. in repert. in princ. num. 1. Bouadill. d. loco prędictis numeris, & alijs pluribus ſequentibus multa valdè bona, & ad
5 propoſitum, & num. 9. quod † eis debetur obedientia, & reuerẽtia per ſubditos, etiam quod ſint mali, & malè gubernent, quia nõ attenditur mala qualitas Iudicis, ſed dignitas officij, & miniſterij, & cuius à quo conſtitutus eſt in officio, idem Ant. Florent. in 3. par. ſuæ ſummæ tit. 24. cap. 7. §. 1. in fin. & eſt eis obediendum, etiam quod ſint iniqui, & ordinaſſent res iniuſtas, iuxta tex. in l. ſeruo inuito, §. cum Prætor. ibi: (propter rerũ iudicatarum authoritatem) ff. ad Trebell. l. Prætor ait, §. ait Prætor, ff. de nou. oper. nunc. l. ſi Prętor, ff. de iudic. ibi: (nè edictum Prætoris illuſorium redatur) Bouadill. ibidem cum exemplis num. 13. in text. & gloſ. qui mali Iudices & ſi regnant per poteſtatem à Deo, quia omnis poteſtas à Deo eſt;
6 † Deus ipſe tales Iudices non cognoſcit, quia pro bono non habet, quod agunt, & ſecundum Dei voluntatẽ non regnant, quamuis ſciat, vt per Diuum Gregorium in c. 25. moral. Sot. de iuſtit. & iure lib. 4. q. 4. artic. 1. in fin. vbi ait: nam & ſi poteſtas Principum ordinatio Dei ſit: vſurpatio tamen earum, quando violato iure fit, non eſt à Deo præcipiente, ſed tamen id in punitionem ſubditorum permittente, & ad literam habetur in cap. quid culpatur, ibi: (non eſt poteſtas niſi à Deo, ſiue iubente, ſiue ſinente) 23. q. 1. Menchac. lib. 1. qq. Illuſtr. cap. 21. num. 10. & ſeq. fol. 65. alia referens, & Deus malum iudicium ſi ſcit, & permittit, non approbat;
7 † Deus duas ſpecies Principum, & iudicum habet,

Digitized by Google

habet, & permittit bonos, & malos, & om-
nes ſunt à Deo, ſicut Angelos bonos, & ma-
los: bonos propter bonũ, & malos propter
iuſtitiam, & iniquos puniendos, & ſic regna-
re permiſit Pharaonẽ, Nabucdonoſorem,
Galiagulam Neronem, Diocletianũ, Mariũ,
Attilam, Tamorlanum, & per hoc non eſt
culpanda ordinatio diuina, ſed malitia, pec-
cata, & iniquitas populorum, vt per Iob
cap.34.ibi:(qui facit regnare hominem hi-
pocritam propter peccata populi.) cap. ad
aucter.8 q.1. Soto vbi ſupra, Segu.in direct.
Iud.1.par.cap.6.fol.27.num.7.& 8. Simanc.
de Republ. fol.142.num.17. Put.de ſyndic.
verſ.de exceſſ Reg.num.82.fol.75. Balthaſſ.
Philipp.de conſilia fol.123.diſcurſ.10.Card.
Frater Franc.Ximenes in lib.de natur.An-
gel.tract.2.cap.7.& tract.3.cap.58. Suar.in
repet. l.quoniam in prioribus, in declar. l.
Regni num.15.verſ.aduertant fol.146.C.de
inoffic. teſtam, Diu.Gregor. & Mencha.vbi
ſupra, Bouadill. in text. & gloſ. vbi ſupra
cap.1. nu.12. ſed redeundo ad noſtram Di-
8 lucidationem dico, quod † conſpirans con-
tra Collateralem, Locumtenentem, Conſi-
liarium, & Officialem Regis, crimen Maie-
ſtatis læſæ committit, d. l. quiſquis, C. ad l.
Iul.Maieſt.l.1.in verſ.cuiuſq; opera, ff.eiuſ-
dem, l.1.& ibi Gregor.Lopez verſ.Adelan-
tado, & gloſ.ſeq.tit.2.par.7.l.1.tit.16.par.2.
idem Gregor.Lopez ibidem gloſ.1.l.1.& 2.
cum alijs tit.22.lib.8.recopil. Plaza in l.ne-
mo, C.de dignit. lib.12. Boer.in tract de fe-
ditioſ. fol.7. num.36. Gigas in tract.de cri-
min. læſæ Maieſt. lib.1. quæſt.14. num. 24.
Iſern. in tit. quæ ſint regalia, verſic.bona
committentium crimen læſæ Maieſtatis,
vbi latè de intellectu d. l. quiſquis, Capyc.
deciſ.130.nu.11.& ſeq. nu.14.& ſeq. 6.dub.
Didac.Perez in l.39. tit.19. gloſ matar, Al-
cayd. lib.8.ordinat. fol.389. colum.1.Barth.
Philipp.in tract.de los Conſejero diſcurſ.7.
priuileg 8. fol. 50. num.4. & ſeq. Caſſan. in
cathalog. gloriæ mundi par.7. conſider.13.
Bouadill.dicto loco lib.3. cap 1. num.29. in
text. & gloſ. litera A. & ita tales Officia-
les offendentes, vel contra eos conſpiran-
tes, vel machinantes, crimen Maieſtatis læ-
ſæ committunt; vita, feudis, & honis ſunt
priuandi. vt pluries per prædicta, & alia di-
ctum, & fundatum eſt.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio CVII.

Amiſſionis feudi, Cauſa XCIX.

THEMA.

Officialis idem offenſus, vel iniuriã paſſus poteſt de eis cognoſcere, ſi pœna eſt certa, ſi vero arbitraria non, & ſuperiorem nõ recognoſcentes, ſi vero dicitur poſſe cognoſcere intelligitur, vt cõmittant Iudicibus.

SUMMARIUM.

1 *OFficialis de offenſa ſibi facta, vel ſuis Officiarijs, Alguzerijs, & alijs ſuis ipſemet cognoſcit.*

2 *Officiales cognoſcunt de libellis infamatorijs, ſiue cartellis, & maeriatis in valuis, & domibus proprijs, aut iuſtitia, ſi pœna, eſt ſtatuta, ſed nõ ſi eſt arbitraria.*

3 *Offenſa facta Officiali ſi eſt ratione officij, vel particularis ratione perſonæ pro particulari inimicitia debet notificare Tribunali.*

4 *Officiales iniuriam vindicandam, quilibet de populo proſequi poteſt.*

5 *Reges, & Principes de iniurijs eis factis non cognoſcunt ipſi, ſed eorum Conſiliarij, & Officiales.*

6 *Imperator & Princeps ſuperiorem non recognoſcens, poteſt in cauſa propria iudicare.*

ET ſi nemo ius ſibi dicere poteſt, & eſt
text in l.qui iuriſdictionem, ff.de iuriſdict.
omn. Iudic. l.vnic. C.ne quis in ſua cauſa
Iudic.cum vulgat. tamen in Officialium of-
fenſa ob reuerentiam ei debitam, & quia
non ipſe, ſed Regi, cuius nomine officium
gerens, iniuria, & offenſa facta cenſetur, vt
1 diximus in præcedẽtibus, † contra eoſdem
offendentes, ſiue machinantes, vel conſpi-
rantes, vel contra eorum familiam, & Al-
guzerios, ſi clarum ſit, quod offenſa ſit facta
ratione officij, ipſemet recognoſcere poteſt,
firmat Bouadill.in ſua polit.lib.3.cap.1.nu.
33 in text.& gloſ. num.33. per text.in cap.
dilecto, de ſentent.excommun. in 6. cap.1.
de pœn. in cap.ſi quis erga 2.q.7. cap. ſalo-

nitanæ, 63.diſtinct. gloſ. in cap. vlti maius,
per tex. ibi 23 q.4. & qui emendat 45. diſt,
cap.dilectus,de pœnis, l.7.tit.1.lib.7 recop.
Innoc.in cap.ex parte, de verb.ſigniſ. & eſt
commuois opinio ſecundum Io. de Platea
in l.nemo carcerem num.10, in fine, C. de
exactor.tribut. lib.10. idem in l præcipimus
num.3.C.de canon.largit.eodem lib.Luc.de
Penna in l.quinque col.2.C.de dignit.lib.12.
Iacob.de Aren.& Cyn.in d.l.vnic.nè quis in
ſua cauſa num. 2. ſingulariter diſtinguunt,
& Paris de Syndic. in verſ.notorium Iudic.
in princ.& num.ſeqq.ſol.242.& verſ.iniuria
Officialis cap.3.nu.1. & ſeq. Iaſon in d.l.qui
iuriſdictioni col.1. ff.de iuriſdict.omn.Iudic.
Gandin.in tract.de malefic. tit.pen eorum
col.9. Boniſac.in Peregrin. verſ.Iudex q.5.
fol.263 col.1.& col,2.verſ.ſi aliquis Oroſius
in d.l.iuriſdictioni col 577.num.2.& idem
in l.Senatus Conſulto nu.2. ff de offic.Præſ.
Auendan.in cap.Prætor. num.4.in fin verſ.
deducitur, Gregor.Lopez l.26.gloſ.1.tit.23.
par.3.officialium in cap.3 Prætor.verſ.Ad-
uocatos num.12.& in verſ iuriſdictiones,di-
cit communem.Clar.in §.fin.q.35.num.26.
Mattienz.de relat. 3.par. cap 55.nu.5.& nu.
104. Azeued.in l.1.num.8.tit.5.lib.3.recop.
Segur.in director.Iudic. 2.par.cap.6.num.4.
Corraſ.in tẽplo Iudic. lib.1.cap.1.§ 4.verſ.
iudicant in cauſa propria num.6. fol.78. &
3 † etiam de libellis infamatorijs in plateis,
vel ianuis, aut in palatijs iuſtitiæ , & vulgo
dicti cartelli,& etiam de macriatis contra
ponentes, & fautores ipſi Officiales proce-
dere poſſunt, eoſque iudicare ad pœnas de-
bitas,vt per Paridem de Put. vbi ſupra in
verſ.iniuria Officialis cap.1.num.6.fol.197.
quando pœna eſt certa ſtatuta,nè tanquam
intereſſatum modum excedat vt per Ang.
in l.illud, ff.de appell.Gregor.Lopez d.l.26.
gloſ.1.tit.23.par.3.quod intelligitur,ſi pęna
non eſt arbitraria , quia non conueniret vt
ipſe Officialis offenſus, vel iniuriam paſſus,
ſuo arbitrio iudicaret, & modũ excederet,
dicit Angel. in l.illud, ff.de appellat. Greg.
Lopez d.l.26.in gloſ.1.col.23.par.3. ſed ſo-
lum quando pœna eſt à iure,vel ſtatuto ex-
preſſa,& certa Doct. in cap.1. de pœn. in 6.
Alber. in d. l. Senatus Conſulto num.10. &
ſeq. vbi bene diſtinguunt ff.de offic.Præſid.
Bald.& DD. in auth qua in Prouincia, C.vbi
de crim.agi oport.Abb.in d.cap.dilectus,de
pœn.& in cap.3 num.5.de maledic.vbi add.
dicit ſingularẽ, & nouam doctrinam Felyn.
in cap.cum veniſſent num.4. & ibi Abb. de
iudic.Montalu. in l.fin.tit.15.lib.2.gloſ.dice-
mos,Auendan.gloſ.Abogados nu.12.& ſeq.
Clar.vbi ſupra,Segur.in d.loco num.6.Aze-
ued.in l.10.& 11. num.7.8.& 5.lib.1.recopil.
Gratian.in reg.257.limit 3.fol.168.Bœer.de-
3 ciſ.9. num.13.& ſeq. ſed ſi eſſet † dubium
offenſa, & iniuria Officialis an ſit reſpectu
officij ,an vero pro particulari inimicitia
ipſius notificetur Tribunali, & Conſilio, vt
in auth. de defenſor Ciuit. §.ſi vero egerit.
Vincent. Cigaul.in ſuo opere aureo in cap.
tertium regale fol 79. col.4. in medio, vel
alteri committi, qui iuſtitiam faciat, vt per
Iſern in tit.de prohib.feud.alien.per Feder.
§. præterea ſi inter duos, Paris de Put. de
ſynd. in d.verſ iniuria Officialis cap.2. nu.4.
& ſeq fol.190. Azeued vbi ſupra d.num.8.
cap.dilectus de pœn. ibi iuxta ſuperius ar-
bitrium digna poterit animaduerſione pu-
niri, & ex alijs Bouadill. d. loco num.33. &
ſeq ibique num.35. quod Iudex poteſt pu-
nire Alguzerium ipſum iniuriantem , vel
aliquod malè, & importunè agentẽ, ex Io.
de Plat.in l.nemo carcere nu.11 C.de exa-
4 ctor.tribut.lib.10.& pro † iniuria facta Of-
ficiali publico iuſtitiæ,ex officio vltra quod
procedi poteſt per eundem Officialem , vt
prædiximus , cuilibet de populo competit
actio pro illius vindicta, Bald.in l.ſi quis id
quod,ff de iuriſd.omn Iudic. Auil.in cap.20.
prætor. gloſ. remediado, & maius delictum
eſt offendere Iudicem ratione officij, quàm
eius perſonæ,vt per Bald.in l.ſi ſimilia,ff.de
iuriſd.omn.Iud. Montalu.in l.1.tit.20.lib.4.
5 for. & aduerſus quod † Principes,& Reges
de iniuris , & delictis in eorum perſonam
factis, ipſimet non cognoſcunt, ſed ſolum
per eorũ Conſiliarios, & iuſtitiæ miniſtros,
quod laudabilius eſt,vt per Xenophont.&
l.2.l.de hoc taliter,ff.de hęred.inſtit.l.ſerui,
ff.de furt.Iſern.de prohib.feud.alien.§.pen.
col.antepen. Caſſan.in cathalog.glor.mund.
artic.5.conſid.5. verſ.tertio quoniam, Gre-
gor.in l.5.per text.ibi tit.24.verſ.amigos,&
ita ſeruatur per Reges Gallos,Hiſpanos, &
vtriuſq; Siciliæ Regni, ad imitationem Ro-
manorum, & Partorum, qui eligebant Tri-
bunos,& Magiſtratus,quos vocabant eferos
pro regia poteſtate moderanda,vt per Val.
Max. lib.4.de moderat.anim. Gulielm.Be-
nedict.in cap.Raynutius, verſ. & vxorem
nu.598.vſque ad 603. de teſtam. Caſſan.vbi
6 ſupra , & quod dicitur : † Principem ſupe-
riorem non recognoſcentem poſſe in cauſa
propria iudicare,vt per gloſ. in cap. cum
veniſſent, de iudic.& in cap.ſi quis ergo a 1.
quæſt.2. & l. proximè, ff. de his, quæ in te-
ſtamento delentur, Barbat.& Felyn, in c.1.
concluſ.4 not.2.de probat. Caſſan.in cathal.
glor.mund.par.5.conſid.2.nu. 136. quod in-
telligitur,vt alteri committat,vt iudicet. vt
decla-

declarat Iſern. & Gregor. Lopez vbi ſupra,
& iniuriantes, vel offendentes miniſtros iu-
ſtitiæ, omnino ſunt puniendi, Oroſc. in l. ſi
familia num 9 in fin. ff. de iuriſd. omn Iudic.
& omnes, qui Officiales offendũt, & contra
eos machinantur, crimen Maieſtatis læſæ
committunt, feudum, & bona amittunt, vt
in præcedenti Dilucidatione, Bouad. d. lib. 3.
cap. 1. num. 35. & ſeq. in text. & gloſ. ex alijs
multis.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio CVIII.

Amiſſionis feudi, Cauſa C.

THEMA.

Proditor vltimo ſupplicio plectitur, & feudum amittit.

SVMMARIVM.

1 *PRoditor Principis pœna capitis punitur, & in Italia furca ſuſpenditur exemplo Iuda.*
2 *Nobiles grauiori pœna plectuntur, & in Gallia furcis altioribus ſuſpenduntur.*
3 *Vaxallus tenẽs feudum proditionem committens, feudum amittit, & num 7.*
4 *Bannitum proditoriè occidens etiam exiſtente banno, vt impunè occidatur, punitur.*
5 *Proditorius homicida inuitus ab Eccleſia extrahitur, & eijcitur.*
6 *Proditoris inſignia delentur.*
7 *Vaxallus proditor feudo priuatur.*

VEniendo modo ad pœnas debitas prædi-
cta delicta committentibus videlicet.
Pro proditione, & Maieſtatis læſæ rebellio-
1 ne, & ſimilibus dico: † proditores Princi-
pis, Regis, Domini, vel Populi pœna capitis
plecti, & vt plurimũ in Italia furcis ſuſpen-
di; quod rectè factum eſt exemplo Iudæ
Scariotæ vnus ex duodecim diſcipulis Do-
mini noſtri IESVS CHRISTI, qui Iuda poſt
traditum Dominum phariſeis laqueo ſe ſu-
ſpendit, Matth. Marc. Luc. & Ioan. Euang.
2 in eorum Euangelijs, & † nobiles grauiori
pœna plecti, dicit Bald. in cap. cum quidam,
de iure iur. quod altioribus furcis ſuſpen-
datur, & ita in Gallia ſeruari, refert, & ſe-
quitur Felyn. ibidem in verſ. tertius eſt, &
in verſ. quod autem dictum eſt, & in cap. pa-
ſtoralis col. 1. verſ. ſecundo fallit, de offic.
deleg. & reaſſumit Tiraquell. in ſuo tract. de
3 nobilit. cap. 20. num. 116. & † vaxallus te-
nens feudum, ſi proditionem cõmittit, ſiue
Dominum prodiderit, feudo priuatur, Gig.
lib. 3. tract. de proditor. q. 5. ſiue odiũ quom-
cumque, cap. vnic. ibi: hominem tradendo.
an ille, qui interfec. frat. dom. ſui, feud. amitt.
cap. 1. § item ſi fratrẽ, in tit. quib. mod. feud.
amitt. proditionis enim maximum crimen
eſt, vt ex multis colligitur: Primo, ex eo,
4 quod quamuis † puniri non poſſit, qui ban-
nitum ſtatuto concedente occidit, per Bald.
in l. pactum, C. de tranſact. Paris de Puteo in
tract. de ſyndic. tamen punitur, qui prodi-
toriè bannitum peremit, Menoch. de arbitr.
Iudic. centur. 1. caſu 90. num. 49. Secundo,
5 ex illo, quod Iure canonico † proditorius
homicida ab Eccleſia inuitus adducitur iux-
ta formam conſtitutionis Gregorij XIV. &
cap. 1. de homic. in 6. & ibi Felyn. Guid. Pap.
deciſ. 121. Boer. deciſ. 109. quamuis alias ho-
micida Iure canonico immunitate Eccle-
ſiarum gaudeat, Couar. lib. 2. var. reſol. c. 20.
Iure canonico dixi, quia ſecus eſt de Iure
ciuili, nouell. 17. in qua Iuſtin. inquit: homi-
cidis, adulteris, & virginum raptoribus, &
omnibus talia committentibus in locis ſa-
cris ſecuritatem non ſeruabis, ſed inde eos
extrahes, & ſupplicium illis irrogabis, quia
ſacrorum locorum immunitas nõ iniurian-
tibus, ſed affectis iniuria datur. Tertio, huius
6 delicti † enormitas, inde etiam conſpicitur,
quod proditorium inſignia delentur, Bart. in
l. eorum, de pœn. Roman. ſingul. 474. eorum
arma, & ſigna bbb. an arma Tiraquell. de
de nobilit. cap. 20. num. 20. Menoch. de arbitr.
q. 2. controuer 3. caſu 281. Gigas d. tract. de
crim. læſæ Maieſt. lib. 3. tract. de proditor.
quæſt. 8. proditionis igitur crimen atrocium
7 eſt, & ideo cõſuetudinibus feudalibus † co-
muniter receptum eſt, & vaxallus proditor
feudo priuatur Borcold. cap 8. num. 125. ex
multis, & proditor Principis, Regis, Mar-
chionis, Ducis, vel temporalem iuriſdictio-
nem habentis, in pœnam capitis incidit, ac
puniri debet, quia crimen læſæ Maieſtatis
vel quaſi committit, vt voluit Bal. in l. data
opera, & l. 5. verſ. vlt. in hac, C. qui accuſar.
non poſſ. ex alijs firmat Gigas vbi ſupra
quæſt. 6. & latè diximus in præcedenti Di-
lucidatione.

PARTIS

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio CIX.

Amiſſionis feudi, Cauſa CI.

THEMA.

Læſę Maieſtatis humanę crimonoſi, & rebelles, licet olim diuerſimodè puniebantur cùm grauiſſimũ crimen ſit, capite puniuntur, & feudum amittunt, & Maieſtatis diuinæ comburuntur. cõmunis.

SVMMARIVM.

1 *Crimina puniri debere nemo negabit.*

2 *Leges pœnales factas eſſe, vt earum metu humana coerceatur audacia.*

3 *Nocentes vltimo ſupplicio puniri iuſtiſſimum eſſe.*

4 *Punitio eſt nobilior actus iuſtitiæ excepto premio.*

5 *Maieſtatis Diuinæ crimen, quod punitur, eſt quando contra precepta diuina venitur, humanæ vero quando contra Regem venitur.*

6 *Hereticis ex generali cõſuetudine puniri.*

7 *Crimen Maieſtatis læſæ committẽtes contra Regem, aliumuè Dominum contra rem publicam, patriam vltimo fine puniuntur, & alijs diuerſis pœnis.*

8 *Criminoſi Maieſtatis apud Macedones grauiſſimis pœnis puniebantur.*

9 *Criminoſi Maieſtatis per legem duodecim tabularum capite puniri.*

10 *Criminoſos Maieſtatis per legem Longobardorum vita incurſu, eiuſq; bona Fiſco applicari.*

11 *Criminoſi Maieſtatis per l. digeſtorum, eorum bona liberis dari, & non exiſtentibus Fiſco applicari.*

12 *Criminoſi Maieſtatis de iure communi, & Regni vita, & bonis priuari, eorumq; filij omnibus bonis & ſucceſſionibus priuari, & incapaces eſſe, & Fiſco applicari, & mors ſit eis ſolatium, & vita ſupplicium.*

1 OMni ſæculo † crimina coerceri debere, & puniri, nemo negabit, nè nimiũ
multiplicarentur, & vt quos virtutis amor
non alliceret ad benefaciendum eos ſaltim
pœnarum formidine à delinquendo abſti-
2 nerent: ideoque factas eſſe † leges pœnales, vt earũ metu humana coherceatur audacia, tutaq; ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrenetur audacia, & nocendi facultas: eleganter Seneca lib. 1. de ira, & inquit Iſidor. lib. 6 ethimolog. & alibi lex ait, vnius pœna ſpretus poſſit eſſe multorum, cui conſonat,
3 quod dixit Gell. lib. 6. cap. 14 & † iuſtiſſimũ eſt, vt nocẽtes vltimo ſupplicio puniantur, vt ex multis cõprobat Gratian. in cap. reos cum ſeq. 23. q. 5 Alex. de Alex. 3 par q. 4. D Thom. 2, 2. q. 108 Luc de Penna in l. 1. C. de deſertor lib. 12. punitio enim eſt nobilior actus iuſtitiæ in communi excepto premio. Scot lib. 4 ſentent. diſtinct. 14 q. 2. quã diſt. 19. inquit: iuſtitia punitiua eſt commutatiua pœnę pro culpa & non reſpicit punctum indiuiſibile, ſed medium habet latitudinem infra metus rectæ ditionis; adde Origenem ſuper IESV naue humil. 7. & ſuper Hierem. homil. 9. & Gabr. diſt. 18. q. 1. inter
5 alia. † quæ magis puniri oportet potiſſimũ eſt, Maieſtatis læſę crimen, quod duplex eſt, Maieſtatis Diuinæ, ſcilicet & humanæ: Diuinæ Maieſtatis læſio eſt, quando quis contra legem, & præter legem, & præcepta diuina venit; vt Hæretici, Sciſmatici, & ſimiles, quæ crimina, vt plurimum Reipublicæ nocent, & nullus eſt, per quẽ tam graue ſcandalum in Eccleſia oriuntur, quàm per hæreticum. & ideo vltimo ſupplicio damnantur. l. Arian. C. de hæret. & in C. Theodoſiano tit. de iudicijs, & quãuis plures ſunt pœnę quibus vltimum ſupplicium delinquentes
6 patiuntur, l. capitalium, de pœn. † in hæreticos tamen generali, & communi cõſuetudine receptum eſt, vt igne pereant; firmant Hoſtienſ. Io. Andr. Anchar. Cardin. Henric. Boich. & Io. de Anan. in cap. ad molendam, de hæret. Aret. & Alciat. in l. 1. C. de ſumma Trin. & fide cathol. Prob. ad Monac. in cap. accuſatores, de hæret. lib. 6. Bertrand. conſ. 312. lib. 2. Alphonſ. lib. 2. de iuſta hæret. punit. c. 12. & ex alijs reiectis contrarijs firmat Simanc. in tract. de hęret. c. 45. de pœn. nu. 8 & 9. & de iure hactenus, quia non eſt no-
7 ſtrum. Sed veniendo † ad crimen Maieſtatis humanæ, quod committitur contra Regem, aliumuè Dominum, ac contra rem publicam, atq; patriam, iſti enim rebelles crimen Maieſtatis committentes, & ſeditioſi, qui Dominorum, & ciuium concordiam, & rei publicæ pacem conturbant, iuſtiſſimis pœnis à legum latoribus coherceri ſolent. Hi enim humanæ felicitati maximè nocent, ac iuris vltimi finis ſupplicio plurimum aduer-

aduertantur,vt eleganter dixit Cicer. lib.3. offic.inquiens: (hoc ſpectant leges,hoc volunt incolumen eſſe ciuium conſumptionē, quam qui dirimunt eos morte exilijs, vinulis damno coercent;) & olim diuerſimodè puniebantur.

8 Primo, apud † Macedones ſæuiſſima pœna erat in ipſos nocentes, illorumq; parentes,& propinqui, cum ipſis reis occidebantur; quod nimis durum viſum Alexandro Magno,in ipſos nocentes ſanum reuocauit, teſtatur Quintus Curtius lib.7.quod refert Io.Ferrar.in ſuis annotationibus in lib.inſt. tit.de hæred.quæ ab inteſt. defer. verſ.perduelles,& verſ.Maieſtatis, & de tali crimine conuictus eius bonorum quarta pars dabatur accuſatori, reſiduū vero ſuis liberis, ex Cornel.o Tacito lib.4. filio inquit damnato Marcus lepidus quartam partem accuſatoribus ſecundum conſuetudinem legis cętera liberis conceſſit,quod refert Alciat.in l.indicaſſe reum, ff de verb.ſignif.

9 Secundo, legem † duodecim tabularum huius criminis reis ſolum pœna capitis ſtatuta fuit, per text. in l.duodecim tabularū, ff.ad leg.Iul.Maieſt.vbi materiam Iuriſconſultus dixit: quod is, qui hoſtes concitauerit, ſiue hoſti tradiderit, l.duodecim tabul. capite puniatur.

10 Tertio, lege † Longobarda cautum fuit, quod qui contra Regis vitam cogitauerit, aut conſilium dederit, vitæ periculum incurreret, eius bona Fiſco applicantur; vt habetur lib.1.rubr de maleſic.& public.crimin.cap.1.dictar.Longobard.ll.

11 Quarto,de † Iure digeſtorum Diuus Seuerus ſtatuit, rei criminis Maieſtatis bona liberis damnati conſeruatis, ſed illis non extantibus Fiſco vendicari decreuit, vt habetur in l.eorum, ff.ad l.Iul.Maieſt.

12 Quinto,de † Iure cōmuni,& Regni,Maieſtatis criminis Regi non ſolum capite puniri, ſed bona eorū omnia Fiſco addici. per tex.in l.1.2.& 3. ff.ad l.Iul.Maieſt.in conſt. Regni Humanitatem, vbi de hoc crimine fit mentio, & per text.in l.quiſquis, C.ad l. Iul.Maieſt. ibi: (quos Maieſtatis, ſiue perduellionis gladio ferit bonis omnibus Fiſco addictis,& filij à materna, vel auita omniū etiam proximorū hæreditate, ac ſucceſſione habeantur alieni ex teſtamenti extraneorum nihil capiunt,ſint perpetuò egentes, & pauperes infamia eos paterna concomitatur ad nullos prorſus honores,ad nulla officia Sacramenta perueniant, ſint poſtremo tales,vt perpetua egeſtas ſordentibus,& mors ipſis ſit ſolatium,& vita ſupplicium) verba ſunt d.l.quiſquis, ibiq; gloſ. & communiter DD. Auth. bona damnatorum, C. de bon.damnat.Guid.Pap.dec.341 in princ. Afflict.in cap.1.verſ.item ſi fidelis num.78. quib.mod.feud amitt. Alex.conſ.13.nu.7.& 11. lib.6. Roland.à Valle conſ.78.uum.17. lib.2.Borcolt.de feud. cap.11 num.90. qui
13 alios adducit de Iure † Capitulorum Regni eſt cap incip. apud Tranum, cap. bona proditorum noſtrorum, in quibus ordinatur talia crimina committentes, vitam,& bona amittunt,& contra accuſatum de crimine Maieſtatis læſæ, quomodo procedatur,habetur in d.cap.nuper,& in d.cap.bona proditorum, de facto eius bona in Fiſcū transferuntur,Thom.de Marin ex alijs firmat tit.2.2.de feud.fratern. nu.113.fol.57.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio CX.

Amiſſionis feudi, Cauſa CII.

THEMA.

Filius ob rebellionem, & bonorum publicationem patris retinet feudum ex pacto, & prouidētia, vel ex conſuetudine, vel lege feudi, aut contractus ſibi debitum, & filijs non exiſtentibus, peruenit ad agnatos, niſi pater contra dominum deliquiſſet communis.

SVMMARIVM.

1 *Filius propter delictum Maieſtatis per patrem priuatur feudo.*

2 *Feudum datur patri, & filio patre exiſtente infidele reuocatur feudum,& reuertitur ad Regem, ſiue Fiſcum.*

3 *Feudo tàm ex pacto, quā hæreditario propter delictum patris filius priuatur cum diſtinctione,vt ſeq. num.*

4 *Filius vti hæres patris habens feudum, propter delictum Maieſtatis patris eo priuatur,ſed ſi pater acquiſit pro ſe, & filijs,ſeu liberis ſuis non amittit filius.*

5 *Primogenitus feudum, quod non habet à patre, ſed à conſuetudine, vel cōtractu, aut lege per delictum patris nō amittit.*

6 *Filius ſine iuſſu patris in iudicio vocari non poteſt.*

7 *Hæres*

7 *Hæres dicitur ab hæros, quod eſt Dominus.*

8 *Pater quacumq; habet ſunt filij, & è contra identitate naturæ.*

9 *Filius viuente patre eſt condominus, & poſt mortem patris nouam hæreditatem nõ acquirit, ſed dominium quod habebat confirmatur.*

10 *Filius viuente patre impropriè eſt dominus, cum duo non poſſunt eſſe Domini vnius rei, & pater cum aſſenſu directi Domini poteſt diſponere de tranſeuntibus ad hæredes.*

11 *Feuda ex pacto, & prouidentia, nec voluntariè, nec ex delicto patris à proximo primogenito filio, ſiue agnato non extrahuntur.*

12 *Agnatus nec de feudo hæreditario priuatur.*

13 *Delictum patris ſi fuerit contra Principẽ Dominum nulla diſtinctione facta nocet filio, & ſic amittit feudum.*

14 *Feudum amiſſum ob alienationem filius prius quam agnatis, aut Domino deferri, vel poſtea agnatis quam Domino.*

15 *Proditores, qui rebellionem commiſerunt; in pœnam vitæ, & amiſſionis bonorum ipſo facto incidunt de Iure Regni, & idẽ receptantes, non reuelantes, vel auxiliantes.*

16 *Feuda fideicommiſſa cum aſſenſu per delictum poſſeſſoris non auſertur ſequentibus.*

HÆc Dilucidatio valdè controuertitur.
1 Nam regulariter † filius propter delictum patris, feudo priuatur, per text. in cap. vnic. ſi vaxallus feudo priuatur, notatur in cap. 1. ℱ. vaxallus, ſi de feud. defunct. fuer. controuer. ita tenet Bart. in l. eum qui num. 1. & 2. de interd. & releg. Anchar. & Imol. in cap. 2. de feud. Bald. conſ. 149. nu. 6. lib. 3. idem Bald. Angel. & DD. in l. adoptiuũ, ℱ. fin. ff. de inius voc. & ex alijs Duen. in reg. 346. in princ. & in propria materia, & in terminis eſt text. apertus in d. l. quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſt. ibi: (reos Maieſtatis, ſiue perduellionis bonis omnibus Fiſco addictis, & filij à materna, vel auita omniũ etiam proximorum hæreditate, ac ſucceſſione habentur alieni ex teſtamentis extraneorum nihil capiant: ſint perpetuo egentes, & pauperes &c.) & expreſsè firmant gloſ. in verſ. reuocabuntur in d. cap. vnic. ſi vaxall. feud. priuet. ibique Beluiſ. Aluarot. nu. 3. Præpoſ. nu. 1. & 2. Rauenn. & Schench. num. 4. 5. & 6. per illum text. in d. cap. ſi vaxallus culpam num. 1. in fin. & veriorem hanc dicit in d. cap. 1. ℱ. præterea, 3. notab. num. 11. quæ fuit prim. cauſ. benefic. amitt. indefinitè etiam filium ex delicto patris feudo priuari, ſcribunt Schench. in ℱ. fin. num. 1. & 2. eod. tit. Eguinar. Baro ibidẽ, Aluarot. in cap. 1. ℱ. aut ſi libellario num. 4. præpoſit. 4. Rauenn. in ℱ. fin. quib. mod. feud. amitt. Capyc. in inueſt. cap. feuda amittuntur, cap. 5. ℱ. de deuolut. fol. 45. & in cap. Imperialẽ fol. 259. de prohib. feud. alien. per Feder. vbi Camer. fol. 57. lit. N. etiam in feudo ex pacto, & prouiden-
2 tia per rationem, quia † Rex dat feudum Titio, & liberis ſuis cum conditione ſi fuerint fideles patre exiſtente infidele, reuocatur feudum, & ad Dominum deuoluitur, Iſern. in cap. 1. nu 33. in fine, ℱ. item ſi fuerint, quib. mod. feud. amitt. Ardizzon. in rub. 153. verſ. item ſciendũ fol. 144. Blanc. lib. 2. cap. 3. nu. 4. ex communi calculo receptam, ac in iudicando ſequendam aſſerit Piſtor. d. loco nu. 2. Io. Ferrar. Montan. de feud. lib. 4. c. 6. §. ſed infeudare, & §. ad propoſitum &c. & expreſsè etiam Sonsbec. par. 13. num. 1. & ſeq. & præſertim num. 5. & 6. verſ. ſed quid ſi inueſtitura, & nu. 8. reprobans diſtinctionem Zaſij, ac num. 77. ex contractu, eadem par. 13. Thom. de Marin. de gener. feud. tit. 2. num. 89. vbi ſimiliter Zaſij diſtinctionem ſibi diſplicere ait communiter non teneri, firmatq; latiſſimè num 108. reſpondens ad contraria Hannetton. lib. 3. cap. 16. fol. 383. Hottoman. Piſtor in qq. iur. lib. 2. par. 1. q. 16. num. 9. & ſeq. præſertim num. 14. Intrigl. in centur. feud. q. 69. num. 3. & 7. Gigas de crim. Maieſt. tit. de pœnis quas filij incurrunt &c. q. 4. Gaill. de pace publ. lib. 2. c. 13. nu. 21. in hoc omnes concurrere affirmans eum ſequũtur Facchin. controuerſ. iur. lib. 7. cap. 23. latè hoc punctum examinat, idque
3 expreſsè tàm † in pactionato, quàm in hæreditario feudo indifferenter tenet: ſiquidẽ iſtam diſtinctionem iuri feudali iſto loco, & alibi conſentaneã eſſe negat, par. 3. Hartm. in tract. obſeruat. tit. de feud. 54. obſeru. 21. Marian. Soccin. iun. conſ. 68. num. 126. & ſeq. ex communi, & conſ. 65. nu. 2. lib. 3. in hanc ſententiam Piſtor. d. loco Decium citans in conſ. 259. ſed is ſimpliciter ait agnatis deferri &c. Neuizan. conſ. 10. num. 16. Natta conſ. 593. nu. 4. & in l. 3. C de donat. quæ ſub modo, Nicol. Mozz. tit. fin. quib. cauſ. feud. amitt. num. 41. verſ. hodie eſt, & ex alijs Roſental. de feud. cap. 11. concl. 4. ſed Cyn. in l. 2. incip. manumiſſus nu. 2. C. de liber & eorum liberis, poſt gloſ. & Iacob. de Rauenn.
4 & Petr. ſic diſtinguunt, † Arer. quis habet habere feudum ex ſuo iure, & non vt hæres patris, vt quia quæſitum pro ſe, & filijs ſuis, & tunc delictum patris illis nũ nocet, quoniam

Digitized by Google

niam ipſis filijs ius quæſitum fuerat, aut vero ex ſucceſſione paterna, & tunc ipſis delicta nocēt, & ſic in effectu ſentit, quod feudum ex pacto datum patri, & liberis, non extrahatur à filijs, vt prædixerat gloſ. in d.l. ſi manumiſſus, eadem diſtinctione facit, vt idem firmat, & concludit Bart. in d.l. eum qui nu. 1. & 2 per illum text. de interdict. & relegat. ſic firmat Angel. in l. emancipatum ff. de Senator. quam diſtinctionem ſequuntur Iacobin. in tract. feud. verſ. dictiq; vaxalli promiſerunt non committere felloniam num. 60 in fin. Curt. iun. par. 5. num. 13. in fin. Boſſ. in ſuo tract. crim. in tit. de bon. publicat. num. 58. verſ. ſic etiam, Gozadin. conſ. 84. in princ. nu. 14. ſed melius ad terminos quæſtionis decidit Paul. de Caſtr. in conſ. 362. col. 3. ſecundum antiquam impreſſionem, vbi dicit, quod per hanc diſtinctionem Bart. limitari titulum, an agnatus, vel filius, vt locum habeat in feudo hæreditario, non autem in feudo conceſſo pro ſe, & liberis, Ruin. conſ. 23 nu. 32. lib. 5. vbi inquit: quod quando vaxallus priuatur feudo propter delictum, licet ſecundum communem opinionem nō tranſeat ad filios delinquentis, nec ad agnatos tranſuerſales vſque ad quartum gradum, ſed ad vlteriores tantum, quando feudum eſt ſimpliciter receptum, iuxta cap. an agnatus, vel filius, quod eſt quando feudum receptum eſt pro ſe, & hæredibus ſuis: tamen ſi receptum ſit pro ſe, & liberis, quia tunc admittitur filius vaxalli, cui non nocet delictum patris, & prædictam diſtinctionem gloſ. Cyn. & Bart. ſequuntur etiam Imol. in l. ſi finita, ff. ſi de vectigal. col. 2. in fin. verſ. item vide quarto, & Alex. conſ. 8. verſ addę etiā, ff. de damn. infect. Paul. de Caſtr. etiam in l. adoptiuum, ff. patronum col. 2. & Iaſ. in fin. ff. de inius voc. Alex. conſ. 19. ſuper eo de quo quæritur, dicit hanc ſententiam ex magis communi opinione receptam nu. 15. Afflict. ſibi contrarius in cap. 1. verſ. ſi vaxallus feudi priuetur num. 3. & in cap. 1. ff. præterea, gloſ. 3. nu. 1. verſ. pro ſolutione, quæ ſit prima cauſ. benef. amitt Rimin. conſ. 303. col. 2. in princ. Roland. à Valle conſ. 28 articulus ſuper quo interrogatus nu. 11. lib. 3. & etiā ſi Rex, aut alius Regno, aut feudo ob culpā
5 aliquam mereatur priuari, non ideo † primogenitus ſucceſſor priuaretur Regni, vel feudi ſucceſſione, quia Regnum, vel feudū nō defertur ſucceſſori à patre, nec per modum actiuum, ſiue productiuum, vt huiuſmodi hinc text. in d.l. 2. de interd. & releg. dicit: (quod pater delinquendo nihil iure adimere poteſt liberis, niſi ea, quæ ab ipſo prouentura ſunt ad eos, ſi ille ab inteſtato decederet vt hęreditas, & ita intelligunt dictum text. quiſquis ad l. Iul. Maieſt. & alia ſupradicta iura, & authoritates, ea vero, quę non à patre, ſed à genere, vel à conſuetudine ſiue à Ciuitate, aut contractu, vel à natura rerum tribuuntur liberis, firma remanēt: nec per aliqua patris crimina amittuntur, ſed primogenitis non à patre, ſed a conſuetudine deferente, vel contractu ſuccedit in Regno, vel in feudo igitur veritas eſt, quod ea quę deferuntur filijs, vti filijs per delictum patris non amittuntur; præſertim quando non perueniūt per medium patris, & ex eius patrimonio, arg. d.l. adoptiuum, ff. fin. & l. fin. C. de natural. liber. & notat gl. in l. diui, de iur. patr. & clarè determinatur per text. in l. eos, ad l. Iul. Maieſt. vbi habētur, quod iura, quæ competunt in ſucceſſione liberorum, non perdit filius propter crimen Maieſtatis læſæ à patre commiſſum, & non ad Fiſcum deducunt; Io. de Terrarub. in tract. ſuo contra rebell. art. 1. tract. 1. concluſ. 23. & ex prædictis filius Domino, & agnatus pręferri, & quod Rege Regnum, vel feudatario delinquente feudum non amittunt, quo ad ſucceſſores, quia conſuetudine, vel lege, aut contractu, feudi vocati ſunt, peruenier. qui debēt ſuccedere ſecundum conſuetudinem, & ex natura feudi, & contractus, non autem amittere; argum. d.l. adoptiuum, ff. fin. de in ius vocando, vbi patet, quod patre viuente, quæ facto patris nō
6 habent, non perdunt, vt quod † non poſſit vocari in ius ſine patris licentia tranſeunt in filium, facit l quia, de iur. patron. & maximè quādo Regna, vel feuda nō ſunt tranſitoria ad alias perſonas, quam per conſuetudinem ordinatas, iuxta cap. Moyſes, & cap. ſi ergo, cum gloſ. 8. q. 1. confirmantur in primogenito, qui viuente patre habet ius formatum in Regno, vel feudo, & ſic poteſt intelligi dictum Pauli Apoſtoli ad Galatas cap. 10. ſi filius ergo hęres, & ad Roman c. 8.
7 † hęres enim dicitur ab heros, quod eſt Dominus, vt in l. item Mela, ff. legis, ad l. Aquil. vbi dicitur l. Aquiliæ actio datur hero, ideſt Domino, & in Euang. Io. c. 16. & Luc. c. 15.
8 † quæcumque habet pater, mea ſunt; ibi enim loquitur: filius ſemper mecum eſt, ſcilicet per identitatē paternæ naturæ, & omnia bona mea, tua ſunt &c. & ibi legitur, &
9 de iure ciuili, † filius viuente patre eſt quodammodo Dominus eorum patris, cum eo itaque poſt mortem patris nouam hæreditatem acquirere non cēſetur, ſed magis dominium habebat confirmare, & plenam adminiſtrationem conſequi, & tex. in l. in ſuis,

ff. de

ff.de liber.& poſthum.& in l.ſi patronus, ℱ.
fin.de bon.libert.dicit,quod filius ſucceden-
do patri non acquirere, ſed retinere bona
patris cenſetur; & ſi in dict. l. in ſuis, dicat
10 quodammodo, & † impropriat dominium
filij per rationem,quia duo non poſſunt eſſe
Domini eiuſdē.rei,l.ſi vt certo,ℱ.ſi vehicu-
lum, ff.commodati, & ſic largè, & impro-
priè eſt Dominus,maximè in patrimoniali-
bus,quæ patre viuente iacent multis varia-
tionibus,& deperditionibus,& pater poteſt
tollere per alienationem, teſtamenta,lega-
ta,debita volūtaria,crimina,& ſimilia, cum
aſſenſu Superioris Domini, ſi nō ſunt reſti-
tutioni ſubiecta,& debita filijs vt filijs,& ſic
in tali dominio primogenitus in Regno, &
feudis patre, viuo filiō competere, & pater
ſucceſſionem tollere non poteſt ei,qui ſuc-
ceſſurus eſt in Regno,vel feudo, quia non
ex eius diſpoſitiua voluntate ſuccedit, ſed
etiam eo inuito ex vi cōſuetudinis, vel con-
11 tractus,vt prædiximus,& ſic † feuda ex pa-
cto, & prouidentia, nec voluntariè, nec ex
delicto patris à proximo primogenito filio,
ſiue proximo agnato extrahi poſſunt, quia
in eis ex vi conſuetudinis, ſiue contractus
ſucceditur, vt ex prædictis, & comprobat
Io.de Terrarub.in d.1.tract.art.1.concl.18.
& ſeq. fol. mihi 19. & ſeq. & filijs non ex-
tantibus ſuccedit agnatus proximior. Immo
12 † agnatus nec de feudo hæreditario priua-
ri poteſt, Roland.à Valle conſ.29.quia de-
creto Principis, num.13. & 14. lib 3. Dec.
conſ.252.igitur cauſa magni ponderis nu.6.
& ſeq.Paul.de Caſtr.conſ.311.circa id quod
primo quæritur num.3 verſ.breuiter prædi-
cta, & ſeq. lib 1. Cæphal.conſ.224.num.73.
& 74.allegat Imol.in cap.ex parte,de feud.
quod intellige, ſiue feudū ſit ex pacto, ſiue
hęreditariū.& in conſequentiā admitteren-
tur filij,vel ipſis non exiſtentibus agnati,eo
non priuantur, vt in feudo ex pacto locuti
ſunt,& ita determinarunt Salyc.in l.2.C.de
liber.& eorum liber.Iacob.de S.Georg. in
verſ.dictiq; vaxalli promiſerunt non com-
mittere &c. nu.60.hoc ſenſu referens Bar-
toli diſtinctionem prædictam,& alij allega-
ti Doctores, ac Panorm.in d.cap ex parte 2.
nu.9.vbi in fin.de ſubtilitate,& rigore ve-
riorem eſſe num 2 vbi ait: feudum autem
hæreditarium,quod tali caſu quando in cō-
ſequentiam ob delictum amitteretur,feudū
non amittitur; communiter determinant
Doctores, vt teſtatur Marc. Ant. Peregrin.
in tract.de iure fiſci tit.1.num.112. ℱ.cum
autem feudum &c. in fin. ibi: ſed contra in
feudo paterno &c. melius in princ.nu.113.
lib.5.expreſsè etiam Bal.in cap.1.ℱ.ſi vero
vel in totum &c. qual.olim feud. alien.pot.
per auth.bona damnatorum,C.de bon.prę-
ſcript. Vueſembec. cap.16 num.5. Facchin.
controu.iur. lib 7.cap.28 & 23. & ante eum
Sonsbec. par. 11.num 31, (ſi ob nuptias in-
ceſtas priuatur) ſed generaliter nu.3.Grat.
conſ.2.nu.37. (ſed de pactionato agit) lib.2
Miſinger.reſponſ 44.num. 11. ſed proximis
inquit agnatis pertinere,firmat ex plurimo-
rum communiorū Doctorum expoſitione,
quam vſus,& conſuetudo Germanię appro-
bant dec.d.5 Det.d.conſ 252 num 5. idem-
que in feudo Eccleſiæ procedere,tradit Pe-
regrin. d caſu poſt Cepoll. conſ.58. Ruyn.
conſ.23.nu 30.qui de pactionato agit lib.5.
& ex alijs Rosental de feud.cap.11.concl.4.
in add. lit G & ſic in feudo ex pacto,& pro-
uidentia,vel ex conſuetudine,aut ex natura
contractus venit ad filios, quibus non exi-
ſtentibus ad agnatos, vt expreſsè in ℱ. fin.
quæ ſit prim.cauſ.benefic.amitt. cap.1.an
ille,qui interfec.fratr dom. ſui cum ſimilib.
quos ita ſimiliter communiter ſequuntur
interpres,Iſern.in cap.1.ℱ.hoc quoq; nu.5.
de ſucceſſ.feud. Aluarot.de communi in c.1.
ℱ.denique num.13.concl.12.Camer.in cap.
an agnat.vel fil.num.135.Fritia lib.2.de ſub-
feud. author.9.nu.2.Vulteius de feud.c.11.
num.71.quod ſi delictum fol.793.& ex alijs
multis Rosental d.cap.11.concluſ.10 in
13 addit. lit.B. ſed omnia prædicta limita † ſi
delictum fuerit patratum cōtra Principem
Dominum nulla facta diſtinctione,an feudū
ſit ex pacto, & prouidentia, aut hæreditariū
nouum, vel antiquum amittitur, ita ſentit
Iſern.cap.1.num.3.& ſeq.dum ſolum illum
capud excipit, quo filij contemplatione ſit
quæſitum,vt pro filio nominato,ibi:ſecus ſi
non nominat,ſed dixit filijs ſuis;tunc enim
in dubio contemplatione patris, num 4 tit.
ſi vaxall. feud. priue.. cum quo facit, quod
dicit Afflict. ibidem, expreſſius in feudo ex
pacto Iſern. referens verſic. ſecundo fallit
ſub nu.1.& Laudent.ibidem nu.1. poſt gloſ.
& Beluiſ.qui ſimpliciter loquuntur nulla
facta mentione feudi pactionati, vel diſtin-
ctionis,ſicut Aluarot num.3.Pręposit nu.1.
& 2. Rauenn.& Schench.nu.4.5.& 6.eodem
loco,per text.illū,& in cap.ſi vaxallus poſt
gloſ. ibidem in verſ. reuocabuntur, Beluiſ.
Iſern.& alij ſi de feud. defunct.controuerſ.
fuer. maximè ſi in Dominum delictum cō-
miſſum ſit vltra iam dictos, Ripa in l. fin.
q.70.num.236.C.de reuoc.donat. Benedict.
Capra in tract. regularū lib.1. concl.77.nu.
20.& 46. Roland.à Valle d.conſ.28. nu.11.
de communi,ex conſ.29.nu.30.& ſeq. præ-
ſertim nu.32.ex communi lib.3.& conſ.78.
num.6.

Digitized by Google

num. 6. &7. cum ſeq. lib. 4. Miſing. reſp 44. num. 30. decad. 5. Burſat. de commun. conſ. 225. num. 185. & 187. lib. 2. vbi alios ad hoc adducit Gozad. conſ. 84 num. 14. Duen. reg. 346. limit. 3. Berous conſ. 77. num. 21. & ſeq. lib. 1. & conſ. 78. num. 13. eod. lib. 1. latè Me-
14 noch. conſ. 304. nu. 36. † (contrariam quam conſ. 90 tenuit reuocat) vbi alienationem omiſſam feuda filijs prius quam agnatis, aut Domino deferri, affirmat Franc. Curt. par. 5. num. 11. qui tamen hoc caſu ſcilicet ob alienationem feudum amiſſum ex communi nõ Domino, ſed agnatis deferri, refert Artm. Artman. obſeruat. 27. tit. 54. de feud. lib. 2. obſeruat. Elbert. Leon. conſ. 88. nu. 8. Ruyn. conſ. 7. nu. 12. & conſ. 59. nu. 44. lib. 1. Crau. conſ. 373. num. 30. & ex alijs Roſental. de feud. cap. 7. concl. 2. literis C. D. & in cap. 11. conc 5. in addit. lit. A. Andr. ab Axea in lib. pactorum nu. 229. Alex. conſ. 1. nu. 42. lib. 5. ſed de Iure Regni per c. incip. nuper apud Tranum, & cap. bona proditorum prouiſũ
15 eſt. † proditiones, & rebellionẽ committẽtes, in pœnam vitæ, & cõfiſcatione omnium bonorum ipſo facto incidunt, & idem receptantes, & non reuelantes, aut auxiliantes, vel cõſulentes vbi, & etiam eorum filij receptari ſub pœna prohibẽtur, vt ad literam in eis latius habetur ibique Doctores; ſed
16 † ſi feudum per fideicommiſſum cum regio aſſenſu actum, & alia allodialia bona reſtitutioni ſubiecta fuerint ob crimen Maieſtatis, poſſeſſoris, fideicommiſſario ſequuntur, non auferuntur, Menoch. conſ. 104. nu. 45. Roland. à Valle conſ. 1. num. 44. lib. 3. per l. fin. §. ſed quia ibidẽ, auth. res quæ, C. commun. de legat. Soccin. ſen conſ. 121. præmitteudum eſt num. 22. lib. 4. Soccin. iun. conſ. 77. num. 11. lib. 2. Rub. Alexandr. conſ. 98. num. 1. communem fatetur, & veram apud Scribentes concluſionem eſſe teſtatur Gramat. deciſ. 105. num. 31. Roſental. d. cap. 11. & in gloſ. litera K.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio CXI.

Amiſſionis feudi, Cauſa CIII.

THEMA.

Subfeudatarius peccans, ſiue delictum committens in Dominum maiorem, à quo eius Dominus tenebat feudum, tanquã ſi Dominum ſuum offendiſſet, feudo priuabitur, & altero ex eis offenſo immediato Domino feudum applicatur. communis.

SVMMARIVM.

1 *SVbuaxallus à Domino immediato, à quo feudum tenet, inueſtiturã requirere debet.*

2 *Subuaxallus ſi primum Dominũ offendit, idem eſt ſi primum Dominum offendiſſet.*

3 *Subuaxalli cõditionem duriſſimam ſubſtinent, dum duos Dominos ob alterutriũ offenſam ſine re habet.*

4 *Subuaxallus ſi requiſitus à primo vaxallo Domino ſuperiore non ſatisfaciat, in pœnam incidit.*

5 *Dominus immediatus delictum contra Dominum ſuperiorem remittere poteſt, & non Dominus ſuperior, quia feudum ipſi immediato deuoluitur.*

6 *Dominus ſuperior in præiudicium ſecundi Domini remittere non poteſt ſine eius conſenſu.*

7 *Dominus immediatus offenſus requirit Dominum ſecundum, vt à ſuo vaxallo ſatiſfiat, & negligentem primus Dominus habet feudum, ſi delictum eſt in primo capite Maieſtatis læſæ.*

8 *Subuaxallus delinquens non in primo capite Maieſtatis læſæ feudum vadit ad filios, ſiue agnatos.*

1 SVbuaxallus à ſuo Domino immediato, a quo tenet feudum, & ab eo inueſtituram renouare teneatur, dicit Iacobin. de S. Georg. in verſ. qui quidem inueſtiti præſliterunt, nu. 55. per text. in d. cap. 1. §. præterea ſi quis infeudatus, de proh feud. alien. per Federic. ibi à proprio Domino, & is, qui feudum dedit, proprius meus Dominus eſt, ergo &c. idem voluit Io. Raynaud per illum text. ibidem in §. illud, num. 8 & in d. §. præterea ſi quis infeudatus nu. 21. ex Bal. & alijs Roſental. cap. 6. concl. 63. in gloſ. li-
2 tera A. † ſubuaxallus ſuperiorem Dominũ ſi offendat non minus, ac ſi proprium ſuum Dominum immediatum offendiſſet, feudo priuabitur, per text. expreſſum in §. illud quoque præcipimus, de prohib. feud. alien. per Federic. & ibi omnes Doctores Beluiſ. Iſern num 61. & 63. Bald. num. 1. illud autẽ in princ. & num. 2. Præpoſit. num. 1. ibi oppono cum gloſ. Petr. de Rauen. Afflict. nu. 2. & 4.

& 4. Aluarot. in fin. princ. Præpoſ. num. 1. Schenc Laudenſ. ibidem in §. inſuper nu. 7. Fritti de ubſeud. lib. 2. author. 29. Capyc. in inueſtit feud. cap. feuda amittuntur col. 26. caſu 30. in princ. in verſ. limita ſanè, & in §. deuoluatur hoc caſu fol. 56. Oldrad. conſ. 17. num. 13. Affiict. deciſ. 282. & ex alijs Roſental. cap. 10. concluſ. 18. in gloſ. lit. A. Hotoman. in d. §. illud quoque, ſententia eſt igi-
3 tur, inquit: † conditionem ſubinfeudati eſſe dnriſſimam, duos enim Dominos eſſe metuendos, & ob alterutrum offenſam feudū committit &c. Petr. de Bellapert. de feud. tit. 9. num. 31. Atdizzon. rub. 55. Iacobin. de S. Georg. in verb. dictiq; vaxalli promiſerūt non committere fellonia m, num. 11. Zaſ. epitom. feud. par. 10. nu. 58. Sonsbec. par. 13. num. 41. Foller. in Conſtit. Regni incip. præſenti Conſtitutione decernimus, in rubr. vt nullus dominorum &c. num. 4. & 5. in rubr. de iuſtit. & iure, Io. Petr. Ferrar. in forma libelli, qui agit ad reuocationē feudi, §. nec ſuperſtitibus num. 25. cauſ. 25. Manan. Soec. conſ. 134. modeſtiſſimè petitioni nu. 3. lib. 3. Scrader. par. 9. cap. 8. num. 25. verſ. 31. Petr. Iacob. Vero in pract. libell. rub. 59. de cauſis
4 ex quib. feud. amitt. num. 38. † ita demum priuandum putat, ſi requiſitus à primo vaxallo Domino ſuperiore nō ſatisfaciat, Ro-
5 ſental. cap. 10. in gloſ. lit. A. & † Dominus proximus, & immediatus iniuriam, & delictum contra Dominum ſuperiorem remittere poteſt, & non Dominus ſuperior, quia feudum ipſi immediato Domino vaxallo primi, & ſuperioris Domini deuoluitur, vt videtur tex. apertus in d. cap. 1. §. illud quoque prædiximus, de prohib. feud. alien. per Federic. vbi Doctores omnes notant, maximè Affiict. in 3. not. alios allegans, & in deciſ. 282. Zaſ. in ſuo tract. feud. par. 10. concl. 10. Roſental. cap. 5. concluſ. 63. num. 1. & li-
6 tera A. † quia Superior Dominus in præiudicium ſecundi Domini remittere non poteſt ſine eius conſenſu, per l. id, quod noſtrum, ff. de reg. iur. alteri enim quæſitum, per alterum non poteſt præiudicium generari, l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pact. & ex alijs Soccin. iun. d. conſ. 134. nu. 3. & hoc ita
7 verum eſt, ſi primus † Dominus mediatus offenſus requirit Dominum ſecundum, vt ſuum vaxallum requirat ad vniendum, & ſatisfaciat læſo, & negligit vtramq; vltionē ſuæ iniuriæ primus Dominus habet, eique feudum cedit, per text. in d. §. illud quoque, & ibi Præpoſ. in princ. Zaſ. d. par. 10. nu. 59. Capyc. in inueſt. feud. cap. feud. amitt. col. 27. §. 30 ſi vaxallus, & nu. ſeq. fol. 56. Sonsbech. d. par. 13. num. 40. poſt Iacobin. vbi ſupra, Guid. Papa deciſ. 341. num. 1. Henric. Boich. in cap. quibuſdam num. 2. de pœn. Roderic. Suarez diſputat. feud. in theſaur. 9. num. 41. rationem differentiæ ab Iſernia allegatam inter delictum, & alienationem tanquam inutilem, & ineptam redarguunt, & ex alijs Roſental. cap. 11. concluſ. 18. in gloſ. lit. E. firmat, quod intelligatur in caſibus, in quibus filij, vel agnati ob delictum Maieſtatis commiſſum in primo capite priuandi veni-
8 rent, ſed † nō in alijs caſibus, & delictis vbi feudum non Domino deuoluitur, ſed filijs, vel agnatis, Mozz. tit. fin. quib. ex cauſ. feud. amitt. nu. 39. in fin. vbi ad hoc citat Farinac. var. qq. tit. de delict. & pœn. q. 25. num. 92. & dicit eſſe de mente Salic. in l. 2. C. de liber. & eorum liber. Boſſ. tit. de publicat. bonor. nu. 58. Gaill. de pace publ. lib. 2. cap. 13. num. 16. Roland. à Valle conſ. 78. num. 8. & 9. poſt Beroum conſ. 155. col. 2. verſ. ſecundo reſpondetur, argum. l. eorum, ff. ad l. Iul. Maieſt. Roſental. d. cap. 11. concluſ. 13. num. 7. & in gloſ. lit. F.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio CXII.

Amiſſionis feudi, Cauſa CIV.

THEMA.

Maieſtatis crimen non committitur niſi à vero ſubdito ratione originis, ratione domicilij, ratione feudi, quo ad ipſius feudi omiſſionem, communis.

SUMMARIUM.

1 *Subditus quis eſſe poteſt ratione originis, & ratione domicilij.*
2 *Subditus & ſi propriè ratione feudi non dicitur, tamen feudum amittit, & nu. 11.*
3 *Subditus ſi quis ratione originis, vel domicilij, non ſit crimen Maieſtatis, non committit.*
4 *Maieſtatis, vel perduellionis crimine ſemel damnatus, amplius eiuſdem criminis non damnatur.*
5 *Vaxallagium ratione feudi ſubditum non facit, ſed contra num 10. vbi ſubditus eſt feudatarius.*
6 *Subditus eſt magis obligatus Domino, quā vaxal-*

vaxallus, qui non committit crimen Maieſtatis in Dominũ. ſed ſubditus ſic.
7 *Subditi dicuntur omnes habentes domicilium in Regno, & habentes domicilium, & feudum in Regno dicitur ſubditus.*
8 *Vaxallus ex alia cauſa quam feudali vocatus ,nõ ſe præſentat feudo non priuatur.*
9 *Differentia inter ſubditum, & vaxallũ.*

1 QVis dici poteſt ſubditus. † Primo ratione originis. Secundo, ratione do-
2 micilij Tertio, & † ſi ratione feudi
propriè non dicitur ſubditus, tamen delin-
3 quendo, feudum amittit, vt infra, † & de
primis duobus quis non ſit ſubditus, tale
crimen non committit, vt eſt text. in clem. paſtoralis, § denique licet ipſe, de ſent. & re iudic. ibi: Imperatori eo modo non ſubfuit, ibique gloſ. probatur in cap. tranſmiſſa, & in cap. verum, de foro compet. Bart. in extrauag. qui ſint rebelles, in gloſ. rebellando num. 8. Canoniſtæ in d. clem. paſtoralis, de re iudic. Deci. conſ. 604. in princ. Corn. conſ. 96. col. 1. lib. 4. Alex. conſ. 13. lib. 6. Pariſ. conſ. 101. num. 33. lib. 1. Cæphal. conſ. 75. num. 37. hæc eſt communis, & recepta Roland. à Valle conſ. 4. nu. 2. & 3. lib. 1. conſ. 1. num. 27. lib. 3. Clar. §. læſæ Maieſtatis num. 6. multoties ſic iudicatum Peregrin. de iure Fiſci tit. de public. bonor. num. 18. Suarez in in tract. recept. ſentent. lit. M. num. 6. Gigas de crim. Maieſt. quæſt. 68. communem teſtatur nu. 2. Gail. de pace publ. cap. 13. num 19. lib. 2. qui omnes ore vno dicũt, quod oporteat eſſe ſubditum ratione originis, vel domicilij, Roſent. d. cap. 5. concl. 69. gloſ lit. G. alias non eſt ſubditus, & tale crimen non committit. vltra prædictos Bald. in l. 2. C. de fals. monet. & in l. nihil num. 3. C. de vindict.
4 libert. vbi hinc concludit, † ſemel perduellionis, vel læſæ Maieſtatis damnatum, amplius eiuſdem criminis damnari non poſſe, quia ſubditus nõ ſit, Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. in addit. fin. ff. ad l. Iul. Maieſt. & in l. quiſquis, in addit. fin. verſ. confirmo hoc, per gloſ. de offic. & poteſt, deleg. Laudenſ. in tract. de Princ. in cap. de crim. Maieſt læſæ, Luc. de Penna in l. 1. col. 2. verſ. an 53. C. de conductor. & procurat. lib. 10. Boſſ. in tract. crim. tit. de foro compet. num. 137. & in tit. de crim. læſæ Maieſt. num. 106. vbi communem aſſerit Boer. in tract. de ſedit. col. 18. verſ. præſuppono etiã 6. Gramat. in vot. 10. num. 32. latiſſimè Gigas d. tract. de crimin. Maieſt. læſæ &c. q. 3. nu. 1. q. 4. nu. 1. & q. 68. per totam, Alex. conſ. 13. conſideratis his num 2. lib. 6. Decian. conſ. 604. in caſu in princ. Pariſ. conſ. 101. bona de quibus nu. 33. lib. 1. vbi multa iura adducit Bellamer. conſ. 15. factum tale eſt, col. 4. verſ. ſecundo quæritur, Cepoll. conſ. crim. 17. num. 17. Ruin. conſ. 23 num. 6. lib. 1. Barbatia conſ. 21. col. 4. lib. 3. Cæph. conſ. 75. cum Illuſtriſſimus Dominus num. 37. & 57. lib 1. communem dicit Rol. à Valle conſ. 4 nu. 1. & 2. lib. 1. conſ. 4. num. 27. & ſeq. lib. 3. & conſ. 29. num. 34. eodem libro; & paſſim dicit communẽ, & ſæpè ita iudicatum Clar. lib. 5. ſentent. in §. læſæ Maieſtatis nu. 6. & ex alijs Roſental. cap. 5. concluſ. 69. num. 4 in gloſ. lit G. & in cap. 11. concluſ. 14. num. 1. in gloſ. lit. A. qui de feudatario nõ habitante, nec originem trahente à loco Domini, ex quo eſſet ſubditus, an
5 ſit ſubditus, dic quod † vaxallus in ſubditum non facit, vt expreſsè dicit text. in d. clem paſtoralis, vbi gloſ. in verſ. ſubfuit, de re iudic. Afflict. in cap. 1. num. 1. qualiter va-
6 xallus iurare debeat &c. dicẽs, quod † magis eſt obligatus ſubditus Domino, quam vaxallus Domino, quod patet. quia vaxallus non poteſt Domino feudi committere crimen læſæ Maieſtatis, ſed ſubditus ſic, prout dicit Laurentius, & Matheus, vt refert Dom. Cardin. Florent. in d. clem. in § deni-
7 que, † omnes ergo qui habebant, ſiue habent domicilium in Regno, dicũtur ſubditi Regis; & ideo ſi Baro habuerit in Regno domicilium, & feudum dicitur vaxallus, & ſubditus Regis, & tenetur iurare fidelitatẽ tanquam vaxallus, & tanquam ſubditus, & Afflict. in d. allegato cap. 1. nõ dicit vaxallus ergo ſubditus, vt aliqui ita dicere aiunt, & vaxallagium non facere ſubditum, ſubdit Auguſtin. ad Angel. in tract. de malefic. in verſ. che hai tradita la tua patria nu. 8. Oldrad. conſ. 43 incip. quæritur vtrum, num. 8. q. 6. Bartholom. Soccin. conſ. 27. in præſenti conſultatione &c. nu. 2. & 3. Loffred. conſ. 5. num. 42. Berous conſ. 116. col. 2. lib. 3. communem dicit Roland. à Valle conſ. 1. nu. 28 & ſeq. lib. 3. & conſ. 25. num. 9. & 10. lib. 1. & ex alijs Roſental. de feud. cap. 11. concl. 14. in gloſ. lit. C. ſed bene verum eſt, quod feudatarius quo ad feudum Domino feudi ſubditus eſt, & eo ſi contra Dominum, vel aliàs committat, priuari poteſt; vt idem Soccin. ſen. d. conſ. 27. num. 2. & 8. lib. 3 num. 5. diſtinguit inter ſubditum naturalem, & ſubditum ex aliqua cauſa &c. & in terminis declarat Boſſ. in tit. de crim. læſæ Maieſt. nu. 106. vbi inquit poſt Cardinalem ita omnes tenere in d. clem. paſtoralis, §. denique, col. penult. verſ. ſeptimo, Rol. à Valle conſ. 1. num. 29. lib. 3. communem ait, & idem conſ. 4. nu. 28. eodem lib 3. Decian. conſ. 18. num 320. lib. 1. diſputant multi, hoc vult gloſ. in c. 1. §. por-

ro,in verſ.iuſtitiam,quæ fuit prim.cauſ.be-
8 nefic.amitt. dum ait, quod † vaxallus non
poſſit feudo priuari, ſi ex alia cauſa quam
feudali vocatus Curiæ ſe nõ præſentet,cum
qua ibi omnes tranſeunt,vt ex Præpoſ.nu.1.
ac reliqui Oldrad.d conſ.43. quæritur vtrũ
num.8. Loffred.conſ.45.num.21. & conſ.5.
num.42.Anan.conſ.7.num.1,Clar.in §.læſę
Maieſtatis nu. 3. de communi idem Peregr.
de iure fiſci tit.de public.bonor.nu.18,lib.5.
addę ea,quæ tradit Miſinger.obſeru.12.cen-
tur.1.& obſeruat.92.centur.4. vbi ſtatuitur
9 quoque † differentia inter ſubditum,& va-
xallum,& ſic prædicti omnes rectè aſſerũt,
aliud eſſe ratione rei ſitæ,vt feudum quo ad
ipſam rem forum ſortiri, & aliud ſubditum
eſſe; nam feudi conceſſio non facit aliquem
ſubditum, vt præcitati omnes firmãt Natta
conſ.445. nu.9.lib.2. Capyc.deciſ.16. nu.12.
10 ſed quo ad † feudum feudatarius eſt ſubdi-
tus , vltra prædictos ita loquuntur ij, quos
Menoch. conſ.99.num.95. & num.101. in
11 contrarium adducit,& † vaxallum crimen
Maieſtatis læſæ contra Dominũ feudi com-
mittere poſſe , quod Bart. in contrarium
à Menoch.adductus in extrauag. contra re-
bell. §.rebellando, ait: (Imperatorem Ro-
bertum rebellem nominare , quia ſubditus
ratione Comitatus Prouentię) ſed non poſ-
ſe Maieſtatis crimine condemnari , recepta
eſt opinio à qua non recedendo dicit Ro-
ſental.in d.cap.5. concluſ.69.in gloſ. lit. H.
ex alijs,ſed feudo priuari poteſt,ſi contra
Dominum quid committat,vt ex pręcitatis
Doctoribus reſolutum eſt .

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio CXIII.

Amiſſionis feudi , Cauſa CV.

THEMA.

Subditus Papæ delinquens contra Imperatorem, vel alium Principem confederatum Papæ ipſius reſpectu,Maieſtatis crimen committit, & feudo priuatur ab ipſo Papa, communis.

SVMMARIVM.

1 *SVbditus Papæ offendẽs Imperatorem, Papæ confederatum, crimen Maieſtatis læſa committit.*

2 *Imperator eſt confederatus Aduocatus,& defenſor Papæ.*

ET ſi ſubditus naturali iure tenetur ad obe
dientiam,& reuerentiam Domino ſuo, &
non alteri, & ſi tale Maieſtatis crimen per
1 non ſubditum non committitur, † tamen
ſubditus Papæ offendendo Imperatorem,
vt in d.clem.paſtoralis, ad dictum crimen
incurrit reſpectu Papæ : nam cum Impera-
tor ſit ſidelis , & confederatus Papæ ab eo
coronatur , tanquam confidatum Papæ of-
fendens Imperatorem , crimen Maieſtatis
læſæ committens, non Imperator,ſed Papa
de tali crimine cognoſcet , ita voluit Bart.
in extrauag. ad reprimendum,in verbo re-
bellando, in verſ.quod ſi aliquis homo de
terris Eccleſiæ, facit quod voluit Bald. in
l.1.verſ.42.quæro, ff.de rerũ diuiſ.vbi dicit,
quod tenẽs feudum ab Eccleſia,à qua illud
recognoſcebat,crimen Maieſtatis commit-
tit. idem voluit Loffred. conſ.5. omiſſa facti
ſerie col.fin.circa princ.num.33.& 34. & eo
2 maximè † quia Imperator nè dum eſt con-
federatus Papæ, ſed eius Aduocatus, & de-
fenſor ; vt habetur per Petrum de Monte
in tract. de Monarchia concil. verſ. poſt-
quam, num. 3. Paris de Puteo in tract. de
re milit.in §.penult. Michael Vlcurron.in
tract. de regimine mundi in 2.par. quæſt.4.
num. 16. Franciſc. Arias in tract. de bello,
num.198. Marc Mant. in tract.de conſ. nu.
194. Reſtaur.in tract.de Imperat.quęſt.73.
nu.7. & 8. Imperatorem offendens, Papam
lædere,& offendere dicitur; ita voluit Bart.
in d.extrauag.qui ſint rebelles, col.3.& Ol-
drad.d.conſ.43.Petr.Ancharan in d.conſ.5.
& in conſ.270.& Præpoſit.in cap.in primis,
in §.de perſona num.22. 12.quæſt.1. Gigas
in tract.de crim.Maieſt.lęſæ,in tit qualiter,
& à quibus &c. quæſt.8.& 68.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio CXIV.

Amiſſionis feudi , Cauſa CVI.

THEMA.

Illi , qui in loco immediati ſubuaxalli ab Imperatore, vel Rege cũ omni

omni iuriſdictione inueſtiti habitant, & ſtant, ſunt ſubditi Ducum, Baronum, &c. in Germania, in Italia, & in hoc, vel alijs Regnis: contra Imperatorem, Regem, Dominum, Superiorem, delinquendo, crimen Maieſtatis committunt, & feuda amittunt, eiſque applicantur. communis.

SVMMARIVM.

1 *Subditus mediatus contra immediatũ Dominum crimen Maieſtatis non committit, quia de primis cauſis non cognoſcit.*

2 *Directus Dominus pupillo ſubdito ſui vaxalli tutorem non dat, nec actum iuriſdictionis exercet niſi in delictum.*

3 *Vaxallus ſuo immediato Domino inueſtituram petere debet, eique iuramentum præſtare.*

4 *Vaxallus vaxalli mei, & ſi non eſt meus vaxallus, nec homo hominis, niſi tamen contra primum Dominum crimen Maieſtatis & feudo priuatur.*

5 *Imperator, & Rex in omnes eorum ſubditos ſuperioritatem ſeruat.*

6 *Imperator, & Rex in eorum dominijs omnes habitantes fideles vocantur.*

7 *Maieſtatis crimine non tenetur, qui nõ principaliter, ſed ſecundario in Principem, vel rem publicam deliquit.*

8 *Imperator, ſiue Rex eſt primus in Republica, in qua directum dominiũ, & poſſeſſionem eiuſdem habet.*

9 *Delinquens contra Imperatorem, vel Regem, amittit feudum.*

10 *Crimen Maieſtatis læſæ humanæ, & hæreſis in conceſſione meri Imperij reſeruari ſolent.*

11 *Confiſcatis bonis illis leges, vtilis Dominus in ſuo territorio conſequitur iuxta conſuetudinem Regni, quod eſt ſecus de iure communi.*

12 *Delinquens contra directum, & contra vtilem Dominũ, quæ à Rege tenet Regi, & quæ ab vtili ipſi applicantur.*

ET ſi hęc Dilucidatio à præcedenti Dilucidatione 113. patet, quod alio non ſic opus, tamen aliquid amplius dicere volui,
1 cum talis † mediatus contra immediatum
Dominum, quemcunque tale crimen committere non videtur, quia de primis cauſis ad eum cognitio nõ pertinet, ſed ad ſolum vaxallũ prima cognitio pertineat, Iacobin. de S. Georg. in verſic. Vicariuſq; perpetuus num. 7. Præpoſit. in cap. 1. paulò ante finem, de controuerſ. inter vaxall. & Epiſcop. citat Bald. in l. 1. q. 43. num. 35. de rer diuiſ. Laudenſ. in tract. de Princ. q. 131. incip Rex Mediolani &c. ac q. 265. Curt. iun. par. 1. q. 6. Boſſ. tit. de foro compet. & num. 44. nam inquit Curt. ex Fabr. inſtit. de act. tut. in princ.
2 num. 8. quod † directus Dominus nõ poteſt
pupillo, qui ſubiectus eſt vaxallo, tutorem dare, vel alium actum iuriſdictionis exercere niſi in caſu defectus iuriſdictionis inferioris per iura ibi adducta, in defectũ enim nę deſit iuſtitia Dominus ſe intromittere poteſt, Bald. conſ. 484. magnificus &c. nu. 1. Roland. à Valle conſ. 1. num. 49. idque per hanc doctrinam ſequitur Gramat. deciſ. 30. nu. 11. hanc communem receptiorem ſententiam eſſe, authore eodẽ Rolando à Valle in conſ. 75. num. 15. lib. 3. conſ. 21. num. 10. lib. 4. allegando, & Neuiz. conſ. 61. num. 11. Berous conſ. 74. nu. 10. lib. 1. ex multis Menoch. lib. 2. præſumpt. 18. nu. 5. Franc. Marc. in deciſ. Delphin. q. 1. nu. 2. par. 2. & extendit idem Roland. d. loco nu. 11. & ex alijs Ro-
3 ſental. cap. 5. concluſ. 5. in gloſ. lit. C. † quia
à ſuo immediato inueſtiturã petere debet, & ab ipſo conferri, eique iuramentum præſtari, dicit Raynaud. in cap. 1. §. illud, nu. 8. in §. præterea ſi quis infeudatus num. 21. de prohib. feud. alien. per per Federic. Felyn. in cap. quæ in Eccleſiarum num. 69 de conſtit. Vueſembec. in epit. feud. cap. 8. nu. 12. Mozz. in tit. de ſubſtantial feud. num. 61. Vulteius de feud. cap. 7. num. 88. Scrader. par. 6. cap. 13 num. 2. & ex alijs Roſental. cap. 6. concl. 63.
4 quia † vaxallus vaxalli mei non eſt meus
vaxallus, nec homo hominis mei &c. ſed his non obſtantibus contraria ſententia eſt verior, & ſubuaxallus contra Imperatorem, ſiue Regem aliumq; primum Dominum delinquens, crimen Maieſtatis committit, & feudo priuatur, Boſſ. in tract. crim. tit. de crim. læſæ Maieſt. nu. 98. 99. 100. & 101. Ancharan. conſ. 161. viſo diligẽter tenere nu. 1. Roſental. de feud. cap. 11. concl. 14. in gloſ.
5 lit. G. † quoniam Imperator in omnes ſub-
ditos Imperij, & Rex in omnes ſubditos Regni ſeruat ſuperioritatem, & ſic tanquã in ſubfeudis, & in locis infeudatis habitantes ſub ipſo, dicuntur habitare, & ſunt propriè eius ſubditi, licet non primo loco quo ad actus ſuperioritatem non principaliter cõcernentibus, ad quæ faciunt, quæ eleganter conſuluit Crauett. in ſuo conſ. 128. nu. 7.

6 hinc eſt, quod h Imperator in Imperio ſuo,
& Rex in Regno ſuo omnes, & ſingulos Im-
perij, vel Regni ſubditos ſeuda ab Imperio,
vel à Rege habentes habitantes fideles vo-
cat, & ſunt ſubditi principaliter, etiam quo
ad illa ſuprema regalia eiq; reſeruata modo
verè primum Dominũ lęſit, aut lędere vo-
luit: ſecus enim foret, ſi Dominum ſuum
immediatum ſuum lędere in animo habue-
rit, etiam ſi ex illis turbationibus, & rebel-
lionibus Reſpublica læderetur, vel turba-
retur; ſic Bart. in d. extrauag. quoniam, in
verſ. rebellando, num. 3. & ſeq. per l. ſi quis
ingenuam, §. in ciuilibus, ff. de captiu. &
poſtlim. reuerſ. quem ad hoc ſequitur An-
charan. conſ. 287. iſte B. de Guarnerio nu. 1.
& in terminis quoque Decian. in tract. crim.
lib. 7. cap. 5. num. 3. facit, quod notat Bald. in
l. vnic. num. 5. C. de priuat. carcerib. ſcilicet
7 quod non teneatur crimine Maieſtatis lęſę,
qui nõ principaliter, ſed ſecundario in Prin-
cipem, vel Rempublicam deliquit; quod ſe-
quitur Gigas in ſuo tract. de crim. læſæ Ma-
ieſt. in rubr. qualiter, & à quibus, q. 17. per
8 totum, & in † republica primus, & ſupre-
mus Dominus eſt Imperator, ſiue Rex, qui
in ea dominium directum, & poſſeſſionem
ciuilem habet, vt in terminis dicit Boſſ. in
tract. crim. tit. de crim. læſæ Maieſt. nu. 101.
verſ. concludo ſic facit l. 1. C. de conſt. Princ.
& l. 1. de offic. Præfect. Prætor. prouinc. Ma-
ieſtas propriè Imperatoris, vel Regis dici-
tur, qui iura Imperij in Regno habet, l. me-
miniſſe, & l. quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſt. De-
cian in d. tract. crim. lib. 7. cap. 5. num. 3. Gig.
vbi ſupra num. 9. Roſental. d. concl. 14. in
gloſ. lit. I. & ex his dilucidatum remanet,
9 quod † delinquens contra Imperatorem,
vel Regem eius Dominum, crimen Maie-
ſtatis committit, & feudo priuatur, ipſique
ſupremo Domino applicatur, Oldrad. conſ.
148. Bald. in cap. 1. num. 1. de cap. qui cur.
vend. Boſſ. in tit. de pœn. num. 28. Afflict. in
d. cap. vnic. in verſ. conſtitutionem nu. 10. In-
10 quit: quod † crimen læſæ Maieſtatis, verſ.
falſæ monetæ, & hæreſis, & meri Imperij
ſolent excipi, quod Petr. de Gregor. poſt
Maſuer. in ſintagm. iur. cap. 17. num. 4. lib. 3.
in Gallia idem affirmat, ideo pro exceptis
habentur Gramat. conſ. 6. & ex alijs Roſent.
cap. 5. concluſ. 63. in gloſ. lit. D. in quo loco
11 ex multis firmat, quod † bonis omnibus ſe-
cundum leges publicatis vtilis Dominus in
ſuo territorio ſita cõſequi videtur, ex Luc.
de Penna in l. 1. col. penult. de priuil. ſcho-
lar. Bald. in l. fin. col. 1. ff. de conſtit. Princip.
hanc communem aſſerunt ſententiam Do-
ctores Roland. à Valle conſ. 78. nu. 13. lib. 2.
vbi reſpondet ad Affl. obiectionem ſumptã
ex vſu Regni Neapolitani, quod id ex loci
conſuetudine poſſit obtinere, aliud vero ſit
de iure communi idem Roland. conſ. 21. nu.
15. conſ. 42. num. 21. eodem lib. 2. & conſ. 21.
lib. 4. Purpurat. in l. Imperium, ff. de iuriſd.
omn. Iudic. & ex alijs Roſental. d. loco in
12 gloſ. lit. A. & † contra vtrumq; delinquẽs
vtrique applicatur, qui à Rege tenet, Regi
applicantur; voluit Afflict. in §. ſi violator
pacis, de pace conſtant. & ita concordando
opinionem gloſ. & Iſer. in conſt. Regni poſt
mortem, quæ videtur ad inuicem repugna-
re; quam opinionem amplexus eſt Curt. iun.
conſ. 2. nu. 2. lib. 1. Fritia de ſubfeud. auth. 8.
Cappell. Tholoſ. q. 395. Vrſill. ad Afflict. d.
deciſ. 382. num. 15. & ad hoc faciunt, quæ di-
ximus ſupra Dilucidat. 113.

PARTIS DECIMAE.

Dilucidatio CXV.

Amiſſionis feudi, Cauſa CVII.

THEMA.

Quibus ex cauſis vtilis Dominus
priuatur feudo, ex eiſdẽ directus
Dominus ſuo directo, & proprie-
tate priuatur. communis.

SVMMARIVM.

1 *DIrectus Dominus proprietate ex eiſdem cauſis, ex quibus vtilis Dominus priuaretur.*

2 *Directus Dominus proprietate priuatur, tam ſi feudatarius iurauerit, ſi ex pacto iurare non teneretur.*

3 *Directus Dominus ſi vaxallum tenẽtem fidelitatem iurare requirit, & renuerit contra vaxallum felloniam non committit.*

ET ſi controuerſum fuerit quando Domi-
nus proprietate priuetur, & alijs, quod
ex nulla: alij quod non niſi ex magna, &
s alij, quod ex † omni fellonia, & cauſa ex
qua vaxallus feudum amittit, proprietate
priuari debere voluerint, vt dicit text. in
cap. 1. qualit. domin. propriet. priuet. & hæc
vltra eſt communior, & receptior opinio, ſi
ſcilicet tale quid patrauit, ob quale ſi vaxal
lus commiſiſſet, à feudo caderet, proprie-
tate

Digitized by Google

tate priuetur, & directo ſuo dominio, ſi directo dominio ſeſe indignum redet, text. eſt in cap. Domino committente, & ibi omnes ſi de feud. defunct. controu. &c. & in d. cap. 1. qualit. domin. propt. feudi priuet. ibiq; gloſ. & cæteri interpretes, & omnes vno ore hoc affirmant in cap. 1. de form. fidel. Iacob. Ardizzon. in ſumma rubr. 135. §. præterea vbi Dominus &c. Io. Blanc. in ſua ſũma cap. 5. lib. 2. Iacobin. de S. Georg. de feud. in verſ. dictiq; vaxalli promiſerunt non committere felloniam &c. nu. 53. Zaſ. de feud. par. 10. nu. 80. & ſeq. Curt. in tract. feud. par. 6. nu. 1. & ſeq. Sonsbec. in comment. ad conſuetud. feud. par. 13. num. 30. & ſeq. vbi inquit hanc partem Doctores communiter ſeq. de quo non eſt abigendum, & nu. 30. Siluan. de feud. recognit. q. 30. num. 2. 3. 4. & ſeq. Thom. de Marin. de qualit. & gener. feud. tit. 15. de feudorum fidelitate num. 19. Borcolt. de feud. cap. 8. num. 153. Caſtrenſ. in l. adoptiuũ §. fin. num. 5. & ibidem Alex. pleriq; alij ff. de inius voc. Aret. conſ. 14. num. 19. & ſeq. Berous conſ. 76. num. 132. & ſeq. tit. 1. & eſt hoc conſilium Vniuerſitatis Bononienſis, Clar. in §. feudum q. 68. vbi de communi, & q. 72. Guid. Pap. deciſ. 168. Afflict. dec. 163. & ex alijs innumeris Roſental. cap. 6. concluſ. 60. num. 5. cap. 9. concluſ. 62. num. 2. & ſeq. cap. 10. concluſ. 20. nu. 45. 48. 51. & ſeq. concluſ. 23. nu. 10. & 11. q. 26. nu. 39. & ſeq. & nu. 47. concluſ. 29. nu. 44. & ſeq. concluſ. 37. num. 11. & cap. 11. concluſ. 19. in gloſ. lit. A.

3 nante auelli nequeat, ipſo † vaxallo inuito alienare non poteſt. vt eſt text. in cap. 1. §. ex eadem l. de lege Corradi, & ibi Beluiſ. Iſern. num. 8. & 9. Bald. Aluarot. Præpoſit. num. 2. Rauen. Laudenſ. num. 2. Afflict. nu. 1. in princ. Schench. Balzer. num. 15. & nu. 20. omni iure dicit prohibitum eſſe, Ardizz. in ſua sũma tit. quib. mod. feud. amitt. ſub rubr. vlum prohibetur feudũ compenſare, verſ. merito ergo ſicut &c. (niſi propter inopiã) Blanc. lib. 2. cap. 5. num. 2. & 3. ſic communem eſſe opinionẽ teſtatur Curt. par. 6. nu. 3. quæſt. 2. & ita Hoſtienſ. Io. Andr. Felyn. nu. 1. & cõmuniter Canoniſtas tradere in cap. dilecti, de maior. & obed. Capyc. in inueſt. feud. cap. feudorum dominia col. 10. §. 7. fol. 171. & cap. feudum dans, col. 20. §. qua illa declaratio fol. 150. Sonsbech par. 10. nu. 1. & 2. par. 13. num. 179. 183. 185. & ſeq. indiſtinctè Hannetton. lib. 3. cap. 6. verſ. ſed quid è contra, Vueſembec. cap. 10. num. 9. ex communi de feud. Borcolt. cap. 8. num. 79. & num. 135. in fine, & ſeq. ex communi etiam ſi in mulierem Mozz. in tit. de natur. feud. num. 77. Schench. de feud. par. 8. cap. 1. num. 65. verſ. vigeſimoſexto, ſecundum communem, & par. 3. cap. 4. num. 42. Vulteius communem quoque teſtatur lib. 1. de feud cap. 10. nu. 71. fol. 663. & ſeq. Intrigl. in ſua centur. feud. q. 98 num. 164. gloſ. communiter approbata in l. inuitus, in verſ. non eſt, ff. de fideicom. libert. Caſſan. in conſuetud. Burgund. §. 3. des fies, §. en alienen &c. & cap. 8. verſ. en alienen &c. nu. 51. & ſeq. Hartman. Piſtor. lib. 1. q. 18. num. 16. Cotta in memorial. in verſ. vaxallus, Paris de Puteo in compend. ad Iſern. cap. 52. Matth. Soler. de proceſſ. exeq. par. 1. cap. 9. num. 38. & par. 2. cap. 3. nu. 271. hanc communi calculo probari teſtatur Iaſon in l. ſi non ſortem, §. libertus num. 16. & ſeq. ff. de condit. indeb. in l. filius familias, §. diui, in 1. lectur. num. 28 & 2. lectur. nu. 46. ff. de legat. 1. & in l. debitorum pactionibus, nu. 6. & 7. C. de pact. Ferrar. in forma libelli

quo

quo agitur ad reuocationem feudi, §. nec ſu-
perſtitibus num. 21. Petr. Iacob. in pract. li-
bell. rubr. 60. de cauſis ex quibus Domini
proprietate priuantur nu. 10. Gaill. ex com-
muni lib. 2. cap. 15. num. 13. de pace publica,
Duen. reg. 215. Det. in cap. 1. num. 4. de pro-
bat. & DD. in l. 2. ff ſolut. matrim. Vaſq. lib. 1.
controuerſ. illuſtr. cap. 5. & ſeq. Menoch in
10 remed. recuper. poſſeſſ. num. 81. Corſett.
de poteſt. Regis q. 4. Afflict. deciſ. 265. nu. 69.
Guid. Pap. deciſ. 239. nu. 1. deciſ. 560. Vulm.
in pract. obſeruat. de feud tit 50. obſeru 29.
Hartman. Hartman. tit. 54. de feud. obſeru. 4.
lib. 2. Tiraquell. lib. 1. retract. §. 26. gloſ. 1.
4 nu. 75. (quod † cedi inuito vaxallo nequeat)
multos allegat Io. Andr. ad Speculat. tit. de
feud. § quoniam, verſ. 29. & ſeq. ac in tit. de
locat §. nunc aliqua; verſ. 93. Fab. de Monte
in tract. de empt. & vendit. q. 11. 3. q. princ.
Alex. conſ. 25. nu. 19. & ſeq. lib. 5. Bald. conſ.
327. pridie &c. num. 4 5. & ſeq. lib. 1. conſ. 97
proponitur &c. num. 1. lib. 3. Curt. iun. conſ.
174. num. 14. Caſtrenſ. conſ. 70. quia fruſtra
nu. 6. lib. 3. Corn. conſ. 321. num. 3. lib. 4. Det.
conſ. 689. nu. 24. & ſeq. Iaſon conſ. 56. nu. 1.
lib. 1. & conſ. 227. col. 1. lib. 2. Pariſ. conſ. 22.
num. 70. cum ſeq. & conſ. 23. num. 92. & ſeq.
lib. 1. Neuizan. inter conſ. Bruni 12. nu. 129.
& paſſim latiſſimè de hac re, & ſic iudicari
refert nu. 112. & in fine eodem loco, Iacob.
de Leonard. conſ. 114. num. 57. Ruin. conſ. 7.
nu. 3. & 12. lib. 1. Grat conſ. 147 nu. 5. & ſeq.
communem dicit, & multis diſputat lib. 2.
Crauett. conſ. 241. num. 6. Roland. à Valle
conſ. 1. n. 34. lib. 1. Hening. God. conſ. 2. ſol. 16.
Menoch. ex communi conſ. 32. num. 20. &
ſeq. lib. 1. & conſ. 426. num. 20. & ſeq. lib. 5. at-
teſtatur Clarus in § feudum. q. 28. num. 1.
Suarez. in theſaur. recept. ſentent. in fin. verſ.
5 feudum num. 76. & ſeq. † Dominum vero
rei emphiteuticæ poſſe ſuum dominium di-
rectum alienare inuito emphiteota, teſtatur
Aluarot. in cap. 1. num. 4. in fin. qualit. dom.
propriet. priuet. & eſt communis Doctorũ
ſententia in l. fin C. de iur. emphit atteſtante
Hannetton. & Capyc. in ſupradictis locis,
Specul. d. tit. de locat. § nunc aliqua, verſ. 93.
nu. 116. Ferrarienſ. in d. forma libelli ad re-
uocationẽ feudi, §. nec ſuperſtitibus nu. 21.
Roſental. de feud. cap. 9. concluſ. 62. in gloſ.
lib. B. ex quibus authoritatibus communi-
bus opinionibus, & deciſionibus dominium,
ſuum directum dominum alienare non poſ-
6 ſe, & ſi directum dominium inuitis vaxallis
in totum alienat, totum amittit. ad quod fa-
cit cap. 1. §. ex eadem lege Corradi, & cap.
Imperialem, de prohib. feud. alien. per Fe-
deric. nam eadem pœna, ibi: (alienationi
feudi, dignitatũ diuiſioni, necnon huic alie-
nationi Domini præſtitura videtur) iunctis
cap. 1. & ibi gloſ. in fin. qualit. dom. propriet.
priuet. & cap. Domino comittente, ſi de
feud. defunct. &c. & gloſ. fin. in verſ. à fideli-
tate, per quos fiat inueſt. & in §. fin. de alien.
feud. patern. ſic exp. eſſè determinat Iſern.
in cap. 1. §. ex eadem, nu. 8. de lege Corradi,
Aluarot. in cap. 2. nu. 4. ibidem Præpoſ. nu. 2.
in fin. cum. ſeq. quo temp. miles, idem Alua-
rot. in d. §. ex eadem lege, num. 1. & cap. 1.
num. 4. in fin. qualit. dom. propriet. priuet.
prout remiſſiuè ibidem Præpoſit. nu. 2. circa
medium, Aluarot. in §. præterea Ducatus,
nu. 4. in princ. de prohib. feud alien. per Fe-
deric. vbi, & Præpoſit nu. 5. Raynaud nu. 29.
in fin. cum duob. ſeqq. & alij Ardizz. d. rubr.
135. & verſic. merito ergo ſicut vaxallus,
Blanc. ibidem lib. 2. cap. 5. nu. 2. & 3. Capyc.
d. loco, Zaſ. par. 10. num. 82. contraria ſol-
uens Borcolt. cap. 8. num. 136. Vaſq. d. lib. 1.
controuerſ. illuſtr cap. 5. Curt. iunior par. 6.
nu. 3 & 4. communem dicit Scheneid. com-
munem ait d. par. 5. cap. 2. nu. 135. Scrader.
d. par. 3. cap. 4. num. 52. in fine, Felyn. in cap.
dilecti filij col. 2. in princ. num. 2. de maior.
& obedient. Crot. in l. filiusfamilias, § diuus
11. col. ff. de leg. 1. Specul. de feud. § quoniã,
verſ. 3. & de locato verſ. 93. §. nunc aliqua,
Curt. iun. d. conſ. 174. num. 34. Ruin. conſ. 7.
quæritur, & in dubium &c nu. 2 lib. 1. Vurm.
in pract. obſeruat. tit. de feud. obſeruat. 29.
communem dicit Miſing. obſeru. 91. nu. 10.
centur. 4. Caccialup. in obſeru. feud. 29 Clar.
d. q. 28. num. 3. & q. 71. remiſſiuè Ant. Gabr.
commun. opin. lib. 3. de iure quæſito non
toll. concluſ. 8. num. 3. Mozz. d. tit. de natur.
num. 77. Intrigl d. q. 98. num. 164. quinimmo
7 nè dum amittit, ſed & † vaxalli Domino
reſiſtere poſſent, adeo quod inuiti fidelita-
tem emptori, aut alij prætenſo nouo Do-
mino cui ceſſi, aut alienati ſunt, iurare non
tenentur, Iſern. in cap. Imperialem, §. præ-
terea Ducatus, num. 45. & ſeq. & ibi Affl.
num. 18. & 22. de prohib. feud. alien. per Fe-
deric. Aluarot. in cap. 2. num. 3. quo temp.
mil. &c. Afflict. in cap. 1. §. ex eodem, nu. 3.
de lege Corradi, Ardizzon. t t. quib. mod.
feud. amitt. rubr. vtrũ vaxallus coactus &c.
cap. 114. in fine, Imol. in clement. 1. de foro
compet. in fine, Grat. conſ. 147. nu. 4. & ſeq.
lib. 1. Rip. in lib. 2. reſponſ. cap. 25. num. 23.
8 quod † poſſint vaxalli reſiſtere, nec aſtrin-
gi à Domino alteri iurare fidelitatem, per
l. 1. vbi Cyn. C. de nouat. Bald. & alij in l. 2.
§. fin. ff. ſolut. matrim. Iaſon. in l. debitorum
pactionibus, num. 7. C. de pact. facit elegans
text. in l. ſi non ſortem, §. libertus, vbi Iaſ.
nu. 27.

Digitized by Google

nu.27.ff.de condit.indeb.ſic reſpondit Bal. conſ.fin.lib.1.Io.Neuiz.conſ.12.inter conſ. Bruni num.112. poſt Corſett. in tract. de poteſt.Reg.q.4.& 62. (etiam caſu quo Dominus feudum venderet cum Curia) item num.113.Caccialup.obſeruat.feud.42.nu.2. per Bald.in l.teſtamẽto, C.ad l.falcid. Ant. Gabr. com.opin. lib.3. de iure quæſito non tollend. concl.8.nu.3. 5. 6. 7. & 8. ex alijs cõibus firmat Roſent.de feud.c.9.concl.62 in gloſ. lit.E. & ſi alijs videtur cum Dominis mitius agendum ſcilicet, vt alienatio pro infecta habetur, nec vaxallus emptorem ceſſionarium, nec eum, cui delegare voluerit, recognoſcere teneatur, ſed Dominus iure ſuo nũ priuatur, idque per text.in cap.1. §. ſi quis, quo temp. miles &c. illum text. non loqui de proprietate per Dominum alienata, ſed de vtili dominio, quod penès vaxallum adhuc eſt fortè in caſum mortis vaxalli, d.cap.1. quo temp.mil. & in cap.ſi quis inueſtierit, de feud.dat. in vic. l. commiſſ.in cap.1. §.moribus, ſi de feud.defunct. content.&c. nec eſt bona cõſequentia alienationem directi non valere, & proprietatẽ nõ priuari, quia ſi vaxalli alienatio irrequiſito Domino nec valet, & tamen à feudo ca-
10 dit; & cum † Dominus ex omni culpa qua vaxallus feudo priuatur, & ipſe proprietate, cap.1.qual.Dom.propriet.priuet. vbi omnes Scribent.& Dominum, & vaxallum ad paria iudicari, niſi aperta reperiantur ſtatuta differentia, aut ratio manifeſta aliud ſuadeat, cap.1.in fin. de form. fidelit. & ibi omnes vno ore, vt in præcedẽti Dilucidatione 116.latius diximus, ex multis fundauimus, & cum pro præcedenti noſtra Dilucidatione adſunt communes opiniones
11 authoritates, amplius non inſiſto, & † ipſa communis procedit, ſi directi dominij alienationis ſecuta ſit traditio; vt ex multis firmat Roſental.in cap.9.concluſ.62.num.11.
12 item † Dominus proprietate, & directo dominio priuatur, ſi vaxallum criminaliter accuſet, ſi in cauſa criminali teſtimo-
13 nium contra eum ferat, † actionem famoſam inſtituat, ipſi iuſtitiam nõ adminiſtret, feudo eum ſpoliat &c. de quibus per Roſental.cap.10.concluſ.22.23.& 26.num.39. & ſeq. & in cap.12. concluſ.2. num.fin. & etiam ſi filius Domini vaxallum offendet, vt & de filio vaxalli, Roſental. d.cap.10. concluſ. 2. num.1. & in cap.11. quæſt. 19. num. 7.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio CXVIII.

Amiſſionis feudi, Cauſa CX.

THEMA.

Monetam falsã cudens, vel tondens, aut aliter adulterans, vel falſificans, in crimen Maieſtatis læſæ incidit, viuus exuritur, bona cõfiſcantur, & domus in qua ſcelus patratur, publicatur de Iure cõmuni, ſed de Iure Regni pœna capitis tantum ſeruatur.

SVMMARIVM.

1 *Monetam cudendi poteſtatem non habens, & cudit etiam iuſti ponderis, crimen Maieſtatis laſæ committit, igne comburitur, & domus publicatur.*
2 *Subditus alicuius Ciuitatis illius monetã fabricans, crimen Maieſtatis committit.*
3 *Falſificantis monetam Principis bona omnia confiſcantur.*
4 *Domus vbi moneta fabricantur, & falſificantur, applicatur Fiſco, ſi nõ eſt vidua, pupilla, vel impuberis.*
5 *Monetam falſam cudens, vel ſciens, accipiens, vel dans, pœna capitis, & publicatione bonorum punitur.*
6 *Monetam auream, vel argenteam reddens, vel minuens, perſona, & bona eorũ publicantur.*
7 *Moneta falſificantis probatio fit per famam publicam, & per vnicum teſtem bona fidei dignum.*
8 *Monetarum inciſores pœna vltimi ſupplicij plectuntur per Regiam Pragmaticam.*
9 *Cudentes monetas eaſque minuentes, ſicut de Iure Regni pœna mortis, & publicationis bonorum puniuntur ita, & de iure communi, & num.16.*
10 *Opinio Regentis Rouiti, & Laurentij refellitur.*
11 *Pœna & ſupplicium differre cum pœna ſit ſine ſanguine, ſupplicium cum ſanguine.*
12 *Supplicium mortem naturalem comprehendere.*

13 *Mo-*

Digitized by Google

13 *Monetam falſam fundens, vel cudens, bonis omnibus cõfiſcatis, & Maieſtatis læſæ crimen committens, flammarum exuſtionibus mancipatur.*
14 *Monetam falſificans, feudum amittere debet.*
15 *Pœn: perſonæ, & bonorum omnium importat mortem, & publicationem bonorum.*

SVnt & qui dicunt ob diuerſitatem titulorum, ſcilicet tituli de falſa moneta diuerſi à titulo ad l. Iul. Maieſt. monetam falſam cudens, in crimen Maieſtatis læſæ non incidere. tamen in cõtrarium eſt veritas, nam
1 & ſi † priuatur poteſtate cudendi monetam cuiuſcumque conditionis, aut ſtatus monetam cudẽs, licet iuſti valoris, nomine Principis cuderit, vel finxerit, crimine Maieſtatis læſæ tenetur, viuus exuritur, & domus vbi id commiſſum fuerit publicatur; verba sũt text. in l. 1. & 2. C. de falſ. monet. & ibi DD. Ifern. & Afflict. in §. monetæ, tit. quæ ſint regal. idem voluit Salyc. in d. l. 2. de falſ. vbi Bald expreſsè dixit: quod fabricans monetam Regis, crimen Maieſtatis læſæ cõmit-
2 tit. ſubdens idem eſſe, ſi aliquis † ſubditus Ciuitatis fabricaret monetam illius Ciuitatis; quod ſequitur Andr. Barbat. conſil. 70. incip vbi Chriſtus, col. 13. verſ. & ſi ita videantur, lib. 4. Peregr. de iure fiſci tit. 1. nu. 25. lib. 1. Montan. cap. 7. num. 5. Borcolt. nu. 56. quæ ſint regal. Domauder. praxi crimin.
3 cap. 65. num. 1. & 9. hinc eſt, quod † omnia bona falſificantis monetam Principis, Fiſco applicatur, vt eſt text. in d. l. 2. §. ſi quis, & ibi gloſ. & Cyn. C. de falſa moneta, Bart. in l. qui falſam, ff. de falſ. gloſ. & ibi Io. Andr. in cap. quanto, de iure iurando, & quod di-
4 ctum eſt de † domo vbi falſificatur moneta Fiſco applicatur; dummodo nõ ſit alicuius viduæ, vel pupilli, qui de hoc ignoraſſet, vel alicuius impuberis etiam ſciẽtis, qui de hoc ignorans eſſet cum eius ætas, quicquid videt ignoret, l. 1. §. domus. §. viduas, & §. impuberes, C. de falſ. monet. Gigas de crim. Maieſtatis læſæ tract. 1. tit qualiter, & quan-
5 do &c. q. 62. fol. 49. † ſed de iure Regni in tit. de cudentibus monetam adeſt Conſtitutio, cuius verba ſunt: (adulterinam monetam cudentibus, vel ſcienter accipientibus, pœnam capitis irrogatur, & eorum ſubſtantiam publicamus, conſentientes etiam hac pœna ferimus) & pecuniam argenteam, vel aureum raſuerit, aut minuerit, aut dimiſuerit, pœna eadem plectitur; vt per aliam Conſtitutionem in tit. de raſione monetarũ
6 his verbis videlicet: † (qui nummos aureos, vel argenteos raſuerint, vel quocumq; modo minuerit tàm perſonas eorum, quã bona omnia publicamus.) & confirmatur per cap. Regni tit. de pœna infligenda falſarijs monetarijs, cap. incip. vt quæ ab excellentia, ibi: (Conſtitutionem Federici quondam Imperatoris, Regis Regni Siciliæ ante depoſitionem ipſius in eodem Regno editam contra falſarios monetæ expendentes eadem in vltimo ſupplicio eis imponendam publicationem bonorum omnium.) de quibus pœnis firmant in cap. & quæ ab excellentia, in tit. de pœna infligenda falſarijs, quod & confirmatur per Regem Carolum in cap. iam ſæpè, in tit. de demolientibus, & falſificantibus liliatos carolenos, & incidentibus, ibi: (quod nulli audeant, vel præſumant carolenos ipſos incideret, & minoris ponderis reddere ſub pœnã perſonarum, & bonorum omnium eorundem: adiuncto quod vltra id, qui circa præſumpſerint, ſicut de læſæ Maieſtatis crimine puniẽtur,
7 & circa † probationem criminis famæ publicæ, & vni fide digno) & per Regiã Pragmaticam primam in tit. de monetis legitur: (volumus, ſtatuimus, & iubemus, quod † omnes, & ſinguli quicumq; inciſerint monetarum præfatarum, cuius ſtatus, gradus, & cõditionis exiſtant, qui talia perpetrauerint, ipſo facto, ipſoq; iure in pœnã vltimi ſupplicij, ita quod anima eorum ſeparetur totaliter à corpore eos incurrere, & incurri decernimus: qua pœna irremiſibiliter innodari, & puniri mandamus, nulla alia ſuper dicto crimine à nobis expectata, ſeu requiſita declaratione, diſpoſitione, interpre-
9 tatione, ſeu mandato) & ſic † quo ad pœnã mortis, publicationis bonorum omnium, & vti criminis Maieſtatis læſæ, cudentes monetas, vel falſificantes, vt eſt prouiſum per dictas Conſtitutiones, & Capitula Regni, erat idem prouiſum de iure communi per d. l. 1. & 2. C. de falſ. monet. & per dictam Pragmaticam ad mortem naturalem tantũ, & per vnicum teſtem, & famam publicam ipſo facto, ipſoq; iure in pœnam vltimi ſupplicij incurrat, vt prædictum eſt, & miror de
10 † Regente Scipione Rouito, qui in commentar. ad pragmat. 1. de monetis dicat: eſt tamen verum, quod ante hanc Pragmaticã erat dubium pœna falſæ monetæ, extenderetur ad mortem naturalem; & receptior opinio erat quod non, teſte Hieronymo Laurentio in deciſ. Auenion. 114. nu. 4. prætextu quod pœna capitalis ad mortem naturalem non extendatur, vt mitior fiat interpretatio, ex Alex. conſ. 121. nu. 3. lib. 7. & ex alijs parcat mihi authoritas tantorum virorum

virorum,qui non aduerterunt,d.l.1.& 2. C.
de falſ.monet. nam in d.l.1.in §.ſi vero le-
gitur: (actore videlicet, vel ſeruis, vel in-
colis,vel colonis, qui ad hoc miniſterium
præbuerint cum eo, qui fecit, ſupplicio ca-
pitali plectẽdi.) vltra quod verba ſunt cla-
ra,quia dum loquuntur de pœna capitis, &
deſignat capitale ſupplicium, & ſecundum
Diu.Matth.cap.25.in fine,dicens ibunt ſcili-
cet iniuſti in æternum ſupplicium, & ſic in
infernum in ignem ad commorandum: de
pœna mortis text. ipſe locutus fuit, & Ar-
chidiac.in cap.peritorum, in verſ.ſuppliciũ
11 11.q.3. dicit, † pœna, & ſupplicium diffe-
runt,cum pena ſine ſanguine ſit,ſupplicium
cum ſanguine,vnde text.talibus dando ſup-
plicium,quod eſt cum ſanguine,& eſt æter-
num, & ſic de morte ex d.text. habetur, quod
talis delinquens debet ſanguinem effudere,
& mori,& deinde comburi,& d.l.1. & 2. ita
intellexit etiam Bart.in l.quicumque, ff. de
12 falſ.& quod † ſupplicium ſignificet mortẽ
habetur ex text.in l.obnoxios, C.de relig.&
ſumpt. funer. ibi (obnoxios criminũ digno
ſupplicio ſubiectos ſepulturæ tradi non ve-
tamus)& apertè etiã habetur ex l.addictos
ſupplicio, C.de appellat.ex tex.gloſ.& DD.
ac ibi dicentibus, Menoch. de arbitr. Iudic.
lib.2.centur.4.caſu 316. num.9. dicens,& ſi
mortis qualitatem in ſpecie non oſtendit
Imperator Conſtantinus in d.l.1.C.de falſ.
monet. idem Imperator paulò poſt decla-
rauit in l. ſequenti 2. eodem his verbis vi-
13 delicet: (ſi quis nummos † falſa fuſione
formauerit, vniuerſas eius facultates Fiſco
noſtro præcipimus addici; in monetis enim
tantummodo noſtrum cuditæ pecuniæ fre-
quentari volumus,cuius obnoxi. Maieſtatis
crimen committunt, & premio accuſatori-
bus propoſito,quicumque ſolidorum adul-
ter reperiri poterit, vel à quocumq; fue-
rit publicatum, illico omni dilatione ſum-
mota flammarum exuſtionibus mancipe-
tur.) & ex his clariſſimè patet,quod de iure
communi ante dictam Pragmaticam contra
monetas cudentes, falſificantes, & adulte-
rantes, pœna mortis naturalis irrogata
fuerat,& in crimen Maieſtatis læſæ incide-
bant,& de iure Conſtitutionum, & Capitu-
lorum Regni etiam bona publicabuntur,&
14 facilius † feuda amittere debent, quia de-
rogando regalia in cudendo monetas ſunt
infideles, qui feuda amittunt; vt pluries di-
ximss, vaxallum infidelem feudo priuari;&
ſi dicta Iura, Cõſtitutiones,& Capitula Re-
gni ſi Conſiliarij tunc temporis pro Regis
ea perlegiſſent, hanc Pragmaticam nõ edi-
diſſent. dixit Gramat.d.deciſ.72.item patet
ex d.cap.iam ſæpè, ex illis verbis videlicet:
15 (ſub † pœna perſonarum,& bonorum om-
nibus) quæ importat mortẽ, & publicatio-
nem bonorum, ex gloſ. in authent. de arm.
ad finem,dum dicit quod dum Iudex com-
minatur ſub pœna eris, & perſonæ impor-
tat mortem, & publicationem bonorum,
quam gloſ. exclamat Angel. in ſuo conſ.
217. refert, & ſequitur Ant. Corſet. in ſuo
ſingul. in verſ. pœna incipiente Iudex po-
teſt,dicit Gramat in d.deciſ.72.num.6. Fol-
ler in praxi crim.in fragm.verſ.de falſ mo-
16 net.num.193.& ſic † ex iuribus communi-
bus,& Regni patet monetas falſificãtes,cu-
dentes, radentes,& adulterantes in pœnam
mortis naturalis,& publicationis bonorum
incidunt, & ſicut de Maieſtatis læſæ crimi-
noſi puniuntur. vltra iam dicta habetur ex
Iſern.Affl & DD.in d.cap.Regni iam ſæpè,
Io. Ant. de Nigr. in d.cap.Regni vt quæ ab
excellentia, in tit. de pœn. infligend. falſar.
num.11.& ſeq.& præcitati Doctores.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio CXVIII.

Amiſſionis feudi, Cauſa CXI.

THEMA.

Monetas falſas fabricantes, vel tondentes, radentes,vel adulterãtes, de Iure communi, ex Conſtitutionibus,& Capitulis Regni:pœna mortis,& confiſcatione bonorum puniuntur,ſed per Pragmaticam pœna capitis tantum,& de pœna legis nouæ derogãtis, pœnam legis veteris.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ legis antiquæ non videntur ſublatæ per legem nouam, niſi expreſsè dicatur.*
2 *Leges nouæ vbi non loquuntur, ſeruantur antiquæ.*
3 *Leges antiquæ ſi pœnas grauiores imponũt, & nouæ minores videtur receſſum à maiori, & grauiori.*
4 *Monetas falſificãt &c. de iure communi, Conſti-*

Conſtitutionum, & Capitulorum Regni pœna publicationis, & mortis tantum puniuntur.

5 *Monetæ falſæ crimen puniri pœna publicationis bonorum, & mortis habet iura & Doctores pondere, & numero maiores quam de pœna mortis tantum.*

6 *Monetæ falſæ crimen puniri debet pœna publicationis bonorum, & mortis, ſed ex æquitate Pragmaticæ Regni pœna mortis tantum.*

PEr iſtam Pramaticam Regni primam
de monetis, fit mentio de pœna ca-
pitis tantum, & nihil de publicatione bo-
norum, vt præcitatis iuribus communi-
bus, ac in dictis Conſtitutionibus, & Capi-
tulis Regni an per eam videtur receſſum à
pœna publicationis bonorum. In hoc variè
ſunt opiniones. Nam Speculat. in tit. de ac-
cuſat. §. 1. incip. qualiter, in princ. tenet, quod
1 non † cenſentur ſublatæ pœnæ legis anti-
quæ, niſi expreſsè dicatur, & tenet Bart. in
l. 1. ff. de vi bonor. rapt. Abb. in cap. de cau-
ſa, de offic. deleg. Gemin. in cap. 2. de conſt.
Philipp. Franch. in cap. fœlicis, §. per hoc,
verſ. ſecundo limita, de pœn. in 6. allegat l.
qui ſepulchrum, C. de ſepulchr. violat. vbi
Loffred. & Dyn. ibique Alberic. de Roſat.
dicit, quod Doctores antiqui iſtam opinio-
nem tenēt idem Afflict. in prohem. conſtit.
q. 7. in fine, Cepoll. conſ. 14. nu. 6. & iſta opi-
nio eſt verior in puncto iuris itē tenet An-
gel. in tract. de malefic. in verſ. & ibi Capud.
à ſpatulijs col. 1. & ſeq. dicit in facto ſeruaſ-
ſe, & tenet Oldrad. conſ. 94. col. 5 circ. med.
verſ. nam quoties, gloſ. in Conſtit. Regni in-
2 cip. exceptione, in verſ. filiationis, dicit † in
caſibus in quibus nouę leges nō loquuntur,
priſca iura ſeruantur; per text. apertum in
l. quod nuper, C. de inoff. teſtam. l. 2. quando
lib. princ. dat. fac. lit. conteſt. & in auth. col-
lat. 3. de fil. ante inſtrum. dotal. nat. & gloſ. in
conſtit. probationum, verſ. non vltra annū,
dicit idem per eadem iura, ſed contrarium
tenet Bal. in l. fin. C. de ædific. priuat. in quaſi
3 proprijs terminis dicit † vbi per legem an-
tiquam imponitur pœna grauis, & per legē
nouam imponitur pœna minor; per iſtam
minorem videtur receſſum à maiori eique
derogatum; idem tenet Afflict. in Conſtitut.
Regni paternorū col. 9 & ſeq. verſ. ſepti-
mo fallit, vbi dicit, quod iſta opinio ſerua-
tur de conſuetudine, hanc opinionem tenet
etiam Angel. in auth. de ſanctiſſ. Epiſc. §. fin.
Cuman. conſ. 154. Corn. conſ. 114. licet pri-
mo aſpectu lib. 1. Paul. de Caſtr. in l. 1. §. di-
xerunt aliqui, ff. de publican. quod ita ſer-
uatur in practica, & ſequitur Dec. in cap. de
cauſis col. 9 verſ. in fine gloſæ. num. 28. ſe-
cundum iſtam opinionem poſtremam, dum
4 de † Iure communi, de Iure Conſtitutio-
num, & Capitulorum Regni probato cri-
mine ordinatur pœna capitis, & publicatio-
nis bonorum, & per dictam Pragmaticam
de monetis imponitur pęna capitis, & mor-
tis tantum, nihil dicens de cōfiſcatione bo-
norum, nec vt de crimine Maieſtatis læſæ
verbum vllum, videtur pœna minorata in
mortem tantum, ſed poſſet reſpōderi, quod
5 † iura, & Doctores pro contraria opinione
numero, & pōdere ſunt maiora, pro ſecun-
da ſunt minora, & aliqui ſibi ipſis contrarij,
& loquuntur quando per nouam legem
imponitur noua pœna, ſed per Pragmaticā
imponitur eadem pœna mortis tantum, &
ſic diuerſum ab eo, per quod Doctores mo-
uentur, & ſi Bald. in l. data opera, col. 5. in
fine, C. qui accuſare non poſſunt, & tanto
magis, quia leges, Cōſtitutiones, & Capitula
Regni ſunt facta ab Imperatoribus, & Re-
gibus Regni, & dicta Pragmatica ſine clau-
ſula derogatoria à Prorege, & ſic ab infe-
riore, qui tantum ſuperioris derogare non
poteſt; & proinde cogitandum relinquo, ſi
6 pro † tali crimine pœna legis communis,
Conſtitutionum, & Capitulorum Regni ir-
rogari debeat maximè quod ob talis crimi-
nis frequentiam, & pœna condigna non ſit
data huius Regni punitio, & calamitas cau-
ſata ſit; vt eſt notum, & ne in hoc ſim pro-
lixius maximè quòd ſpecies pœnarum qui-
bus affici debent monetas falſificantes, ra-
dentes, adulterantes, latè ponit Menoch. de
arbitr. Iudic. lib. 4. caſu 316. Decian. in tract.
crim. par. 2. lib. 7 cap. 23. vſq; 29. & alios per
D. Rouit. in d. pragm. 1. nu. 2. de monet.

PARTIS DECIMÆ.

Dilucidatio CXX.

Amiſſionis feudi, Cauſa CXII.

THEMA.

Qui præcepto Domini ſuper amiſſione feudi non parit, & mandatum de pertinentibus ad feudum ſit, amittit feudum.

N SVM-

SVMMARIVM.

1 *PRinceps poteſt imponere feudatario, vt aliquid faciat ſub pœna amiſſionis feudi.*

2 *Feudatarius non obediens mandato Principis ſub pœna amiſſionis feudi ipſum amittit.*

3 *Feudatarius amittit feudum quãdo ei aliquid de pertinentijs ad feudum mandatur, & non facit.*

4 *Præceptum Domini ſine cauſa ad ſolutionem punitur arbitrariè.*

5 *Principis mandatis, & legi Dei eſt obediendum, & inobediens punitur morte, vel exilio, vel carcere, vel in bonis.*

6 *Pœna quando non eſt determinata à lege, vel à Principe eſt arbitraria.*

7 *Pœnã indignationis Principis eſſe arbitrariam.*

9 *Clauſula Bullarum Apoſtolicarum inobediens incurſos indignationem Petri, & Pauli Apoſtolorum pœnam arbitrariam eſſe.*

1 DOminus feudatario ſuo præcipit aliquid ſub amiſſionis feudi dixit Bald.in
cap.1.§.porrò,quę fuit prim.cauſ.amiſſ.feud.
Bart.in l.1.num.12 ff.ſi quis ius dic.non ob-
2 temp. Marſil.ſing.559. ſæpè † & ſuo Prin-
cipi non parens,feudũ amittit;vt per Iſern.
in cap. ſancimus num.13. quo temp. miles,
Afflict.in cap.1.§.fin.nu.14.cauſ.16.& nu.26
verſ.item quotieſcumque, quib. mod. feud.
amitt. Loffred.conſ.45.num.12. Capyc.in
inueſtit. feud. verſ.feud. amitt. Natta conſ.
593. Peregr.de iure fiſci, vt & ex alijs Ro-
ſental.de feud. cap.10.concluſ.30. in gloſ.li-
3 teris C c. quod intellige † modo ſit de per-
tinentibus ad feudum, vel de feudi natura,
puta vt ſeruiat, vt iuri pareat, nè feudum
deterius redat,ſubditos nè male tractet,vel
tempore belli Domino adhæreat,vel in ali-
quem locum ſeruiat, vt præcitati Doctores
communiter tenẽt, & dum hæc eadem par-
te dilucid.4. & ſi præceptũ Domini ſit ſine
cauſa,ob contumaciam, & in contentum
arbitrariè puniri poteſt, ita de mãdato Prin-
cipis ſcriptum reliquit Bald.in l.virtus nu.1.
ff.de leg. latè Menoch.de arbitr.Iudic. caſu
355.num.6.& per totum,ad materiam,quia
5 † Principis mandato eſt obediendum Exdr.
6 lib.1. cap.7. in fine, & † legi Dei parendum
eſt,& omnis qui non fecerit legẽ, & Regis,
vel in morte, vel in exilio, vel in carcere,
vel in bonis punitus, lib.1.Reg.cap.16. &
de maiorit.& obed.cap.2. qui Principi non
obedierit,morte moriatur,vbi Felyn.multa
poſt Bald.in d.l.legis virtus num.1.vbi pœ-
na non eſt à iure determinata, vel ab ipſo-
met Principe mandatum eſſe iudicandum
arbitrarium,& clarè idem Bald.in conſ.167
venerabilis col 2.verſ.non eſt appoſita, &
conſ.376. caſus talis eſt Domini dello ſtato
lib.3.Crauett.conſ 333. Ego eiuſdem ſentẽ-
tiæ cum Bald. in auth. ſtatuimus num. 2. &
cap.1.de Epiſcop.& cler. vbi Panorm. indi-
gnationis Principis pœnam arbitrariã eſſe
dixit, Io.de Platea in l.1.nu.4. de veter.nu-
miſm.poteſt.lib.11.Auiles in tract.Prætor.
verſ.mandamus, nu.6. Fulgoſ.conſ.191. Ti-
tius iuſſus colum.2. licet Bar in extrauag.ad
reprimendum, in verſ.indignationem, dicat
indignationis effectum eſſe,vt Princeps po-
ſtea minus gratioſus ſe exibeat,quem ſequi-
tur Ruyn.conſ.130.num.9.lib.5. ſed rectius
ſentit Bald.in dictis locis,& ſui ſequaces,vt
per Menoch.de arbitr.Iudic.caſu 365.nu.4.
ex alijs ibique dicit incurſuros indignatio-
nem Bullarum Sanctorum Petri, & Pauli
arbitrariè ſimiliter puniri, & quando ponit
exempla Menoc.in d.conſ.365.nu.6.& ſeq.

PARTIS

THEATRI FEVDALIS
PARS VNDECIMA.
DE IVRIBVS PRINCIPIS ſVPER FEVDIS, ET ALIIS.

DILVCIDATIO PRIMA.

THEMA.

Rex Dominus eſt omnium, quæ ſunt in Regno, non ratione proprietatis, ſed iuriſdictionis, & protectionis.

SVMMARIVM.

1 *REx eſt Dominus omnium quo ad proprietatem, & tuitionem, & nu. 4.*
2 *Intellectus l. illum ſi verberatum, & l. Lutius, de euict.*
3 *Regis, ſiue Principis ſunt omnia, quæ ad proprietatem, & maius dominium ſpectant.*
4 *Regis ſunt omnia quo ad iuriſdictionem.*
5 *Regis ſunt omnia quo ad protectionem.*
6 *Rex reſpectu iuriſdictionis de omnibus, quæ intra fines ſui Regni ſunt, habet intentionem fundatam.*
7 *Res priuatæ non in dominio, ſed in iuriſdictione Principis ſunt & reſpectu illorum poſſeſſionis non dicuntur vaxalli.*
8 *Dominium directum alicuius non rei vt feudalis, vel emphiteutæ prætendens, debet oſtendere.*
9 *Reges, & Superiores non ſunt rerum Regni Dominus, ſed Protectores, & Gubernatores.*
10 *Homines omnes, qui ſunt in Regno, ſunt ſub protectione, & Principatu Regis reſpectu iuriſdictionis Generalis.*
11 *Imperator Dominus totius mundi, quia tenetur Eccleſiam defendere.*
12 *Omnia ſunt Principis ad gubernandum, non ad retinendum.*

REGNVM non eſt factum propter Regem, ſed Rex eſt Regno datus, vt ipſum guberner, & reget. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. ꝟ. 2. de electio. official. num. 6. & proinde eſt
1 † Dominus quo ad iuriſdictionē, & prote-
ctionem, gloſ. in l. bene à Zenone, C. de quatrienn. præſcript. & ex alijs Io de Terrarub. contra rebell. art. 5. tract. 3. in text. in 1. con-
2 cluſ. ita † intelligitur text. item ſi verberatum, & l. Lucius, ff. de euict. Archidiac. in cap. quamuis 14. q. 8. contra Hoſtienſ. in ſumma v. ſ quæ exigantur, de præſcript.
3 dicit, qu... omnia sũt Principis quo ad protectionem, & maius dominium; immo Archidiac. d. loco, dicit ſolum quo ad iuriſdictionem generalem, & allegat Specul. in tit. de pœn. ꝟ. quoniam, verſ. 23. quærit, hanc

Digitized by Google

declarationem,firmat Angel.Aret.licet non
allegat Archidiac.in l.fin.col.2.C.de appell.
reſcind.idem Io.de Terrarub.d.tract.art 10.
tract 3.in gloſ. ſol. 99 col.2. & quod dicitur
omnia.quæ ſunt in Regno, ſunt Regis, ſiue
4 Principis. † intellige ratione iuriſdictionis,
vt dixit Hoſtienſ.in cap.ſi diligenti,de præ-
ſcript.& ſic quidquid ſit intra fines ſeudi,eſt
de ſeudo ratione iuriſdictionis , non autem
ratione proprietatis, dicit Alberic. in pro-
hem. digeſtor. & ad reprimendum, verſ.to-
tius orbis, Iſern. in Conſtit. Regni ab Offi-
cialibus,& in cap.Imperialem, § illud, de
prohib.feud.alien.per Feder. & in cap.quo-
modo vaxall. iur. deb. fidelit. in fine, Paris
de Put de reintegr.feud.cap.11.num.4.ſol.8.
ater.& eſt Dominus omnium rerum ſui Re-
gni,vt in d.l.bene a Zenone,circa princ cũ
5 † omnia Principis eſſe intelligãtur,vbi gloſ.
in verſ. omnes, C. de quatrienn. præſcript.
licet quo ad protectionẽ dicit gloſ. penult.
notabilis in fine, in l. Barbarius , de officio
Prætor. Felin. in cap.ſi diligenti col.2. de
præſcript.col.2.Caſſan.in conſuet.Burgund.
des fides, rub.3. le vaſall. num.15. ſol.109.
6 ater. & † reſpectu iuriſdictionis de iure
communi ſuam habet intentionem ſundatã
ſuper omnibus rebus intra fines ſui Regni
exiſtentibus, ſecundum Abb. in d.cap.ſi di-
ligẽti,& Io.Andr.in cap.fin.de offic.Archid.
& ex alijs per me in comment.Conſtit.Re-
gni diſputare, in verſ. Regis, verſ. 20. Rex
7 eſt Dominus &c. & † res priuatorum non
in dominio , ſed in iuriſdictione Principis
ſunt ; vnde rerum particularium poſſeſſo-
res non poſſunt dici reſpectu illorum va-
xalli regum,vel dominorum, niſi quantum
ad iuriſdictionem,& ſic poteſt intelligi,l.in-
cola, ff.ad municip.& l.forma, §.ſi vires,ff.
de cenſib. l.Imperatoribus, ff.de publican.
l fin.C.vbi in rem actio,non enim ſequitur,
res eſt in tua iuriſdictione.ergo tenẽtur à te
in ſeudum,ſiue in emphiteuſim,ex quo po-
teris dominium directum prætendere , niſi
aliud per aſſerentem probetur, ſecundum
Specul.tit.de locat. §.nunc aliqua, verſ.60.
8 & 61. ergo † qui prætẽdit dominium dire-
ctum, & petit à poſſeſſore cauſam , tenetur
rem oſtendere ad cauſam , cuius prætendit
cenſum, immo quilibet poſſeſſor præſumi-
tur proprietarius.niſi aliud probetur, gloſ.
ſingul. in l.ſi quis, §.ſed interdum, ff.de re-
lig. & ſumpt. funer. & l.penult. C de ingen.
manumiſſ. Iacob.de S.Georg. in tract. ſeud.
§. dictiq; vaxalli ſol.9. 1.& 2.col. Gulielm.
Bened.in repet cap Raynutius, de teſtam.
verſ. & vxor. nomine Ade aſiã deciſ.1.& 2.
9 † Reges igitur, & Imperatores,& alij qui-
cumque ſupremi Principes , & minus infe-
riores eis, non ſunt rerum priuatarum Do-
mini directi, nec vtiles, ſed tantum prote-
ctores , & defenſores cum ſua ſuprema iu-
riſdictione;ita DD.in cap.nimis,de iure iur.
determinant,& in cap quæ in Eccleſiarum,
de conſt.& in cap.quia plerique,de immun.
Eccleſ.per Innocent. & in d.l.bene à Zeno-
ne. C.de quatrienn.præſcript. ita Specul. in
tit.de ſeud.§.quoniam, q 14.inquiens,quod
licet magni Barones ſcilicet , Comites Pa-
latini,& Duces,alijq; ſimiles ſint immedia-
tè vaxalli,ſiue homines ligij Regis,in cuius
Regni ſunt , vel Imperatoris, 11. q.1. cap.
nullus,de offic.ordin. cap.paſtoralis, in cap.
10 Romana eod.tit lib.6. bene tamen † om-
nes homines , qui ſunt in Regno, ſunt ſub
poteſtate , & Principatu Regis,& in eis ha-
bet Imperium generalis iuriſdictionis, &
poteſtatis , ſicut omnia ſunt Imperatoris ,
quantum ad iuriſdictionẽ,cum ſit Dominus
mundi, ſic & omnia, quæ ea ſunt in Regno
Regis, ſunt quantum ad iuriſdictionem ge-
neralem, 8.diſtinct.cap.quo iure hæc oſten-
dat,quem ſequitur Archidiac.poſt gloſ.in
§.quamuis,ſub cap.tributum 23.q.8.in gloſ.
ibi Imperatoris, in tit. de præſcript. repre-
hendens Hoſtienſ.dicentẽ,quod omnia ſunt
Principis,in tit.de præſcript.§.quæ exigan-
tur, verſ.ſed numquid maius,quæ Hoſtienſ.
opinio eſt contra omnes Doctores , ac con-
tra gloſ. in l.Barbarius, de offic. Præfect. &
gloſ.in 1 conſtit.ff.veter & vtrobique Bart.
qui in ſecundo loco dicit,quod ratione pro-
11 tectionis † Imperator dicitur Dominus
mundi,quia tenetur mundum,ideſt Eccleſiã
defendere. Nam videmus,inquit Bart.quod
ratione protectionis,quis dicitur Dominus,
vt in l.interdum,§.qui tutelam,ff de furt.&
in l.qui fundum,§.qui tutor, ff.qui pro em-
ptore, idem Bart in l.1.§.per hanc, de rei-
uendic.in extrauag.ad reprimendũ, in verſ.
totius orbis,item Cardin Zabarell.in clem.
paſtoralis, §.vt illud, de re iudic.nu.2. Iter.
in cap.1. §.ſimiliter, 4.col.in fine,de capit.
qui cur.vendid. Luc.de Penna in l.prædia
domus,de locat.præd.ciuil.vbi ponit intel-
lectum d.l.bene a Zenone,de quatrien.præ-
ſcript. S.Thom.in quolibet.12.art 15.ad 1.
12 dicit, † ꝙ omnia ſunt Principis quo ad gu-
bernandum, non ad retinendũ ſibi,vel dan-
dum alijs &c. idem in lib. de regim. Princ.
opuſc.20. & ex alijs firmat Dioniſ. Godofr.
in praxi ciuili lib.1.tit.4. de Conſt.& Princ.
Iure C. incip. ex quibus contigitur, rub.res
priuatorum non in dominium &c. fol. mihi
210 & Regi competunt regalia , de quibus
alia tangam infra.

PARTIS

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio II.

THEMA.

Rex eſt datus Populis vt regat, & gubernet, & iudicium, & iuſtitiã omnibus fieri, & faciat, & ab inimicis defendat, & Eccleſias earumq; perſonas proteget.

SVMMARIVM.

1 *REx datur Regno, vt ipſum reget, & gubernet.*

2 *In Principe debet eſſe tutela, & iuſtitia pater, filius, & miniſter.*

3 *Regis officium eſt facere iuſtitiam, & vi oppreſſos liberare.*

4 *Rex tenetur viduas, pupilloſq; defendere bones Iudices tenere, & lites amputare.*

5 *Rex per ſuos miniſtros impios, & alios male agentes coercere, vt boni inter malos quietè viuant.*

6 *Regi, & Principibus datus eſt gladius ad vindictam.*

7 *Rex non ſit iniquus, ſed iniquorum corrector, & maleficos viuere non patiatur.*

8 *Rex ſubditos ſuos ab inimicis cum claſſe, & armis defendere tenetur.*

9 *Rex Eccleſiarum, & Chriſtianæ fidei defenſor eſſe debet.*

10 *Rex, & Principes, reuerentiam Epiſcopis exibere debent.*

1 REgnum † licèt ſit Regi datum tamen
Rex eſt Regno datus, vt ipſum gubernet, & regat, & dicitur Rex cum Populis
arcta catena deuictus, & illis præeſt, ſed
ipſorum cauſa, & mali, & improbi dicuntur
illi, qui in Imperio, non niſi de imperio cogitant. Regens de Ponte de poteſt. Proreg.
tit. de regal. impoſit. §. 8. num. 40. fol. 224.
2 In † Rege, ſiuè Principe debet eſſe tutela,
& iuſtitiæ rigor, & à vigore iuſtitiæ non
abeſſe oportet: igitur Cæſatem fore iuſtitię
patrem, vel filium, Dominum, & Miniſtrũ:
Patrem, & Dominum in faciendo iuſtitiam
& editam conferendo: ſic & in venerando
iuſtitiam ſit filius, & in ipſius copiã mini-
3 ſtrando ſit Miniſter, & † Regis propriũ eſt
officium, facere iuſtitiam omnibus, & vi
oppreſſos de calumniantium manibus liberare, neminemq; per potentiam opprimere ſinat, abſquè perſonarum exceptione,
iux. cap. Regum 23. quæſt. 5. cap. ab Imperatore eadem 23. quæſt. 3. l. vnic. C. quand.
Imper. inter Pupill. & Vid. Couarru. pract.
qq. cap 35. Io: de Terra rub. in tract. contra Rebell. tract. 2. art. 2. concluſ. 1. fol. 43.
ater. Nauarr. in cap. cum contigat, de reſcript. cumulat Caſſan. in Catal. gloſ. mand.
part. 5. conſider. 5. conſ. Fab. de Ann. conſ. 7.
4 Et † tenetur Viduas pupilloſq; protegere,
& raptores refrenare, iux. cap. adminiſtratores 23. quæſt. 1. & pro ſedandis ſubditorũ
litibus Miniſtros, & Iudices optimos tenere, lites, & diſcordia an putari, etiam facere
iux. conſtitutionẽ primam l. ſi nõ litibus, de
dolo, & cõtum. Natt. cõſ. 40. n. 12. & tenetur
5 per ſuos Miniſtros, impios periuros alioſq;
iniqua agentes à malo coerceri, & vt boni
inter malos quiete viuant, iux. Tex. in cap.
qui peccat 23. quæſt. 4. cap. qui fruſtra eadẽ
cauſa quæſt. 5. Iſern. in cap. quæ ſint regalia num. 75. in princ, gloſ. in Pragmat. Sanſ.
6 in verſ. Rex fol. 3. & iuxta quod † Regibus,
& Principibus datus eſt gladius ad vindictã
malorum, laudem verò bonorum, cap. ſolitè de maior. & obedient cap. nos ſi competenter, §. item cum Dauid 2. quæſt. 7. & ipſe
7 Rex † iniquus eſſe nõ debet, ſed iniquorum
correptor, & oportet ita Principem eſſe ſecundum Cyprian. de duodecim gradibus,
eiuſquè natura, cum ſit per iuſtitiam ambulare, iux. cap. qualibet il primo, extra de accuſat. & tenetur, homicidas, ſacrilegos, maleficos, & impios de terra perdere, vt dicit
cap. Regum 23. quæſt. 5. d cap. Rex eadem,
quæſt. cum concordantibus, iux. illud Exodi
22. maleficos nõ patieris viuere Io: de Terra rub contra Rebell. art. 2. tract. 2. concl. 1.
8 Rex † ſuorum ſubditorum curam habere
debet ſecundum Affl. in cap. 1. §. poſt Natale, de pace tenend. protegere, & ab inimicis, maximè Chriſtianæ Fidei, etiam cum
claſſibus, & armis defendere, iux. cap. Valentianus 66. diſtinct in fin. Luc. de Pern. in
9 rubr. de Princ. agend. lib. 12. & ipſe † Rex
Eccleſiarum, & Chriſtianæ Fidei Religionis
defenſor eſſe debet, iuxta cap. Princeps, &
cap. Rex 20. quæſt. 5. ad quod faciunt notata
in cap. ex tero. e, de foro cõpet. in c. nouit,
de iudic. & in Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 2. dicitur
Principes de iure diuino Protectores Eccle-
10 ſię eſſe debent, & † Reges debent Epiſcopis
reuerentiã præbere, quia Principũ colla Sacerdotum genibus ſubmittuntur, c. certum,
10. diſt. c. duo ſunt in fin. 96. diſt. & de bono
ſtatu Eccleſiæ prouidere, ead. diſt. cap boni,
Luc. de Penna in rubr. de Princip. agend. C.
lib. 12. vbi ad hoc alia dicit.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio III.

THEMA.

Rex vti pater, tutor, adminiſtrator, & maritus Reipublicæ, teneatur eum diligere, protegere, prouidere, gubernare, & defendere in concordia, de qua aliqua, & alia ad quæ Rex tenetur.

SVMMARIVM.

1 *REx eſt pater communis omnium ſuorum vaxallorũ in eius dominio exiſtentium, & totius Reipublicæ.*
2 *Imperator pater ſe appellat.*
3 *Rex eſt pater Populi ad gubernandum, ad dilectionem, & eorum commoda vti propria.*
4 *Rex, ſiue Princeps eſt Reipublicæ maritus.*
5 *Rex eſt tutor Regnorum.*
6 *Rex eſt Regno datus, vt gubernet. & regat vti pater, tutor, adminiſtrator, & maritus.*
7 *Reges mali, & impÿ ſunt, qui non niſi imperare cogitant.*
8 *Pater patriæ nomen cur Imperatori datum.*
9 *Reges, & Principes ſunt ſydera iblendentes ſuper omnibus.*
10 *Regis officium eſt vt in Regno quietè viuant. & milites habere oportet.*
11 *Concordia parua res creſcunt.*
12 *Tria ſunt probata coram Deo, & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, & vir, & vxor bene inter eos conſentire.*
13 *Rex bonus vita & conſeruatio Regni.*
14 *Reditus Regni ſunt ſtipendia Regum, vt iuſtitiam faciant.*

1 REx † eſt pater communis omniũ ſuorum vaxallorum, & ſubditorum in ſuo Regno exiſtentium ex totius Reipublicæ, argum. l.ſi quis filium, C.de inoffic. teſtam. Luc.de Penna in l.qui cõditioni col.2. C.de his qui ſpont.mun.publ.ſube.lib.10. & in l.1.& 2. de ſuperindict. eod.lib. Afflict.in cap.1.§.ſed nec eſt alia nu.57.quę ſit prim. caut.benefic.amitt.& in c.2.de prohib.feud. alien.per Lothar.Roland.à Valle conſ.18. lib.2. Hippol.Rimin. conſ.45.num.58.lib.4.
Iſern.quæ ſint regal.prope nu.82.vbi Princeps communis pater omnium dicitur, in auth. neque mirum, quod ex ſe Det.in fine, & habet ſubditos in poteſtate ſicut pater filios, in auth. de inceſt.nupt. §.dubitatum, Paris de Puteo in tract.de re milit. cap.an.
2 Reges contendentes num.10. † & publicus, & pijſſimus pater ſe appellat Imperator, in l.ſi quis in ſuo, C. de inoffic. teſtam. & in auth.vt Iudic. ſine quoq.ſuffrag. §.eos, collat.2. Paris de Put.in tract.de ſyndic. cap.r. de exceſſ.Reg.num.77. D.Thom. lib.5. de regim.Princ. Franc.Top.de poteſt.Princ.ſęcular. §.6.nu.8. Gigas de crim.læſæ Maieſt. q.7.num.4.Reg.de Ponte in tract.de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit. §.8. num.40. Reg.Valenz.conſ.99.nu.73. & vt pater ſub-
3 ditos diligere debet, quia † eſt pater ad gubernationem, & ad dilectionem, & eorum commoda vti ptopria reputare debet, vt in l.1.in fin.C.de caduc.toll.& in d.§.eos, auth. vt Iudic.ſine quoq.ſuffrag.& damna eorum remouere debet bonum Reipublicæ, & ſtatum Regni ſuo ingenio augere debet, l.obſeruandum, l.obſeruandum, ff.de offic.Pręſid. §.ob quam, in auth de reſtit.& ea, quæ parent.Paris de Put.in d.tract.de ſyndic.c.1.
4 num. 77. & † Rex, ſiue Princeps, maritus Reipublicę dicitur, iuxta illud Luciani Poetæ in ſecunda vbi patet ibiq; maritus; nam ſicut inter virum, & vxorem matrimonium carnale contrahitur, & œconomicum, ſic inter Principem, & Rempublicam matrimonium morale, & politicũ, & ſicut in Eccleſia, & Prælatum matrimonium ſpirituale contrahitur, & diuinum, c.ſcire 7.q.1.quam ipſe Prælatus caſtè regere debet, ita Princeps in Republica, & Reſpublica in Prin-
5 cipe: eſtq; † Rex tutor Regnorum ſuorũ, vt tradit Hieron.Vida lib.2. de Republ. dignit.Simanc.lib.3.de Republ cap.4.num.2. & fuit ſententia Platonis dialog.11. de leg. Senec.lib.1.de Clement c.4. & vt talis Doctor dieq; laborare debet ope, & conſilijs, l.3.in princ.de offic.Præfect.Vigil.vt tradit Gulielm.Rouill.lib.3.de iuſtit.& iniuſtit. in prohem. nu.2.& licet Regnum ſit Regi da-
6 tum: tamen † Rex eſt Regno datus, vt ipſum gubernat, & reget vti pater, tutor, adminiſtrator, ac maritus Reipublicæ, & Populorum, & dicitur Rex cum Populis arcta catena deuictus, vt illis præeſt, ſed ipſorum
7 cauſa, & † mali, & improbi dicuntur illi, qui in Imperio, non niſi imperare cogitant; nam pater, tutor, adminiſtrator, & maritus pro bono Reipubl.elaborare debet, vt diximus. Nam Dion.Caſſius lib 53.patris nomen ideo Imperatoribus fuit impoſitum, vt honorificum,

ſicum, atque paterni amoris potius quam
tirãnicæ poteſtatis eo nomine admonerentur,
& e cõtra ſub vno eodem paterno amore ei ſatisfacerent. Plin. in panegir. ad Traianum, verſ. ne tu melius, Senec. d. lib. 1 de clement. cap. 10. & cap. 15. ait: (Hoc quod
8 † parenti, etiam Principi faciendum eſt, quẽ
appellamus patrem Patriæ, non adulatione vana adducti.) cętera enim cognomina honori data ſunt, magnos, & felices, & auguſtos diximus, & ambitioſè Maieſtati, quidquid potuimus illis hoc tribuentes, patrem quidem Patriæ appellamus, vt ſciret, datam ſibi poteſtata Patriam, quæ eſt ſemper aſpiratiſſima liberis conſulens, ſuaq; poſt illos reponẽs, tradit Io. Petr. Cermin. in Rapſod. de recta Regni adminiſtratione c. 28. Henning. Arniſ. lib. 1 de Republ. cap. 4. ſect. 1. nu. 27. & idem Cerminat. d. num. 28. ex Ariſtot.
9 lib. 2. Cœlo, & Mundo tradit † Reges, &
Principes ſicut ſidera, quæ ſplendorem habent, ſuper mortales ſupereminẽt, ſed mortaliter vſibus deſeruiunt, ſic regulam dignitatem cum munere, officioq; deuictã facit, facereq; debet in ſubditorum vtilitatẽ, quod in filiorum, vt ex l. pactum, C. de pact. l. fin. C. de fideicommiſſ. tradit Iſern. lib. 3. in rub. de ſucceſſ. filiorum Comitum, cum ea, quæ pater, tutor, adminiſtrator, & maritus facere debet Princeps, vt eſt, & diximus, & per Regent. Valenz. d. conſ. 99. nu. 71. & plurib. ſeqq. Reg. de Ponte d. loco de regal impoſit.
10 §. 8. num. 40. & † Regis officium eſt, vt in
Regno quietè viuant, & pax ſit in Populo, pro qua tuenda tenetur, etiam milites habere oportunos, l. 1. §. quies, ff. de offic. Præſ. Vrb. parentis vice exibere ſe debet plebi, l. defenſores la ſeconda, C. de defenſ. Ciuit. & ipſam Rempublicam ab omni improborum inſolentia tueri, l. defenſores, la tertia, eod. tit. maximè contra armorum milites, & alios gallinarum plomatores, qui plebem opprimunt, maximè contra nobiles, qui terribiles ſunt inferioribus, debet remouere contentiones, quæ ſunt diſcordiæ matres, 71. diſtinct. cap. 1. eſt enim concordia pacis Alũna in rebus quidem humanis, natura nihil inuenit amicitia prętantius, nihil concordia contra fortunam maius auxilium
11 dicit, Quintilianus in gladiatore † concor-
dia paruæ res creſcunt, diſcordia maxima dilabuntur. ait Saluſt. in Iugurtino, ad hoc l. generaliter in princ. ff. de vſufr. legato,
12 † tria enim sũt probata apud & curã Deo,
& hominibus, cõcordia fratrum, amor proximorum, & vir, & vxor bene ſibi conſentientes, vt in Eccleſiaſt. cap. 25. in princ. & alia de concordia, & diſcordia, per Luc. de Penna in l. Irenarchæ, C. de Irenarch. lib. 10.
13 & ſicut anima eſt vita corporis, ſic & † Rex
bonus vita, & cõuerſatio Regni, Io. de Terrarub. contra rebell. art. 3. concl. 2. & in addit. lit. A. & dicit Dominus: Facite iudicium, & iuſtitiã, & liberate vi oppreſſum de manu calumn. per Hierem. cap. 22. & tradit Luc. de Penna in l. Iudices col. vlt. C. de dignit. lib. 10. Fulgoſ. conſ. 20. in fine, vbi ait hanc eſſe communem opinionem Fuſcus concl. 333. verſ. Rex, Aluar. in ſpecul. Pontif. &
14 Reg. cap. 54. nu. 7. & 20. verſ. vnde, † re-
ditus Regni, & prouentus tanquam ſtipendia eius ſunt ad iuſtitiam miniſtrandam, D. Thom. 2. 2. q. 63. Afflict. deciſ. 205. nu. 80. & 81. Ribadeneir. lib. 2. de virtutibus Principis chriſtiani cap. 5. ex alijs Reg. Valenz. conſ. 70. num. 14. & latius dicimus in noſtro Amphiteatro Imperij, ſiue Dominij in pluribus reſolutionibus.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio IV.

THEMA.

Dignitas, & honor eſt habere iuriſdictionẽ cum adminiſtratione, & ſi quilibet Dominus feudi cũ Vaxallo, ex quo in Vaxallos iuriſdictionem habet dignitatem conſequitur. communis.

SVMMARIVM.

1 *Dominus eſt Iudex competens vaxallorum ab eadem Curia feuda ſua habentium.*
2 *Dominus intermedius cognoſcit inter ſubinfeudatos non ſuperior.*
3 *Dominus eſt Iudex ordinarius vaxallorum.*
4 *Dominus vti Iudex ſuorum vaxallorum in dignitate & honore conſtitutus eſt.*
5 *Dignitas eſt habere iuriſdictionem cum adminiſtratione, & iudicandi munus eſt honor.*
6 *Baro maiorem dignitatem habet quam Iudex, & habere feudum quaternatum eſt dignitas, & proponitur militi feudatario.*
7 *Vaxallos habere eſt dignitas.*

1 Domi-

Digitized by Google

1 DOminus † eſt Iudex competens de vaxallis ab eadem Curia feuda ſua habẽtibus, cap. 1. de controu. ſeud. apud par. term. Ardizz. in tubt. nu. 138. Curt. iun. p. 7. num. 3. Zaſ. par. 11. num. 7. Duaren. cap. 20. num. 2. Borcold. cap. 10. nu. 1. Roſental. c. 12. concluſ. 1. quod de natura ſeudi eſſe dicit Mozz. de natural. ſeud. cap. 31. Sonsbec. cap. 14. num. 18. verſ. ptimo ergo. Atque ita
2 inter ſubinſeudatos vaxallos cognoſcit Dominus ipſorum intermedius, non ſuperior à quo ſeudum vt primus habet, Curt. iunior par. 4. num. 83. Roſental cap. 12. concl. 1. & Dominus cõcedendo alicui feudum eo ipſo iuriſdictionem beneficiariam, ſiue ſeudalem in vaxallum, & ipſum beneficiũ vt ſcilicet de eo iure feudali, & circa illud ius dicere
3 poſſit acquiret, & † Dominus eſt Iudex ordinarius vaxallorum, vt in cap. præterea ſi inter duos, de prohib. feud. alien. per Feder. in fine, ibique gloſ. Beluiſ. Iſern. num 72. & ſeq. & 89. Bald. num. 1. Aluarot. nu. 1. Laudenſ. num 1. Balzeran. nu. 7. Capyc. in inueſt. feud. cap. ſeudorum iudicia ſol. 254. par. 4. Iudex in feudo eſt &c. Roland. à Valle conſ. 22. num. 18. lib. 4. etiam communem eſſe aſſerit Clar. lib. 4 ſent. §. feudum, q. 90. nu. 5. Duen. reg. 321. inter emphiteotis vero Dominus iuriſdictionem non habet, vt notatur in cap. cœterum, nu. 11. de iudic. Roſental. cap. 12. concluſ. 1. in gloſ. lit. A. & dum
4 eſt † Iudex ſuorum Vaxallorum, in dignitate; & in honore conſtitutus eſſe cenſetur, quia iudicandi ius habet, per text. in l. 1. §. vlt. ff. de conſtit. & in Auth. habita nè fil. pro patr. quod maniſeſtè probatur, cum vti à cœteris dignitatibus, & honoribus ita, & ab hac infamis repellitur, l. cum Prætor, §. non autem, ff. de iudic. & hanc eandem rationem aſcribit Archidiac. in cap. 1. de
5 conſuet. in 6. vbi dicit, † dignitas eſt habere iuriſdictionem, cum adminiſtratione, & communiter Canoniſtę in cap. forus col. 11. verſ. Iudex de verb. ſignif. & alij per Tiraquell. in tract. de Nobil. cap. 28. num. 2. & ſeq. & iudicandi munus eſſe honorem, dicit Io: And. in cap. Paſtoralis col. 2. verſ. per illum tex. in verbis onere, & honore extra de offic. ordin. & in cap. mictere de reg. iur. in 6. in Mercurial. cum Baro, ſiuè Vaxallorum Dominus, nè dum ipſe iuriſdictionem in Vaxallos habet, ſed eam alijs mandare.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio V.

THEMA.

A Rege profluunt honores, dignitates, regales, Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baroniæ, ipſequè Rex Ciuitates erigit, mutat, diuidit, & dat, vt vult. communis.

SVMMARIVM.

1 *PRinceps, Dux Marchio, Comes, & Baro creatur, quando quis à Rege Ciuitatem, Terram, vel feudũ cũ aliqua expoſitiones dignitatibus haberi.*

2 *Dignitates à Rege fluunt, & refluũt Regna & feudo diuidit, & vnit.*

3 *Rex ſolo verbo Ciuitatẽ conſtituit, & ſolo verbo creat Doctorẽ, & res feudales immutare etiam contra leges.*

4 *Rex poteſt diſponere vt Ducatus, Comitatus, & alij, feuda diuidantur inter filios.*

5 *Feudum habens ſaluo regio aſſenſu, vt ab eo teneatur, efficitur Baro, & ſic ſit feudum quaternatum in perſonam vaxalli.*

1 PRimo modo quis† à Rege creatur Princeps, Dux, Marchio, Comes, & Baro, quando à Rege aliqua Ciuitas, Terra, Caſtrum, vel ſeudum cum aliqua dictarum dignitatum conceditur, de quibus ſingulis diximus in part. 4 Dilucid. 11. 12. 13. 14. 16. & quis efficitur talis, vt a Rege creatur, Iſern. in capit. 1. ſi quis de manſo de controuerſ. inueſtit. Laudenſ. in tract. de Princ. num. 235. Bart. in l. 1. C. de dignit lib. 12. & in l. 1. C. de Metrop. Berit. cum ab ipſo Re-
2 ge fluunt, & refluunt omnes dignitates ſecundum Bald. in cap. 1. quis dicit Dux, qui Rex de vna Prouincia poteſt facere duas, vt in l. ſi aliquam de offic. proconſ. & legati per Iſern. in §. cum autem 5. col. de controu. inueſtit. & in duobus Regnis vnum Regem præficere ſecundum Rayner. quem refert, & ſequitur Alber. in l. quoties, C. de precib. Imperat. offer. eſt text. in l. in nomine Domini, C. de offic. præfect. prætor. in 2. col. & de vno ſeudo facere plura ſecundum Iſern. in cap. 1. an ille, qui interfect. fratr. Dom. ſui, & in cap. 1. de controuerſ. feud.

apud

apud par. termin. & in conſtit. Regni hono-
3 rem, † ſolo enim verbo conſtituit Ciuitatem, dicit Laudẽſ. in ſua diſput. & ſolo verbo creat Doctorẽ, dicit Angel. in l. 1. C. ſentent. paſſ. in hoc nullis ſubijcitur regulis ſecundum eundem Iſern. in cap. 1. col. 3. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis &c. quia poteſt res, & bona feudalia immutare etiam contra leges feudales, dicunt Alex conſ. 1. col. 6. lib. 5. Albert. Brun. conſ. 6. & Iaſ. ibi conſ. 10. & de feudo poteſt facere burgenſaticũ, dicit Iſern. in d. cap. & in cap. ſi vero, de pace iuram. firm. Blanc. tit. quæ res poſſ. in feud. dari, & Baroniam in demanium reducere, quod non ſit feudum, Luc. de Penna in l. poſſeſſore, C. de fund. patrimon. lib. 11. & in l. fin. C. de locat. præ. o. ciuil. & in l. contra public. de re milit. lib. 12. & poteſt di-
4 ſponere † quod Ducatus, & Comitatus inter filios diuidantur, Iſern. in cap. 1. col. 3. de feud. March. & in cap. præterea Ducatus 2. col. & cũ de eſſentia regalis dignitatis diximus latè in noſtro Amphitheatro de Imperio, & dominio, & aliqua infra aſtenus hic.

Secundo modo creatur Baro in Regno, ſi habens feudum, vel feuda dat vnum N. ſaluo Regis aſſenſu, vt ab eo, & ſub eo teneatur, & Rex aſſentit tali infeudationi, ex hoc conſtituit ipſum in Baronẽ, & erit Baro ſecundum Iſern. in d. cap. ſimiliter, in 2 col. & in conſtit. poſt mortem, & in conſtit. ſi quis Baro, & ex hoc fit feudum quaternatum in perſona vaxalli, ſeu feudatarij tenentis a Barone, vt per Iſern. in d. conſtitut. ſi aliquis Baro, alias ſi haberet vaxallos, qui non tenerẽt feuda quaternata, ſed ſimpliciter vel Actenaſias, etiã ſub nomine feudi, nõ per hoc eſſet Baro ſub iſta dignitate vocis, & effectus, ſed Capitaneus fortè, vel maior valuaſor ſecundum nomina feudalia, vt dicitur in cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. Fritia de ſubſ. lib. 1. tit. de orig. Baron. n. 39.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio VI.

THEMA.

Rex noſter in iuriſdictione dominij, & Baronijs, dominiũ vtrumque habet directum ſcilicet, & vtile, & dando feudum vaxallo, dominus vaxalli dicitur quo ad iuriſdictionem.

SVMMARIVM.

1 Regnum Neapolitanum, ſiuè Siciliæ de patrimonio Eccleſiæ, & Diui Petri dicitur eſſe, & Rex ipſius feudatarius.

2 Regnum hoc ab Imperio eſt exemptum.

3 Eccleſia, ſiue Summus Põtifex eſt directus Dominus Neapolitani Regni in vniuerſo ſed in ſingulis rebus, & corporibus nihil habet, & num. 5. & 8.

4 Rex quo ad particularia Regni feuda, & alia eſt directus, & vtilis Dominus, & num. 9.

6 Imperator Dominus totius mundi in vniuerſo, & res particulares Regni ſunt in dominio ſingulorum.

7 Rex particulares ſunt in dominio ſingulorum non Domini ſuperioris.

9 Rex eſt directus vtilis, et plenus Dominus.

10 Conceſſo Caſtro per Regem, videtur conceſſum omne id, quod in priuatum tranſire poteſt.

11 Directum dominium, & quendam ſuperioribus remanet penès Summum Pontificem, & reſpectu rerum particularium Rex eſt directus, & vtilis Dominus.

12 Directum, & vtile dominium non eſſe incõuenientes, vt ſit penès vnum reſpectu diuerſorum.

13 Rex reſpectu feudorum Comitum, & Baronum habet directum dominium, & Comites, & Barones habeant vtile dominium.

14 Feudum, & Baroniæ sũt quid vniuerſum, & vna eademque res poteſt diuerſo iure cenſeri.

15 Diuerſa ratio non poteſt dari de eo, quod dicitur in Barone.

10 Directum dominium eſſe Eccleſiã in vniuerſo, ſicut totius Orbis in Imperatore, & Rex ſit vtilis Dominus reſpectu infeudationis, ſed quo ad feuda particularia eſt directus.

17 Feuda miſſa deuoluuntur ad Baronem, & accipiẽs feudum ab aliquo modo dicatur eius vaxallus, ſiue ſeruus.

1 Hoc † Neapolitanum, ſiue Siciliæ citra Pharum Regnum dicitur, quod de Eccleſiæ Romanæ, & Diui Petri patrimonio ſit, & Rex ipſius feudatarius, cap. ad Apoſtolicæ, de ſe t & re iudic. in 6. cap. relatũ 10 q. 3. cap. peruenit 11. q. 1. dicit gloſ. & Cardin. in clement. 1. §. 1. de iure iur. in 6. & in cap. relatum 10. q. 3. Iſern. in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder. num. 83. in fine, & in præl ud. feud. num. 38. vbi de inueſtituris à Summis Pontificibus

factis

2 factis Regibus, & quod † ab Imperio hoc
Regnum ſit exemptum, & in cap.conſtitu-
tiones Domini Lothar. num.2.vbi Liparul.
3 add.lit.K.ex alijs,& quod † Eccleſia, ſiue
Summus Pōtifex ſit directus Dominus Re-
gni in vniuerſo, ſed in ſingulis perſonis, &
rebus nihil habet, dicit Iſern. in prohem.
Conſtit.Regni, cap.in prohemio liquet igi-
tur, Capyc.in repet. cap.Imperialem, verſ.
4 ſexta concluſio fol.27. ſed quo † ad parti-
cularia Regni feuda Comitatus, Baronias,
cęteraſq; res Rex eſt Dominus directus, &
vtilis,authoritate Bald.communiter ſequu-
ta in l.1.C vnde cogn & in l.1.C.vnde legit.
& in hoc Regno eſt abſolutum, firmat Reg.
de Ponte de poteſt.Proreg. §.1.num.13. de
aſſenſ.Reg.iuxta latius cumulata per Capyc.
in ſua inueſtit.in cap.feudorum dominia, &
bene diſcutit, & firmat Reg.Camill.de Cur-
te in ſuo diuerſ.feud.in cap.incip. licet autē
mihi, nu.17.fol.84.par.1. Gramat.conſ.ci-
uil.47.nu.1.& ſeq. ex Iſern.& alijs clarè fir-
mat.& Reg.de Ponte in dec.Collat Conſ.1.
nu.9.recenſet inueſtituras huius Regni prę-
deceſſoribus noſtri Inuictiſſimi Regis fa-
5 ctas, & † Papam in hoc Regno directum
habere dominiū in vniuerſo, præcitati Do-
ctores dicunt, ſicut † de Imperatore quem
totius Orbis Dominum eſſe; plerique Do-
ctores dicunt in l.deprecatio, ff.ad l. Rod.
de iact. reſpectu vniuerſalis dominij in toto
7 Orbe, ſed † res particulares conſideratæ
ſunt in dominio ſingulorum,nō autem Im-
peratoris, ſiue ſuperioris Domini, ita Bart.
in l.1 §.per hac, ff.de reiuendic.& in extra-
uag. ad reprimendum, in verſ.totius Orbis,
Iaſ.in l.cunctos populos, lect.1.& in l.2. C.
de ſumma Trinit.& fide cathol. Alberic. &
Cagnol.in prohem.ff.nu.20. firmat Hippol.
Rimin.in conſ.45.num.72.lib.1. & latè cu-
mulat,& diſcutit Bellug. in ſuo ſpec. Princ.
vbi add.per col.lit A.ſatis diſcutit,Impera-
8 torem eſſe mundi Dominū, ſic † de domi-
nio Summi Pontificis in hoc Neapolitano
Regno, qui habet quandam ſuperioritatem
reſpectu totius Regni in vniuerſo,vt eſt di-
ctum, ſed aliorum feudorum, & particula-
rium rerum, & ſingulorum corporum Re-
gni in Regem directum,& vtilem dominiū,
translatum fuit in ſingulis dominijs, & Ba-
9 ronijs, † eſtq; plenus Dominus qui alienat,
& concedit etiam directum dominium in
Regno vbi eſt conſuetum,dicit Camerar.in
cap.Imperialem,de prohib. feud. alien. per
10 Feder.fol.70.in fin.& 71.in princ. † & con-
ceſſo Caſtro,per Regem concedere videtur
omne id, quod in priuatum concedi poſſet,
dicit Loffred.in ſuo conſ.24.num.12.& ſeq.
licet neuter punctualem rationem guſtaue-
11 rit,quæ eſt quod † penès Summum Ponti-
ficem remanſerit quędam ſuperioritas,ſiue
directum dominium in vniuerſo reſpectu
totius Regni, & reſpectu ipſius rerum par-
ticularium Rex directus, & vtilis Dominus
ſit,vt diximus,& ita communiter concludi-
tur,& latè Afflict.poſt gloſ.& Iſern.in prę-
lud.conſt. q.22.num.6.& 7. Capyc.in d.re-
petit.d.cap.Imperialem fol.27.d.verſ.ſexta
concluſio,Fritia de ſubfeud.lib.1.tit.quis di-
catur Princeps cap.2. colligit Liparul. ad
Iſern.in cap.1.§.prętereа Ducatus,in 2.add.
in princ.poſt nu.12.de cap.Corrad.& ſi Iſer.
in d.cap.1. num.11. de capit. Corrad. dicit,
dominium non eſſe apud duos inſolidum,
non obſtat,cum nō loquatur in caſu noſtro
reſpectu diuerſorū particularium,& reſpe-
12 ctu Vniuerſitatis Regni, & † non eſt incon-
ueniens,vt vnus habeat vtile dominium re-
ſpectu vniuerſi, reſpectu vero rerum par-
ticularium habeat dominium directum, &
dicitur Dominus directus reſpectu ſubfeu-
datariorum,ſiue feudatariorum,qui ab ipſo
feuda tenent; arg.l.3. ff.de reiuend. quam
opinionem tenet Bald. vbi ſupra, Iacobin.
in inueſtit. in verſ. dictiq; vaxalli promiſe-
runt, Laudenſ in cap.penult.ſi vaxall.feud.
priuet.in §.adeo,inſtit.de rer.diuiſ. Iaſ.poſt
alios in l.3. §.è contrario, ff.de acquir.poſſ.
13 hinc eſt,quod † Rex noſter reſpectu Comi-
tatuum, Baroniarum,& feudorū habeat di-
recta iura,Comites,& Barones habent vti-
lia reſpectu Regis, quod contingit diuerſis
reſpectibus; nam Comitatus, Baroniæ, &
feuda reſpectu Regni,ſunt res particulares
reſpectu vero corporiſ,ac Vniuerſitatis,quę
ſub Comitatu,Baronia,vel feudo continen-
14 tur, dicitur quid vniuerſum, cum feudum,
& Baronia ſit Vniuerſitas agrorum, vt per
Iſern.in cap.quid ſit inueſtit.poteſt itaque
vna eademq; res diuerſo iure cenſeri, arg.
text. in l.hinc quæritur, §. poſſum, ff.de pe-
cul.hoc idem dixit gloſ.in conſt.Regni ſi du-
bitatio,in verſ.faciente, videtur de mente
Iſern.licet ad alium finem, in d.cap.Impe-
rialem,in 1.par.add. col.2.& iſtam opinionē
tenet Capyc. in inueſtit. verſ.feudorum do-
minia, in verſ. quaſi vtile dominium feudi,
& in verſ.ſimiliter,licet diſcedat, quod Co-
mites, & Barones non habeant directum
dominium reſpectu ſubfeudatariorum, ſed
Reg.de Ponte vbi ſupra eodem nu.13.dicit,
15 quod † non poteſt dari diuerſa ratio eius,
quod dicitur in Rege,ab eo quod dicimus in
Barone, ſi cōcluſio communis in Rege fun-
datur in iuris communis diſpoſitione, & nō
in particulari priuilegio Regis, ſecundum
Bald.

Bald. & ſequaces, & ex his, & alijs dictis per
D. Regentem contrarijs reſpondentem d.
num. 13. & ſeq. & alijs prædictis habetur,
16 † dominium Regni directum eſſe Eccleſiæ
in vniuerſo, ſicut dominium totius Orbis in
vniuerſo eſt Imperatoris, & vtile dominiũ
eſſe Regis ex inſeudatione illi facta, ſed quo
ad particularia Regni feuda, Rex habet di-
rectum dominium, quod militat etiam in
Barone reſpectu rerum particularium Ba-
roniæ, & non obſtante Conſtit. Regni poſt
mortem, per Capitula Papæ Honorij ſubla-
17 ta, quod † feuda mixta ad Baronem de-
uoluuntur. & qui alicui vaxallo feudum dat,
Dominus vaxalli dicitur, quod patet ex diſ-
finitione feudi, & ex iuramento quod præ-
ſtat, cap. vnic. de noua forma fidelit. & feudũ
datur, vt vaxallus ſeruiat, & ſeruire nihil
aliud eſt, quam ſeruum eſſe, l. vxori, ff. vlt. de
ritu, & vſufruct. legat. & vaxallus vt liber-
tus inquit, ſed qui Domino feudum ſeruit,
non eſt ſeruus Domino feudi, Laudenſ. de
feudis in cap. vnic. in princ. num. 53. de his,
qui feud. dar. poſſ. & ſi placet vaxallum vo-
care, non erit ſeruus, qualis deſcribitur in
l. ſeruorum, ff. de ſtatu homin. in l. 1. & 2. de
his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. ſunt de iure
perſon. inſtit. & ita Hiſtorici ſeruos diſtin-
guunt apud Diogenem Laertium, apud Ze-
nonem.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio VII.

THEMA.

Rex in Regno ſuo iura Imperij habet, & fortius quia ſuperiorem non recognoſcit, & plus Imperatoris quia Regnum ad hæredem trãſmittit, Imperator non. communis.

SVMMARIVM.

1 *REx in Regno ſuo eſt Imperator, & iura Imperij habet.*
2 *Rex in ſuo Regno ſupremam habet iuriſdictionem, & poteſtatem, & num. 4.*
3 *Rex maiorem poteſtatem habet in Regno ſuo, quam Imperator in Imperio, & Regnum tranſmittit ad filios, & Imperator non.*
4 *Rex in ſuis Regnis ſupremam habet poteſtatem.*
5 *Imperatoris quod dicitur habet locum in Rege.*
6 *Rex ſuperiorem non recognoſcens ea, quæ Imperij ſunt, exercere poteſt.*
7 *Rex vtriuſque Siciliæ non ſubeſt Imperatori.*
8 *Rex Hiſpaniarum Imperatorem non recognoſcit.*
9 *Rex Gallorum Imperatorem non recognoſcit.*
10 *Rex Angliæ, & alij ſuperiorem non recognoſcunt.*

1 ORe Dei per vocem Samuelis † Rex
in Regno ſuo eſt Imperator, 1. Reg.
cap. 8. ibi iura Reges, qui imperaturus eſt,
per quem text. quilibet Rex in Regno ſuo
dicitur Imperator, & in eo eandem habet
prærogatiuam, quam Imperator in terris
Imperij, Bald. in cap. cum veniſſent, de eo,
qui mitt. in poſſeſſ. cauſ. rei ſeruand. Andr.
Barbat. in cap. poſt ceſſionem, de probat.
gloſ. in tract. Io. de Terrarub. contra rel. eſſ.
art. 10. tract. 3. idem Bald. in l. exempto, col.
fin. C. de probat. in auth. hoc amplius, col. 2.
verſ. quæro an filij Regis, C. de fideicõmiſſ.
& in prohem. digeſtor. col. 3. verſ. item nota,
2 & in d. cap. cum veniſſent, col. 2. dicit † Re-
gem in Regno Imperatorem, & poſſe iudi-
care, & ſcripturas ſuo ſigillo ad probandũ
roborare, cum ipſe Rex ſupremam iuriſdi-
ctionem in ipſo Regno habeat, & ita tenet
Franc. Curt. conſ. 49. col. 33. & 34. ibi nono
oſtenditur, firmat, & ſequitur Cortet. in
Apoſtill. incip. Ciuitas non recognoſcens
3 Imperatorem, de conſtit. immo † Rex in
ſuis Regnis maiorem poteſtatem habet quã
Imperator, Cardin. Alexand. in cap. quę ſint
regal. Caſſan. in conſuet. Burgund. in rubr. 8.
in gloſ. le Baſtard. & in cathal. glor. mund.
part. 5. conſid. 35. cũ Regna Regis tranſeunt
ad filium, & Imperatoris Imperium non,
cap. licet, de voto, vbi gloſ. & communiter
DD. Iſern. de his, qui feud. dar. poſſ. num. 11.
4 vbi add. latè verſ. realis, dicit, quod † Rex in
ſuis Regnis ſupremam habet poteſtatem,
Luc. de Penna in l. 1. C. de conductor. col. 2.
circa med. lib. 11. Loffred. conſ. 1. num. 190.
Boer. deciſ. 149. nu. 9. Frecc. de ſubfeud. lib. 1.
de orig. Baron. num. 3. & ideo quod de Im-
5 peratore † dicitur habet locum in Rege,
in l. penult. C. de donat. inter vir. & vxor. ſe-
cundum Bald. notat Oldrad. conſil. 131. Vt
in eius de quo quæritur idem Bald. in cap.
Imperialem, de prohib. feud. alien. per Fe-
deric. in rubr. de conſtit. 1. lect. num. 12. vbi
adden-

Digitized by Google

addentes maximè cum in temporalibus ſuperiorē non recognoſcat, cap.per venerabilem, qui filij ſint legit. gloſ.in pragm. ſanctione, in prohem. in 1. & 2. gloſ.& ex quo
6 ſuperiorem non † recognoſcit ea, quæ ſunt Imperij exercere poteſt, Alexand. conſ. 2. col.4. quod repetit in conſ. 88 lib.2. & faciunt, quæ dicit Felyn. in cap.quæ in Eccleſiarum, col.12. extra de conſtit. & quæ notanter dicit Oldrad.in conſ.69. incip. cõſueuit dubitari, vbi de hoc valdè diſputat, refert, & firmat Caſſan. in d.rubr.8. num. 25. fol.287.in cathal.glor.mund.d.conſid.35.&
7 quod † Rex noſter vtriuſque Siciliæ de iure non ſubeat Imperio, habetur in clement. paſtoralis, de ſent.& re iudic. Iſern.in prohem.feudor. nu.38. vbi latè addent in verſ. exemptum, Addit.in tract.Io.de Terrarub. contra rebell.tract 3.art.3.concluſ.14.verſ. idem Rex Siciliæ fol.35.ater. col.2 Bart.& moderni in l.in omnibus, ff.ad Senat. Conſ. Trebell. Iaſon in l.cunctos populos col 2. verſ.omnes nationes, C de ſumma Trinit.& fide cathol. & DD. in cap.cum à nobis, de teſt. faciunt notata per eundem Bart. in l. hoſtes, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. & in ſpecie de Regno Apuleæ 19.q.3. cap. monaſterium, Abb. in cap.cum inter vniuerſas eodem, qui Rex vtriuſque Siciliæ in omnibus ſuis Regnis ſaltim de facto ſuperiorem
8 non recognoſcit † Card.in conſ.128 incip. quæſtio quæ vertitur, Ruin. in conſil.131. num.8.lib.1. & ex alijs ſuperius dictis.& de Hiſpaniarum Regnis, quæ à faucibus hoſtiũ eruerent, Reges ſuperiorem non ſubiunt, gloſ.in cap.ſi neceſſe, de donat. inter vir. & vxor. facit gloſ. & ibi DD in cap. Adrianus 63.diſtinct. Guliel.à Monte Ferrat.in tract. de ſucceſſ. Regum. in reſponſo ad primum
9 dubium num.40. † de Regno Galliæ, quod Rex Imperatori non ſubſit, dicit Imol.in cap.venerabilem, de elect.poteſtat.nu.1.& in cap.1. nu.1.de iure iur. Io.Lup. in repet. rubr.de donat.inter vir.& vxor ſol,2.col.1. quod nec de iure, nec de facto Imperatorem cognoſcit, Petr.Iacob.de Aurel. in ſua pract.libell.in cap.ponit omnes, quod ipſe cepit dictum N. in guerra Flandrenſi, vbi
10 latè de guerra Galliæ. De Rege † Angliæ, ſimiliter de Anglico dicit Luc. de Penna in l.cum pro alia, C.de colon.paleſt.lib.11.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio VIII.

THEMA.

Infeudatio ſi fit à Rege, vel cũ eius aſſenſu nobilitat, ſi autem ab alio ſubinfeudante mediocrem nobilitatem confert.

SVMMARIVM.

1 *INfeudationes nobilitare.*
2 *Feudi poſſeſſionem nobilitat, quia paradogium inducit.*
3 *Feudum an iuriſdictio nobilitat.*
4 *Premium nobilitatis eſt habere ſubditos.*
5 *Subfeudum quod ab alio quam à Rege tenetur mediocrem nobilitatem confert, dum poſſidet.*
6 *Subfeudatarius Baronis ſi habet caſtrum cum vaxallis cenſetur nobilis, ſi in ſubinfeudatione Regius interuenit aſſenſus.*
7 *Nobilitates, dignitates & honores à Rege fluunt.*
8 *Feudum etiam inhabitatum cum regio aſſenſu conceſſo, fit feudum quaternatum ſecundum quid.*
9 *Feudum quaternatum nobilitatem prębet.*
10 *Feudum ſine vaxallis etiam ſi à Rege teneatur, non habet paradogium, id eſt nobilitatem non confert.*
11 *Feudum cum vaxallis habens etiam quod teneat ab alio eſt nobilis.*
12 *Feudum quodcumque per Regem conceſſũ in feudum nobile feudatarius efficitur nobilis. & ita etiam in alieno feudo cum regio aſſenſu ita conceſſum.*
13 *Feudum à Rege, vel cum eius aſſenſu in feudum nobile conceſſum intentio Regis ipſum nobilitare facit, quæ mens eſt attendenda*
14 *Intentio non verbis, ſed verba intentioni famulari debent.*
15 *Sententiæ proponenda ſunt ſicut anima corpori.*
16 *Mens eſt radix verborum, & eius ſubſtantia prima, & cor Imperator linguæ.*
17 *Lingua cedit cordi, & ſub iugo mẽtis verba conſiſtunt tanquam ſuo proprio originali.*

1 INfeudationes † nobilitare dicit ſimpliciter Iſern. in cap.1. §.perſona, circa

medium

Digitized by Google

medium, ſi à Rege, vel cum ſuo aſſenſu ſint
factæ. quia paradogium confert, alias qualẽ
qualem nobilitatem per hoc conferunt, &
idem propè medium dicit idem Iſern. in
cap. 1. col. 1. verſ. item propter dignitatem,
2 de cap. qui cur. vend. nempè id, quod † feu-
di poſſeſſorem nobilitat, quia paradogium
inducit per cap. 1. quis dicatur Dux, Comes,
Marchio, illum ſimpliciter ſequitur Guid.
Papa ſingul. 486. verſ. inſeudatio, & iterum
deciſ. 385. Tiraq. in ſuo tract. de nobilit. c. 7.
3 nu. 2. † feudũ an nobilitet, vel iuriſdictio, &
hoc propter dignitatem quam confert in
ſuos vaxallos, vt per in d. cap. 1. de cap. qui
cur. vend. ſequitur Luc. de Penna in l. mu-
lieres col. 2. C. de dignit. lib. 12. allegat text.
in §. volumus, in auth. vt Iudic. ſine quoquo
4 ſuffragio, † premiũ eſſe nobilitatis habere
ſubditos, & in §. nos igitur, de defenſ. Ciuit.
idem voluit Det. in conſ. 129. factum propo-
nitur lib. 2. Guid. Pap. deciſ. 415. & ex alijs
Fritia vbi ſupra in cap. quis dicatur ſubfeu-
5 datarius num. 13. & etiam † ſubfeudũ quod
ab alio quã à Rege teneret, mediocre nobi-
litatem conferre, ſecundum Iſern. in cap. 1.
verſ. cęteri vero, quis dicatur Dux, in cap.
filij nati, ſi de feud. fuer. controuerſ. & in
cap. 1. §. ſi vero contingerit, de pace iuram.
firm. ſequitur Zaſ. in ſuo tract. de feud. &
catenus durat, quatenus ſubfeudum poſſi-
det, cum illud aliená do extinguitur, ex no-
tatis per Iſern. in cap. 1. in fine princ. de ca-
pit. qui cur. vend. & ſecundum Luc. de Pen.
in l. cum neque, in fin. C. de incol. lib. 10. &
6 † ſi feudatarius poſſideret in feudum ca-
ſtrum, quamuis cum mediocra vaxallorum
habitationes cenſeretur nobilis, etiã quod à
Barone feudum recognoſcat, quia in con-
ceſſione feudi accedit confirmatio, & aſſen-
ſus Regis, & videtur ab ipſo Rege obtineri,
per l. obtinere, ff. de verb. ſignif. per Frit. in
d. cap. quis dicatur feudatarius num. 11. &
7 ſeq. à † Rege fluunt, & refluunt nobilitates,
& omnes dignitates, & honores, vt diximus,
& ex hoc dicere poſſumus, quod hoc proce-
8 deret etiam in † feudo inhabitato cum Re-
gio aſſenſu cõceſſo, quia fit feudum quater-
natum ſecundũ quid, vt per Iſern. in Conſt.
Regni vt de ſucceſſionibus, Camer. in cap.
Imperialem fol. 69. de quo latius ſupra in
9 dilucid. 61. partis ſeptimæ, & per † feudum
quaternatum contrahitur nobilitas, Iſern.
in d. cap. quis dicatur Dux, & in d. cap. 1. de
capit. qui cur. vend. Afflict. in prohem. conſt.
huius Regni q. 25. paulò ante finem, & ſi idẽ
Afflict. in cap 1. quis dicatur Dux, & quod
habeat vaxallos copioſè, ſiue feudum ſit
10 nouum, ſiue ſit antiquum, & † vbi habet à
Rege, & non haberet vaxallos, non haberet
paradogium, ideſt nobilitatem nõ conferat,
niſi Princeps feciſſet eum nobilem, quod ſi
11 † feudum haberet vaxallus, & ab inferiore
concederetur cum Regio aſſenſu induceretur
tur nobilitas, igitur qui pręeſt alicui Caſtro,
vel villæ, vbi ſunt vaxalli, dicitur habere
nobilitatem, & dignitatem, vt videtur velle
Io. Andr. in cap. cum olim, de præbend. Bal.
ibidem cap. 1. & in cap. vlt. col. 6. nu. 88. di-
cit, feudum etiam quod datur à Rege, non
nobilitare niſi ſub ſe haberet vaxallos, ſed
12 videtur dicendum, quod ſi † Rex quod-
cumque feudum concederet in feudum no-
bile, per talem inſeudationem infeudatum
nobilitari, & ſic etiam ſi alius cum Regio
aſſenſu concederet, eſſet idem, quia Regem
dediſſe videtur, & dum conceditur aliquid
in feudum nobile, ab Imperatore, vel Rege
in ſuo Regno, vel ab alio, qui ius habet con-
ferendi nobilitatem ex declarata intẽtione,
quia in feudum nobile conceditur, videtur
feudatarium ipſum nobilitare velle, & eius
voluntas ex expreſſis verbis eſt attendẽda,
l. cum virum, C. de fideicõmiſſ. Hippol. Ri-
conſ. 85. num. 18. lib. 1. & ab ipſa voluntate
non eſſe recedendum, l. non aliter, de leg. 3.
13 & Rex dum † concedit in feudum nobile,
mentẽ habuit feudatariũ nobilitare, alias nõ
ita cõceſſiſſet, & eius mens eſt attendenda,
Bald. in l. quoniam indignum, C. de teſtam.
14 cum non † intentio verbis, ſed intentioni
verba famulari debent, cap. humanæ aures
23. q. 5. ſi non dixit expreſsè feudatarium
nobilitare, tamen ex conceſſione in feudum
nobile habetur, ex expreſſis verbis, & men-
15 te, ſicq; proponendæ † ſunt ſententiæ ver-
bis, vt anima corpori, cap. ſedilo 28. diſtinct.
Iaſ. conſ. 108. num. 2. lib. 4. Bald. in cap. man-
16 datũ, de reſcript. inquit: quod † mens eſt
radix verborum, & eius ſubſtantia prima;
nam cor eſt Imperator linguæ, & habet cau
ſam ſicut mancipium in iuriſdictione ſua,
vltra quæ idẽ Bal. paulò inferius dicit, quod
ſemper eſt recurrendum ad intentionem
17 diſponentis, ſiue concedentis, quia † cedit
lingua cordi, & ſub iugo mentis verba con-
ſiſtunt tanquam ſuo proprio, & digniori,
hinc & Baldo fuit conformis Berous conſ.
104. num. 164. lib. 2. citans text. in l. fin. C. de
liber. præter. corrupto titulo pro Codice de
fideicommiſſ. & dixi in meo conſ. 70. nu. 10.
& ſeq. vnde dilucidatum remanet, facta
cõceſſione in feudum nobile à Rege, vel ab
alio cum Regio aſſenſu infeudatus, de tali
feudo nobilitatur.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio IX.

THEMA.

Dominus, & vaxallus ſunt correlatiua, & inter eos mutua eſt obligatio, & ad paria iudicari debent exceptis caſibus, de quibus infra.

SVMMARIVM.

1 *Dominus, & vaxallus ſunt correlatiua, & ſtatutũ in vno extenditur ad aliud.*
2 *Dominus, & vaxallus ad paria iudicantur.*
3 *Dominus, & vaxallus mutua obligatione tenentur.*
4 *Dominus feudi terribilis eſt.*
5 *Dominus, & vaxallus ad paria iudicantur, niſi ſtatuto aliud appareat, vel ratio manifeſta aliud ſuadeat.*
6 *Feudum cum ſit beneficium gratuitum, recipiens naturaliter ad antidora tenetur non ciuiliter.*

1 DOminus, † vaxallus ſunt relatiua, &
correlatiua, & ſtatutum in vno corre-
latiuorum extenditur ad aliud, l.fin. C. de
indict. viduit. tollend. per quam correlati-
uorum regulam, idem in Domino, quod in
2 vaxallo dicendum eſt, & † vterque ad pa-
ria iudicantur. dicit text.in cap.1.in fin.de
form.fidel.qui text.canonizatur in cap.2. de
forma 22.q.5. & ibi gloſ.in verſ. vicem pa-
tet in cap.1. §.ſi enim in fin. quid ſit inueſt.
& in cap.1. §.fin.de milit.vaxall.qui cõtum.
eſt, Iſern. in cap.1. §.porrò in fine, quæ ſit
prim.cauſ.benefic.amitt. §.qui Domino, eo-
dem titulo, & in cap.1. §.fin. hic finitur lex,
Feder. & in cap.1. §.ex eadem lege num.9.
de lege Corrad. Bald. in l. ſi is qui, ff. de
adopt.& in cap.1.qualiter Domin. proprie.
priuet. Afflict.in d.cap.1.de form.fidelit.nu.
13. & in cap.1. §.item qui Domino nu.11.
quæ fuit prim.cauſ. benefic. amitt. & in de-
ciſ.265. nu.2. & diſpoſitum in vno, cenſetur
diſpoſitũ in alio, Afflict.in d cap.1.de form.
fidelit.nu.12. Aluarot.in cap.1. §.præterea,
3 not.2. quid ſit inueſt. & vterq; mutua obli-
tione teneantur, tradit Rauenn. in d.cap.1.
verſ & ſcias ſecundum, de form.fidelit. vbi
Schench. Baro dicit: (Dominus quoque in
his omnibus vicem fideli ſuo redere debet)
continere tantam iuris diſpoſitionẽ, ſecun-
4 dum Aluarot.ibi, † feudi Dominus terribi-
lis, ſecundum Bald.ibidem, quo loco Otro-
man. dicit notatione dignum eſſe, idem
docuerunt Zaſ.par.7.num.16.& par.10.nu.
80. Roſental. cap 9.concl.62.nu.6.& 7. di-
5 cit omnibus hoc in ore eſt † Dominum, &
vaxallum ad paria iudicari, niſi apparere
reperiantur ſtatuta differẽtia, aut ratio ma-
nifeſta aliud ſuadeat, per d.cap.1. in fin. de
form fidelit vbi omnes DD.gloſ.penult.in
cap.1.verſ ſacramẽta.de prohib.feud.alien.
per Federic. facit cap. Domino committen-
te, & ibi DD. ſi de feud.defunct.controuerſ.
fuer. Capyc.in inueſt.feud. cap.feudorum
dominia, §.parilitas cum ſeq. fol.170.& ſeq.
Sonsbech.par 10.num.1.& ſeq. Vueſembec.
cap.9. num.1 Hannetton.lib.1.feud.cap.12.
Duaren.in comment.feud.cap.13.nu.7.Sche-
neid.par.5.num.125.& ſeq. Scrader.in tract.
feud. par.5.cap.4.num.15 par.6.cap.7.nu.2.
& paſſim par.10 ſect 6.num.140.204.& 220.
ſect.8. num.18. ſect.12.num.74. Vulteius de
feud.cap.10.num.37.lib.1. Intrigl.q.62.nu.1.
2. 3. & ſeq. vbi multas fallentias recenſet,
latè Surd.in tract.de aliment.tit.1.q.56.per
totam, Nicol.Fuerard.in locis legalibus lo-
co à correlatiuo nu.11.Bald.conſ.188.verſ.
& ad Dominum &c. lib.2. & conſ.97. lib.3.
Alexand. conſ.15 num.5.lib.1. Corn. conſ.
321.in hac conſultatione num.3.lib.4.Brun.
conſ.109.num 9. Aluarot.inter conſ Bruni
conſ.121.num.40.& ſeq. Io.Iacob. de Leo-
nard. conſ.117.num.114.cum ſeq. Crauett.
conſ.241.num.7. Menoch. conſ.99.nu.133.
& ſeq. conſ.226.nu 163.& ſeq. & conſ.264.
nu.27.& ſeq.lib.3. Roſental. de feud. cap.8.
6 concluſ.1.in gloſ.lit C. & cum † feudum ſit
beneficium recipiens, naturaliter ad antido-
ra tenetur non autem ciuiliter, l. ſed, & ſi
lege, §.conſuluit, ff.de petit.hæred.& quod
Dominus fideli ſuo viciſſim obligatur, non
tam ex feudi diffinitione quam ob fidelita-
tem vaxalli, & ſic in quandam conſequen-
tiam ob viciſſitudinis, & paritatis vicẽ eue-
nire credo, dicit Roſental. de feud. cap.1.
concluſ.2.num 9.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio X.

THEMA.

Regula prædicta quod Dominus, & vaxallus ad paria iudicãtur, quin- decim

decim habet fallentias, quarum rum prima eſt, quod Dominus non iurat fidelitatẽ vaxalli, communior, & verior.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus iurat fidelitatem Domino ſuo, & Dominus vaxallo non. & hæc eſt prima fallentia, quod ad paria iudicantur.*

2 *Dominus, & vaxallus ſuo pares vices redere teneatur, & ſic iurat fidelitatem, tamen prima opinio eſt verior.*

3 *Vaxallus ſtrictius Domino tenetur, quam Dominus ei.*

4 *Periurus, & perfidus intelligitur vaxallus, non Dominus qui non iurat.*

5 *Patronus liberto ſuo nõ iurat ſicut libertus patrono.*

6 *Domini fidei contra vaxallum non dubitandum.*

7 *Dominus debet iuuare vaxallum, & propter tanta, quæ promittit vaxallus tenetur, & ad antidora ad tantundem vaxallo.*

AFflict. in deciſ. ſua 265. num. 3. dicit dictam regulam, quod Dominus ad paria iudicetur cum vaxallis primam ſallentiam eſſe,
1 quod † vaxallus iurat fidelitatem Domino ſuo, vt in cap. 1. de forma qua vaxall. iur. fidel. cum duob. ſeqq. tit. ſed Dominus non iurat fidelitatẽ ſuis vaxallis, allegat cap. 1. de form. fidelit. cap. 1. qualit. Domin. propr. priuet. & cap. Domino, ſi de feud. fuer. controu. inter agnat. & in cap. nullas, per quos fiat inueſtit. & ſecundum Iſern. in d. cap. 1. de forma fidelit. & in d. cap. 1. qualit. propr. priuet. Iacob. de Bellouiſ. in cap. 1. de form. fidelit. & ibidem Laudenſ. num. 8. Aluarot. ibidem nu. 7. Præpoſit. ibidem nu. 3. ibi, ſed in contrarium eſt veritas, Feder. Schenc. nu. 2. & eſſe hanc communem interpretum ſententiam, ibidem teſtatur Petr. de Rauenna Io. Raynaud. in §. fin. nu. 9. Aluarot. ibidem num. 2. ibique Afflict. num. 2. & Petr. de Rauenna de prohib. feud. alien. per Federic. Ardizzon. in ſua ſumma rubr. 142. Gulielm. Hannetton. lib. feud. cap. 17. Duaren. cap. 17. num. 7. & communem teſtatur Iacob. de S. Georg in verſ. qui quidem inueſtiti nu. 16. communiter tenent DD. in cap. 1. de forma fidelit. vbi Rauenna teſtatur hanc eſſe crebriorem refert Schench. Baro in d. §. Dominus num. 2. Iul. Clar. q. 21. & 27. communem ſimiliter dicit Capyc. in cap. feudorum iuramenta col. 2. §. Dominus namque, Zaſius
2 par. 7. num. 57. & ſi † videretur dicendum contrarium, quia Dominus in his omnibus ad quæ vaxallus tenetur Domino, in illis Dominus debet vaxallo ſuo pares vices redere, alioquin ipſe Dominus malæ fidei eſt, vt in d. cap. 1. §. Dominus quoque, in tit. de form. fidelit. & in d. cap. de forma 22. q. 5. ſicut ergo vaxallus tenetur iurare fidelitatem Domino, ita videtur è contra, quod videtur tenere gloſ. pen. in cap. Imperialem, §. fin. in verſ. Sacramento, de prohib. feud. alien. per Federic. ſed prima opinio eſt verior, & communior; nam licet Dominus te-
3 neatur vaxallo, tamen † ſtrictius tenetur vaxallus Domino, & Dominus non iurat, quia in iure non eſt expreſſum, & ſi in fine dicti §. Dominus, dicatur tantum (Dominus quoque in his omnibus omnibus vicẽ fideli ſuo redere debet, quod ſi nõ fecerit, merito cenſebitur mala, ſicut ille, qui in eorum præuaricatione, vel faciendo, vel committendo deprehenſus fuerit perfidus, & periurus.) ex quo vltimo verbo periurus poſſet dici Dominum ad iurandum teneri non poteſt eſſe, quia periurium abſque præcedenti iuramento non committitur, ſed aduerte, quod text. adducit ſimile, quod non eſt idem dicens, ſicut ille, qui in eorum præ-
4 uaricatione &c. fuerit † periurus, & loquitur de vaxallo, explicat Iſern. ibidem verbum, ille dicens, ſicut vaxallus, quia ſiue cõſentiat, ſiue faciat, & perfidus, & periurus cum non de Domino intelligatur. Prima opinio verior remanet, & communior ex
5 ſuperius dictis, etiam argum. † patroni, qui liberto ſuo non iurat, vt maximè ipſe à liberto ius iurandũ præſtetur, per l. qui bona, §. pœn. ff. de damn. infect. ratione differentiæ hanc vulgo eſſe putant, quo conſuetudinibus feudalibus aliud cautum non ſit, vt diximus. Sed putarem Ego id tribui honori Domini tanquam ſuperiori, & de cu-
6 ius † fide erga vaxallũ minus dubitari poſſit, cum tant'opere ipſe dilexerit, vt & feudum, ideſt beneficium ipſi ederit, dicit Vulteius de feud. cap. 10. nu. 37. & proinde cum tali Domini primę opinionis concludendũ eſt quam veram, & communem dicit etiam Scheneid. par. 5. nu. 135. Scrader. par. 6. c. 7. nu. 9. & ſeq. Vueſemb. par. 8. nu. 20. Schench. in cap. Domino num. 2. ſi de feud. defunct. controuerſ. fuer. & ex alijs Afflict. in d. deciſ. 265. num. 4. & ſeq. dicit, ex vrbanitate
7 † Dominum debere iurare vaxallum, & nõ deſinam dicere, quod ex eodem contractu feudali, in quo vaxallus ad tot ſe obligat, &

iur.t. Dominus vero teretur ad antidora, ad tantundem vaxallo abſq; iuramento dicit Præpoſit. in d.cap. 1. de form.fidelit. & Vrſill.ad Affl:&.d.deciſ.265.poſt nu.2.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XI.

THEMA.

Dominus pręcipit vaxallis in quibus habet iuriſdictionē, non autē vaxalli Domino, in quem nullā habent iuriſdictionem.

SVMMARIVM.

1 *Dominus præcipit vaxallo, & in eum habet iuriſdictionem.*
2 *Vaxallus nihil poteſt Domino præcipere, nec iuriſdictionem vllam imperatiuam in eum habet.*
3 *Vaxalli, & ſubditi habentur loco materiæ naturæ ſubiectione Domini loco formæ naturæ ſubiectæ.*
4 *Filius debet obedire parentibus, & non è conuerſo.*
5 *Obedientia per obedientiam poſſidetur.*
6 *Vaſconi nō ſubſunt Regi Angliæ, niſi ipſo præſente.*

1 Secunda fal'entia eſt in materia imperatiua iuriſdictionali, nam † Dñus pręcipit vaxallo, & in eum habet iuriſdictionem, vt in l.Imperialem, §.præterea inter duos, de prohib.feud.alien.per Federic, cap Domino committit, ſi de feud. controuerſ.fuer. per
2 Iſern.in cap.1.quid ſit inueſtit.ſed vaxallus nihil poteſt Domino præcipere, nec iuriſdictionem aliquam habet in eum imperatiuā,
3 ſed ſubiectiuam; nam † vaxalli, & ſubditi habētur loco materiæ, cuius natura eſt ſubiectum paſſionis: Domini habētur loco formæ, cuius natura eſt actiua in ſubiacentem materiam, & ſicut in naturalibus materia debet eſſe obediens formæ, quia actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito, vt dicit Philoſoph. in 2.de anima: ſic in arte iuris ciuilis vnde præceptum non facit quē Prælatum, ſed obedientia ſuppoſitorū; hæc notanter inquit Bald.in cap.1.col.12.de his qui feud.dar.poſſ. & ſic etiam dicimus, quod
4 † filius debet obedire parentibus, & non è conuerſo vt notatur in l. veluti, ff. de iuſtit. & iure, & propterea dicimus, quod per ſolum præceptum quod facit Dominus, non probatur iuriſdictio Domini, niſi probetur, quod ſubditi obedierunt præcepto, & id dicebat Bald. in cap.de maiorit.& obed. quod
5 † obedientia per obedientiā poſſidetur, & qui præcipit, & ſibi non imperatur nihil in alium poſſidet, ſubdens, quod ſubditi deſiderant præſentiam Regis, & multum letentur
6 de ipſo, & ideo † Vaſcones dicit, quod non ſubeunt Regi Angliæ niſi ipſo præſente, vt notatur in l. 1. ff.de offic.Præſid. nam vt ait Innoc.in cap quapropter, de electio. dulcius eſt bibere de aqua fontis, quam de aqua currenti.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio XII.

THEMA.

Dominus in vaxallum delinquens, non cadit à feudi proprietate, ſi eſt Rex, aut non recognoſcēs ſuperiorē, ſicut priuatur vaxallus feudo in dominum delinquens, & eſt tertia fallentia, quod ad paria non iudicantur.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus delinquens in Dominum amittit feudum, & Dominus in vaxallum proprietatem ſi non eſt Rex, vel ſuperiorem non recognoſcit.*
2 *Papa eſt omnis, & ſuper omnia.*
3 *Obligatio generalis, & aſſenſus generalis non comprehendit Ciuitates, & loca titulata, niſi expreſſe dicatur, & nu.6.*
4 *Dignitas Epiſcopatus non venit appellatione dignitatis, quia eſt culmen dignitatis.*
5 *Feuda titulata differunt ab alijs feudis, quia ſunt indiuidua.*

1 Illud quod dicitur ſi † vaxallus delinquat contra Dominum, amittit feudum, & ſi Dominus cōtra vaxallum amittit proprietatem, & ſic directum dominium, vt in cap.1.qualiter Domin.propriet.priuet.non habet locum quando Dominus directus eſt Rex, vel Dominus non recognoſcens ſuperiorem, vt ſi deliquit in vaxallum, non propterea

Digitized by Google

ſtěrea cadit à proprietate feudi, vel Regni, & hæc eſt tertia fallentia, quod non iudicatur ad paria, vt concludit Luc. de Penna in l. in ſacris, C. de proxim. ſacr. ſcrin. circ. fin. lib. 12. idem firmat Bald. in cap. 1. quib. dom. propriet. priuet. vbi dicit, quod ille tex. non habet locum in Dominis magnis, prout sũt
3 Reges, prout dicimus in † Papa, qui eſt omnis, & ſuper omnia, & ſic ille text. loquens de Dominis, non habet locum, quia in generali locutione non veniunt magnæ perſonę, prout firmat Luc. de Penna in loco præal-
3 legato, ideo in † aſſenſu præſtito ſuper obligatione bonorum feudalium facta per aliquem Ducem, vel alium Titulatum non intelligitur præſtitus, vt ſit obligata Ciuitas, vel alia Terra, aut Caſtrum vbi eſt titulus, niſi expreſsè dicatur in obligatione bonorum feudalium, & Ciuitatum, aut locorum, qui ſunt titulo dignitatis decorati, ſicut di-
4 cimus, quod dignitas † Epiſcopatus non venit appellatione dignitatis, quia eſt culmen dignitatis, vt dicit gloſ. in cap. 2. de prębend. lib. 6. & notat Card. Florent. in clem. 1. not. 5. de renunc. per illum text. & Abb. Siculus in cap. ſolitæ 3. col. de maior. & obed. & pro hoc bonum textum, quia periculorũ, de ſentent. excommun. lib. 6. & quia iſta
5 † feuda titulatą differũt ab alijs feudis, quia ſunt indiuidua, vt in cap. Imperialē, §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per
6 Federic. & † feuda titulata in generali obligatione nō venire ſicut illud, quod alterius naturæ eſt, nec venit, vt dicit Io. Andr. in cap. ex litteris, de iure patr. & ex alijs prædicta firmat Afflict. in d. deciſ. 265. à nu. 17. vſque ad nu. 24. ibique Vrſill. addens à nu. 10. vſque ad 21. ex alijs multis comprobat.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio XIII.

THEMA.

Dominus Eccleſiaſticus ſi deliquit in vaxallum, Eccleſia proprietate feudi nō priuatur, ſicut vaxallus priuaretur, ſi deliquerit in Dominum, & hæc eſt quarta fallentia, quod dominus, & vaxallus ad paria iudicantur.

Quia breuis non opus alio Summario.

Cap. primum, qualit. dom. propr. priuet. non habet locum in Domino Eccleſiaſtico, vt in Prælato habēte vaxallos, vt ſi Prę latus delinquat, non propterea Eccleſia perdit proprietatem feudi, ſicut illud amitteret vaxallus, ſi ipſe delictum commiſiſſet vaxallus, vt concludit Iſern. in cap. 1. §. fin. de capit. Corrad. vbi plura ad propoſitum ponit Afflict. in d. deciſ. 265. num. 24. & huius fallentiæ quartæ, quod Dominus, & vaxallus ad paria iudicentur, ratio eſt, quia Prælatus conditionem Eccleſiæ deteriorare non poteſt, Curt in tract. feud. par. 2. fol. 9. & ex alijs Vrſill. ad Afflict. in d. deciſ. 265. num. 21. & ſeq.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XIV.

THEMA.

Dicta regula non procedit in pœna conuētionali, & pacto inter Dominum, & vaxallum, & hæc eſt quinta fallentia.

Quia breuis non opus alio Summario.

Regula prędicta Dominum, & vaxallum ad paria iudicari, in pœna conuentionali non procedit; nam ſi vaxallus promiſit certum determinatum ſeruitium ſoluendum in tempore determinato, ſub certa pœna, & Dominus aliquid ei promiſit, ſi Dominus venit contra pactum, non tenetur ad ſimilē pœnam, ad quam tenetur vaxallus ſi contrauenit, & dicit Bald. in d. cap. 1. qual. dom. propriet. feud. priuet. volens, quod dictum cap. non habet locum niſi in pœna legali, & non in conuentionali, quia in contractibus non fit extenſio de perſona ad perſonam, l. miles, ff. de teſtam. milit. l. ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, cum ſimil. ff. de verb. oblig. & per Afflict. in d. deciſ. 265. num. 25. & 26. & hæc eſt quinta fallētia, quod Dominus, & vaxallus ad paria iudicantur.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XV.

THEMA.

Quando in Domino concurrit diuerſa ratio quam in vaxallo non iudicantur ad paria, & hæc eſt ſexta fallentia.

SUMMARIUM.

1 *Diſpoſitum in vno, non cenſetur diſpoſitum in alio.*
2 *Vaxallus debet Domino reuerentiã, & nõ Dominus vaxallo.*
3 *Vaxallus nunquam agit contra Regium Fiſcum, niſi habita licentia.*
4 *Vaxallus debet cogitare Dominum ſuum bonum, & ſanctum.*
5 *Vaxallus debet Regem Dominum timere, quia poteſt aliquid de facto agere.*

QVando in Domino concurrit diuerſa
ratio quam in vaxallo, tunc non iudi-
1 cantur ad paria, & † diſpoſitum in
vno ex eis, non cenſetur diſpoſitum in alio,
argumento legis inter ſtipulantem, §. ſacrã,
ff. de verb. obligat. ibi: (hæc diſſimilia ſunt)
faciunt notata in l. ſi conuenit, ff. de pact. &
notat Cyn. & Angel. in l. fin. C. de indict. vi-
duit. tollend. & propterea dicimus, quod
2 † vaxallus debet Domino reuerentiam,
ſed Dominus non debet reuerentiã vaxallo,
vt dicit Luc. de Penna in l. 2. C. quib. cauſ.
3 colo. lib. 11. & ideo † vaxallus nunquam
poterit agere contra Fiſcum Regium, niſi
prius habita licentia, ſecundum Iſern. in
cap. 1. de cap. Corradi, quod non eſt ſic in
4 Domino, item † vaxallus ſemper debet co-
gitare Dominum ſuum eſſe bonum, & ſan-
ctum, ſicut libertas, vt in l. honori, ff. de ob-
ſeq. Parro. præſtãd. & hoc idem voluit Spe-
culat. de accuſatore §. 1. verſ. item libertus,
5 item † vaxallus debet ipſum Regem time-
re, quia poteſt aliquid de facto agere, vt di-
cit Iſern. in tit. quæ ſit prim. cauſ. benefic.
amitt. quia habet Rex multa priuilegia, de
quibus per Afflict. in tit. quæ ſint regalia, &
Mart. Laud. in tract. de Princ. & hęc eſt ſexta
fallentia, vt dixit Afflict. in d. deciſ. 265. nu.
27. & ſeq.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XVI.

THEMA.

Dominus repertus adulterantem vxorem vaxalli, vel cum filia, nõ poteſt ab eo occidi, ſicut vaxallus concurbitans vxorem Domini.

Quia breuis non opus alio Summario.

DOminus non poteſt occidi à vaxallo, ſi eum reperit adulterantem vxorem ſuã, vel eius filiam, ſicut poteſt Dominus, è contra arg. l. marito, §. 1. & l. adulterium, §. liberto, ff. ad l. Iul. de adulter. nam DD. equiparant vaxallũ cum liberto, vt pluries hoc dixit Luc. de Penna in l. 2. C. in quib. cauſ. colo. lib. 11. ac Iſern. in pluribus locis, & dixit Afflict. in d. deciſ. 265. num. 30. & hanc fallentiam firmat Paris de Puteo in tract. ſyndic. in verſ. officialis offenſa, Silua Nupt. fol. 74. & nonnulli relati per Boer. deciſ. 317. num. 1. tangam num. 6. vbi dicit, quod hoc non procederet, quando vxor Domini non fuiſſet, ſed pellex, & ex alijs Vrſill. ad Affl. in d. dec. 265. nu. 29. & hęc eſt 7. fallent.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio XVII.

THEMA.

Delictum Domini in vaxallum non transfert feudi proprietatem in vaxallum, ſicut è contra.

Quia breuis non opus alio Summario.

DOminus delinquẽs in vaxallum proprietas feudi, non acquiritur vaxallo, ſicut acquiritur illud vtile dominium feudi Domino propter delictum vaxalli, vt concludit Iſern. in §. Domino committente, tit. ſi de feud. controuerſ. ſit inter Dom. & agnat. ibi: (vel expone ſiue in alium, in quo ſcilicet vaxallus ſit offenſus) vt ſi verberaſſet familiam, id eſt famulum vaxalli in ſigillationem, & dedecus vaxalli ff. de iniur. l. item apud, & hæc videtur verior, quia vaxallus

eſt ſub-

eſt ſubditus Domino non è contra in his; quæ tangunt vaxallum, ſufficit parilitatem ſeruare, ex quibus verbis ita concludere Iſern. dicſt Afflict. in d.deciſ.265. num.31. Domino delinquente in vaxallum proprietatem feudi non acquiri vaxallo, idem firmat Iacob. de S.Georg. de feud. in verſ. dictiq; vaxalli num.22. ibi, dicens in contrarium determinabitis, & dicetis, quod ad inſtantiam vaxalli Dominus non priuabitur proprietate, quia vtile eſt vaxallo, quia interim non tenebitur præſtare ſeruitia Domino, cap.1. hic finitur lex, & incip conſuet. Regni, & hæc eſt octaua ſallentia, quod Dominus, & vaxallus ad patia iudicantur.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XVIII.

THEMA.

Dominus litigans cum vaxallo, non iurat de calumnia ſicut vaxallus, ſed contrariũ reſoluitur, ſcilicet quod in cauſis feudalibus nõ iuratur de calumnia.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ in cauſis feudalibus per vaxallum non exigitur à Domino, nec è contra.*

2 *Iuramentum calumniæ omitti non poſſe, & ſi omittatur poſt petitum, omnia acta ſunt nulla.*

3 *Iuramentum calumniæ dari in praxi non vigere.*

4 *Ius idem ſibi dicit, quòd ipſe alijs dixit, & quod tibi non vis, alteri ne feceris.*

5 *Romandiola pro Roncalia vbi Imperatores ſollemne ſe congregabant.*

6 *Placentia quia pulcra ita dicta.*

7 *Iuramentum ſi in initio litis ex vtraque parte requirebatur nõ tamen calumniæ.*

8 *Iuramentũ calumniæ ſi in initio litis feudalis tamen Doctores dicunt hoc ceſſare.*

9 *Fidelitatem ſemel iurata amplius vaxallus non iurat.*

1 IN cauſa † feudali, quæ vertitur inter Dominum, & vaxallum, iuramentum calumniæ vaxallus à Domino non exigit; ita dicit text. in cap.1. §. in quibus, de conſuet. recti feudi, nec Dominus à vaxallo, ſed Doctores ex conuenientia, & hoc maximè obtinere in Dominis Regnorum, vel aliam dignitatem Regalem habentibus, in quibus maior, & ſpectata integritas adeſt Afflict. in d.deciſ.265.num.31. per d.§. in quibus, & ex notatis per Bald. in cap.1. §. ſin autem, de controuerſ. inueſtit dicens, quod hæc eſt nona ſallentia, vt Dominus, & vaxallus ad paria iudicentur, ſed melius Afflict. in præ-
2 lud. Conſtit. Regni q.12. vbi dicit † non eſſe verum tale iuramentum poſſe omitti, contra quæ reſpõdet Ferrar. in caut.2. Socc. iunior conſil. 59. lib.2. quod ſi omittatur poſt fuit petitum omnia acta ſunt nulla, quę
3 tamen † in iudicijs hodiè nõ vigent in praxi ex Paride de ſyndic. & alijs dicit Vrſill. ad deciſ.265.num.42. & quæ dicit Afflict. de tali iuramento calumniæ mihi non placet, cum ſit contra dictum §. vbi ad literam, cum iure conſuetudinario feudorum iuramentũ calumniæ ab eo, qui ius iurandum de iure non præſtatur, neque exigitur, ita expreſsè dicit text. in d.§. in quibus ſacramentum, inquit: calumniæ non exigitur, ideo etiam ex parte Domini intelligẽdum eſt, vt quod quis in alium voluit, eodem iure ipſe vtatur, & hoc quidem ſummam habet ęquitatem, & ſiue cuiuſque indignatione iuſtũ eſt, quis
4 enim aſpernebitur idem † ius ſibi dici, quod ipſe alijs dixit, vel dicit effecit, l.1. quod quiſque iuris, & Rhadamanti lex eſt, teſte Ariſtot. in 5.ethic. cap.5. & ideo Alex. cum aliquem emendabat per præconem dici iubebat, quod tibi fieri non vis, alteri nè feceris: Lamprid. in Alexand. qui dicit illum à Chriſtianis hoc dediciſſe, additur in d.§. in quibus, hoc Federicum Imperatorem in
5 † Romandiola ita conſtituiſſe pro Romandiola, legendũ eſt Roncalia, vt in cap. vnic. in princ. de prohib. feud. alien. per Lothar. Cuiac. in d.§. in quibus, Roncaliæ autem ſunt campi ſupra Padum, non procul à Placentia, in quibus olim Imperatores ſolebat congregare ſollemne. Gunterus lib. 2.

Roncaliã properat rapidis attingere caſtris.
Eſt locus Italiæ modicè ſeiunctus ab Vrbe,
6 *Cui quia pulcra ſitu, placet inde † Placentia nomen.*

7 Et ſi ex Iuſtiniani conſtitutione † vtraque pars initio litis iurare cogitur, ſed non calumniandi animum litem contextari, l. 2. C. de iure iur. prop. calumn. dando, & quamuis hoc iure feudorum nuſquam immutatum reperitur ideo dicendum videba-
8 tur † lite inter Dominum, & vaxallum orta calumniæ iuramentum in initio præſtandum eſſe ſecundum regulam ab Oberto tradi-

traditam in cap.vnic. §. ſtrenuum, de feud. cognit. tamen Doctoribus noſtris placuit calumniæ iuramentum in feudo ceſſare, Hartman.Hartman.lib.2.pract.obſeruat.tit. de feud. obſeruat.46. per d.§.in quibus, de conſuet. recti feudi, ſed ſi mouetur lis inter Dominum, & vaxallũ, ante quam vaxallus præſtiterit iuramentum fidelitatis iurare tenetur, ſed poſt fidelitatis iuramentũ præ-
9 ſtitum, ex quo † iurauit fidelitatẽ, amplius iurare non tenetur, & Dominus in effectu vaxallo obligatus eſt in his, in quibus vaxallus eſt obligatus Domino, c.vnic. §.fin. de form.fidelit. ſine tamen iuramento quia Dominus non iurat, vt ex alijs Borcold.de feud.in cap.10.num.40.Hartman.Hartman. d.obſeruat.46.Vulteius de feud. cap.3.nu.6. lib.2. Mozz.de nat.feud.num.136.Roſental. de feud.cap.12.concluſ.13.in addit.lit.DD. fol.mihi 389.vbi multos congerit.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XIX.

THEMA.

Vaxallus non excipit de dolo, nec actionẽ famoſam contra Dominum ſuum proponit ſine venia.

Quia breuis non opus alio Summario.

Vaxallus contra Dominum ſuum de dolo agere non poteſt, argum.l.apud Celſum §.aduerſus patentes, ff. de dolo, iuncta l. 3. C.de arbitr.& hæc decima Afflict. fallentia, vt per eum in d.deciſ.265. nu.32. nec actionem famoſam contra Dominum vaxallus proponere valet, Caſſan.in cõſuet.Burgund. in verſ. des iuſtices rubr.3. verſ. Ile vaſall. num.12.fol.108.nec accuſare Vrſill.ad Affl. in d.deciſ.265.num.33.

PARTIS VNDECIMÆ,

Dilucidatio XX.

THEMA.

Vaxallus non alienat feudum ſine Domini conſenſu, ſed Dominus ſuum, & directum ſic; ſed quando cum vaxallis alienantur ipſis inuitis non fit, & ad demanium admittuntur. cõmunis,& deciſa.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus ſuum feudum ſine Domini directi aſſenſu non alienat.*
2 *Dominus proprietatem feudi alienare poteſt pari, vel equè idoneo ſine vaxallorũ conſenſu.*
3 *Emphiteuta ſi alienat ſine Domini conſenſu, cadit à iure ſuo, & non alienando Dominus ſuum directum.*
4 *Directum dominium non ſubalternatur vtili.*
5 *Vaxalli non alienantur inuiti.*
6 *Vaxalli de demanio effecti ſunt vtiles Domini.*
7 *Imperator Conſtantinus donauit Romam Papæ cum conſenſu Populi.*
8 *Vaxalli venditi poſſunt de demanio fieri.*

1 Vaxallus † non poteſt ſuum feudum alienare pari ſuo: ſuperiori, vel inferiori ſine Domini conſenſu, vt in cap.Imperi-
2 rialem in princ. cum concord. ſed † Dominus proprietatẽ ſui feudi ſuo pari, vel equè idoneo, vel maiori ſine vaxallorum voluntate, vt voluit Iſern.in cap.1.§.eadem lege, de lege Corrad. & habetur in l.2. C.de iure emphit. Specul.de locat. §.nunc aliqua &c. verſ.93.& hæc eſt vndecima fallentia, quod Dominus, & vaxallus ad paria iudicantur, vt per Afflict.in d.deciſ.265.nu.33. & idem
3 eſt in † emphiteota, qui ſi vult vẽdere ſuas meliorationes, nõ poteſt irrequiſito directo Domino, & ſi alienat, cadit à iure ſuo, l.fin. C.de iure emphit. Dominus tamen directus ius ſuum directum alienare poteſt, & non tenetur emphiteotæ denuntiare, & ſic hoc caſu non ſeruatur, ęqualitas, ſiue æquitas, vt
4 notat Salic.in d.l.fin. & ratio eſt, quia † directum dominium non ſubalternatur vtili, nec ſuperiorem cognoſcit, nec Dominus cauſã habet ab emphiteota, & ideo ſine eo Dominus cui vult ſuum directum alienare poteſt, notat Felyn.in cap.dilecti nu.9. verſ. hominibus inuitis, de maior.& obebient.Iaſ. in d.l.fin.col.6. iuxta iſtum text. Barbat.in cap. quæ in Eccleſiarum nu. 45. de conſtit.
5 ſed † in feudis prædicta vndecima fallentia non procedit in habẽte directum, ſiue vtile dominium cum vaxallis, quia tunc inuitis vaxallis non alienat, nec ſi fuerit Rex, vt eſt text. in d. cap.1. §.ex eadem lege, ibi: Dominus ſine voluntate vaxalli feudum alienare

alienare non poteſt.) & in cap. 1. §. præte-
rea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Fe-
deric. habetur idem. Immo etiam ſi fuerit
6 ✝ Vniuerſitas effecta de demanio, cum ipſa
ſit vtilis dominij Domina, & Rex ſine eius
conſenſu alienare non poteſt, vt per prædi-
cta iura, & eſt gloſ. notabilis cõmuniter ap-
probata in l. inuitos, ff. de fideicommiſſ. li-
bert. eſt etiam gloſ. in auth. vt nõ fiant pign.
verſ. formam col. 5. gloſ. in cap. dilecti, extra
de maiorit. & obedient. & eſt communis re-
gula in d. §. ex eadem lege per feudiſtas vi-
delicet Iacob. de Belloviſ. Petr. de Rauenn.
Præpoſit Aluarot. Mart. Laudenſ. cęteroſq;
ibi ſcribentes Iſern. in d. §. præterea Duca-
tus, verſ. nec Dominus nu. 43. & ſeq. ex alijs
firmat, & in Conſt. Regni perſonas, & Bald.
in cap. generaliter in fine, ſi de feud. fuerit
controuer. inter Domin. & agnat. dicit, quod
7 quando ✝ Imperator Conſtantinus donauit
Vrbem Romæ Papæ Siluestro, fecit cum
conſenſu Populi, & patet in cap. Conſtanti-
nus 96. diſtinct. & in cap. 1. §. ſi quis, verſic.
adde, dicit Hoſtienſ. quo temp. miles, idem
Bal. quod Imperator rem, & honorem ſuo-
rum vaxallorum minuere non poſſit, nec
eos inuitos alienare, reiectis contrarijs fir-
mat in conſ. 327. pridiè enim conſului nu. 4.
& 5. verſ. vltimo ſciendum eſt, quod quęſtio
antiqua fuit &c. lib. 1. Curt. iun in vſib. feud.
par. 6. circa finem, firmat hanc communem
eſſe opinionem, & in conſ. 174. nu. 17. com-
munem, & veram, & magis communem te-
ſtatur Iul. Clar. in §. feudum q. 28. verſ. quę-
ro, eandemq; communem firmat Intrigl. in
ſuo tract. feud. par. 1. q. 98. num. 164. & vltra
feudiſtas firmat in d. cap. dilecti, de maiorit.
& obedient. Innoc. Hoſtienſ. Io Andr. Ant.
de Butr. Abb. & alij canoniſtæ, & iudicatum
firmat ex alijs communibus opinionibus
Ant. Gabr. in ſuis commun. opin. in tit. de iu-
re quæſito non tollendo, concluſ. 8. Capyc.
deciſ. 162. vbi add. num. 1. Vrſill. ad d. deciſ.
Afflict. 265. nu. 36. in fin. communem dicit,
& ex alijs communibus opinionibus, & au-
thoritatibus innumeris, etiam Loffredi im-
pugnationibus reiectis, hanc firmiſſimam,
& magis cummunem opinionem eſſe firmo
in meo conſ. 86. à num. 1. vſque ad num. 48.
8 & per totum, ibique etiam quod ✝ vaxalli
venditi poſſunt ſe ipſos redimere, & de de-
manio effici vltra antiquam obſeruantiam
per multos ibi approbatam, adeſt Regia
Pragmatica in titulo de officio Procurato-
ris Cæſaris, quod Vniuerſitates Regni ad-
mittantur ad demanium petendum infra
annum à die captæ poſſeſſionis, cum ſem-
per fuit communiter obſeruatum ex certa,
& communiori veritate, quod vaxalli in-
uiti non alienantur, in dilucidat. 27. & ſeq. infra latius habetur.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio XXI.

THEMA.

Dominus poteſt offerre pugnã vaxallo, ſed non è contra.

Quia breuis non opus alio Summario.

VAxallus non poteſt in duellum venire cũ Domino, ſed Dominus ſic poteſt vaxallum ad pugnam vocare, dicit Iſern. in cap. 1. §. fin. de alien. feud. patern. & in cap. 1. §. ſi miles, de pace tenenda, Afflict. in d. deciſ. 265. num. 34. & hæc eſt eius duodecima fallentia, quod Dominus, & vaxallus ad paria iudicantur, & prædictam limitationem in caſibus à iure permiſſis, qui ſunt duo, in quibus de iure Conſtit. Regni duellum eſt permiſſum ſ3. in crimine Maieſt. lęſę, & homicidij clandeſtini, prout de his eſt text. in Conſtit. Regni Monomachiam, vbi alia per Afflict. & latè Paris de Puteo in ſuo tract. de duello, de iure notat Det. conſ. 487. in quæſtione qui etiam declarat electionẽ armorum competere prouocato, & in conſ. 486. Magnificus plenius: hodie in hoc Regno per Regias Pragmaticas duella ſunt ſublata, vt ex eis in titulo de duello, & dicit Vrſill. in d. deciſ. Afflict. 265. nu. 37 verſ. circa deciſionem, & duellum eſt prohibitum per Concil. Trid. & per diverſas conſtitutiones Pontificum ſub pœna excommunicationis.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XXII.

THEMA.

Rex vltra regalia, & alia ſuperius dicta habet ordinariam iuriſdictionem in vaxallos, ſed vaxalli nullam iuriſdictionem habẽt in Dominum.

Quia

Quia breuis non opus alio Summario.

REx vltra regalia, & alia ſupradicta habet ordinariam iuriſdictionem, & merum, & mixtum imperium in vaxallos ſuos, & tenentur ſtare iuri coram eo, & ſuis Officialibus, in cap. quæ ſint regalia, & in Conſtit. ea, quæ ad decus, vt dicit Specul. in tit. de feud. §. quoniam, verſ. & nota quod vaxalli, & per Iſern. in Conſtit. Regni. Cum ſatis, & in cap. 1. quid ſit inueſtit. & in cap. Imperialem, §. præterea ſi inter duos, & notatur in clem. paſtoralis, de re iudic. in tantum quod non poteſt conueniri etiam eo volente coram alio Iudice ſine licentia Domini, vt dicit Bald. in l. 1. §. 1. de offic. Præfect. Trb. notant Doctores in l. 1. §. & poſt operis, ff. de noui oper. nunt. & Bald. in d. § præterea ſi inter duos, ſed vaxallus nullam habet iuriſdictionem in Dominum niſi ſubiectiuam, dicit Afflict. in d. deciſ. 265. num. 35. & hæc eſt decimatertia fallentia, quod Dominus, & vaxallus ad paria iudicantur.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XXIII.

THEMA.

Dominus vocabit in ius vaxallum ſuum ſine venia, ſed vaxallus nō ſine venia; ſed aliqui dicunt ambages, cum nō ſit de iure expreſſum.

Quia breuis non opus alio Summario.

SI vaxallus aliquam differentiam cum Domino ſuo, non poteſt eum in iudicio ſine venia vocare, ſed Dominus, ita dicit Specul. in præallegato §. quoniam, in verſ. 17. tit. de feud. & habetur in cap. 1. de milite vaxallo, qui contumax eſt, & hæc eſt decimaquarta fallentia, quod Dominus, & vaxallus ad paria iudicantur, vt per Afflict. in d. deciſ. 265. num. 36. ſed Iacobin. in ſuo tract. feud. contra Afflict. in verſ. dictiq; vaxalli promiſerunt non committere felloniam nu. 48. vbi ait hæc eſſe ambages, ex quo de iure expreſſum non reperitur, quod vaxallus teneatur veniam petere; ſequi videtur Caſſan. in conſuet. Burg. verſ. des iuſtices, rubr. 1. in verſ. le vaſalle num. 7. fol. 108. Vrſill. in d. deciſ. Afflict. 265. num. 38. & quod non poſſit Dominus ſine venia in iudicio vocari à vaxallo, tenet Iaſ. in l generaliter num. 4. ff. de inius voc. & in l. ſi non ſortem, §. libertus, putat hanc contra communē defendi poſſe, Iſern. in cap. 1. §. ſi vero vaxallus in fin. de milit. vaxall. qui contum. eſt, Balzeran. ibidem nu. 25. in fin. num. 33. citat ad hoc Azonem in ſumma C. de inius voc. num. 21. Sonsbech. par. 11 nu. 50. Miſincer. in §. pœnales nu. 50. inſtit. de actio. Zaſ. par. 7. num. 46. & in lib. 1. ſuorum reſponſorum ſingularium part. 3. num 93. quod hæc tutior videtur opinio, & ex alijs Roſental, cap. 10. concluſ. 23. in gloſ. lit. K. & cum reuerentia Dominum adeundum concordant omnes, & conueniendum ſit, gloſ. in §. ſi vero vaxallus, in verſ. ſalua reuerentia, Beluiſ. & Iiern. num. 6. Aluarot. nu. 4. 7. & 8. Nicol. de Neap. Laudenſ. nu. 9. Præpoſit. nu. 3. Rauenn. Afflict. nu. 19. & 44. Schench. num. 2. Balzeran. num. 16. & alij in d. cap. de milit. vaxall. qui contum. eſt, Panormit. in cap. cæterum nu. 15. Felyn. nu. 14. & 15 Det. num. 14. de iudit. Fritia auth. 32. & ex alijs Roſent d. concl. 23. literi I. K. M.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio XXIV.

THEMA.

Dominus feudi proprietatem ſinè vaxalli cōſenſu pignori dare poteſt vaxallus non ſine Domini conſenſu.

Quia breuis non opus alio Summario.

QVod Dominus, & vaxallus ad paria iudicentur vltra prędictas limitationes, ex Afflict. adduco tres alias ſequentes, quarum Prima eſt, quod licet vaxallus non poſſit ſuum feudum pignorare ſine Domini licentia, d. c. Imperialē, de prohib. feud. alien. per Feder. tamen è contra Dominus ſuam proprietatem ſine vaxalli conſenſu pignorare poteſt, ita cōcludunt Iacob. de Bellou. Bald. & cæteri ſcribētes in d. c. Imperialem, ſuper gloſ. f. quę gloſ. iſtam quęſtionem determinat, licet clarè non determinat, dicit Iacob. de S. Georg. in d. ſuo tract. de feud. in verſ. qui quidē inueſtiti nu. 16. fol. 187. ater. verſ. alia diſputans, ibi & eſt 16. limitatio, ꝙ Dominus, & vaxallus ad paria iudicantur, firmat Borcold. de feud. cap 8. nu. 140.

PARTIS

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio XXV.

THEMA.

Vaxallus ſuum vtile dominium in Eccleſia ſine Domini conſenſu non transfert, ſed Dominus directum ſuum ſic, ſi eſt Rex, & capax feudi nõ recognoſcens ſuperiorem, & Eccleſia capax.

Quia breuis non opus alio Summario.

Licet vaxallus ſuum vtile dominium non transfert in Eccleſia ſine licẽtia Domini, cap. 1. ff. inde poteſt, in tit. de feud. alien. tamen directus Dominus poteſt ſuã proprietatem in Eccleſia ſine cõſenſu vaxalli dare, ff. ſi vero contingerit, in tit. de allodijs, & eſt 17. limitatio, quod Dominus, & vaxallus ad paria iudicãtur, quæ procedit, quando Rex, vel ſuperiorem non recognoſcens, donat, alias requireretur directi Domini aſſenſus, vt in omnibus feudorum alienationibus, & diſpoſitionibus requiritur, quia omni iure alienari prohibentur, vt latè diximus in meo conſ. 3. & dum ius permittit, quod Eccleſia poteſt habere feudum, vt videtur cõcludere Iſern. in Conſtit. Regni violentias, & in ff illud, l. Imperialis, de proh.b. feud. alien. per Feder. & dicit Afflict. in deciſ. 361. num. 39. cum aſſenſu directi Domini habere poteſt, & quando à Rege, vel ſuperiore nõ recognoſcente ei donatur, & non aliter.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XXVI.

THEMA.

Vaxallus ſi feudum ſuum pignorat Domino ſuo, non tenebitur Dominus fructus computare in ſortem, ſecus eſt ſi dominus aliquod caſtrum vaxallo pignoraret.

Quia breuis non opus alio Summario.

Vaxallus ſi feudum ſuum pignoraret Domino ſuo, non tenebitur Dominus fructus computare in ſortem, text. eſt notabilis in cap. 1. extra de feud. tamen ſi Dominus pignoraret vaxallo aliquod Caſtrum, vaxallus teneretur computare fructus in ſortem, l. 1. & 2. C. de pignor. action. non obſtat ſi dicatur, quod text. in cap. 1. extra de feudis, loquitur in feudo Eccleſiæ, & in vaxallo pignorante feudum Eccleſiæ, à qua illud tenebat, quia iſtud non eſt ratio ſpecialitatis, ſed ratio illius text. ſecundum Hoſtienſ. ibi, & magis communiter Canoniſtæ, quia quando vaxallus pignorat feudum Domino, Dominus reperitur nè dum habere directum, ſed vtile dominium apud ſe de voluntate vaxalli Dominus dicitur percipere fructus de ſua manu propria, non autem de aliena, nõ eſt ergo mirum, ſi Dominus non tenetur compenſare fructus in ſortem, & ſic tenendum dictum cap. 1. extra de feud. habere locum nè dum quod tenetur ab Eccleſia, ſed in eo, quod tenetur ab aliquo Domino, & ita loquitur Panormit. in d. cap. 1. habetur etiam in cap. 1. de vſur. dicit Iacob. de S. Georg. in tract. de feud. in verſ. qui quidem inueſtiti num. 16. fol. 188. verſ. quarta diſparitas, & ex his patet, quod in prædictis Dominus, & vaxallus non iudicantur ad paria, & in multis alijs, vt patet ex priuilegijs datis Regi, quæ non competunt eius vaxallis, vt per Afflict. in cap. 1. in priuil. Princ. in tit. quæ ſint regal. per Martin. Laudenſ. in tract. de Principe, per Ludouic. Roman. in l. Imperium, ff. de iuriſdict. omn. Iudic. & in tract. de priuileg. Fiſci, quæ Dominus directus, & Dominus vtilis pro feudo ſibi ipſis ad inuicem debentur, & de alijs prærogatiuis, honoribus, & oneribus, vnuſquiſq; ipſorum gaudere debet in hac, & 12. Parte latè, & diſtinctè ſequuntur.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XXVII.

THEMA.

Dominus vaxallos inuitos non alienat, & alienans poſſunt ſe redimere, & redempti ſũt vtiles Domini, & ſine eorum conſenſu nec Rex eos alienare poteſt, & alienans ſoluto pretio efficiuntur de demanio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vaxalli à Domino non alienantur inuiti.*

2 *Vaxalli de demanio effecti ſunt vtiles Domini & Rex ſine eorum conſenſu non alienat & num 5. & 6.*

3 *Imperator Conſtantinus donauit Romam Papæ Siluestro cum conſenſu Populi.*

4 *Vaxallorum honor, & ſtatus ipſis inuitis ab Imperatore non minuitur.*

7 *Loffredi prætenſio declaratur.*

8 *Aſſenſus Domini nō ſolum non ſufficit ad alienandum vaxallos inuitos. ſed nec inueſtitura*

9 *Vaxalli Regij demanij ſunt feudatarij, quia onera prioris Domini ſubſtinent.*

10 *Refutatio Loffredi Conſilij Neuizz. non ſubſiſtit, & quare, num. 13. & 14.*

11 *Vaxalli non poſſunt cogi ad fidelitatem iurandam, etiam ſi eum Curia inuiti alienati fuerint & etiam dolo, fallacia, & quocumque modo ſe redimerint.*

12 *Vaxalli inuiti alienati poſſunt reſiſtere.*

15 *Camilli Salerni doctrina contra noſtram concluſionem non obſtat.*

16 *Vaxalli alienati cum tota Curia tranſeũt, & nu. 24. & 25.*

17 *Imperator libertatem natalium ſine conſenſu non reſtituit.*

18 *Liberi hominis non valet contractatio.*

19 *Afflict. dictum in decis. 265 num. 33. reijcitur, & cōtra eum eſt communis opinio.*

20 *Comparatio nulla dari poteſt inter potentiſſimum Regem noſtrum Philippum Quartum cum alio priuato.*

21 *Dominus ſucceſſor anteceſſoris non hæres demanialia alienare poteſt.*

22 *Hæres ſuorum prædeceſſorum promiſſa attendere debet.*

23 *Vaxalli effecti de demanio de per ſe, & cum conſenſu Domini alienari poſſunt.*

26 *Delegatio inuito debitore fieri non poteſt.*

27 *Vaxallus Regis ſi venditur deterioris conditionis efficitur.*

28 *Vaxallos inuitos vendendi, etiam ſi conſuetudo adſit eſt erronea.*

29 *Ius Domini & vaſſalli à pari procedunt.*

30 *Princeps ſe, & ſubditos conſulere debet.*

31 *Dominus etiam reſpectu rerum vaſſallorum auxiliare debet.*

32 *Vaxallus ſe, & feudum quod habet, nō poteſt ſine Domini conſenſu in alium transferre.*

33 *Ciuitas alteri ſe ſubijcere ſine Domini cōſenſu non poteſt.*

34 *Domino competit actio ad vindicandum ſubditum, ſi alteri ſe ſubmittat, aut obedientiam Domino recuſat.*

35 *Dominus ſi vaxallos inuitos nō transfert, contractus eſt nullus.*

36 *Dominus ſubditos inuitos alienans proprietate priuandus eſt.*

37 *Dominus, & vaxallus in modo priuationis ad paria iudicantur.*

38 *Vaxalli rationes vt inuiti non alienentur.*

39 *Vaxalli de demanio venditi, poſſunt cauſare emptorem. & nouo Domino non obedire, & quare.*

40 *Vaxalli venditi poſſunt opere pretium Domino & effici de demanio ſicut filius ob neceſſitate alienatum efficitur liber ſoluendi pretium.*

REx vaxallos inuitos non alienat, per tex in cap. 1. §. ex eadem lege, de cap. Corrad. vbi legitur (Dominus ſine voluntate vaxalli feudum alienare non poteſt) & in text. in cap. 1. §. præterea Ducatus, verſ. nec Dominus, de prohib. feud alien. per Federic. habetur: (nec Dominus ſine voluntate vaxalli ad alium transfert.) & in cap. ſi quis, quo temp. miles, legitur: (ſi quis fecerit inueſtituram, vel cambium de beneficio ſui militis ſine illius conſenſu, cuius eſt beneficium, pro non facto habetur) & in Longobardis eſt tex. in l. in nomine, §. ſiue in lege inſuper, de benefic. & trib. ibi: (prohibemus vt nullus ſenior de beneficio ſuorum militum, cambium, aut præcarium, aut libellum ſine eorum conſenſu facere præſumat, & ſi iſta duo iura vltima videãtur loqui in poſſeſſore feudi, idem eſt in Vniuerſitate effe-
2 cta de demanio cum ipſa ſit, † vt illius vtilis dominij Domina licet ſub Regis directo, Rex ipſe ſine eius conſenſu alienare non poterit, vt præcedentia iura mandant, & eſt gloſ. notabilis communiter approbata in l. inuitos, ff. de fideicommiſſ. libert. ad literam dicens: (Dominus non poteſt in alium alienare ius vaxalli, vel feudi inuito vaxallo) eſt etiam gloſ. in auth. vt non fiant pignorationes, in verſ. formam col. 5. gloſ. in cap. dilecti, extra de maior. & obed. & eſt communis regula approbata in d. §. ex eadem lege per Feudiſtas videlicet Iacob. Beluiſ. Petr. de Rauenn. Præpoſ. Aluarot. Martin. Laud. cæteroſq; ibi Scribentes, Hern. in d. §. præterea Ducatus, verſ. nec Dominus num. 43. & ſeq. ex alijs firmat, & in Conſtitut. Regni Perſonas, Roffred. in ſua sũma feud. in cap. vtrum Dominus poſſit ius ſuum alienare, verſ. ergo poteſt Dominus, & verſ. ſed per Conſtitutionem fol. 187. Zaſ. de feud. par. 10. num. 80. Franc. Duaren. in cap. feud. cap. 13. num. 7.

num.7.fol.195.Io.Raynald.in comprehenſ. feud in d §.preterea Ducatus num.12. circa medium, verſ. videamus igitur fol. 62. Io. Ferrett. in tubr.feud. in cap. quemadmodū Dom.feud.propr.priuet.fol.229 Burſat.cōſ. 350. Crauett. conſ.963.tit.5. Octomat.inter conſ.moral.conſ.45.& 46.Menoc.conſ.279. lib.3. loquuntur in demanialibus Ducis Sabaudiæ ſuperiorem nō recognoſcentis,Bal. in c.generaliter in fin.ſi de feud.fuer.contr.
3 inter Dom.& agnat.vbi dicit,quod † quando Imperator Cōſtantinus donauit Vrbem Romæ Papæ Siluestro, fecit cum conſenſu Populi,& patet in cap.Conſtantinus 96.diſt. & in cap.1. §. ſi quis, verſ. adde dicit Hoſtienſ.quo temp.miles,idem Bald.quod Im-
4 per. tor † rem, & honorem eorum vaxallorum minuere non poſſit, nec eos inuitos
5 alienare, † reiectis contrarijs firmat in conſ.327.pridiè enim conſului num.4. & 5. verſ.vltimo ſciendum eſt,quod quæſtio antiqua fuit &c. lib.1. Curt. iun. in vſib. feud. par.6. circa finem. firmat hanc communem eſſe opinionem,& in conſ.124. nu.17. communē,& veram,& magis communē teſtatur Iul.Clar.in §.feudum q.28.verſ ſed quæro, eandemque communem firmat Intrigl.in ſuo tract..eud. par.1.q.98.num.164.cent.2. art.81. à num.68. vſque ad 93 & latiſſimè Port.concl.21 num.5. & vltra Feudiſtas firmantio d.cap.dilecti, de maior.& obedient. Innoc.Hoſtien.Io.Andr.Ant.de Butr Abb. & alij Canoniſtæ,&in l.1.C.de nouat. comprobant Petr.de Bellapert ex Azone,Dino, & alijs, Cyn.Luc.de Penna in l.vnic. C.de capit.Ciuit.cen.exim. lib.11. Dec. in cap.1. de probat.& in conſ.564.in cauſa col.3.in fin.num.13.poſt Iaſ.& Angel.in §.item ſeruiana, inſtit. de action. latè congerunt Moderni Hiſpan.16.col. in fine, Fab.de Monte in tract.de empt. & vendit. 11. q.3. quæſt. princ. Ant Corſet.de poteſt.Regis q.4.nu.16. vſque ad num 20. Reſtaur. Caſtald. de Imperat.q.104.nu.8.& 13. Alciat conſ.7.lib.2. alias 77.de demaoialib. qui promiſſionem de non alienando habebant, dicit nouum Dominum recuſare poſſe. Ant.Sola in conſtitut.Sabaudiæ de pact.inter empt & vend. num.65 & 66. Couar in cap.quamuis par.2. lib.4. loquitur expreſsè de demanijs Regis Hiſpaniarū Anna allegat.27. vbi homo demanij poteſt dicere nolo eſſe Baronis, & ſi alleg.69.controuertit, quia vaxallum receperat nouum Dominū ſine contradictione, Conſ.Georg. alleg.15. de Caſalibus Coſentiæ quos Fiſcus prætendebat, poſſe vēdere, & à demanio ſegregare,Præſ.de Franch.deciſ.17.nu.2. Duen.in reg.215. ex multis firmat, & latè more ſolito confirmat Tiraq. de retract.§.26.gloſ.1.num.78. & ſimiliter Neuizan.inter conſ. Bruni 12. Petr.Iacob. in pract de cauſ.ex quib Domin.deb amitt.
6 propr.et. feud. & quod † Dominus non debet ad alium transferre feudum ſine voluntate vaxalli iudicatum, firmat ex pluribus communibus opinionibus Ant Gabr.in ſuis opin. commun. in tit. de iure quæſito non tollend.concluſ.8.Capyc.deciſ.162.vbi add. nu.1. Afflict.in tit de prohib.feud.alien. per Federic. num.3.5.& 60. dicit, quod Rex ex naturali ratione non poteſt vaxallos demaniales eis inuitis donare Baroni & c. & licet in deciſ.265.titubare videtur,tamen Vrſil. in d.deciſ.addens num.36.in fine, hanc communem opinionem vt vaxalli non vendantur inuiti, quam communem firmat Aym. conſ. 241. num.6. & 54. vbi ex pluribus eſt pro nobis Præſ.de Franch. deciſ. 17.num.4. & communem etiam eſſe dicit Grat. in ſuo reſponſ 147.num.7.lib.2.& latè Caſſan. in conſuet.Burgund. rubr.3. num.51.fol.121. hancque concluſionem ex multis firmat Sigiſmund.Loffred. in ſuis parafraſ. feudalib. in verſ.nec Dominus,ibi quod vaxallus &c. fol. 65. ater. & eam impugnare conatur ex pluribus.

Primo,quia conſenſus Domini facit alienationē feudi valere,quod corroborat dum Rex nouas conſtituere poteſt dignitates.

Secundo, quod ſi ut alienatio inuitis vaxallis prohibetur, ita & diuiſio Ducatus, & tamen etiam dignitatum diuiſio cum conſenſu Regis fieri poteſtas.

Tertio, ex eo quod vaxallus Domino volente poteſt feudum refutare.

Quarto prætendit,quod dicta pro noſtra cōcluſione procedūt,quādo Dominus vendit vaxallos tantum recepto territorio, ſed quando alienat totam Curiam valet vaxallis inuitis.

7 Hæc † quatuor fundamēta Loffredi vnico verbo reſoluuntur,& ex eis noſtra concluſio magis firmatur, cum loquantur in caſibus, in quibus adeſt conſenſus Domini, & vaxalli, ergo deficiente conſenſu vaxalli alienatio nō procedit iuxta prædictas communes opiniones, deciſiones, & autho ritates, & in proprijs terminis quod † nè dum
8 aſſenſus Domini, ſed quod nec inueſtitura Domini nihil operatur contra voluntatem vaxalli, eſt text.in d.cap.ſi quis, quo temp. miles,vbi legitur: (ſi quis fecerit inueſtituram, vel cambium de beneficio ſui militis ſine illius conſenſu, cuius fuit beneficium pro non facta habetur.) cum vaxalli Regi demanij ipſimet ſint feudatarij,onera prio-

P ris

ris Domini ſoluentet ipſis inuitis, ad alium
transferri non poſſunt, iuxta noſtram fun-
datam, inconcuſſamq; conclusionem.

Nec obſtat Loffredum ipſum prætende-
re refutare conſ. Neuizz.12. dicentis uon
negare, quin poſſit fieri alienatio cum Vni-
uerſitate, quãdo cum toto Comitatu, & hoc
tantum frętus authoritate ſua, ſed nullam
legẽ allegãtem; nam rogo videatur Neuiz.
in d.conſ. num.107.109. & plur. ſeqq. vbi
innumeris iuribus, authoritatibut, & decisã,
ſic cõcluſionem noſtram firmat, quod feu-
dum vaxallis inuitis alienari nõ poſſint, &
hoc adeo eſt verum, quod tales ſubditi ab
11 alio, quam à ſupremo Domino † venditi
etiam in caſu neceſſitatis, & cum Curia non
poterunt cogi iurare fidelitatem, & eſſent
laudãdi, ſi à tali poteſtate, ſiue per dolum,
ſiue per ſallaciam, quocumque modo ſe re-
dimerent, & priori ſupremo Domino rẽdi-
rent, ex Ign. in d.l.donationes 11.col. C.de
donat. inter vir. & vxor. Neuiz. d.conſ.12.
num.110. firmat, & conſuetudinem Brixiæ
non valere, ex Boer. in lib.de cuſtod. clau.
Port.cart.8.in fine, & cart.17.col.1.ita iudi-
catum firmat Neuiz. ibidem num.112. &
12 nu.113.ex alijs firmat, quod tali caſu † ſub-
diti poſſunt reſiſtere, & quod Loffred. dicit
13 † Neuiz. non negare talem alienationem,
poſſe fieri cum Vniuerſitate vaxallis inuitis,
hoc quidẽ quod Loffred. prætendit. Neuiz.
non dicit, vt ex ſuis dictis colligitur in d.ſuo
conſ.num.118. ſed dicens, non obſtat, immò
quod potuerit, ex quo tranſtulit cum Vni-
uerſitate bonorum, & ſic donando Caſtrum
cum territorio, quia diceretur donatum cũ
Vniuerſitate quando donaſſet totum terri-
torium Aſtenſe, tunc bene diceretur, illud
Caſtrum, vel Villa cum Vniuerſitate Comi-
tatus venire, & ſic vaxallos; licet hoc cum
Vniuerſitate etiam reprobatur à iure: niſi
14 vbi adeſſet cõſuetudo, ex quibus † nihil ad
Loffredi propoſitum Neuiz.dicit, immò to-
tum contrarium, & conſuetudinem repro-
bat, vt dictum eſt, & omnes contrarios ſui
temporis retro validis fundamentis reijcit
dictis numeris 107.109.& ſeq. vſque in finẽ
vbi ponit, arreſtum, ſiue ſententiam qua de-
claratum fuit fructus Caſtri conceſſi eſſe
capiendos per conceſſionariũ à manu The-
ſaurarij, ſeù Perceptoris generalis Comita-
tus Aſtẽſis, & iuriſdictio dictæ villæ, & ter-
ritorij omnimodo exerceatur per officia-
rios Comitatus Aſtenſis, ſeù eiuſdem loci,
vt prius fuerant aſſueti; ergo noſtra con-
cluſio, quod vaxalli non alienantur inuiti
firma remanet, & prædicta faciunt pro re-
ſponſione ad deciſ.Putei 39. in eo, quod cõ-
15 tra nos tenere adducitur. Et ſi † Camillus
Salernus addendo in prohemio Neapolita-
næ conſuetudinis, in verſ.magna eſt Princi-
pis poteſtas fol.44.lit.C. eandem concluſio-
nem ex multis firmãs tribus fallentijs ener-
uare conetur, fallentiæ ipſæ nec minus ob-
ſtant. Nam prima eius fallentia eſt, quando
16 † tota Curia, territorium, & iura feudalia
alienantur per rationem, quia multa cum
Vniuerſitate tranſeunt, quæ ſeparatim non
tranſire, & ſic talem alienationem inuitis
vaxallis valere cõcludit, ex Bald.conſ.327.
lib.1.& conſ.29. lib.3. Guid.Pap.deciſ.239.
Afflict. deciſ.395.num.23. Duen.in 1.limit.
ſuæ reg.215.etiam in ruſticum inferiorem
alienationem fieri poſſe, ex Iſern. in cap. ſi
quis fuerit nu.2. quo temp.mil. & in d.§.ex
eadem lege; & ordinatè procedẽdo quo ad
Bald. in d. conſ.327. ex pluribus noſtram
concluſionem, etiam reiectis contrarijs fir-
mat, & idem in d.conſ.324. dum ibi legitur:
(item laudabile puto, & fortè neceſſarium,
quod interueniat cõſenſus hominum illius
Ciuitatis, cuius ſtatus mutatur, vel quod in
manus feudatarij iurent, & legitur, & nota-
tur ff.de fideicommiſſ.libert.l.inuitus, & de
action.empt.l.Titius; dum hęc iura pro no-
bis loquuntur, noſtra concluſio ex eius di-
ctis firmatur, & loquendo in Papa, ſequi-
tur, quod Papa rei ſuæ eſt moderator, & ar-
biter, & quando vaxallus permutatur in
alium Dominum, non quando in genuus
fieret vaxallus, vt quãdo Rex vendit, quod
ſine vaxalli conſenſu fieri non poteſt, l.fin.
17 ff.de natal. reſtit. vbi legitur: († patrono
conſentiente debet libertas ab Imperatore
natalium reſtitui.) quę lex etiam pro nobis
facit, dum nec Imperator libertatem nata-
lium ſine conſenſu patroni reſtituit, vt ibi-
dem firmat gloſ. & ſi idem Bald. allegat le-
gem, & liberi, ff.de contrah. Empt.& l.inter
ſtipulantem, §.ſacram, ff de verb. obligat.
hæc duo iura nè dum nõ dicunt, quod Prin-
ceps vaxallos inuitos alienare poſſit, ſed quia
18 liberi † hominis non valet contractatio, &
ſic Regij vaxalli, qui liberi dicuntur, vt in
Conſtit.Perſonas, & ex alijs iam dictis, &
infra dicendis, tanto minus alienari poſſunt;
vnde Bald.nihil pro dicto allegãte facit, ſed
potius contra, & ſi aliter dixiſſet, eſſet ſibi
contrarius in pluribus locis ſupra relatis, &
d. deciſ.Guid.Pap.239. & ibi addentes, quod
Dominus ſine voluntate vaxalli nõ poteſt
ius ſuum in alium transferre, adducens re-
latam donationem Imperatoris Cõſtantini,
& ſic noſtram concluſionem nè dùm in d.
deciſ.239. in contrarium adducta, ſed latius
in deciſ.560.firmat, & quod Afflict.dicit in
deciſ.

Digitized by Google

19 † deciſ. 265. nu. 33. ſiquidem firmat quando
alienatio fit in æquè idoneum, vel minorē,
20 ſed nulla penitùs comparatio † eſſe poteſt
inter Potentiſſimum, & inuictiſſimum no-
ſtrum Regem Philippum Quartum, & pri-
uatos homines, immo nullus Rex cum Ma-
ieſtate noſtra comparari poſſit, & eſt ſibi
contrarius, vt diximus ſupra num. 6. contra
eum Afflict. nè dum adſunt tot iura autho-
ritates, & communes opiniones iam dictæ,
ſed particularis communis opinio ad eandē
ipſius deciſ. 265. nu. 36. & ſeq. per Vrſill. ad-
ducta pluribus iuribus, & authoritatibus
comprobata, & cum non ſimus in ſtatu Me-
diolani, vt idem Afflict. in cap. 2. quo temp.
mil. in fin. dicit, quod ſi quis promiſit aliquā
21 Ciuitatē in demanio tenere ſi nō † eſt eius
hęres, poterit ipſius vtile dominiū alienare,
22 ſed qui † hæres eſt, non poterit, & promiſ-
ſa prædeceſſoris ſeruare debet, Vrſill. nu.
37. & primam Duen. limitationem in d. ſua
reg. 215. per Camill. Salern. adductam nec
obſtare, cum ſi bene attendatur Duen. dicit
23 quando † vaxalli alienantur de per ſe, &
ſic cum eorum conſenſu ſi ſuperueniret aſ-
ſenſus Domini abſque dubio valeret, quia
non inuitis vaxallis, quod aliter fieri non
poſſet, iuxta noſtram concluſionem, quam
idem Duen. in d. ſua regula ex innumeris
iuribus, & authoritatibus firmat, & Iſern. in
locis in contrarium allegatis, non dicit va-
xallis inuitis, ſed dicendo ſimpliciter alie-
nari poſſe, intelligitur ipſis conſentientibus
eos alienari poſſe etiam ruſticis, alias eſſet
ſibi contrarius in locis iam dictis vbi firmat
expreſsè, vaxallos inuitos alienari nō poſſe.
24 Circa ſecundam fallentiam, quod ex † ne-
ceſſitate vaxalli alienatur inuiti, fundatam
ex Alex. in conſ. 25. num. 21. lib 5. per cap. 2.
in §. ex eadem lege Corradi, replicatur non
obſtare, cum d. §. ex eadem lege Corradi, &
& eius gloſa totum cōtrarium determinat,
& dum allegat Iacob. de Aren. & Bald. in
l. 2. in princ. ff. ſolut. matrim. Iacob. de Aren.
ibi num. 1. dicit, ſi aliquis Dominus vendat
terram alij conceſſam in feudum, vaxallus
non tenetur iurare fidelitatem, ſuper hoc
dicas, ſi Dominus vendit omnia feudalia
vaxallus tunc tranſit cum Vniuerſitate, l.
quidam, de acquirend. rer. Domin. l. 1. de
fund. dotal. ſi vero tantum terram iſtius va-
xalli, tunc ſeruat iſtam legem, vt ſi non fiat
deterior vaxalli cōditio compellatur, alias
non, per d. §. ex eadem lege Corradi, & de
prohib. feud. alien. per Federic. §. aliud, ex
25 his videtur ſentire, quando † Dominus
trasfert totum Regnum, & omnia feudalia,
vaxallus tunc trāſit cum iſta Vniuerſitate,
ſed ſi vendatur terra iſtius vaxalli, tunc ſer-
ua iſtam legem, vt ſi efficiatur alterius con-
ditionis, non teneatur, & cum vaxallus re-
gij demanij vendatur, clarum eſt, quod con-
ditione diminuitur, ergo Iacob de Aren. vi-
detur cōcludere, vt vaxalli vnius terra par-
ticularis nō alienantur inuiti, maximè quod
adhoc allegat d. § ex eadem lege Corradi,
& cap. præterea Ducatus, qui in indiuiduo
noſtram cōcluſionem comprobant, & idem
cōcludit Bald. in d. l. 2. ff. ſolut. matrim. nu. 6.
dum ibi loquitur de alienatione proprieta-
tis omnium Regni Ciuitatum, Terrarum,
Caſtrorum, & feudorum, & reſidet penès
Regem, dum dicit, ſecus ſi per viam Vni-
uerſitatis; nec minus dum ad hoc allegat
d. l. inuitus, ff. de fideicommiſſ. libert. l. om-
nes, § ſi fures, de vſufruct. quemadm. amitt.
& l. 1. C. de nouat. per Cyn. vbi delegatio
26 † inuito debitore fieri non poteſt, & ſic di-
cta iura noſtram firmant concluſionem, &
ſi allegat Felyn. in d. cap. dilecti, de maiorit.
& obedient. verſ. hominibus inuitis, & Iſern.
& Alex. niſi vaxalli per hoc deterioris con-
27 ditionis efficerentur, quis negare poteſt,
quod ſi vaxallus regius vendatur Baroni,
deterioris conditionis non efficiatur? ergo
ipſimet etiam in caſu propoſito concludūt
vaxallos inuitos alienari nō poſſe, & ex iam
dictis tertia fallentia Camilli Salerni, quæ
28 eſt de † cōſuetudine vendendi vaxallos in-
uitos, reſoluta remanet, etiā quia talis con-
ſuetudo ſi adeſſet erronea eſſet, vt ſupra
fundatum eſt, vnde cōtrarijs reiectis noſtra
concluſio firma remanet, & comprobatur
29 efficaci ratione quia † ius Domini, & va-
xalli à pari procedunt, d. cap. 1. §. ex eadem
lege, de lege Corradi, vbi Aluarot. adducit
text. in d. cap. 1. in fin. notat Bal. in conſ. 188
dicitur, quod opus eſt 2. poſt med. verſ. & ad
Dominum pertinere lib. 2. vbi quod ad Princi-
30 pem † pertinet conſulere non ſolum ſibi,
ſed etiam ſubditis, quia connexus eſt ſtatus
eorum, Afflict. deciſ. 24. col. 4. hoc ampliat
etiam reſpectu rerum, in quibus Dominus
31 tenetur † vaxallo auxilium præſtare, Brun.
32 conſ. 109. col. 3. ideo ſicut † vaxallus, &
ſubditus non poteſt feudum alienare, nec ſe
ipſum in alium transferre in præiudicium
Domini ſine eius conſenſu, Innoc. in cap.
olim il ſecondo, de reſtit. ſpol. Abb. in cap.
cum dilectus de relig. domib. cum simil. no-
ratis per Soccin. conſ. 39. col. 2. lib. 3. vbi etiā
33 quod vna † Ciuitas non poteſt ſe alteri
Domino ſubijcere ſine conſenſu Domini,
niſi eſſet deſtituta omni auxilio ſui Domini,
de quo etiam per Bald. in cap. 1. col. 4. de
iudit. in 2. lect. Brun. conſ. 86. colum. 1. immo

34 ✝ Domino competit actio ad vindicandũ
ſunditum, ſi alteri ſe ſubijciat, aut obedien-
tiam Domino reccuſet, Io.Fab. in §.præiu-
dicia'es col.8. inſtit.de action. Abb.in cap.
inter quatuor, col fin.de maiorit.& obed. &
in cap.auditis, col.5. de præſcript. eodem
35 modo non debet ✝ Princeps vaxallos, aut
ſubditos inuitos in alium non transferre,
cum à pari procedunt, & ſi inuitos alienat,
contractus eſt nullus, & habetur pro non
facto, d cit text. in cap.2. quo temp.mil. &
ibi Scribent. maximè quando ſubditi per
talem alienationem deterioris conditionis
fierent ad exemplum ſi alienentur in mino-
rem Dominum. vt etiam in d. cap. dilecti,
de maiorit. & obedient. tenent Innoc. Ho-
36 ſtienſ.Io.And.& alij, immo ✝ alienans ſub-
ditos inuitos, eorũ proprietate priuari de-
bet, vt eſt communis concluſio quam tenet
Aluarot & communiter Moderni in d.c.2.
37 quo temp.mil. quia in ✝ modo priuationis
Dominus, & vaxallus ad paria iudicantur,
vt eſt text.in cap.5.in fin.de form.fidelit.&
in cap.1.qual.Domin.propr priuet. refert,
& comprobat Curt. conſ.174. num.4. verſ.
immo Dominus, ergo Dominum vaxallos
inuitos vendere non poſſe reiectis contra-
rijs concluſum remanet, quam ex innume-
ris iuribus alijs, & authoritatibus, ac opi-
nionibus communibus firmat Maſtrill. in
ſuo copioſo tractatu de magiſtratibus lib.3.
38 cap.10.nu.35.& ſeq. qui num.36. ✝ vaxalli
demaniales non alienantur inuiti, quia eorũ
intereſt duos Dominos non habere media-
tum, & immediatum, item quia intereſt non
ſubijci ſubſidijs, & præſtationibus, quæ de
iure, & conſuetudine præſtãtur Baronibus,
item intereſt manere ſub potentiori, & no-
biliori Domino, quando totaliter vendun-
tur a Rege alicui nouo Domino minus di-
gno, vel minus nobili, & potenti, vt ex præ-
dictis patet, & infra, & ſeq. dilucidat. quod
39 ✝ vaxalli venditi de demanio effici poſsũt,
& ex quo in iſto caſu quo demaniales ven-
diti poſſunt recuſare, & non obedire nouo
Domino, vt per Alciat Ripa, & alios præci-
tatos, merito ſunt audiendi, nè fiant dete-
rioris conditionis, & nè mutent eorum ſta-
tus, & nè ſubijciãtur obſequijs, & oneribus
Baronis fauore ipſorũ libertatis, & pro eo-
40 rum intereſſe ✝ offerũt Regi pretium, quod
Rex prætendit cõſequi ab emptore, vt tra-
dit Couarr.d.cap quamuis, par.2. §.2 nu.4.
qui allegat Hoſtienſ.& Felyn.in d.cap.dile-
cti, & Marſil.in d.§.cum quidam, & eſt text.
apertus in l.2, C.de patr.qui fil.diſtraxerũt.
vbi ſi filius liber vẽditur à patre ob neceſ-
ſitatem, quia efficitur ſeruus, ideo offerẽdo
do pretium, poteſt filius ad priſtinam liber-
tatem redere, quia de libero ex venditione
fuit effectus ſeruus, & ſic eius cõditio facta
deterior, quia libertatem amiſit, & ex alijs
iuribus, & authoritatibus latius firmamus
in dilucidatione, quãdo vaxalli venditi ſiue
per Regem, vel per alium ad demanium ſo-
luto pretio admittuntur.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XXVIII.

THEMA.

Vaxalli vẽditi etiam vni ſoli, competit actio redimẽdi ſoluto pretio. communis, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *Regentis Ioannis Frãciſci de Ponte, Præſidentis Camilli de Curte, & Conſiliarij Ioannis Andreæ de Georgio dicentium nulla lege cauers vaxallos redemi poſſe, reijcitur.*
2 *Vaxallos venditos poſſe reemi infra annũ à captura poſſeſſionis, per Regiã Pragmaticam ordinatur.*
3 *Vaxallos venditos reemi poſſe, de iure communi cantum eſt, nu.7 8.& 9.*
4 *Vaxallus poſſe reemi de iure feudorum eſt & num. 6.*
10 *Vaxalli Baronum in hoc Regno ſunt, vt in ſeruitute cum multis oneribus obligati, & in ſeruitute eſſe dici poſſe.*
11 *Vaxalli demaniales dicuntur liberi, & ſumma libertas eſt ſub Rege viuere.*
12 *Regis nomen ad dignitatem, honorem, & poteſtatem pertinet, nomen Domini eſt potius ad tirannidem.*
13 *Barones Domini vocantur, robuſti, venatores, ideſt oppreſſores hominum.*
14 *Auguſtus aborrens ſe vocari Dominum fecit edictum, nè Dominus vocaretur.*
15 *Rex ſubditos vocat amicos, & vaxalli Dominorum à lege quaſi ſerui habentur.*
16 *Vaxallis venditis fauore priſtinæ libertatis datur prælatio.*
17 *Vaxalli admittuntur ad demanium ratione conſeruandæ libertatis, & ad euitandum Dominorũ oppreſſiones, & ſic publicæ vtilitatis.*
18 *Vaxallis intereſt vt ius quod eſt penes Regem in alium non transferetur.*
19 *Libertate nihil gratius præſtari poteſt, &*

paria

paria ſunt quem non eſſe in rerum natura,& non eſſe liberum.
20 *Mors eſt melior quam in amaritudine viuere,& nemo bonus niſi cum anima libertatem amittit.*
21 *Seruitus eſt mortis imago libertas vero eſt lumen vitæ noſtræ, & ſemper pro libertate iudicandum.*
22 *Demanij admiſſio obſeruãtia,& vnus admitti ad demanium petendum, & obtinendum deciſum.*
23 *Libertatis,& ſeruitutis materia,quę omnes tangit vnus pro omnibus, vel è cõtra admittitur.*

1 ET ſi † Præſidens Camillus de Curte
in ſuo diuerſ.feud.par. 1. nu. 39.54.65.
& ſeq.fol.8. Regens Io.Franciſcus de Ponte
in tract. de poteſt. Proreg. in tit.de diuerſ.
prouiſ.§.1.num.8.fol.476.& ſeq. & Conſil.
Andr.Georg.in alleg.7.num.1.firmant,va-
xallos venditos ad regium demanium ad-
mitti,nulla lege caueri,ſed ex vſu Tribuna-
lium, inueterataq; conſuetudine inductum
eſſe, de hoc valdè miror in tantis viris cum
nè dum hoc ſit de Iure Regni cautum, ſed
etiam de Iure communi,vt infra.
Primo, nam habemus legem Regni,quę
2 eſt † Pragm.63. in tit. de offic.Proc.Cæſar.
vbi legitur: (Placet, quod de hinc in antea
Vniuerſitates Regni admittantur ad peten-
dum ſe admitti ad regium demanium infra
annum tantum à die capturæ poſſeſſionis)
quæ arctat tempus petendi, tamen præce-
dentiam potentiam præſupponit de præte-
rito nullo tempore definito, dum expreſsè
mandat infra certum tempus in futurum,
& dum talis regia ſanctio fuit prolata de
anno 1588. & prædicti Dñi deinde ſcripſe-
runt talem legem Regni allegare debebant,
& non dicere nulla leg caueri Vniuerſitates
ad regia demania, ſed ex conſuetudine ad-
mitti.
3 Secundo, duo † aperta iura per Præſid.
de Franch notata in decil.17.num.3.& ſunt
text.in l.2.ff.de lib.ingen.eſſe dicit ibi: (ſed
interdum ita concedendum permiſit,ſi pre-
tium concediſſet.) & in l.2.C.de patr.qui fil.
diſtrax.ibi: (ad ingenuitatem propriam re-
dire) & ex §.nec Dominus,inſtit.de noxal.
vbi Io. Fab. hoc expreſsè firmat, quem ſe-
quuntur omnes ibi,& alibi de materia ſeri-
bentes.
4 Tertio, adducitur † text. in cap.1. §.ex
eadẽ lege,de lege Corrad. à nemine ad hoc
tactum,vbi legitur: (Dominum ſine volun-
tate vaſſalli feudum alienare non poteſt.)
5 Quarto,in cap.1.§.præterea Ducatus, de
prohib.feud.alien. per Federic. vbi legitur:
(nec Dominus feudum ſine voluntate vaſ-
ſalli ad alium trãsferre,hæc enim duo iura,
dum dicũt, quod Dominus feudum ſine vo-
luntate vaſſalli non vendat, nec in alium
transferat,quid aliud determinãt, niſi quod
ſine eorum voluntate vaſſalli non vendan-
tur, nec diſtrahantur, & ſe redimere poſ-
ſint, ſi volunt.
6 Quinto,adduco † text.in l.cum & poſtli-
minij ius, C.de poſtlim. reuerſ. ibi: (qui ca-
ptos ab hoſtibus redimerint accepto pretio
redemptos ſuæ ingenuitati reſtituant.)
7 Sexto, text. † in l.ſeruum in princ. ff.de
acquir. hæred. vbi legitur: (vt priſtino Do-
mino extimationẽ omni modo offerat, vel
maneat ei obligatus,donec pretium ſoluat,
quod libertati fauore introductum eſt.
8 Septimo, † in l. Domino à familia, ff. ad
Senat. Conſult. Syllan. legitur: (fauore li-
bertatis liber quidem fieri debet,pretij au-
tem partem ſibi cõtingentem ſocium con-
ſequi oportet.)
Quæ iura cum loquantur fauore liber-
tatis, & nè quis ſeruus efficiatur ſoluendo
pretium redimitur; & in caſu vaſſallorum
regij demanij, vel vt ad regium demanium
reducantur,clarè procedunt,& faciunt,quia
9 † vaſſalli Baronum in Regno quodammo-
do ſunt in ſeruitute redacti, & libertis quã-
doque equiparantur,gloſ.in cap.1.de milit.
vaſſall.qui contum.eſt, Iſern in cap.1.quib.
mod.feud.amitt.& in multis ſimilibus,adeo
quod multis oneribus obligantur Baroni-
bus, de quibus Fritja integrum tract. edidit
de authoritate Baronum contra eorum vaſ-
ſallos, & dum ſunt ſub Barone tot aſtrin-
guntur moleſtijs grauaminibus,& ſeruituti-
bus,quod verè in ſeruitute dici poſſunt,fir-
mat Reg.Camill. de Curte vbi ſupra nu.42.
10 fol.8.ater.& è contra † vaſſalli demania es
dicuntur liberi cum ſumma ſit libertas ſub
Rege viuere,dicit text in Conſt.Regni Per-
ſonas,& auth.de hæred.& falcid.ibi: (aliquã
recipientes libertatem,quod merito omnes
cenſentur liberi,qui nullo medio ad Impe-
rialem celſitudinem,& Regiam Maieſtatem
pertinent, & cum alijs latè congeſtis per
Neuizan.conſ.12.num.95.quod communi-
11 ter ad hoc allegatur.Nomen quippè † Re-
gium ad dignitatem, honoriſq; poteſtatem
pertinet; nomen vero Domini,potius ad ti-
rannidem,vt colligitur 95 diſtinct.cap.eſto,
12 poſt princ. & 94.diſt. cap. † vlt. vocan-
tur enim tales Domini,ſicut Nembrot,Ro-
buſti venatores, ideſt oppreſſores, & ex-
13 tinctores hominũ 6.diſt. in fin. vnde † Au-
guſtus aborrens vocari Dominum fecit edi-

ctum, nè vocaretur Dominus. Orat. 6. ad
14 Auguſtum propè finem. † Rex enim ſibi
ſubditos vocat amicos, l.Diui, ff.de iur.pa-
tronat.& vaſſalli,ſeù homines Dominorum
ab ipſa l.quaſi ſerui habentur, l.nec Diutius
in fin.C.de agric.& cenſit. l.2.in quib. cauſ.
col.cenſ.Dom.&c.lib.11.Luc. de Penna in
d.l.vnic.C.de capit.Ciuit.conſ.exim. vnde ſi
15 † vaſſalli vendantur, omnino eis prælatio
datur ſaltim fauore priſtinæ libertatis,quā-
do Regis, vel alterius ſuperiorem non re-
cognoſcentis fuerant, vt bene conſiderauit,
& determinauit text.in d.§.Dominus ſi vaſ-
ſallus,inſtit.de noxal.& eadem prælatio da-
tur ſemper,quod quis de vno in aliū tranſ-
fertur, quod ibi Io. Faber ad hanc materiā
tradit cum concordantijs latè congeſtis per
16 Neuiz. in d.conſ.12. & nè dum † ratione
cōſeruandæ libertatis ad demanium terras
admitti debere,ſed etiam Baronum oppreſ-
ſiones euitandas,& ſic publicę vtilitatis ad-
ducit Iſern.in d.§.prętereа Ducatus,§.nec
Dominus,in 1.& 2.q. an liceat Regi vaſſal-
los inuitos alienare, vbi multa, & finaliter
concludit, quod ſemper intereſt vaſſalli,vt
ſeruetur æqualitas,& poteſt vaſſallus dice-
re: ego nolo eſſe vaſſallus alterius, quam
Regis,intereſt enim mea, nè addici ſeruitu-
ti,quæ præter alia dicta per Frit. vbi ſupra,
& alios ſupra adductos erit, vt præſtentur
ſubuentiones, iuxta Conſtit. Regni Quam-
plurimum, quas Iſern. appellat collectas,
vt ibi latius per eum, ex cuius dictis colligi-
17 tur † intereſſe vaſſalli, vt ius, quod eſt pe-
nès Regem in alium non transferatur, vt
latius Iſern. proſequendo Luc. de Penna in
d.tit.de cap.Ciuit.cau.cenſ.exim. intereſt li-
berū hominē à regia protectione nō exire,
qui nō eſt Dñus,ſed & Rex,& vt noſter Po-
tentiſs.& iuſtiſſimus Philippus IV. & Prin-
cipes iuſti libertatis ſunt amatores in auth.
cōſtitutio,quæ ex aſcript.& limot.in princ.
18 & nihil alicui † gratius libertate præſtari
poteſt, l.Paulus,§.1.ff.de fideicōmiſſ.libert.
nihil autem deterius, & durius ſeruitute,
quæ morti comparatur, l.quod actiones, ff.
de reg.iur.& extremum malorum omnium
nō ſolum bello, ſed etiam morte repellen-
dum, Tull.ad Philip.2. vnde paria ſunt,quē
non eſſe in rerum natura, vel eſſe, & non
eſſe liberum, vt colligitur ex l.qui mortui,
19 de verbor.ſignific. quin immo † melius eſt
mors, quam vitam in amaritudinem ſerui-
tutis ductæ, iuxta illud Eccleſiaſt. cap. 30.
melior eſt mors, quam vita amara, & ideo
libertatem nemo bonus niſi cum anima
amittit; dicit Saluſt. in Catelin.& Iſern.in
20 d.verſ.nec Dominus q.2. eſt enim † ſerui-
tus quædam mortis imago, ſecundum Pell.
lib. 7. cap. 17. libertas vero eſt lumen vitæ
noſtræ,& ideo pro ipſa libertate, & contra
ſeruitutem iudicari ſemper debet, l.inter
pares,ff.de re iudic.cap.vlt.extra eodem,
ad hanc christianos reſtituere debemus,
quos Chriſtus Dominus noſter ſanguine
ſuo redemit, cap.cum Redemptor 12.q.2.
non enim de libertate eos efficere ſeruitu-
tem, facit l.1.& 2.C.ne quis liber. inuit. act.
Reipubl.geret.cogat.& ſine merit. C.lib.11.
21 & de hoc † vera iuris concluſio eſt in dies
obſeruat Ciuitates, Terras, Caſtra, & feuda
cum vaſſallis ad regium demaniū admitti,
ſi vires ſe ſubſtinendi habent, & ad ipſum
demanium obtinendum abſque temporis
præfixione admittebantur, & indifferenter
iudicabatur admittendos eſſe vſque ad di-
ctum annum 1588.quo tempore Regia ino-
leuit Pragmatica prædicta, quod tēpus pe-
tendi demanium,in annum arctatum fuit,&
in dies ita obſeruatur, & iudicatur, & Ca-
mill.Salern.in prohem.conſuet.huius Nea-
politanæ Ciuitatis fol.43. lit.A.& B. firmat,
quod vnus de Vniuerſitate Terræ de lo
Zirò,fuit admiſſus ad demanium petendum
22 cum ſit materia † libertatis, & ſeruitutis,
quæ omnes, & quemlibet tangunt, vnus eſt
admittēdus,per tex.in l.ſi quis huc, §.quo-
ties,qui,& à quibus, ibi: (omnium conſenſū
neceſſarium) vbi Roman.Angel. & alij hoc
firmant,& Felyn.in c.cum omnes,fallent.1.
reg.2.de conſtit.& eſt etiam text.in l.3.ff.de
lib. hom. exib. ibi: (nemo enim prohibitus
eſt libertati fauere, & in l. fin. C. de patrib.
qui fil. diſtrax. legitur: (licet cuilibet alij)
& ex alijs in meo conſ.84.num.1.& plurib.
ſeqq. & in meo conſ.86.à num.38.vſque ad
num.77. & per totum, vbi multa ad mate-
riam dico.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio XXIX.

THEMA.

Ciuitas, vel locus alienatus vaxalli ſe redimerint, & de demanio effecti, & per Regium Priuilegiū promiſſum in demanio conſeruari, Rex tale priuilegium reuocare non debet, & ſua promiſſa obſeruare ipſe, & ſui ſucceſſores tenentur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Modis quibus aliquid ligatur, eiſdem diſſolui debet, ſic Princeps qui conceſſit, reuocare poteſt.*
2 *Priuilegia Vniuerſitatibus conceſſa eſſe perpetua.*
3 *Papa, vel alius Princeps conceſſa ad publicam vtilitatem immutare non poteſt.*
4 *Principi non decet contra ſuum priuilegiū venire.*
5 *Poſſe non dicitur quod decenter, & honeſtè non ſit.*
6 *Princeps conceſſiones à ſe factas non omnino reuocat, ſed illas ad legem aequalitatis, & iuſtitia reducit.*
7 *Princeps contra ſuum verbum venire nō valet, quia ſuum verbum firmiſſimum eſſe debet.*
8 *Principis in lingua extat gratia, in ſcriptura teſtimonium, & in executione commoditas.*
9 *Princeps debet habere vnum calamum, & vnam linguam, & debet eſſe immobilis.*
10 *Varietas in Principe eſt vitāda, & fidem obſeruare debet.*
11 *Ciuitas, vel alius locus quādo fit de demanio per Regium Priuilegium ius, & dominium vtile prouentuum, & aliorum iurium ei quaeritur, ex quo Princeps reuocare non poteſt.*
12 *Princeps donationem à ſe factam iure primogenituræ, & contractum reuocare nō poteſt, & num. 21. vſque ad finem.*
13 *Priuilegium, & aſſenſus loci effecti de demanio eſt fauorabile, & Regi, & ſubditis.*
14 *Demanij admiſſionis per priuilegium eſt contractus, in quo Rex promittit nō alienare, & vaſſalli obedire.*
15 *Priuilegium Regis quodcumque in cōtractum transfactum eſt irreuocabile, & eius ſucceſſores etiam ſeruare tenentur.*
16 *Princeps licet ſit ſolutus legibus, non eſt ſolutus lege diuina, vel naturali, & ſuo contractui contrauenire non poteſt, nec de plenitudine poteſtatis.*
17 *Maligni Spiritus, qui ſunt mōdanes, pacta ſeruant.*
18 *Iuſtitia nulla maior eſt illa, quae oritur ex pacto.*
19 *Deus cuſtodit pactum.*
20 *Princeps altius peccat frangendo fidem quam priuatus.*

Ex quo regia demania cum Regio aſſenſu fiunt, & ſic prima facie dici poſ-
1 ſet † eo modo, quod aliquid ligatum eſt diſſolui poteſt, iuxta regulam l nihil tam naturale, ff. de regul. iur. videtur dicendum, quod Princeps priuilegium à ſe conceſſum reuocare poſſit eiſdemq; quibus conceſſit derogare, per text. in l. qui fundus, vbi Scribent. C. de omni agr. deſert. C. lib. 11. Alex. conſ. 2. num. 59. lib. 1. Couarr. variar. reſolut. cap. 6, num. 1. lib. 3. tamen hoc non ſubſtinetur ex pluribus.

2 Primo, quia de iure verum eſt † priuilegia Ciuitatibus, locisq; habitantibus cōceſſa eſſe perpetuo, & debent illis perpetuo manere, per text. in l. vectigalia, C. de vectig. commiſſ. ibi: (nullum deberi ſuper his ſupplicantium moleſtiam formidari) & priuilegium ſemper durat, quia ea, quę perpetuo conceduntur, ſemper, & continuè durant; dicit etiam text. in cap. quae ad perpetuam 26. q. 1. (quod ea, quae ad perpetuam generaliter ordinata ſunt vtilitatem, nulla commutatione debēt variare) cap perpetuo, de elect. in 6. cum ſimil. gloſ. in d. cap. quae ad
3 perpetuam, dicit: (ea, quae † ſic ad commune, vel perpetuam vtilitatem ordinata ſūt, non poteſt vllus Princeps immutare, firmat Bald. in cap. 1. de feud. ſine culp. non amitt. ante num. 1. & in cap. 1. de nat. feud. in princ. Iſern. in cap. ſimiliter, circa princ. 6. col. de cap. qui cur. vend. & in Conſtit. Regni ea quę ad decus, in text. quod nullus Prælatus, Alex. conſ. 3. num. 6. lib. 5. Gulielm. de Fern. conſ. 16. num. 1.

4 Secundo, quia † Principi non decet contra ſuum priuilegium, & verba venire, & reuocare, dixit Io. Andr. in cap. quam dilecti, de conſang. & affinit. in nouella, quem ſequitur Bald. in cap. 1. §. notandum num. 2. de his, qui feud dar. poſſ. Io. Campeg. conſ. 2. num. 26. Io. Iacob. Leon conſ. 114. num. 125. reg. decet, de reg. iur. in 6. ex quo benè deducitur ciuili modo loquendo, id Principe non
5 poſſe; † cū nemo dicatur poſſe, q non decet, & inhoneſtè poſſit, l. nepos Proculo cū ſimil. ff. de verb. ſignif. & d. l. qui fundos non obſtat, quia loquitur in conceſſione in emphiteuſim, ibi: (qui fundos patrimoniales iure priuato, Canone nō ſoluto ſuſceper.) vbi gloſ. in d. verbo iure priuato, & Princeps contrarium illud modificare nō poteſt, nec conditionibus nouis, ſed ea tantum conditione, quae à principio inerat, quod nè dum Princeps, ſed nec quilibet priuata perſona facere poſſet, ſicque illum text. intellexerūt Iſern. in cap. 1. §. fin. verſ. lex qui fundos, de cap. qui cur. vend. Loffred. conſ. 68. Anton. Gabr. commun. opin. lib. 3. concl. 5. num. 41. & ibi Principem modificaſſe illum contra-

ctum

ctum ex cauſa, nè ſcilicet vnus fundis fer-
tilibus fruatur, & alter ſterilibus, ex qua
6 iuſta cauſa † Principem conceſſiones à ſe
factas non omnino reuocare, ſed illas ad l.
æqualitatis, & iuſtitię reducere, & ſic d.l. qui
fundos, intelligit Bald in l. nuptæ, de Senat.
prout noſtram reſolutionē, quod Princeps
ſuum priuilegium reuocare non poſſit: reie-
ctis contrarijs, & alijs multis rationibus firmat Molin de primog. Hiſpan. lib. 4. cap. 3.
num. 5. & plurib. ſeqq fol. 142. & ſeq.
7 Tertio, Princeps † nè dum contra ſuum
priuilegium venire non poteſt, ſed nec con-
tra ſuum verbum, quia eius verbum firmiſ-
ſimum eſſe debet, Iaſ. conſ. 1. num. 1. lib. 2.
Caſſan. conſ. 64. num. 2. Bald. in cap. ſanctæ
Crucis num. 7. in fine, de reſcript. Andr. ab
8 Exea de pact. num 455. dicit, quod † in lin-
gua Principis extat gratia, in ſcriptura teſti-
monium, & in executione commoditas, &
idem Bald in conſil. 327. pridiè lib. 3. dicit,
quod Princeps id, quod concedit, reuocare
non debet, & ſubdit, quod veritas, & varie-
tas, & vacillatio, eſt legibus inimica, & doli
mali matertera, vnde maximè Principibus
conuenit illud verbum ſemel locutum eſt
9 Deus, quod ſcripſi ſcripſi, † & Princeps ha-
bet habere vnum calamum, & vnam linguā,
& nō plures, quia ſcriptum eſt, quæ proceſ-
ſerunt de labijs meis non faciam irrita, &
10 † Princeps debet eſſe immobilis ſicut La-
pis Angularis, & ſicut Polus in Cœlo, vt
eleganter dixit idem Bal in conſ. 179 lib. 3.
Curt. iun. conſ. 142. num 8. & conſ. 170. nu. 41.
& ſeq. Gramat. conſ. 6. num. 5. Albert. Brun.
inter conſ. feudal. 117. num. 92. & ſeq. Dec.
conſ. 292. num. 9 conſ. 578. num. 19. & conſ.
687. num. 19. & in l. nemo poteſt mutare
nu. 1. vbi Cagnol in fin. ff. de reg. iur. Marſil.
ſingul. 161. Roland. à Valle conſ. 2. num. 153
lib. 1. Ioan. Iacob. Leon. inter conſ. feudal.
Brun. conſ. 117. nu. 92. Boſſ. in tit. de Princi-
pe nu. 9. 19. & ſeq. Andr. ab Exea vbi ſupra
nu. 455. & de varietate in Principe vitanda,
& de fide ab eo obſeruāda plura ponit Luc.
de Penna in l. prædia, C. de locat præd. ciuil.
lib. 11. in 18. arg. part. negatiuæ, faciunt tra-
dita per Hieron. Magon. in tract. de ſecurit.
& ſaluo conducto 2. par. 2. pag. vbi dicit,
quod licet fides non ſit ſeruanda delinquen-
tibus, id tamen non procedit in Principe,
cuius honori, & dignitati multum conuenit,
vt eius ſaluus conductus ſeruetur, cum non
deceat aliquē ſub fide Principis decipi, l. 1.
C. de his, qui ven. ætat. impetr. Hippol. Ri-
min conſ. 13. num. 21. & ſeq. fol. 58. lib. 1. &
fides eſt etiam hæreticis ſeruanda, vt Ioan.
Montan. facit vtile tractatum in libros tres
diſtinctum, vbi multa ad materiam reſpon-
dens cōtrarijs ſatis doctè, & cum exemplis,
& etiam de fide ſeruanda rebellibus; facit
alium librum, & eſt quartus liber, & demū
facit tractatulum de iuramento, quod à ti-
ranno exigitur cum multa doctrina, & eru-
ditione pertractat, & diſcutit omnia digna
videri. ſed redeundo ad noſtram reſolutio-
11 nem demanialem dico, quod † quando ali-
qua Terra, ſiue locus efficitur de demanio
Regis aſſenſus, & priuilegium amplum fieri
ſolet, ex quo ius, & dominiū vtile prouen-
tuum, & aliorum iurium Vniuerſitati quæ-
ſitum fiet, vt in indiuiduo determinat Bald.
in d.l. qui ſe patris, vbi & ſic dicit: Principē
poſſe ſuum priuilegium merè gratuitum
etiam abſque cauſa reuocare; limitat niſi
iam dominium directum, vel vtile ex Prin-
cipis conceſſione translatum fuerit; quod
ſequitur Felyn. in cap. quę in Eccleſiarum,
de conſtit. num. 51. vbi inquit, quod quæſita
mediante Principe non reuocantur ab eo,
idem dixit Alex. conſ 3. num. 6. lib. 5. Ant.
Gabr. qui plura refert lib. 3. commun. opin.
tit. de non tollendo iure quæſito concluſ. 7.
nu. 3. & 5. ad hæc faciunt, quæ dicit Paul. de
Caſtr. in ſuo conſ. 164. num. 16. lib. 3. vbi re-
12 ſoluit † Principem non poſſe reuocare do-
nationem à ſe factam alicui iure primoge-
nituræ in præiudicium filiorum, quibus ex
ipſa donatione ius quęſitum fuerat, ſequitur
Deci conſ. 468. num. 28 & conſ. 498. num 19.
Socc. iun. conſ. 108. num. 3. lib. 1. Bute. de Paz
in prohem. ll. Tauri num. 331. Molin. de pri-
mogen. Hiſpan. lib. 4. cap. 3. nu. 15. 20. & ſeq.
ex multis firmat.
13 Regius † aſſenſus, & priuilegium cuiuſ-
cumque Terræ reemptæ, & receptæ ad re-
gium demaniū, ne dum eſt fauorabilis vaſ-
ſallis, ſed reſpectu Regis Regni cum vnione
feudi ad coronam, ſeù ad demanium Regiū,
fauor ſit ipſi Coronæ, & Regno, quod de
facili fit, vti flumina de facili redeunt ad
mare, vndè progrediuntur, ſecundū Innoc.
in cap. inter dilectos, de exceſſ. Prælat. Bald.
in cap. 1. de feud. March. hinc gloſ. in Conſt.
Regni Conſuetudinē prauam, de præſcript.
dicit, quo daretur feudo dominanti loquēti,
facultas petendi membra, & partes ſui cor-
poris reintegrari, & congratularetur re
vnione facta ex ipſis, Luc. de Penna in l. ori-
ginarios, C. de agric. & cenſ. & Bald. in cap. 1.
de feud. March. dicit, quod quando feudum
reuertitur ad dominum, cenſetur fertilior
annus, & nō noua acquiſitio, & hæc re vnio-
nis, & admiſſionis ad regium demanium,
priuilegium non fuiſſe purum, & ſimplex,
14 quia nō omnino gratuitum; nam † ex ſup-
plica-

plicatione vaſſallorum volentius eos redimere à venditione alicui facta, & efficere de demanio Regis ſoluto pretio, & reſponſione, ac conſenſu, & reſponſione Regis, vel Proregis, facta relatione per eius miniſtros, initus fuit quidam contractus, per quem ſupplicantes tenentur obedire Regi, & in ſuo demanio permanere, & Rex tenetur illos non alienare, ſed in ſuo demanio conſeruare, vt in terminis declarat Alexand. in conſ. 101 col. 1. verſ. ſed dictum priuilegium lib. 1. & conſ. 116 col. 3. verſ. 6. lib. 6. & tanto magis expedito priuilegio, aſſēſus, & admiſſionis ad regium demanium, vbi ſolitum eſt promitti in alienatione Terræ effectæ demanio, nec ſecundogenito filio, nec pro dote, nec ex alia quauis vrgentiſſima, & neceſſariſſima cauſa, nec pro bono publico per Regem dari, ſed ſemper in regio demanio tenere eum alijs ampliſſimis clauſulis, in talibus priuilegijs apponi ſolitis, vt vidi præcedente ſupplicatione, & facta reſponſione, & priuilegiũ, ipſum priuilegiũ in contractum tranſiuiſſe, nulli dubiũ eſſe debet, ſecundum Bart. in l. omnes populi 3 q. ... princ. quem communiter DD. ibi ſequuntur, dum dicit, quod ſi concedatur priuilegium immunitatis venientibus ad habitandum reſpectu ipſius, tale priuilegium trãſit in contractum innominatum, dô, vt facias, quia eo caſu ex vtraque parte perfectus, &
15 irreuocabile efficitur. Item † ſimilia priuilegia concedi ſolent, ſemper propter grata, & accepta ſeruitia, ex quo ſimiliter irreuocabilia ſunt, vt pulchrè Afflict. ex multis in Conſtit. Regni Ea quę ad decus, ſub rubr. quod nullus priuatus, col. 2. lib. 1. vbi dicit, ſēper quod Rex promittit ob grata, & accepta ſeruitia vigore contractus ad ipſius obſeruantiam ſemper obligatus eſt, & eſt communis opinio à qua non eſt recedendũ, ſequitur, & refert Io. Iacob. de Leon. inter conſ. feud. 114. nu. 157. & ſeq. plura Rom. conſ. 435. in præſenti col. 4. maximè quod prætextu talis priuilegij Rex lucratur iuriſdictionem ſaltim primarum cauſarum ſeruitia feudalia præcedenti Baroni debita, vel cui Rex conceſſerat, & alia obſequia, & ſeruitutes, quæ habent perpetuam commenſurationem, & cum promiſſione de ſemper in demanio tenendo reuocare non poteſt, quia dolum committeretur, l. dolum, ff. de dol. & l. cum mihi ſeruũ, quæ opinio eſt ipſa veritas, quia eo caſu priuilegium tranſit in contractum, & efficitur irreuocabilis etiam ſecundum Innocent. in cap. nouit, de iudic. in cap. in noſtra, de iure iur. & Petr. Belluc. in ſpecul. Princip. rubr. 9. ſupra num. 30. & latius in rubr. 11. num. 15. tale, & quod-
16 cumque † priuilegium in contractum tranſactum à Rege, eiuſq; ſucceſſoribus reuocari non poteſt, iuxta item eorum ... quod ſi actor, §. ſ. ex his, ff quod cuiuſque vniuerſis, Innoc. in d. cap. in noſtra, de iure iur. gloſ. & Bart. in l. quod ſemel, ff de decret. ab ordin. fac. & in l. omnes populi, in 4 q. 3. princ de iuſtit. & iure, ſequitur ibi Io. Bapt. de S Seuer. Io. Monſor. & Thom. Parpal. per plures rationes, & præcipua mihi videtur illa, quæ dicit, contractus ſunt de iure gentium, & ideo Princeps, & eius ſucceſſores ſeruare tenentur, cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud. cap 1. de probat. nam licet Deus principibus ſubiecit leges, non tamen contractus, quia eſſet contra ius gent, & contra illam naturalem iuſtitiam, quæ ex contractu oritur, ſecundum Bald. Paul. & alios in l. digna
17 vox, C. de legib. & licet † Princeps ſit ſolutus legibus, non tamen eſt ſolutus lege diuina, vel naturali, in qua ſunt actus ſui, clem. 1. de offic. ordin. Dec. conſ. 48. vbi poſt Paul. de Caſtr in d. l. digna vox, dicit, quod Princeps contractui ſuo contrauenire non poteſt, nec de plenitudine poteſtatis, Dec. idem in conſ. 301. ſecundo dubio, Soccin. conſ. 4. lib. 3. Igneus in repet. l. donationes quas, col. 3. de donat. inter vir. & vxor Sarg. in enchiridio militare conſ. ſom. virid. lib. 1. Curt. conſ. 177. in fine, Bart. conſ. 20. pulcrè num. 5 lib. 1. dicit, quod inſolidum, & inauditum eſt, Principem pactum non ſeruare;
18 nam & etiã † maligni ſpiriti, qui ſunt mendaces pactiones quas cũ hominibus habent ſeruant, dicit Sot. in 4. ſentent. diſtinct. 34. ſequitur, & refert Dodus in ſua apolog car. 20 & exemplũ vnius Demoni ponit Barbat cap. 1. de probat. col. 11. & ideo Ariſtot. ſcribens Alexandro illo Magno: Pacta illa ſerua, alias malus exitus ſibi eueniet, refert, & ſequitur Curt. ſen. conſ. 68. Dñus Ioanes in
19 princ. col. 2. nulla enim † iuſtitia maior eſt illa, quæ oritur ex pacto, & contractu, Bald. conſ. 36 lib 3. & conſtitutio, pacta ſeruabo, proceſſit à Deo, vt in 5. prouerb. Fili, qui ſpopondiſti, illaqueatus es, ex verbo oris tui; referunt Moderni in tract. de perfecto clerico fol. 74 par. 2. Neuizan. d. conſ. 12. nu. 23. ex alijs multis affirmat, & ideo Laure. in l. non amplius. §. in fine, ff. de leg. 1. probat, quod ipſe Deus ſi vellet nobiſcum contrahere obligaretur ex contractu, pro quo
20 facit 3. Reg. c. 8. † Dominus Deus Iſdrael, qui cuſtodit pactũ, & multo magis Princeps qui animal rationale, & mortale eſt, quem nulla lex, nullus Senatus poteſt eum abdicare à lege naturali, vel dictamine rationis,

aut

aut legis æternæ quo ſit, quod in omnibus Principum contractibus ſperari debet bona fides, quam in contractibus priuatorum, ſecundum Bald. in tit. de pace Conſtant. §. quia vero, Præpoſ. in cap. 1. de natur. feud. Iaſ. in §. actionum col. 1. inſtit. de action. & in l. Inſulam col. 10. ff. de verb. oblig. & dicit Corn. in repet. l. ſi paſcenda, C. de pact. 2. q. princ. quod forus fori, & forus poli concordant in hoc, quod pacta ſeruētur, quia Deus hoc vult: cum non ſeruans pacta, frangit fidem, & mentitur, quod eſt graue nō ſolum contra ius ciuile, ſed apud Deum; & Xenofont. de laudibus Ageſilai fol. 9. dicit: magna, & præclara res eſt cum alijs vilis om-
31 nibus † Imperatorem ligari, & contra ſuū contractum venire non poſſe, ex multis authoritatibus, & rationibus firmat Neuizan. d. conſ. 12. num. 23. & ſeq. & in fine deciſum firmat multa Rebuff. in ſuo reſponſ. 146. Hippol. Rimin. d. conſ. 18. num. 111. nec in contractu cōditionali pendente conditione,
32 qui nu. 112. dicit, ꝙ † altius peccat Princeps frāgendo fidē, quā Imperator, Bal. conſ. 324. examinanda ſunt col. 1. lib. 1. quod ſi dicatur ianus vir, qui promiſſa non ſeruat, quin imo fidē frangere grauius eſt, grauibus grauioribus, grauiſſimus, & ex pluribus viris grauiſſimis eſt dictum, quod magis expedit, vulgo quod à viris bonis naſcuntur, quā bonæ rei ſubſtantia à viris ignotis, & Bald. appellat ſubſtantiā bonæ rei, quod tibi non vis, alteri nè feceris, ſcribit & alibi Bald. conſ. 24. ius Abbatialis lib. 3. ꝙ fides contra ius non eruari, eſt mentiri, l. dolus ff. mandati, abominabile vero, & horribile eſt mendacium, & ſtellionatus in ore Principis, & congruum eſſet dicere omnes contractus Principum eſſe bonæ fidei ſpeciali iure dignitatis ſuę, & ad idem tradit Bal. conſ. 275. quod pro regula in fin. lib. 2. ſicut Princeps non eſt Dominus alimentorum, nec eſt Dominus contractuum, qui inceperunt prædeceſſores, Crauett. conſ. 241. num. 19. & firmat idem Beluiſ. Rimin. conſ. 65. num 32. lib. 3. Principem à contractu ſuo, & prædeceſſo-
33 ris retrahi, † nec reuocare poſſe vltra prędicta firmat Reg. Carol. Tapia in l. fin. c. 11. 2. par ff. de conſtit. Princ. nu. 1. & ſeq. fol. 247 & de omnibus dixi in meo conſ. 86. à nu. 82. vſque ad num. 122. incluſiuè, & ex innumeris authoritatibus, & communibus opinionibus firmat Roſental. de feud. cap. 3. concluſ. 21. per totam, & in gloſ. lit. F.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XXX.

THEMA.

Vaſſalli, qui pretio ſoluto effecti sūt de Regio Demanio, ſi ob neceſſitatem, vel alia de cauſa vendantur, pretium Vniuerſitati ipſorū debetur, & non Regi, qui etiam bona ab aliquo pro bono publico capta ad pretium tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Vendito loco vaſſallis, qui ſemper in demanio extiterunt pretium ſpectat Regi.*

2 *Vendito ab aliquo Barone loco cum vaſſallis, qui ſe redimerūt, pretium ſpectat vaſſallis.*

3 *Princeps ex cauſa priuās aliquem alicuius rei hoc facere non debet, ſed tenetur ad pretium.*

4 *Princeps in loco effecto de demanio nihil habet niſi protectionem, & adminiſtrationem iuſtitiæ.*

5 *Rex promittens ſemper in demanio tenere alienare non poteſt, & ſi alienat, pretiū ſpectat Vniuerſitati.*

6 *Principis ſunt omnia quo ad protectionē aliqui dicunt, & alij ſolum quo ad iuriſdictionem.*

7 *Iuriſdictio particularis Terræ effectæ de demanio per ſolutionem pretij eſt ipſius Vniuerſitatis.*

8 *Vaſſallus amittens feudum non ſua culpa, ſed Domini, Dominus tenetur prouidere de alio feudo.*

9 *Ciuitas volens facere paſſagium per agrū alienum tenetur ei ſoluere pretium, ſic Iudex domum communem derocat reſcienda eſt partis innocenti.*

IN hoc diſtinguendum mihi videtur.
1 Primo, ſi † venditur locus, qui ſemper in demanio ſtetit, & nunquam pretio ſe redemit, & Rex vendit ob ſuam neceſſitatem, tunc pretium ad ipſum Regem ſuumq; Fiſcum ſpectat.
2 Secundo, ſi aliquis Baro terram quam habet, alteri vendit, & pretio ſoluto ipſa Terra ſe redemit, quia Vniuerſitas effecta fuit

fuit Domina iuriſdictionis prouentuum, &
aliorum iurium, & Regi data fuit incomen-
datio, & adminiſtratio iuſtitiæ tantum
per Officiales quolibet anno per eum, vel
per Proregem eligendos, & cum prouiſione
Vniuerſitatis pretium, ad ipſam Vniuerſita-
tem eiuſq; vtilitatem ſpectare debet, iuxta
text. in l. 2. quib. ex cauſ. pro libert. prem.
accip. ibi: (vti eorum Domini pretiũ à Fi-
ſco accipiunt) & in l. venditor, §. ſi conſtat
ff. commun. præd. legitur: (non aliter hoc
facient, niſi prius totum ſalarium pro hoc
Domino præſtet) eſtq; gloſ. notabilis in l. ſi
locus, in verſ. præſtare debet, ff. quemadm.
ſeruit. amitt. per quæ iura, & gloſ. notatur
Principem pretium ſoluere tenetur, etiam
ſi res pro publica vtilitate accipiatur, vel
detur, ſiue vendatur, voluerunt Iſer. in c. 1.
§. ſimiliter, num. 27. de capit. qui cur. vend.
Afflict. in prohem. conſtit. q. 4. num. 8. & in
deciſ. 321. nu. 16. Archidiac. in cap. per prin-
cipalem 9. q. 3. Bald. in l. fin. §. Titius, ff. de
3 pig. actio. & in l. 2. in fin. dicit, quod † Prin-
ceps, qui priuat aliquem ex cauſa de domi-
nio rei ſuæ, quod hoc nõ poteſt facere gra-
tis, Dec. in reg. 50. quod noſtrum, ff. de regul.
iur. num. 3. Angel. conſ. 139. & ſit omnibus,
col. 3. verſ. nec obſtat, §. ſi conſtat, ex alijs
firmat Hippol. ſingul. 634. & etiam ſi per le-
gem generalem, vel ob publicam vtilitatẽ,
Princeps de re alterius diſponat, tenetur ad
pretium, Afflict. in d. deciſ. 321. num. 17. &
ex alijs Iaſ. in l. Barbarius, ff. de offic. Præt.
nu. 36. Felyn. in cap. quæ in Eccleſiarũ col. 3.
de conſtit. dicit, quod licet ex cauſa poſſit
Princeps vni auferre rem ſuam, & dare al-
teri, tamen illud eſt verum, dummodo ſol-
uat pretium rei illi, cui aufert, ſi hoc in caſu
quando rem alterius alteri dat, vel vendit,
tanto magis ſi terra effecta de demanio, quæ
de proprio ſoluit pretium, & ab ære alieno
ipſiuſmet terræ, vel alia ex cauſa aliena-
tur pretium vllo modo Regi, nec eius Fi-
4 ſco debetur; ſed † ipſi terræ, in qua ipſe
Rex nihil habet, niſi protectionem, & admi-
niſtrationem iuſtitiæ per ſuum officialem
per ipſum, ſiue ipſius nomine eligendum
cũ ſtipẽdio ipſius Vniuerſitatis, & eo maxi-
mè ſi Rex, ſiue Prorex quãdo Terra de de-
manio Regis ſe efficit de pecunia ſua, Regi
5 incomendata ſe dedit, Regiũ obtinuit † pri-
uilegium de ſemper in demanio manutene-
re, & nulla ex cauſa alienari permittere,
adeo quod priuilegium, & promiſſio tranſi-
uit in contractum, & nullo modo contraue-
nire poteſt, & latè fundatum eſt ſupra in
præcedenti dilucidatione, & Vniuerſitas per
ſolutionem prætij redemptionis ſuæ effecta

fuit Domina prouentuum, & aliorum iu-
rium, ſi Terra deinde venditur, pretium
ipſi Vniuerſitati Dominę debetur, & non
Regi, immo ſi Rex habuiſſet reſtituere, &
ſoluere ipſi Vniuerſitati tenetur, vt ſupra
fundatum eſt, & illud, quod dicitur omnia
ſunt Principis, intelligitur de fiſcalibus, vt
ſubdit Archid. vbi ſupra, qui allegat Odo-
fredum in l. bene à Zenone, C. de quatrien.
præſcript. & ita intelligitur, l. item ſi verbe-
ratum, & l. Lutius, ff. de euict. qui Archidiac.
hoc idem tenet in cap. quamuis 24. q. 8. con-
tra Hoſtienſ. in ſumma de præſcript. verſic.
6 quæ exigantur, vbi dicitur, † omnia ſunt
Principis quo ad protectionem maioris do-
minij, immo ſolum quo ad iuriſdictionem
generalem, & allegat Speculat. in tit. de ſer.
§. quoniam, verſic. 23. quæritur, idem tenet
Abb. in cap ſi diligenti, num. 2. de præſcript.
dicens, quod licet Imperator ſit Dominus
totius Orbis, l. deprecatio, ad l. Rod. de iact.
tamen id intelligitur reſpectu iuriſdictionis,
& protectionis, nõ autem ratione proprie-
tatis, & ratione vniuerſalis iuriſdictionis eſt
7 Principis, ſed † iuriſdictio particularis Ter-
ræ effectæ de demanio per pretium ſolutũ
ex propria pecunia eſt ipſius Terræ, licet
exercitium ipſius ſit, penès officialem per
Regem, ſiue Proregem eligẽdũ, Hippol. Ri-
min. d. conſ. 19. num. 72. & ſeq per multa fir-
mat lib. 1. Angel. Aret. in l. fin. col. 2 de ap-
pell recip. licet non allegat Archid. expreſ-
ſè dicit, quod illi priuato debet refici exti-
matio rei ſuæ, per text. in d. l. venditor, §. ſi
conſtat, idem Bald. & Angel. in d. l. item ſi
verberatum, §. 1. qui Ang clarè in conſ. 137.
incip. viſis omnibus iſtis, & informationibus
col. 3. Abb. in recollectis ſuis in cap. omnes
leges col. 4. diſt. 1. allegando gloſ. in d. l. ſi lo-
cus, & Bart. in d. §. Titius, facit gloſ. in cap. 1.
§. ad hæc, verſ. non poteſt, de pace iuram.
8 firm. quæ dicit, † quod ſi vaſſallus perdit
feudum ſine culpa, ſed ex facto Domini te-
netur Dominus de alio feudo ei prouidere,
per quam gloſ. ibi infert Bald. col. 7. quod ſi
Papa aufert beneficium vni ſine culpa, &
cauſa tenetur ei prouidere de alio ſimili be-
neficio, firmat Io. de Terrarub. in tract. con-
tra rebell. artic. 10. tract. 3. in addit. octauæ
concluſ. verſ. ad intereſſe fol. 99. Innoc. &
Imol. in cap. niſi cum pridem, de renunciat.
Io. Andr. in reg. quod ab hoc cauſa, de reg.
iur. in 6. in memorialibus ex alijs Iaſ. in l.
quoties, C. de reiuendic. num 13. & ibi add.
Bal. in d. l. 2. ff. quib. ex cauſ. pro libert. Princ.
9 accip. dicit eleganter, quod ſi † Ciuitas vult
facere ſuffragium per agrum alienum, de-
bet ei ſoluere pretiũ, & ſimiliter dicit, quod
ſi Iudex

ſi Iudex propter delictũ vnius conſortis deſtruat domum communem, tenetur totius innocenti ſocio ſoluere prætium partis ſuæ allegata etiam l. mulier in opus ſalinarum, ff.de capt. & poſtlim. reuerſ. & quod notatur in l.1.ff.de iuſtit.& iure,& in l.1. C.de ſeru.C.lib.12.& ſubdit,quod licet Princeps ex cauſa priuat aliquem dominio ſuo,non tamen gratis hoc faciet, per illum text. per quem concordat gloſ. prædicta, licet dicat nõ ſeruari,in d l.ſi locus, §.fin.ff.quemadm. ſeruit.amitt.& Bart.in d.l.fin.§.fin.ff.de pig. actio.& in l.actenus,§.1.ff.de aqua pluuia arcenda, quam declarationem etiam ponit Angel.vbi ſupra,& clarius in d.conſ.137.& pretium Terræ effectæ de demanio,tanquã de re propria peruentum eſt ipſius Vniuerſitatis,& non Regis, & ſi Rex cœpit ad reſtitutionẽ tenetur; ex ſuperius breuiter dictis, ex quibus dilucidatio noſtra abſq; dubio procedit, & multa dixi in conſ.meo 86. à num.123. vſque ad num.133. quia tranſiuit in contractum, quando ſe effecit de demanio quem reuocare non poteſt, ex multis Roſental.cap.3.concl.21.gloſ.lit.C.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio XXXI.

THEMA.

Vendito feudo, & loco cum vaſſallis,& Dominus directus ſi præferatur, tamen Agnatus præfertur Domino directo, ſi eſt de deſcẽdentibus conceſſionario.

SUMMARIUM.

1 *PRelatio feudi alienati competit Regi directo Domino, ſed agnatus ei præfertur.*

2 *Agnatus qua ratione Domino directo præferatur.*

3 *Dominus & agnatus infra annum retrahere debent.*

4 *Silentium annale habet vim repudiationis.*

5 *Agnatus elapſo anno quare à retractu excludatur.*

1 REgi † ratione directi Dominij competit retractus Terræ,& feudi inter ſubditos venditi,vel non,& auocare poteſt pro ſe & emptori præferri,ſed agnatus ipſi Domino præfertur, cap.1. §. porro in fin. tit. qual.olim.pot feud.alien.vbi gloſ.Iacob.de Bellouiſ.Bal Mart Laudenſ. & alij, Iſern. Iacob.de Belloui & Bald. qui hanc opinionem dicunt,æquam Mart. Laudenſ. & Card. Alexand in cap.1.tit de ſucceſſ.feud.Io.Fab. In §.1.inſtit.de empt.& vendit Aluar.idem Martin.Laudenſ. in cap.1.§.vlt.col.vlt.& ibi etiam Cardin.Alexand. col. antepenult. & in cap.Titius col penult. ſi de feud. fuer. controu inter Domin.& agnat. Maſuer.de retract.§.item ſciendum eſt,& iterum tit.de locat.§.item proximior.Iacob de S.Georg. in ſuo tract. feud. verſ.qui quidem inueſtiti praſtiterunt iuramentum col.18.verſ.quæro numquid,& innumeras cõſuetudines affert Tiraquell.de retract.lignag.§.21.gloſ. vnic.num.2.& mihi perſuadeo per rationẽ,
2. quia † dum agnati de deſcendentibus primi inueſtiti, & Dominus omnibus agnatis iam conceſſerat, ſi præfereretur,veniret contra ſuam,vel ſui prædeceſſoris conceſſionem,
3 inſuper † Dominus, vel agnatus venire debet infra annum,d.§.porrò,qual.olim feud. alien.pot. vbi gloſ. & DD. ex quo Bald. in
4. verſ.ex annali ſilentio,notat,quod † annale ſilentium habet vim repudiationis,vt ex alijs Tiraquell.de retract.lignag §.1.glo.10. num.5.fol mihi 174 & ſeq. num.8.vbi ratio
5 quare agnatus † elapſo anno à retractu excludatur,eſt,quia intra annum eſt expediẽda inueſtitura,ſiue aſſenſus,& ſic elapſo anno non retrahit.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio XXXII.

THEMA.

Recognoſcentes Superiorem,etiam Comites,& Barones in feudis ſibi conceſſis à ſupremis Dominis non habent regalia, & ius confiſcandi niſi cum verbis expreſſis, vel alijs ſint cõceſſa .communis.

SVMMARIVM.

1 *COnceſſio facta à ſupremis Dominis alijs inferioribus non comprehendit ius confiſcandi, niſi expreſsè dicatur.*

2 *Inferiores Domini collectas indicere non poſſunt.*

poſſunt, qui non habent regalia.

3 *Principibus inferioribus ſi regalia conceduntur per priuilegium, haberent confiſcationes.*

4 *Conceſſio cum mero, & mixto Imperio iuribus, iuriſdictionibus, reditibus, & prouentibus, comprehenduntur obuentiones ex cauſa feudi, & omnium regalium.*

5 *Vaſſallus delinquẽs in directum Dominum ipſe recognoſcit, & confiſcat etiam bona in territorio Baronis ſui vtilis Domini.*

6 *Generalis conceſſio non comprehendit crimen Maieſtatis laſæ, hæreſis, & falſæ monetæ.*

7 *Fiſcus vaſſallorum idem iuris habet, quod Fiſcus Principis.*

8 *Crimen in ſuperiorem Dominum ab ipſomet in vltionem, ſiue iniuriam cognoſcitur.*

9 *Lucrum quæſitum filio familias ob torum violatum ex eo non acquiritur vſusfructus patri.*

10 *Clauſula, ſaluo iure ſuperioritatis, in omnibus inueſtituris apponi poteſt.*

1 CОnceſſio à ſupremis † Dominis ſuis inferioribus, ſuperiorem recognoſcẽtibus ſimpliciter, licet in perpetuum regalia non comprehendit, & ſic nec ius collectandi, niſi expreſsè dicatur, vt per DD. in tit. quis dicatur Dux, Soccin. iun. conſ. 65. num. 9. Soccin. ſen. conſ. 98. nu. 20. lib. 3. Aluarot. in cap. 1. ſ. ſi quis aliquem, tit. de pace tenend. & confiſcationem non habet niſi in feudis, & bonis, quæ ab ipſo Barone tenentur, vt ad eum redeant, voluit Afflict. in cap. vnic. 10. notab. quæ ſint regal. Præpoſit. & Iſern in § hæreditatem, cum confiſcatio fieri contingerit ex cauſa delicti commiſſi, ita quod condemnatio principaliter ſequitur perſonam, ſequuntur Laudenſ. ibidem, 2 & tales † inferiores Dominos non poſſe indicere collectas, aut vectigalia noua inſtituere, volunt Bald. in d. l. cum multa, in fine, C. de bon. quæ liber. Alex. conſ. 145. quoniã abundè, lib. 2. Ripa lib. 2. reſpõſ. cap. 4 nu. 1. & quod iſti non habeant regalia, dicit Luc. de Penna in l. 1. C. de priuileg. ſcholar. col. 2. Paris Puteo in tract. ſyndic. tit. de exceſſ. Baron. deciſ. 50. nu. 11. & 12. Octau. Cacher. 3 deciſ. 3. num. 12. ſed ſi iſtis † Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Baronibus concedantur feuda cum regalibus abſq; dubio cõfiſcationes venirẽt, & ad feudatariorũ ex pacto inueſtituræ pertinerent, Abb. conſ. 60. lib. 2. quia publicare bona ius regale eſt, d. cap. 1. quæ ſint regal. vbi Affl. in verſ. condemnatorum nu. 39. Crau. conſ. 128. col. 2. lib. 2. Parpal. in repet. l. 1. col. 13. ff. ſolut. matrim. Roland. à Valle conſ 78. num. 20. lib. 2. & conſ. 21. nu. 19. lib. 4. Natta conſ. 594. num. 21. & ex tali cõceſſione omnia regalia venire, Afflict. in rubr quæ ſint regalia, in 6. quæſt. nu. 68. Boſſ. in tit. de regal. nu. 23. & ex alijs Peregrin. de iure Fiſci 4 lib. 1. tit. 2. num. 84 & ſeq. idem ſi † conceſſio fuiſſet facta cum mero, & mixto Imperio; & cum omnibus ſuis iuribus, iuriſdictionibus, reditibus, prouentibus, & pertinentijs, ſic Bald. in ſpecie in conſ. 306. diſtinguendum eſt, & conſ. ſeq. lib. 4. Paul. de Caſtr. conſ. 354. commodum lib. 1. vbi quod omnes prouentus, & obuentiones ex cauſa, & occaſione rei feudalis peruenientes pertinent ad feudatarium, & non ad directum Dominum, Cepoll. conſ. 34. num. 30. ex alijs, & Soccin conſ. 76. nu. 2. lib. 4. & eſt apud me indubitata concluſio dicit Peregrin. d. loco num. 87. quia bonorum confiſcationes ſunt de reditibus, & emolumẽtis Caſtri, & ex illorum verborũ omnia regalia comprehenduntur, Cuman. conſ. 162. col. 1. & 2. vbi de Salinis, & alijs regalibus, Paul. de Caſt. conſ. 169. quod dictus reditus, in quinto fundamẽto lib. 1. Soco. iun. conſ. 80. nu. 39. & 40. lib. 3. Crauett. conſ. 127. num. 3. Cæphal. conſ. 150. num. 17. Peregr. d. loco. Item ſi Caſtrum conceditur in perpetuum cum iuriſdictione, item ſi cum mero, & mixto Imperio, vt diximus; & etiam in perpetuum cenſetur cum omnibus prædictis, & cum publicatione bonorũ conceſſum, Peregr. d. tract. lib. 1. tit. 2. num. 88 89. 90. 91. 92. 93 & 94. dicit, li-
5 mita † præmiſſa, cum deliquiſſet in Dominum directum; nam in vltionem ſuæ iniuriæ permitteretur maiori Domino, de eo crimine, & cognoſcere, & confiſcare bona illius delinquentis etiam exiſtentia in territorio feudatarij patroni vtilis dominij, & illa ſibi appropriare. Oldrad. conſ. 148. quẽ ſequuntur Bal. Præpoſ. & Afflict. in cap. 1. de cap. qui cur. vend. Guid. Pap. deciſ. 341. Iacobin. in verbo de caſtro rubei montis col. 2. Crauett conſ. 6. num. 5. Boſſ. in tit. de pœn. num. 18. Brun. conſ. 31. col. vlt. & conſ. 76 num. 3. lib. 3. latiſſimè Roland. à Valle conſ. 78. nu. 22. & ſeq. Natta conſ. 580. nu. 6. cum plur. ſeqq. vbi ita tenet, & comprobat in conſtit. & in pœnis indictis per maiorem Dominum propter contumaciam rei, vel aliud in ipſum maiorem Dominũ commiſſum, quanquam in his terminis deciſerint Afflict. deciſ. 282. col. pen. & Crauett. d. conſ. 128. ſed non eſt curandum, quia Afflict. in d. c. vnic. in verſ. & bona committentiũ &c.

d.tit.quæ ſint regal. tenuit priorem commu-
nem ſententiam, vbi tamen inquit, quod ab
6 ea † generali conceſſione videtur excepta
cognitio de tribus, de crimine læſæ Maie-
ſtatis, hæreſis, & falſæ monetæ, poſt Luc.de
Penna per eum allegatum in d.l.1. de pri-
uileg, ſcol.C.lib.12.ſecutus eſt Soccin. iunior
conſ.126.num.2.lib.3.quæ reſeruatio intel-
ligitur de crimine læſæ Maieſtatis in ſupre-
mum Dominum commiſſo, ſed ſi in Domi-
num ſuperiorem ſubditus deliquerit, pote-
rit Dominus ipſe punire de crimine Maie-
ſtatis læſæ in eum commiſſo, ſic eleganter
idem Socc.conſ.105.num.25.d.lib.3.vbi illã
clauſulam exceptiuam poſitam in priuile-
gio inueſtituræ ſic excepti, intelligit, & de-
clarat, & idem in cõceſſione generalis pri-
uilegij, generalis cognitionis cauſarum ciui-
lium, & criminalium, tradit Gramat.conſ.6.
in omnibus autem caſibus cum Dominus
ipſe ſuperior confiſcat; præter quã pro cri-
mine in eum cõmiſſo vaſſalli inſeudati bona
exiſtentia ſub eorum territorio capiunt:
quamuis per Officiales maioris dominij cõ-
fiſcatio facta fuerit, in ſpecie Roland.à Vall.
conſ.21. num.20.lib.4. poſt num.31. col.3.
Natta conſ.580.num.14. Andr.ab Eccleſia
inter conſ. feudalia conſ.58. & idem ante
eos Crauett.d.conſ.128.& ante eum Afflict.
7 in d.deciſ.282.& eſt ratio, quia † Fiſcus, vaſ-
ſallorũ idem iuris habet, quod Fiſcus Prin-
cipis veluti in ipſius locum ſubrogatus, ſic
pulchrè tradit Natt.conſ.346. quem ſequi-
tur Roland.à Valle d.conſ.21.num.93.Pe-
regr. d.ſuo tract.lib.5. tit.1.de public. bon.
8 num. 139. ſed † pro crimine in ſuperiore,
& priore directo Domino crimen contra-
ctatur, vt ipſe capiat ratio poſtulat quaſi in
vltionem ſuæ iniuriæ videtur in eo caſu ſibi
ius reſeruaſſe, ad text.cum materia ſua in
cap.1. §.denique, & §.fin.d.tit.quę ſint cauſ.
benefic.amitt.& ſibi Domino ſpectat, & nõ
alijs, Roſent.de feud.cap.5.cõcl.4.in gloſ.4.
quia quando alicui in vindictam ſuæ iniuriæ
debetur, proprium illius eſt, nec alteri con-
fertur, ff.de collat. bon. l.at vbi, ff.de petit.
hæred.l.bouem, §.ſi quis ſeruũ, ff.de edilit.
edict. cap.1. §.ſi quis aliquem, de pace te-
nend.cum plurib.ſimil. qua ratione Bal no-
9 uell.de dote in 6.par. priuil.38. dixit: † lu-
crum quæſitum filio familias ob thorum
violatum per illius vxorem, proprium ip-
ſius eſſe, nec ex eo acquiri vſumfructum pa-
tri, & hæc limitatio procedit indubitanter,
10 cum in inueſtitura repetiatur † clauſula
ſaluo iure ſuperioritatis, & ſuperioris do-
minij, vt aduertit Roland.à Valle d.conſ.78.
num.28.prout in omnibus inueſtituris clau-
ſula prædicta apponi ſolet, & hoc intellige,
vt ius Domini ſuperioris non lædatur re-
ſpectu ſuarum vtilitatum, & obuentionum,
quæ ſibi debentur in bonis illius rei confi-
ſcatis, quia ex delicto illius Dominus in iure
ſuo grauari nõ debet, l.ſancimus, C.de pen.
& alteri per alterum iniqua conditio affer-
ri non debet, l.id, quod noſtrum, ff. de reg.
iur. ſic tradit Boich. in cap.vertentis, extra
de hæret. Guid.Pap.deciſ.341.nec ob quod
notatur in d. §. denique, quia ibi de iure
realiter quæſito dicit Peregrin.d.lib.7.tit.2.
num.95. 96.& 97. vbi multa ad materiam,
& quod tale Maieſtatis crimen per non
ſubditum non committatur, ex multis Ro-
ſental.d.cap.5.cõcl.69.in gloſ.lit G. & quo-
modo latè dixi in hoc Theatro feudali
part.10.

PARTIS VNDECIMÆ,

Dilucidatio XXXIII.

THEMA.

Metalla reperta in fundo feudali, ex quo ſunt in fructu non ad Regẽ, ſed ad vaſſallum ſpectant, ſi ipſe inuenit, & fodit, aut decima, ſi alius ſalua altera decima ibi regalia habenti.

SVMMARIVM.

1 *Minera, auri, argenti, aliorumuè metallorum ſunt in fructu, & nõ ſunt Domini directi, ſed vaſſalli Domini feudi.*

2 *Metallorum fodinas, ſi Princeps reſeruauit in conceſſione Dominus fundi, ſi feudi habebit decimam inuenti.*

3 *Decima, quæ Domino fundi, ſiue feudi debetur, ſi alius fodit, ei debetur.*

4 *Fiſcus decimam metallorum à fodientibus non habet niſi ex conſuetudine.*

5 *Regalia in ſignum ſupremi dominij nunquam præſcribuntur.*

1 Mineræ † auri, argenti, aliorumq; metallorum dubium non eſt eſſe in fructum, iuxta tex.in l.cuius alteri equiſſimum §.vnde quæſitũ, ff.de vſufruct.l.fructus alias diuortio, §.ſi vir in fundo, vbi Alex. Paul. de Caſtr.& alij ff. ſolut.matrim.& eſſe vaſſalli non dubitandum, ſi ipſe inuenit, & fodit,

dit, Alex,& Caſtrenſ.in locis allegatis, Iſer.
in d.cap vnic.quæ ſint regal. ſicut allegat,&
ſequitur Afflict.in d.cap.vnic in verſ.argen-
tariæ nu. 6. qui duo dicunt hoc certum eſt,
2 niſi ✝ Princeps cõceſſit fortè Caſtrum, feu-
dum, aut prædium ſibi reſeruatis metallis
fodinis, quia tunc vaſſallo nil, quam illa de-
cima pars tanquã feudi, vel fundi Domino
competit, quod etiam tradit Henning. Goid.
conſ. 1.nu.2.& conſ.2.num.9. de auri,& ar-
genti fodinis Iaſ conſ.16.nu.67.lib.2. Sche-
neid par.2.num.106.de feud.Boſſ.tit.de me-
tall.nu.10.& ſeq. Crauett.conſ.209. per to-
tum, eleganter Caſtrenſ.conſ.353. commo-
dum venæ &c. lib.1.per tot.tractans de au-
ro, quod ex flumine piſcatur, Vueſembec.
conſ. 45. & ſeq. & teſtatur eſſe communem
Doctorum ſententiam de feud.cap.12.nu.4.
Caſſan.in conſuet Burgund. in rub.1.des iu-
ſtices verſ.expaues num.13. Mozz.C.de na-
3 tural.feud. num.34. ✝ & ei decima illa, quæ
Domino dari debet, ſi alius odit, ei debe-
tur, vt per Iſern. & Afflict. in dictis locis,
dicunt: ſi Dominus reſeruauit ius fodimẽ-
tum, quod vaſſallo nihilominus hæc decima
competat, vt in l.cuncti,& ibi DD.C.de me-
tall. &c. lib.11. ſalua ſemper alia decima
ei, qui regalia in loco habet, vt in eadem l.
cuncti.& in d.cap.vnic.quæ ſint regal. Præ-
poſit. num.7. Aluarot.nu.6.Afflict.in deciſ.
321. num.15. de communi ex alijs teſtatur
Roſent. d.cap.5.concl.88.lit.G.& concl.90.
num.3. ſed illud, quod dicitur, quod Fiſcus
hanc decimam non habet, niſi ex conſuetu-
dine,& Vult. Ening.Gueden.& Zaſ.locis ci-
tatis,& Afflict.in d.verbo argentariæ nu.6.
dum dicit: inueſtito de Caſtro cum omni-
bus iuribus, ac pertinentijs, quod hanc de-
cimam loco Fiſci non capiat, quod imitatur
Scheneid. d.par.2.num.106.& Vueſembec.
d.conſ.45.nu.25. & ſeq. vbi id dicit de Co-
mite inueſtito cum iuriſdictione, (ſed peſ-
ſimè labitur cum nu.24.leges illas, quæ pri-
uatas metalli fodinas tribuũt auri,& argenti
fodinas nolit intelligere, in contrarium eſt
text.in d.l.æquiſſimum, vnde quæſitum de
vſufructu, & cõmunis opinio in præcedenti
dilucidatione, & ratio eſt, quia ad regalia
pertinet, Roſental. d.cap. 5. concluſ. 91.
lit.E.& metallorum fodinæ, ſiue decimæ nõ
acquiruntur niſi ex conſuetudine, & præ-
ſcriptione, quibus regalia acquiruntur, vt
per Felyn.in c.cum nõ liceat, de præſcript.
& magis communem eſſe opinionem dicit
Crauett.de antiq.temp.par.4.ſectione mate-
ria iſta nu.73.& ſeq.ſequitur Menoc.conſ 2.
n.71.& ſeq.& ex alijs multis Roſent. d.cõcl.
in gloſ.lit.A.& diximus ſup. diluc. præced.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio XXXIV.

THEMA.

In proprio loco licet theſaurũ quærere,& inuentus eſt totus Domini loci,& ſi in feudo, aut emphiteuſi vtili, & non directo Domino ſpectat, & in fundo dotali eſt mariti durãte matrimonio communis.

SVMMARIVM.

1 *THeſaurum in proprio loco vnicuique quærere licet, dummodo ſine incantatione,& inuentum ipſi cedit.*
2 *Theſaurus in loco alieno inuentus diuiditur inter inuentorem,& Dominum.*
3 *Theſaurus in alieno loco inuito Domino inuentus per Dominũ loci auocatur totus,& inuentor punitur.*
4 *Theſaurus fortuito caſu inuentus in loco feudali, vel emphiteuſi diuiditur cũ Domino directo, ſi induſtria erit totus vtilis Domini.*
5 *Theſaurus in fundo feudali per Dominum directum, diuiditur cum vtili Domino.*
6 *Vtilis Dominus quo ad vtilitatem præfertur directo.*
7 *Theſaurus inuentus per maritum in re dotali, maritus gaudebit durãte matrimonio idem in creditore.*
8 *Theſaurum in alieno loco inuentum occultans, nihil accipit.*
9 *Theſaurus in domo aliena ab inquilino inuentus data opera eſt Domini domus.*
10 *Theſaurus in locis ſacris inuentus medietas erit inuentoris, & alia medietas ad vitam Epiſcopi.*

1 VNicuique ✝ in ſuo loco theſaurum
quærere licet, dũmodo id ſine incan-
tatione, & arte magica faciat, l.vnic. C.de
theſaur. lib.10. & theſauri quiſquis in loco
proprio inueniet. ipſi cedunt, §.theſauros,
inſtit. de rer.diuiſ. in ✝ alieno loco theſau-
rus inuentus inter inuentorem, & Dominũ
ex æquo diuiditur, d.§.theſauros, de rerum
diuiſ. ſi modo caſu fortuito modo aliquo
fuerit inuẽtus, nec enim in alieno loco the-
3 ſaurum quærere licet: immò, qui ✝ inuitis

Dominis in alieno loco theſaurum quærũt,
nihil ex theſauro conſequuntur, ſed totum
theſaurum Domino ſoli dare cõpelluntur,
& præterea puniũtur, d.l.vnic.C.de theſaur.
& deinde dimidiã partem theſauri Dño ſoli
cõceſſam ad quartã reductam ei datur, l.2.
C.Theodoſiano, de theſauris eoque illa cõ-
ſtitutio pertinet, quę aliter ſuperflua videri
poſſet Borcold. d. loco num.93. & 94. & ſi
4 † Theſaurus in feudali, vel in emphiteuti-
co, ſolo fortuito caſu reperitur pro parte
dimidia, & ſi ex induſtria totũ vaſſalli Dó-
mino ſoli, & non directo Domino quęritur,
cui Domino directo nihil communicat, Iſer.
in d.cap.vnic.num.93. Aluarot.num.8. Pręp-
oſit. num.7. quæ ſint regal. gloſ. Io.Faber,
& Aret.in ſ.theſauros, & Iaſ.ibidem in ad-
dit.ad Portium, vbi & alij inſtit. de acquir.
rer.dom. ad quos ſe refert Peregr.de iure
fiſci tit.2. num.10.lib.4. latè de hoc Caſſan.
in cõſuet.Burgund.tit.des iuſtices ſ.1. verſ.
expaueſ. num.12. cum ſeq. Vueſembec. de
feud.d.cap.12.num.5. Io.de Plat.in d.l.vnic.
C.de theſaur. lib.10. Caſtrenſ.hoc quoque
nu.4. & paſſim conſ.353. incip. commodum
lib.1.Scheneid.par.4.num.fin. Roſental.de
feud.cap.5.concluſ.93.in gloſ. lit.A. ex quo
5 etiam ſequitur, quod ſi † Dominus directus
in fundo feudali inueniat theſaurum, quod
ad vaſſallum dimidia pertinet, tanquam in
loco ſuo repertus ſit, eique Dominus dire-
ctus inuẽtor reſtituere tenetur, & hanc ve-
ram opinionem eſſe firmat Gulielm.Bened.
in d.cap.Raynuntius, dicit Roſent. d.cap.5.
6 nu.92.in gloſ.lit.B.& ratio eſt, quia † domi-
nium vtile quoad vtilitatem præfertur di-
recto, per text.in l.1. ſ.ſi ager vectigal, vbi
communiter concludunt omnes, & tradunt,
& volunt præallegati Doctores maximè in
loco, & iuriſdictione vaſſalli, quemadmodũ
bonis omnibus alicuius ſecundum leges pu-
blicatis alibi, vtilis Dominus regalia habẽs,
habebit condemnati bona in ſuo territorio
ſita, ſecundum Bart. Bald. Angel. & cæteri
Scribentes in d.l 1. C.de bon. vacant. quos
allegat Alex. in conſ.31.nu.4. lib.1. de quo
non dubitandum per cap.vnic. quæ ſint re-
gal. Roſental.d.cap.5.concluſ.52.in text.&
gloſ.lit.C. non autem Dominus directus, ad
text.in d.l.1.& l.vacantia, & vtrobique Do-
ctores de bon.vacant. Iſer. Afflict. Aluarot.
& Boreold.in eod.cap.quæ ſint regal. Pere-
grin.de iure fiſci, de bon.vacant.tit.3.nu.19
7 & ſeq. qui alios adducunt, & ſi theſaurus in-
uentus à marito in fundo dotali ab ipſo ma-
rito pro dimidia ad vſũ pertinere, per text.
in l.is qui, ſ.fin. ff.de acquir.rer.domin. vt
dictum eſt ex prædictis, tamen verior ſen-
tentia eſt contra eos, & maritus theſaurum
in fundo dotali reperiens, donec matrimo-
nium ſoluatur, retinere poteſt, vt commu-
niter firmant Bart. Bald. & alij in d.l.fructus
alias diuortio, ſ.ſi fundum, ff.ſolut.matrim.
Gulielm.Bened.in d.cap.Raynutius, d.verb.
cætera bona, num.30. & 34. de teſtament.
cõtrarietate ex prædictis alijs remota hanc
eandem opinionem ijdem firmant, vt prędi-
ctum eſt, & comprobat Roſental. d.cap.5.
concluſ.93.in gloſ.lit.B. circa finem, & Gu-
lielm.Bened. d.loco, hoc etiam ad credito-
rem oſtendit, & eſt tex.in d.l.ſi is qui, ſ.fin.
& ibi omnes ff. de acquir.rer.domin. & tra-
dunt alij DD.in locis allegatis, & etiam in
vſufructuario, per d.l.diuortio, ſ.fundum,
& ibi notatis Iſern. in d. cap.vnic. quæ ſint
regal.num.93. Aluarot.ibidem nu.8.& no-
tant DD. in d.l.ſi is qui, & Roſental. d.loco
concluſ.93. in text. & gloſ. literis E. & F. &
8 qui † theſarum quem in alieno loco inue-
nit, ſupprimit tanquam malitioſus rerum
alienarum occultator, & fur, nihil omninò
ex theſauro accipit, & vt ex nouella Leonis
Imperatoris 51. Borcold. d. cap. vnic. quæ
ſint regal. num.95. in fin. & licet theſaurus
Dei beneficium ſit, d.l.vnic. C.de theſaur.&
commune donum, vt in d.l.ſi is qui, ff. de
acquir.rer.domin. quod inuidioſa calumnia
perſequi nõ oportet, d.l.vnic. C.de theſaur.
Borcold.d.loco num.92. & quod ſit benefi-
cium, donumq; fortunæ dicit, cap. Regni
incip. quia nõ decet, ex quo ſi poſſet argui
9 eſſe inuentoris, tamen † theſaurus in domo
aliena ab inquilino inuentus, data opera in-
uentus, eſt Domini domus, vt in d.cap.Regni
quia nõ decet &c. ibidem legitur: (theſau-
rum inuentum commodis inuẽtoris in ſolo
proprio reperientis, illi accreſcere; cuius
medietas Fiſco noſtro quando in loco pu-
blico, vel fiſcali, & Domino loci, quando in
alieno quis non ſuo, quis theſaurum inuene-
rit abſque ſceleratis puniendis magicis ar-
tibus iuxta diſpoſitionem iuris veteris ap-
plicetur, nulla inuentori per Curiam noſtrã
inferenda calumnia, nullaq; ipſi inferatur
afflictio, ſicut conſueuit actenus per abu-
ſum) ex quibus claris, & teſtualibus verbis
d. cap. Regni, noſtra preſens Dilucidatio
clarè remanet, & iura iam dicta mandant,
10 † theſaurus fortuito inuentus in locis re-
ligioſis ſacris, & in monumentis, dimidiam
partem ſpectat Epiſcopo, ſiue Prælato ad
vitam Epiſcopi, Pręlatiq; Epiſcopatum, ſiue
Eccleſiam aliquam tenentis, & aliam dimi-
diam inuentori, vt concordatis opinionibus
firmat Peregr.de iure fiſci lib.4.tit.2.de the-
ſaur.& metall.num.6.

PARTIS

Digitized by Google

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XXXV.

THEMA.

Regalium eorumq; eſſentia, & definitio ſunt iura Imperatori, ſiue Regi à Populis donata in premiũ in menſi laboris, quem pro Imperio ſubſtinet.

SVMMARIVM.

1 *Regalia, quæ ſint, & eorum diffinitio.*
2 *Regalia cur ita dicta.*
3 *Iuriſdictio omnis, quæ dignitas ab Imperatore, ſiue Rege fluunt.*

Omnis, quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio à diffinitione proficiſci debet, vt de quo agitur quid ſit, intelligatur ſecundum Cicer. in 1. offic. quem refert Bal. in prælud. feud num 8. Ferrarienſ. in forma libell. quo agitur ad reuocationem feudi, ſuper verbis coram vobis, num. 2. Vant. in tract. de nullit. in princ. Seyſell. in ſpecul. feud. in tit de diffinit feud Paris de Puteo de
3 reintegrat. feud. in prohem. † Regalia igitur ſunt iura Imperatori, ſeù Regi, vel ſupremo Principi, eiuſq; Fiſco in ſignum ſupremæ præheminẽtiæ, & immenſi laboris premium & publicæ vtilitatis comoda, ad Imperij dignitatem, ac Maieſtatem conſeruandam tendentia, debita, data, conceſſa, & reſeruata; quę deſcriptio colligi poteſt ex his, quæ tradit Iſern. Bald. Aluarot. Afflict. Pręposit. Laudenſ. Petr. Rauen. & alij in princ. cap. 1. quæ ſint regal. Ferrar. Montan. lib. 5. feud. cap 7. Boſcolt. cap. 11. in princ. Rolan. à Valle conſ. 1. num. 15. lib. 2. vbi poſt Affl. inquit, quod regalia: ad decus, & honorem Principis deputata, Vulteius lib. 1. de feud.
2 cap. 5. num. 6. † dicuntur regalia, quæ Imperatori competunt, quem feudorum Authores Regem nominant, cap. vnic. quæ ſint regal. & ibi Iſern. Aluarot. & alij, patet etiã in cap. 1. §. & quia, de his, qui feud. dar. poſſ. cap. 1. de l. Corrad. Borcold. in tit. de regal. Ioan. Igneus in l. neceſſarios, §. nouiſſimè, ff. ad Senat. Conſult. Syllanian. Rol à Valle in conſ. 1. num. 15. lib. 2. & conſ. 4. num. 14. lib. 3. Vulteius d. cap. 5. num. 6. lib. 1. & ab
3 † Imperatoribus, Regibus, & Principibus tanquam ex fonte omnium dignitatum iuriſdictionis, & præheminentiæ, mediatè, & immediatè fluunt. Hinc rationem ethimologiæ ferè omnes reddunt in d. cap. 1. quę ſint regal. Vulteius d. cap. 5. num. 6. in fine, poſt Bald. in cap. 1. nu. 1. ibi à Principe, Aluarot. num. 4. Præpoſit. num. 1. ibi nota quod in declarando &c. Afflict. num 1. Schench. in verſic. hic textus videtur &c. qui dicatur Dux &c. Pruckman. de regal. cap. 1. num. 16. Marant. in ſpec. aur. par. 4. diſtinct. 5. num. 5. Cepoll. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 3. num. 17. Roſental. de feud. cap. 5. concluſ. 1. in gloſ. litera E.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XXXVI.

THEMA.

Regalia cõpetunt Imperatori, Regi, Principi, & eis, qui iura Imperij habent.

SVMMARIVM.

1 *Regalia competunt Papæ.*
2 *Regalia regulariter Imperatori, & Regi competere.*
3 *Regalia cõpetunt ei, quem Rex, ſiue Imperator Regia dignitate eminere iuſſerit.*
4 *Procedit etiam in Regibus ſuperiorem non recognoſcentibus.*
5 *Regalia cur non potius imperialia ſunt dicta.*
6 *Feuda, quæ nam dicantur regalia.*
7 *Papa quantum poteſt aſſumit ſibi conferre, & creare huiuſmodi dignitates.*

Ab ethimologia vocabuli regalium dicẽdum eſt, quod Papa, Imperatori, Regi, & Principi iura regalium competunt, quod
1 competatur † Papæ, dicit Peregr. de iure Fiſci cap 2. num. 2. & de communi opinione omnium tradit Afflict. in cap. 1. num. 2. quæ ſint regal. DD. in cap. 1. de feud. March. Iaſ. in rubr. qui feud dar. poſſ. num. 4. Seyſell. in ſpecul. feud. qui feud. dar poſſ. verſ. ſed Martinus, Vulteius d. cap. 5. num. 7. verſ. dixi regalia Imperatoris fol. 90. & quod regalia
2 † competunt Imperatori, Regi, & Principi, dixit Iſer. in cap. 1. quæ ſint regal. nu. 1. & 2. vbi ait, quod hæc iura cõpetunt Regi, Bald. ibidem nu. 5. Præpoſ. ante num. 1. Laudenſ. num. 5. & Petr. de Rauenn. in princ. inquit: (eſſe res Regni, quæ ſpecialiter ad Impe-

ratorem, ſiue Regem ſpectant.) & Ferrar.
3 Montan.num.7.lib.5.dicit : ad † eum, quem
Imperator regia dignitate eminere iuſſerit,
vel alios Reges, hæc regalia omnia in ſuo
Regno ſine alia conceſſione habere, Cępoll.
in tract. de ſeruit. ruſtic. præd. cap.28. de
portu num.29. Peregrin. de iure fiſci lib.1.
tit.2.de his, qui iura fiſcal.hab.num.76.quod
4 procedit etiam in † Regibus ſuperiorem
nõ recognoſcentibus, ſicut Bald.& Præpoſ.
dictis locis exemplum dant de Rege Sici-
liæ,& Boemiæ, & Claud Seyſell. in d.rubr.
qui feud.dar.poſſ. in princ. limit.2. Boſſ.in
tit.de regal. nu.2.& 3. vbi teſtatur hanc cõ-
munem eſſe opinionẽ poſt Curſett.in tract.
de poteſt.regia quæſt.49. & nu.13 qui Boſſ.
idem dicit de Rege ſubdito, Vulteius d.c.5.
num.6.lib.1. verſ.vel quod hodie &c. vſur-
patione quadam, inquit, cum alias ſi de iure
loquamur, nõ niſi Imperatori regalia cõue-
5 niant. & † nõ dicuntur Imperialia, ſed Re-
galia eſt, quia plerumque in lib. feudorum
Imperator vocatur Rex, vt in d. cap. quæ
ſint regalia,& per Iſern. & alios, vt ibi, &
prædiximus in præcedenti Dilucidatione,
quia moris eſt, vt prius creetur Rex Ro-
manorum,& poſtea Imperator efficitur,&
vocatur, vt eſt notum,& ex hiſtorijs, ac ha-
betur ex aurea Bulla Caroli Quarti tit.1.
& 2. & paſſim Aluarot.in cap.1.in princ.de
6 nou.form.fidelit. † & non omnia feuda,&
res dicuntur regalia, ſed tantum ea, quæ ab
Imperatore, Rege, vel ſupremo Principe
ſuperiorem non recognoſcente, aut eo, cui
id ex ſupremi alicuius Principis priuilegio,
vt per Iſern.in d.cap.1. & ibidem Laudenſ.
num.12.& Prępoſit.nu.2.quis dicatur Dux,
Camer.in cap.Imperialem, de prohib.feud.
alien.per Federic. Zaſ. par.2. nu.1.& par.5.
num.1. & ſeq. & eſt communior, & recepta
opinio, teſte Curt.par.1.q.8.num.4. & Clar.
in §. feudum q.10. cum annexa regali di-
gnitate conceditur, veluti Regni, Ducatus,
Principatus, Marchionatus, Comitatus, Caſ-
ſan. conſ.64. num.6. de omnimoda iuriſdi-
ctione loquẽs Borcolt.de feud.cap.4.nu 12.
Laudẽſ.in cap.vnic.de his, qui feud.dar.poſſ.
Iacobin. de feud.in verſ.feud. num.5. Ray-
naud. in comprehenſor.iur.feud. num.21.&
ex alijs ſupra in noſtra Parte ſexta, Dilucí-
datione quarta, de his, qui feud. erigere, &
7 dare poſſ. & † Papa multoties ſibi aſſu-
mit conferre, & creare huiuſmodi digni-
tates, dicit Bald.in cap.1.nu.3. & poſt eum
Aluarot. num.1.de feud.Marchiæ, quos ſe-
quitur Menoch conſ. 298. num.18.& ſeq.
Vulteius d.cap.1.num.7. Ottoman.in rubr.
quæ ſint regal. cap.4.num.11.& Peregr. de
iure fiſci lib.1.tit.2.num.36 & 39.& ei com-
petere eſſe communem opinionem Afflict.
in cap.1. num.2. quæ ſint regal. Vulteius d.
cap.5 verſ.dixi regalia fol.90.cum ſuperior
ſupremus,& maior Imperatore,& omnium
Regum ſit, eoſque ipſe eligit, vt eſt notum.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XXXVII.

THEMA.

Iura, & bona Principis, ſiue Regis, quatuor ſunt ſpeciei, & omnia reducuntur ad duo, ſcilicet ad maiora, & minora.

SVMMARIVM.

1 *Iura Principis quot ſunt ſpecierum.*
2 *Regalia omnia ad maiora, & minora reduuntur.*
3 *Regalia maiora ſunt dignitates minora vtilitatis.*

1 ET ſi iura,& bona Principis quatuor di-
cuntur eſſe ſpecies, & primam eſſe iu-
riſdictionem, ſecundam bonorum fiſcaliũ,
tertiam bonorum patrimonialiũ, quartam
2 bonorũ ſingulorum Regni; tamen ad † duo
regalia reducũtur ad maiora, & ad minora,
Io.Ferrarienſ.Montan. lib.5 feud.c.7. Bor-
colt.in explicatione cap.vnic.quę ſint regal.
num.3.Vulteius cap.5.num 7. verſ.nec ſunt
3 generis in princ. ferè inquiens : † maiora
dignitatis, minora vtilitatis Imperij eſſe;
nec Fiſcum illa perſonam Imperatoris re-
ſpicere, item illa demonſtrare Imperato-
rem, nec Imperium, Peregrin. de iure fiſci
tit.1.lib.1.nu.9 cap.16.& num.64 lib.2.Ro-
ſental.de feud.cap.5.concluſ.2 in gloſ.lit.A.
Affl.in d.c.1.quę ſint regal.Iacobin.in verſ.
Princeps Pedemontiũ, verſ.ſed an Princeps,
& alia Regnir.Setin.lib.1.de regal.cap.2.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio XXXVIII.

THEMA.

Iuriſdictio eſt prima ſpecies bonorum,& iurium Principis, quę eſt

pote-

poteſtas ciuilis, & criminalis, merum, & mixtum imperium, comprehendẽs, & alia à Principe fluente, & refluente.

SUMMARIUM.

1 *IVriſdictio in Principe quid ſit.*
2 *Iuriſdictio finis eſt vt Ciuitas bene, & quietè viuat.*
3 *Poteſtas, & iuriſdictio eſt in Principe, & ab eo manat tanquam à fonte.*
4 *Iuriſdictionem nemo habere poſſet ſine Principis conceſſione.*
5 *Iuriſdictio qualiter ad Principem refluat.*
6 *Iuriſdictio ſemper inhæret oſſibus concedentis.*
7 *Principis ſuprema poteſtas nulla præſcriptione tolli poteſt.*
8 *Iuriſdictionis primaria origo à Populo.*

1 IVriſdictio † in Principe nihil aliud eſt
quam poteſtas ciuilis, & criminalis cõ-
prehendens merum, & mixtum imperium,
vt in tit. quæ ſint regal. in vſib. feudor. item
iuriſdictio eſt publica poteſtas, per quam
quis operatur in iuſta dicendo, vt Ciuitas
2 bene, quieteq; viuat; † bene, quieteq; viue-
re eſt finis omnium iuriſdictionum, vt in
Boetio Politic. & in l. congruit, ff. de offic.
Præſid. guius autem duæ ſunt ſpecies, vna
realis, altera legalis, de quibus ſpetialiter
dicimus infra, & redeundo ad principalem
iuriſdictionem, ſiue poteſtatem, dico, quod
3 nec † iuriſdictio, ſiuè poteſtas apud Princi-
pem fuerunt, poſtquam Reges eſſe cęperũt
tanquam apud fontem à quo fluunt, & re-
fluunt omnes iuriſdictiones ſicut flumina ad
mare, l. 1. C. de conſtit. Princ. l. 1. §. cum Vr-
bem, de offic. Præfect. Vrb. & l. 1. C. eodem,
Iſern. in cap. 1. in verb. poteſtas creandorũ
Magiſtratuum, & ibi Præpoſ. col. 5. quæ ſint
regal. Bellug. in ſpec. Princ. rub. 22. num. 1.
Roderic. Suarez alleg. 7. nu. 7. latiſſimè Co-
uarr. lib. pract. quęſt. cap. 1. nu. 2. & 9. Afflict.
in cap. 1. §. ad hęc, nu. 5. de pace iuram. firm.
Molin. de primogen. Hiſpan. cap. 25. nu. 12.
Curt. iun. conſ. 65. num. 2. Gramat. vot. 28.
num. 11. & deciſ. 46. num. 1. Marant. de ord.
iudic. par. 4. diſt. 5. num. 3. D. Carol. Tapia
Marchio Belmõtis, Regens in Conſilio Ita-
lico apud Catholicam Maieſtatem in rubr.
de conſtit. Princ. cap. 4. num. 10. fol. 59. ita
quod à Principe in inferiores per conceſ-
4 ſiones, & cõfirmationes fluunt, cum † iuriſ-
dictionem ad aliquem pertinere non poſſe
ſine Principis conceſſione mediatè, vel im-
mediatè, vt inquit Alex. conſ. 24. nu. 1. lib. 5.
Alonſ. Montalu. ſuper ll. for. l. 2. tit. 7. de los
officios de los Alcaydes, verſ. por el Rey,
Greg. Lopez in l. 2. tit. 1. par. 2. verſ. juſtitia,
y excormiento, & ſi iuriſdictiones à Princi-
5 pe fluunt, tamen ad † eum refluunt per de-
uolutiones, & per crimina, appellationes,
nullitates, querelas, & expirationes. facit
tex. in §. Iudices alias ad hæc, vbi Bald. Ra-
uenn. & alij de pace iuram. firm. Iacobin. in
verſ. Vicarius num. 6. Bart. in l. 1. nu. 6. ff. de
iuriſd. omn. Iudic. Marant. in ſpec. aur. par. 4.
diſtinct. 5. nu. 3. Preeckman. de regal. cap. 2.
num. 16. Vulteius cap. 5. num. 6. Afflict. nu. 1.
cap. 1. quis dicatur Dux, qui alios adducũt,
& hæc iuriſdictio eatenus apud Principem
eſt, vt licet alteri ab eo concedatur, tamen
6 † ſemper inhæret oſſibus concedentis iure
ſuperioritatis, & in eo tanquam in origine
ſeruatur, dixit Anchar. conſ. 310. Senat. Pe-
damont. deciſ. 30. num. 6. & vt inquit Bald. in
l. qui ſe patris, C. vnde liber. quem ſequitur
Gramat. deciſ. 30. num. 3. & Roland. à Valle
conſ. 48. num. 21. & conſ. 8. num. 15. lib. 2. in
conceſſionibus iuriſdictionũ authoritas con-
cedentis ſemper præſeruatur illęſa, cum
contra eius authoritatem nequat exerceri,
7 vt in † eo ſemper reſideat ſuprema pote-
ſtas inſeparabilis, quæ nulla præſcriptione
tolli poteſt, vt tradit Couar. in reg. poſſeſſor
2. par. §. 3. nu. 4. Bellug. in ſpec. Princ. rub. 22.
num. 55. & ſeq. idem Marchio Belmontis
8 loco citato nu. 14. ſed primarius fons, † &
origo omnium poteſtatum, & iuriſdictionũ
ipſe Populus fuit, qui Imperatori, ſiue Regi
omne Imperium, & iuriſdictionem cõtulit,
vt in l. 1. & 2. de ambitu, l. 2. §. nouiſſimè, ff.
de orig. iur. §. ſed, & quod Principi placuit,
inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. l. 1. ff. de conſt.
Princip. & vtrobique Doctores, & alibi la-
tius diximus.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XXXIX.

THEMA.

Secunda ſpecies iurium, & bonorũ Principis ſunt bona fiſcalia, ad Fiſcum Rempublicam, vel Regnum pertinentia.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *BOna fiſcalia, & cur ita dicta.*
2 *Fiſcus quid ſit.*
3 *Fiſcus non eſt Dominus iurium fiſcalium, ſed Adminiſtrator.*

SEcundæ ſpeciei bonorum, & iurium
1 Principis, ſiue Regis ſunt † bona, quæ
propriè dicuntur fiſcalia, id eſt ad Fiſcum
Rempublicam, vel Regnum pertinentia,
publicumq; patrimonium, dicta fiſcalia, à
Fiſco, qui eſt ſaccus Regni, in quem omnes
fructus, reditus, atque prouentus Reipubli-
2 cæ ponuntur. Nam Fiſcus † ſecundum Bal.
in tit. de feud. March. cap. 1. eſt pars Reipu-
blicæ, ſunt ergo fiſcalia Armanniæ, viæ pu-
blicæ vectigalia, pœnæ, & multa bona va-
cantia, bona indignis ablata ob inceſtas nu-
ptias contrahentium bona damnatorum,
reorum de Angarijs, Perangarijs collatio-
ne ad expeditionem Imperatores de Ar-
geutarijs, & Palatijs, itenera publica, flumi-
na nauigabilia, mare, portus, auri fodinæ, ſa-
linæ, piſcationes, & ſimilia, & prouentus, qui
ex illis colliguntur, vt in tit. quæ ſint regal.
& alia per Cuiacium in d. cap. 1. quæ ſint re-
gal. & per Vulteium de feud. cap. 5. num. 7.
his etiam addi poſſunt ea, quæ Vniuerſita-
tis ſunt communia, vt notatur in l. ſicut, ff.
quod cuiuſque Vniuerſ. nom. in l. 1. de rer.
diuiſ. & quidem quæ numerantur in hac ſe-
cunda ſpecie ſunt bona non propria Regis
ſolius, ſed Regiæ Coronæ, ſiue regaliæ, quia
3 iurium huiuſmodi † fiſcalium Princeps non
eſt Dominus, ſed Adminiſtrator, ſeù quaſi
Dominus, l. 2. §. interdictum, ff. nè quid in
loco publico, ibi: (quaſi propriè, & priuatę)
dictio enim quaſi denotat imperfectionem,
l. in facto, de condit. & demonſtr. hic enu-
merantur, quæ cum iam longo tempore
detinuiſſent Epiſcopi, Proceres, & Ciuitates
Italiæ Imperatori reſtituerunt, Vulteius
d. cap. 5. num. 7. fol. 90.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XL.

THEMA.

Tertia ſpecies bonorum Principũ ſunt bona patrimonialia ipſius Principis.

SVMMARIVM.

1 *BOna patrimonialia Principis, quæ dicantur.*
2 *Bona iuſto bello contra infideles à Principe acquiſita efficiuntur patrimonialia ipſius Principis.*
3 *Princeps an bona patrimonialia poſſit in extraneum transferre.*
4 *Bona cenſualia in perpetuum poſſunt numerari inter patrimonialia Principis.*
5 *Feuda noua & bona emphyteutica ad tẽpus ſi ſint propria ipſius Principis, qualiter in eis ſuccedatur.*
6 *Quid de feudis quaternatis.*
7 *Quid de feudis planis.*
8 *Bona ruſticana pro quibus præſtãtur operæ ſub patrimonialibus Principis, quatenus cenſentur.*

BOna patrimonialia, & propria Principis
ſunt tertia ſpecies ipſius Principis bono-
rum, quæ tanquam priuatus poſſidet, vel
poteſt habere, nec quidem ſunt in duplici
differentia.

Primo; quæ habent iure hæreditario à
prædeceſſoribus ſuis, ad quos aliqua cauſa-
rum de ſequentibus peruenerant.

Secundo, quę ad eum nouiter peruene-
runt, vtputa ex crimine perduellionis, pro-
ſcriptionis, & vacationis, vel ob aliam cau-
ſam ad Fiſcum ſuum Principum deuoluta,
l. 1. & 2. ff. de iure fiſci, l. 3. C. de bon. vacant.
& toto lib. 10. C. aut ſi ex pecunijs, quæ per-
uenerũt ex reditibus Regni, ſcilicet ex pro-
uentibus, aut emolumentis, quæ ad ſui ſta-
tus, & regię perſonę ſubſtentationem depu-
tantur aliquas poſſeſſiones, vel caſtra, vel
loca emerit à priuatis perſonis, vel etiam,
2 quæ per induſtriam ſuam iuſto † bello cõ-
tra infideles acquiſierit, talia bona patri-
moniali iure cenſentur, vt in l. 3. de bon. va-
cant. in l. 2. in fin. de aqueduct. Luc. de Penna
in l. quicumque, & l. 2. colum. 2. in fine, C. de
omni agr. deſert. lib. 11. ad idem cap. ſume,
§. pro parte in fin. §. 3. lib. 6. adeo quod ipſa
3 † poteſt alienare pro libito ſua diſpoſitio-
ne in extraneum hæredem transferre ſicut
quilibet priuatus, dummodo a Regno ipſa
non eximat, ſi intra fines eiuſq; iuriſdictio-
nis conſiſtat, argumento eorum, quæ notat
Innocent. & Archidiac. in d. §. pro parte, &
4 ex his † eſſe poſſunt bona cenſualia, & lo-
cata, & conceſſa in perpetuum à Rege, vel
priuato ſub certo cenſu proinde præſtan-
do, quæ per poſſeſſores alienari poſſunt ſal-
uo cenſu, nec amittantur etiam cenſu lon-
go tempore non ſoluto, per text. in l. fundi,
C. de

Digitized by Google

C.de fund.patrimon.lib.11. & in cap.conſti-
5 tutus, de relig.domib. item ſunt † feudalia
bona nouiter conceſſa in feudum, quæ di-
cuntur feuda noua. Item emphiteotica lo-
cata alicui non in perpetuum, ſed ad tem-
pus, vel vſque ad tertiam generationem,
§.Deo, tit. locati, inſtit. cum ſimil. in his bo-
nis ſi contingeret Regem decedere abſque
ſucceſſore, qui ex forma conceſſionis ſibi, ac
Regno factę, ſuccedat in eo alius hęres eius,
qui ex tali forma veniret excludēdus à Re-
gno ſibi ſuccedit ſicut in patrimonialibus
cuiuſque priuati, ſecundum iura ſuccedet.
6 Item † feuda quaternata, quæ teneantur à
Rege ſub Comite, vel Barone, in quorum
ſucceſſione idem ius, quod in alijs bonis vē-
dicat ſibi locum per Conſtit. Regni vt de
7 ſucceſſionibus, ſunt etiam alia † feuda,
quæ dicuntur plana, ſeù minima, & de tabu-
la, non tamen quaternata, ſed feudi iure
cenſentur, vt per Luc. de Penna in d.l.qui-
cumque, cui addo, ſi bona, & feuda ipſa non
ſint de corpore, & membris Regni, ſed ex-
8 tra, item ſunt † bona ruſticana, quæ tenen-
tur ſub dominio alicuius Comitis, vel Ba-
ronis, pro quibus præſtantur operę, ſeù re-
ditus, eoque non cenſentur propriè iure
feudi quantum ad ſucceſſionem, vt in conſt.
de hom.Baro.poſſeſſ.in terr. d. l.quando, §.
& ſi contigerit, de quibus per Luc. de Penna
vbi ſupra, & in l.1. poſt gloſ. quæ incip. nota
ſic &c. pro his bonis præſtatur collecta, ſeù
publicæ functiones, idem Luc. de Penna in
l.litibus, §. hæc, C. de agricol. & cenſit. ex
Principis patrimonij duplicis præſtantur
operę, in l.bene à Zenone, C.de quatrienn.
pręſcript. item vt in auth. vt ſing. obed. iud.
pro. §.ſi vero, l.3.col.5. Barthol. de las Ca-
ſas in quæſt. de Imperatore, vel Regia Ma-
ieſtate, per Dionyſ. Gotofred. in pract. ciuil.
tit.1.lib.4. de conſtit. & princ.iur. C.de bon.
Princ. & var. eorum gener. fol. mihi 213.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio XLI.

THEMA.

Quarta ſpecies bonorum Principis, ſiue Regis, ſunt bona ſingulorū Regni priuatorū, in quibus neque dominium, neque poteſtatē habet niſi quo ad vtilitatem, neque quo ad directum, ſed ſolum quo ad iuriſdictionem, & protectionem.

SVMMARIVM.

1 *Bona burgenſatica, & allodialia, quæ dicantur.*
2 *Allodialis res omnis præſumitur, donec probetur contrarium.*
3 *Allodialium poßeſſores reſpectu dictorū bonorum non poßunt dici vaſſalli.*
4 *Poſſeſſor quilibet præſumitur proprietarius, niſi aliter conſtet.*
5 *Princeps in rebus priuatis Populorum dicitur protector, & defenſor.*
6 *Imperator ratione protectionis, & iuriſdictionis dicitur Dominus mundi.*
7 *Priuatorum res non ſunt in dominio, ſed in iuriſdictione Principis.*

1 Quarta † ſpecies bonorum Principis,
ſiue Regis ſunt bona priuatorum li-
bera, quæ Nos burgenſatica, ſiue
allodialia dicimus, & à nemine recognoſcū-
tur niſi à ſolo Deo, cap.1. de allod. in vſib.
feud. & ibi Aluarot. quia cuncta, quæ Deus
creauit, fecit in miniſterium cunctis genti-
bus, quæ ſub cœlo ſunt, vt in Deuteron.
cap.4. vnde homo quilibet conceſſione diui-
na poteſtatem habuit præoccupandi poſſeſ-
ſionem cuiuſcumq; rei, quę à principio erat
2 communis, & omnis res † præſumitur allo-
dialis, donec probatur contrarium, l.liber-
tas, ff. de ſtatu homin. ex quibus neque Im-
peratores, neque Reges fundant intentionē
ſuper rebus ſingulorū hominum, & poſſeſ-
ſionibus ipſarum rerum, ſeù Prouinciarum,
& territoriorum in eis, nec ſuper vtili, nec
3 ſuper † directo dominio, vnde illarum poſ-
ſeſſores non poſſunt dici reſpectu illorum
vaſſalli Regum, vel Dominorum, ſed tantū
ſubſunt, vel dicuntur ſubditi Dominis, vel
Regibus locorum quantum ad iuriſdictio-
nem, & ſic poteſt intelligi lex incola, ff. ad
municip. & l.forma, §.ſi vires, ff. de cenſib.
l.Imperatoribus, ff. de publican. l.fin. C. vbi
4 in rem actio. † cum quilibet poſſeſſor præ-
ſumitur proprietarius, niſi aliud probetur,
gloſ. in l.& ſi quis, §.ſed interdum, ff. de re-
lig. & ſumpt. funer. & l.penult. C. de ingen. &
manumiſſ. Iacobin. in §.dictiq; vaſſalli fol.9.
1. & 2.col. Gulielm. Bened. in cap. Raynun-
tius, de teſtam. in verſ. vxorē nomine Ade-
laſiam deciſ.1. & 2. Reges igitur, & Impe-
5 ratores, at alij quicumq; ſupremi † Princi-
pes, & minus inferiores eius non ſunt rerū

priua-

priuatarum Domini directi, nec etiam vtiles, ſed protectores vi ſuæ ſupremæ iuriſdictionis, ita DD. in cap. nimis, de iure iurand. cap. quæ in Eccleſiarum, & in cap. quia plerique, de immun. Eccleſ. per Innocent. in l. bene à Zenone, de quatrienn. præſcript. ita Speculat. in tit. de feud. § quoniam q. 14. inquiens, quod licet magni Barones, ſcilicet Comites, Duces, & alij ſimiles ſint immediati vaſſalli, ſeù Ligij Reges, in cuius Regno ſunt, vel Imperatoris, 11. q. 1. cap. nullus ex cauſa, de offic. ordin. cap. paſtoralis, & cap. Romana, eod. tit. in ſexto, tamen ſi Imperator, & Rex habet imperium generalis iuriſdictionis, & poteſtatis, 80. diſt. cap. quo iure, & per Specul. d. loco, quem ſequitur Cuiac. poſt gloſ. §. quamuis, ſub cap. tributū 23. q. 8. in gloſ. ibi Imperatores reijciendo dictum Hoſtienſ. contra omnes DD. in tit. de præſcript. §. quæ exigantur num. 1. ſed nunquam maius Imperatorem eſſe Dominum proprietarius, & quod poſſet rem alterius donare, vel alienare, vt in d. l. bene à Zenone, ſed putans eſſe ſuam, vt notat ibi gloſ. & Iſern. in cap. quæ ſint regal. num. 7. bona committentium crimen læſæ Maieſtatis, & dicta Hoſtienſis opinio eſt cōtra gloſ. in l. Barbarius, de offic. Præfect. Præt. & gloſ. in l. conſt. ff. de veter. mil. ſucceſſ. & vtrobiq;
6 Bart. † quod ratione protectionis, & iuriſdictionis Imperator dicitur Dominus mundi, quia tenetur mundum, ideſt Eccleſiam defendere; nam videmus in quæſt. Bart. quod ratione protectionis quis dicitur Dominus, vt in l. interdū, §. quod tutelam, ff. de furt. & l. quod fundum, §. quod tutor, ff pro emptor. idem ait in extrauag. ad reprimendum in verſ. totius orbis, item Card. Zabarell. in clem. paſtoralis, §. vt illud, de re iudic. nu. 2. Iſern. de cap. qui cur. vend. §. ſimiliter poteſt 4. col. in fine, Luc. de Penna in l. prædia domus, vlt. col. de locat. præd. riuil. lib 11. vbi ponit intellectum d. l. bene à Zenone, referens Hoſtienſ. Archidiac. ſequitur hanc opinionem ſecundam D. Thom. in quolib. 22. art. 15. ad primum, vbi dicit, quod duo ſunt Principum ad gubernandum, non ad retinendum ſibi, vel dandum alijs; idem in lib. de regim. Princ. opuſc. 20. Bartholom. de las Caſas in ſua quæſt. de Imperat. & regia poteſtate, ca... res priuatorum, non in dominio ſuo, ſed iuriſdictione & protectione Principis, & refert Dionyſ. Gottofred. lib. 1. pract. ciuil. fol. 250.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XLII.

THEMA.

Regalia maiora ſūt dignitates conferre, & alia ad ſupremum Principem ſpectantia. communis.

SVMMARIVM.

1 *Regalia maiora, quæ ſint.*
2 *Comes ſine Comitatu abuſiuè dicitur Comes.*
3 *Nobilitandi poteſtas, eſt de regularibus Principis.*
4 *Princeps poteſt hominem ad nobilitatem, & honores promouere, & inter eos adminiſtrare.*
5 *Legitimare notos ſpectat ad Principem.*
6 *Famam reſtituere poteſt Princeps.*
7 *Legem vniuerſalem condere eſt de regalibus Principis:*
8 *Tabelliones conſtituit ſolus Princeps.*
9 *Baronibus an creandi Tabelliones concedi poteſt.*
10 *Comites Palatini à Principe creantur.*
11 *Ætatis venia à quo conceditur.*
12 *Vniuerſitates, & generalia ſtudia ſoli Principi erigere ſpectat.*
13 *Magiſtratus creare eſt de regalibus.*

1 MAiora † regalia, quæ ad ſupremum Principem ſuperiorem nō recognoſcentem, ſunt dignitates conferre, quod debet eſſe extra omnem cōtrouerſiam, vti de Principatu inueſtitur Princeps, de Ducatu Dux, de Marchionatu Marchio, & de Comitatu Comes, & deinceps vt eſt text. in cap. 1. quis dicatur Dux, Comes, &c. & ibi DD. nullo excepto Bart. in l. 1. num 69 C. de dignit. Peregrin. de iure fiſci lib. 1. cap. 39. Borcolt. in tit. quæ ſint regal. nu. 4. Vulteius
2 in cap. 5. num. 7. in princ. & † qui ſine Comitatu creatur Comes, is abuſiuè dicitur Comes, teſte Bald. in cap. 1. num. 2. quis dicatur Dux &c. & ibi Petr. de Rauenn. & Laudenſ. num. 16. Roſental. cap. 2. concluſ. 1. in gloſ.
3 gloſ. lit. F. † item nobilitare dicunt DD. in l. 1. C de dignit. lib. 13. Tiraquell. de nobilit. cap. 6. Caſtrenſ. conſ. 22. lib. 2. & in l. 1. C. de nnatal. reſtit. Vulteius d. cap 5. num. 7. Caſtrenſ. d. conſ. 22. Preckman. in tract. ſolut. poteſtat. memb. 1. effect. 4. vbi quod etiam poſſit indu.gere vt homo nouus, nō obſtante lu-

te ludorum equeſtrium, l. ab Henrico lata,
4 & † nobiles non exiſtentes Princeps nobi-
litare poteſt, quoniam hoc nobilibus non
nocet, ſed potius Reipublicæ intereſt plu-
res in ordinem nobilium copulare dignos,
vt præclara ingenia ad bene merendum
exerceantur, & alios ad artes exercentes
conſeruantur, Maſcard. de probat. concluſ.
1094. nu. 5. lib. 2. Roſental. cap. 5. concluſ. 2.
5 gloſ. lit. L. extra † legitimum matrimonium
quæſitos legitimare Princeps poteſt, §. fin.
in nouell. quib. mod. natur. effic. ſui, cap. per
venerabilem, qui filij ſint legit. Iacob. de
S. Georg. in verſ. Princeps nu. 6. ſpecialit. 16.
Zaſ. par. 5. num. 14. Ferrar. Montan. de feud.
cap. 7. lib. 5. Scheneid. par. 2. nu. 97. Borcold.
d. cap. 1. de regal. nu. 4. Afflict. in cap. 1. nu. 1.
quæ ſint regal. Caſſan. in cathal. glor. mund.
par. 5. conſid. 24. nu. 50. Boſſ. in tit. de Princ.
Raph. Cuman. conſ. 162. Vulteius d. cap. 5.
num. 7. Roſental. eodem cap. 5. concl. 2. in
6 gloſ. lit. D. item † famæ reſtituere Princeps
poteſt, ad hoc facit l. 1. & ibi DD. C. ſentent.
paſſ. l. 1. de natal. reſtit. Borcolt. & Vulteius
7 d. locis, item † legem vniuerſalem Princeps
concedere poteſt, §. ſed, & quod Principi
placauit, inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. l. 1.
de conſtit. Princ. l. fin. C. de legib. in quibus
ſcribunt omnes Vulteius d. loco, poſt Pere-
grin. de iure fiſci lib. 1. cap. 1. num. 10. item
Princeps ſolus Tabelliones conſtituere po-
teſt, Ferrar. Montan. cap. 1. quæ ſint regal.
vbi Afflict. num. 22. Zaſ. num. 14. Iacobin. &
alij Scribentes ibidem, Sonſbech. par. 8. nu.
28. Claud. Seyſell. in rubr. qui feud. dare
poſſunt, & ſi aliqui contradicunt, quod hoc
9 non ſit, de reſeruatione Principis, † & quod
Barones poſſint Tabelliones eligere; tamen
obſeruantia eſt in contrarium, quod ſolus
Rex ipſe eligit, vel alius eius nomine, vt in
hoc Neapolitano Regno Præſidens Sacri
Regij Conſilij, & Vice Prothonotarius Ta-
belliones, & Iudices ad contractus eligit, vt
eſt notum, niſi ab ipſo Principe tale priui-
10 legium alijs fuiſſet conceſſum; † item Co-
mites Palatinos creare, dicit Ferrar. Mon-
tan. d. cap. 7. lib. 5. poſt Iacobin. d. loco in
11 verſ. ſed tam Princeps nu. 21. item † Prin-
ceps famæ reſtituere, & veniam ætatis con-
cedere poteſt, l. fin. C. de his, qui ven. ætat.
Afflict. d. cap. 1. num. 81. quæ ſint regal. Ia-
cob. d. verbo ſed tam Princeps num. 6. Vul-
teius d. loco, Peregrin. de iure fiſci lib. 1. c. 1.
12 num. 10. item † eligere Vniuerſitates, ſeù
generalia ſtudia, & ſcholas publicas confir-
mare, Zaſ. par. 5. num. 14. de feud. Ferrar.
Montan. d. cap. 7. lib. 5. Afflict. vbi ſupra, ex
13 alijs, item † Magiſtratus Princeps creare
poteſt, Peregrin. d. num. 10. Cuiacius cap. 1.
quæ ſint regal. per l. 1. ff. ad l. Iul. de am-
bitu, & de omnibus Vulteius dicto loco, &
alia regalia maiora ſimilia, ita dictis locis à
prædictis Doctoribus colliguntur.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XLIII.

THEMA.

Regalia, & minora ſunt ea, quę ma-
gis in reditu, ac fructu fiſco pluſ-
quam competentia. communis,
& quæ ſint.

SVMMARIVM.

1 *REgalia minora, quæ nam ſint.*
2 *Regalibus conceſſis, quæ dicantur conceſſa.*
3 *Monetas cudere eſt de regalibus maioribus.*
4 *Ius, & poteſta eligendi Magiſtratus pro adminiſtranda iuſtitia eſt de regalibus.*
5 *Collatio extraordinaria ad fideliſſimam regalis muneris expeditionem ſpectat.*
6 *Collectas imponere eſt de regalibus maioribus.*

1 REgalia † maiora vt plurimum ſunt ea,
quæ ad Fiſcum pertinẽt, eiuſque Im-
perij vtilitatem, & Imperatoris comodita-
tem, Peregr. de iure fiſci lib. 1. tit. 1. num. 9.
& ex alijs ſupra in dilucid. 9. & eſſe ea, quæ
ſupra in dilucid. 11 & in cap. 1. quæ ſint re-
gal. & vtrobique DD. omnes recenſent, &
2 regalibus conceſſis ſola prædicta conceſſa
eſſe intelliguntur non præter illa etiam quę
Boſſ. de regal. num. 29. neque enim ea ſola
ſunt, dicit Cuiacius d. cap. iura fiſcal. ſed ple-
rumque ſunt, alia & præcipuè tantum enu-
merantur, quæ cum iam longo tempore
detinuiſſent Epiſcopi proceres, ac Ciuitates
Italiæ Federico Imperatori remiſerunt, vt
Gunterus, & Abbas Vrſpergenſis ſcribunt,
ac etiam Radeuicus 3. cap. 14. & 4. cap. 5.
quos adducit Dionyſ. Gottofr. in ſua praxi
ciuil. tit. de conſtit. & Princ. iur. cap. regalia
3 propriè fol. 262. cap. 2. † quæ ad maiora
pertinent eſt cudere monetam vt de ea te-
ſtatur Afflict. in d. cap. 1. §. moneta nu. 1. & 2.
quæ ſint regal. & ibidem Zaſ. Montan. Sonſ-
bech.

Digitized by Google

bech. & alij, Claud.Seyſell.in rub.de his,qui
feud dar poſſ.num 114 Boſſ.tit.de alienat.in
princ. & DD.alij in dictis locis, ac idem eſt
4 de ✝ iure,& poteſtate cõſtituendi,& eligendi Magiſtratus ad expediendam iuſtitiam,
vt in l. 1. C.de conſtit.Princip. Zaſ. Montan.
Sonsbec.dictis in locis citatis.lib.5.feud. ſub
tit.alia, de iure Fiſci, & Peregr. de iure fiſci
lib.1.tit.1.num.10.Vulteius loco iam dicto,
5 & idem dicendum eſt ✝ de extraordinaria
collatione ad fideliſſimam regalis muneris
inſtitutionem, text. eſt in d. cap.1. quæ ſint
regalia,& ibi omnes feudiſtæ,Borcolt.ibid.
num.85. Hieron.Scruff. conſ.59. centur.1.
Vueſembec.conſ.45.nu.19.& ſeq. Vulteius
d.cap.5. num 7. verſ. is extraordinariè &c.
lib.1.fol.88.Petr.de Gregor.in ſintagm.iur.
vniuerſ. cap.7.de indict.lib.3. Roſental. de
6 feud. cap.5. concl.73.in gloſ. lit A. de ✝ regalibus maioribus ſunt etiam ius etiam ius
imponendi collectas,quia ad Principem nõ
recognoſcentem ſuperiorem ſpectat, non
autem inferioribus Dominis , vt declarat
Bart.& alij ſequuntur in l. 1. in 2.notab. C.
de ſuperindict. lib.10.& in l.1. in fin. C.de
extraord.numer.eod.lib.idem dixit Bald.in
l.eum multa in fin. C.de bon. quæ liber. dicens , quod collectæ dicuntur de regal. vt
per eum,& hoc etiam dixit Dec.& concordantes alios allegat in conſ. 199. dixi diligenter conſideratis poſt princ. & dixit etiã
Petr. de Vbald. in tract. collect. poſt princ.
Franc.Lucan.in tract.de collect. poſt princ.
& eſt ſub tract.de fiſco, & eius priuileg. in
3.par. Socc.iun.in conſ.98.num.15.& ſequitur Menoch.conſ.32.num.70.lib.1. Cacher.
deciſ.Pedemont. 9 nu.3. Ioſeph.Ludou. deciſ.Peruſ.43.nu.4.& licet Iaſon contrarium
cenſuiſſe videtur in l.de quibus,num.47.ff.
de leg. contra ipſum ex tot authoritatibus,
quæ communem opinionem faciũt,de communi concludi poteſt.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XLIV.

THEMA.

Regalia inter ſubditos longi temporis ſpatio præſcribuntur,ſed ſi in feudũ fuerint data alicui longiſſimo tempore preſcribuntur, &non minus annorum triginta. communis.

SVMMARIVM.

1 *Regalia cõceſſa ſubditis inter eos præſcribuntur ſpatio longi temporis; ſed ſi in feudum longiſſimi temporis non minus annorum triginta.*

2 *Vectigal, vel aliud in feudum conceſſum ſpatio triginta, vel quadraginta annorũ cum bona fide præſcribitur.*

3 *Feudum præſcribitur nõ minus annorum triginta ſpatio.*

4 *Contra Imperatorem ſine bona fide, nec immemorabili tempore præſcribitur.*

5 *Cauſa diſcontinua eſt in iuribus rei debitis, vt in ſeruitutibus realibus non in his. quæ perſonæ debentur, & animo perpetuo detinentur.*

Regalia contra Papam, Imperatorem,vel
Regem,aut Principem ſupremũ non præſcribi diximus , ſed inter ſubditos quibus
conceſſa ſunt,præſcribi poſſe tali diſtinctio-
1 ne ✝ inter ſubditos cum titulo,& bona fide
longi temporis ſpatium ſufficere, arg. l.fin.
C.de long.temp. præſcript. Bart.& alij in
d.l.ſi publicanus, §.in actionibus, ff. de publican.Bal.in cap.vnic.quæ ſint regal.nu.4.
Balb.in par.2.par.5.princ. q.44. num.2. ſed
ſi in feudum alicui conceſſa ſint, hinc præſcriptio longiſſima requiritur, & ex Canoniſtis, Felyn.in cap.cum nobis,de preſcript.
& conceſſa in feudum ab aliquo poſſeſſa per
annos triginta tanquam feudalia,& de ipſis
præſtiterit ſeruitium tanquam de re feudali, & poſſeſſio ipſa per dictum tempus ſit
vniformis præſcriberetur,vt declarãt Scribentes in cap.ſi quis per triginta ſi de feud.
fuer. controuerſ. inter dom. & agnat.& in
cap.fin.de feud.dat.in vic.leg.commiſſ.quos
referunt Dec.conſ.144.& Felyn. poſt Abb.
in cap.ad audientiam, de præſcript.Alex.in
conſ.118.lib.2. Roland.a Valle conſ.3. nu.
69.lib.1.Miſincer.obſeruat.29.centur.4.Paris de Puteo de re integr.feud. cap.49.& ex
2 alijs Borcold.de feud.par.5.num.5. ✝ vectigal, vel aliud in feudum conceſſum taliter
poſſeſſum ſpatio triginta, vel quadraginta
annorum præſcribitur, vt per Bart.in d.l.ſi
publicanus, §.fin.de publican.Felyn.in d. c.
cum nobis,col.2.de preſcript.idem in d.cap.
ad audientiam, eod. nu.4. Abb.num.14.&
alij Canoniſtę ibid. Io.andr.in addit.ad Speculat.in rubr. tit.de feud. dum ibi ad finem,
verſ.28.quæſt.Pilei ſuit &c. ait,præſcriptionem,quæ in §.præterea, de cap.Corrad.remouetur communiter, tricennalem intelligi, eamque communiter tenent in d.cap.ad
audientiam, firmat Petr.Paul.Pariſ. conſ.1.
num.12.

num. 12. & 123. & conſ. 15. nu. 16. & conſ. 27.
num. 91. lib. 1. hanc ſen entiam comprobat
Balb. de preſcript 4. par. quartę partis prin-
cipalis q. 12. nu. 6. & 7. & in 2. & 3. quæſt. vbi
eam quoque communem aſſerit Alex. conſ.
71. nu. 1. & ſeq. lib. 1. Roman. conſ. 166. viſo
diligenter num. 10. Curt. ſen. conſ. pen. Capio
primo, nu. 3. & 4. Afflict. deciſ. 254. nu. 2. 3.
& 4. ita deciſum firmat Cappell. Tholoſ.
deciſ. 396. & ibi addens Aufrer. Iul. Clar. in
§. feudum q. 45. nu. 3. de communi teſtatur,
& crebriori calculo approbatum, dicit Me-
noch. conſ. 2. num. 312. vbi citat Tiraquell.
de retract. conſang. §. 1. gloſ. 10. nu. 15. lib. 1.
& in iure clarum eſſe dicit in conſ. 181. nu.
91. lib. 2. & receptam eſſe DD. ſententiam
in conſ. 307. num. 52. & conſ. 309. in fin. ve-
ram, & communem lib. 4. & hoc omnes tra-
dere aſſerit Tiber. Decian. conſ. 24. num. 108.
3 lib. 1. Piſtor. quoque ex cõmuni, quod † tri-
ginta anni requiruntur, & ſit in feudis ſpe-
ciale q. 8. nu. 10. ex quibus apparet trigin-
ta annis hoc caſu, & non minori etiam cum
titulo præſcribi poſſe, & hoc ſequitur Vul-
teius d. cap. 19. ex communi diſtinctione
Scrader. in par. 5. cap 4. num. 3. videlicet ſi à
malæ fidei poſſeſſore comparauerit bóna
fide triginta annos requiri, ſi a bonæ fidei,
& per decem, vel viginti annos bona fide
poſſederit ad preſcribendum ſufficere, quia
præciſè requiritur bona fides, & tricennale
tempus, Iul. Clar d. q. 19 Bbrcult. d cap. 7.
par. 3. num. 5. Vulteius cap. 9. num 4. & ſeq.
lib. 1. vix aliam rationem, cur triginta anni
exigantur, & decem, vel viginti non ſuffi-
ciunt, vt in l. fin C. de prælcript. long. temp.
aduerſus quam, quod Longobardis ſic pla-
cuit poſt Eguinar. Baron in d §. ſi quis per
triginta annos, ſi de feudo defuncti, qui pũ-
tat ex iſtis moribus feudum in Galliam ir-
repſiſſe, Hottoman in d. §. ſi quis per trigin-
ta, rationem credit eſſe, quia Iure Longo-
bardorum ſit præſcriptio ſolum triginta
annorum in Longobard. lib. 2. tit. 55. de præ-
ſcript. l. 8. & ſentiunt omnes in d. cap ſi quis
per triginta, & prædicti DD. in prædictis lo-
cis, & ex alijs Roſental. cap. 6. concl. 76. in
gloſ. lit. E. ſed vt quis de nouo iura regaliũ
nõ dum formatum acquirat, eſt diſtinguen-
4 dum, quod aut agitur † quoad Imperatorẽ,
& ſine bona fide immemorabilis, nec ſuffi-
cit, vt diximus in præcedentibus dilucida-
tionibus, aut quoad alios puta exigendi ve-
ctigal, aut ſimile à tranſeuntibus, & tempus
immemorabile requiritur, cum contra ius
ſit hæc præſcriptio, & conſequenter contra
libertatem Imperij, & illa exactio cauſam
habeat diſcontinuã, dicit Bal. in d. cap. vnic.
num. 3. quæ ſint regal. Bart. vbi ſupra, Bald.
d. q. 4. num. 2. & ſentiunt præcitati DD. om-
nes, ſed malè dicit Bald. quod cauſam ha-
beãt diſcontinuam gabellarum exactiones,
& ſimilia; cum id ex cõmuni omnium ſen-
tentia obtineat in iuribus rei debitis, vt in
ſeruitutibus realibus, non his, quæ perſonis
debentur, & animo perpetuò retineatur, vt
teſtis eſt Bart. in Lauſlo, 1. non mutat in fin.
de vſucap. Balb 2. par. 5. par. princ. q 3. nu. 5.
vbi ait hanc eſſe communem, & Couar. in
cap. poſſeſſor, par 2. §. 2. num. 3. idem teſta-
tur, ac Villalobs in lit. L num. 173 Scheneid.
d. par. 2. num. 98. & ſeq. Roſental. cap. 5. con-
cluſ. 17. in gloſ. lit. C.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio XLV.

THEMA.

Armandię nomen eſt certorum vi-
rorum fortium, & non habemus
Armandias eſſe gabellas, ſecun-
dum conſuetudinẽ loci, alij eſſe
littora, alij ꝓ fabricis, & publicis
armentarijs, alij littora publica
communis.

SVMMARIVM.

1 *ARmandiæ nomen quid ſignificet, & variæ de eo opiniones.*
2 *Litus eſt totũ quod occupat fluctus maris.*
3 *Fabricas, & publica armẽtaria Princeps ſibi vendicat.*
4 *Fabricenſes qui dicantur.*
5 *Fabricenſes erãt ſub diſpoſitione magiſtri officiorum.*
6 *Fabrica nouendecim in Romano Imperio, quæ nam.*
7 *Ius indicendi bellum iuſtum nemo habet niſi Imperator, & qui imperialia iura habet, vel ſuperiorem non recognoſcit.*

CVm dictum ſit de regalibus maioribus,
& minoribus pro ampliori explanatione
ipſorum veniamus ad declarationem vniuſ-
cuiuſque regalium, & Primo de Armandis,
1 vel vt alij volunt † Armandiæ, quæ non-
nulli exponunt, eſſe litera publica ex aridi-
tate, quia ſunt arenoſa, & arida ab ariditate,
ſicut dicit Iſern. num. 1. Præpoſit. Aluarot.

Bald. & alij in cap.1. quæ ſint regal. & ipſi
quidem dicunt, quod ſint vectigalia, ſiue ga-
bellæ ſecundum morem, & conſuetudinem
patriæ denominãtur ex armentis animaliũ,
Aluarot. in d.cap.1. quæ ſint regal. in princ.
Afflict. ibidem verſ. Armandiæ nu.2. Ferrar.
Montan. lib.5. feud. cap.7. verſ. ad ea, & ſe-
cundum diueſſitatem locorum indicuntur,
Bart. Socc. conſ.37. num.3. lib.3. ſic loquun-
tur Aluarot. nxm.1. Præpoſit. num.2. & Affl.
dum dicunt, quod Armandiæ ſint certæ ga-
bellæ, ſecundum ius patriæ, ſiue loci ex ar-
mentis animalium fortè debita, alij dicunt
eſſe vectigal, non tamen ex armentis vecti-
galium, ſed ex licentia arma ſabricandi fo-
reſtæ ſignificari, prædicti Doctores aiunt, vl-
vltra quos Eguinar. Baro in cap.1. quæ ſint
regal. Ottoman. & Borcolt. in explicatione
dicti cap. vnic. quæ ſint regal nu.21. Peregr.
de iure fiſci rub.1. num.14. Cuiac. lib.5. feud.
in conſtit. Federic. ſub alia rub. de iure fiſci,
Vulteius lib.1. cap.5. nam.7. verſ.1. Arman-
diæ, Roſental. cap.5. concluſ.19. alij vero di-
cunt eſſe littora publica, dicuntur autem
littora Armandiæ ab ariditate, quia ſunt
arida. vnde dicunt ſophiſtæ: littus veatur,
& Poeta, qui arenam pro ſemine mandat,
2 vel ab amaritudine aquæ maris, quia † litus
eſt ſolum quod occupat fluctus maris Iber-
nus, vel axtiuus, inſt. de rer. diuiſ. §.1. l. littus
ff de verb. ſignific. nomina debent eſſe com-
munia rebus, inſtit. §. eſt & aliud, vt omnia
dicit Iſern. in d. cap.1. quæ ſint regal. alij
autem Armandiæ accipiũt pro ſabricis pu-
blicis armentarijs arma ſabricantibus, quæ
poſitio inter ſupradictos quos Iſer. Afflict.
Aluarot. Præpoſit. Bald. & alij reſerunt d.
d. cap.1. quæ ſint regal. omnium videtur
veriſſimum, dicit Borcòlt. d. loco num.21.
3 † fabricans enim, & publica armentaria
Princeps ſemper ſibi vendicauit, l.1. C. vt
armorum vſus, tot. tit. C. de ſabricenſ. lib.11.
& conſtat ex nouella 85. de arm. in qua Iu-
ſtinianus inſtituit, vt ſibi fabricenſes arma
fabricentes, quæ fabricata in armentarium
reponant, nec priuatis vendant, Peregr. de
iure fiſci lib.1. cap.1. num.14. Menoch. conſ.
298. & de arbitr. Iudic. lib.2. caſu 394. nu.17.
& 24. Afflict. in d.cap.1. quæ ſint regal. nu.2.
verſ. Armandiæ, Montan. cap.5. verſ. ad ea.
4 Fabricenſes erant milites, qui in ſcola, quæ
fabricentium ſcola cognominabatur, & vna
erat ex vndecim ſcolis, de quibus in l. vlt. C.
de locat. & conduct. & referuntur per Bor-
colt. in cap.2. nu.8. fol. mihi 20. & iſti arma
fabricabant, de quibus agitur tot. tit. de ſa-
5 bricenſibus lib.11. & erant † fabricenſes in
diſpoſitione magiſtri officiorum, & ideo le-
ges 2. 3. & 7. C. de fablicenſ. ſcriptæ ſunt ad
magiſtros officiorum, ſicuti d. nouell. 85. &
hoc etiam liquet ex notitia Romani Impe-
6 rij, quæ ſe tantur in † Romano Imperio
nouendecim ſabricas fuiſſe in Illirico, quin-
que in Italia, ſex in Gallia, octo: ſic diſtintas.
firmans ſcutorum baliſtrorum, & armorũ
accingentes ſcutaria Laureacenſes, ſolo mi-
litari armorum in Italia, Concordienſes ſa-
gittaria, Veronẽſes ſcutorum, & armorum
Mantuana, loricaria Cremonenſes. ſcutaria
Ticinenſes, arcuaria Luccenſes, ſpalaria in
Gallia, Argentoralenſes armorum omniũ,
Alladſirnenſes ſagittaria, Auguſtatunenſes
gloricaria, Sueſſionẽſes ſcutaria, baliſtraria,
clibanaria, Remenſes, ſpataria, Niororum
ſcutaria, & baliſtraria, Armamenſes ſpata-
ria, & ſcutaria, & ſic dicendũ videtur, quod
7 † ius indicendi bellum iuſtum nemo habet,
nec poteſt niſi Imperator, & qui Imperia-
lia iura habent, vel ſuperiorem non reco-
gnoſcunt, Bart. in l. odiſſe, ff. de capt. & poſt-
limin. reuerſ. Abb. in cap. ſicut, num.7. de
iure fiſci d. lib.1. cap.1. nu.15. Vult. d.cap.5.
num.7. verſ.1. Armandiæ &c.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio XLVI.

THEMA.

Viæ publicæ ſunt de regalibus, & ſunt, quę in ſolo publico, per quẽ iter tutum populo patere, & fieri per Dominos iuriſdictionis loci debet, alias ipſi tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Viæ quatuor nominibus diſtinguuntur.*
2 *Via publica quæ dicatur, & nu.4.*
3 *Via nomen vnde deriuatur.*
4 *Viæ publicæ ſunt de regalibus.*
5 *Viæ publicæ inter regalia referuntur.*

1 Viæ publicæ, Prætoriæ, Militares, &
Conſulares, & ſic ſunt quatrinomine,
l.2. §. viarum, & §. ſeq. nè quid in loco publ.
2 & l. fin. de itin. publ. & † eſt via publica, quæ
ab vtroque capite reſpõdet ad aliam viam
publicam, ſeù locum publicum, alias eſt pri-
uata, dicit Carol. in sũma de inuaſion. ſi quis
oſſalum, & probatur in d. l.2. vt per Iſern. in
d. cap.

Digitized by Google

3 d.cap.vnic.quæ ſint regal.num 3. † via dici-
tur quaſi veiha, quod vehēdo teratur, Varr.
4 lib.4.de ling.latin.& eſt † via publica, quæ
eſt in ſolo publico, per quam iter populo
5 patet, Iſidor. ethimolog.lib.5.cap.vlt. † viæ
publicę ad regalia referuntur partim ob id,
quod ad protectionem, & iuriſdictionem,
ſeù ſupremo quodam dominio ad Impera-
torem, ſiue regem pertinēt, & partim, quod
Imperator, ſiue Rex circa illas diſponit,
quadam Religione, eas ſectas rectas, & ſe-
curas ſeruari facit per l.ad inſtructionem,
C.de ſacroſanct.Eccleſ. Hottoman. tit. quæ
ſint regal. & quod ſicut de regalibus habe-
tur in d.cap.vnic.quæ ſint regal. vbi omnes
Boſſ.in tit de via publ.nu.1.Scheneid.par.2.
num.101.Cepoll.de ſeruit.ruſtic.præd.tit 3.
de ſeruit.viæ num.16. Peregr.d.tit.1.nu.26.
Borcolt. in explicat. d. cap. quæ ſint regal.
nu.25.Miſincer.obſeruat.60.centur.5. Petr.
de Gregor. Tholoſ.in ſyntagm. iur.vniuerſ.
lib.3.cap.15.num.1. Roſental.cap.15.concl.
20. & in gloſ.lit.D.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XLVII.

THEMA.

Flumina nauigabilia inter regalia computantur, quorum vſus prohiberi non debet. communis.

SVMMARIVM.

1 *Flumina nauigabilia inter regalia referuntur.*
2 *Flumina dicta ſunt à fluendo.*
3 *Flumina ſunt duplicia.*
4 *Flumen priuatum nihil differt à priuatis locis.*
5 *Flumina quædam perennia, quædam torrentia.*

1 INter † regalia referūtur flumina nauiga-
bilia, & ex quibus alia nauigabilia fiunt,
d.c.vnic.quæ ſint regalia, vbi Iacob. in verſ.
& eum piſcatio, Iſern.& DD. gloſ. Bald.&
alij in l.2.ff.de rer.diuiſ.DD.in l.quominus,
& in l.ſi autem, ff.de aqua plu. arc. Vult. in
cap.5.num.7.verſ.flumina fol.85. Roland.à
2 Valle conſ.97.lib.3. † flumina à fluendo di-
cuntur, Varro.4. de ling.latin.Iſidor. lib.14.
3 ethimolog. cap.21.& ſunt † duplicia, alia
publica flumina nominantur, alia priuata,
l.1. §.hoc interdictum, de flumin. & hęc flu-
mina regalia eſſe dicimus, flumina publica
4 dicimus nō priuata, nihil enim differt † pri-
uatum flumen à priuatis locis, d. l.1. §.hoc
interdicto, Alex.conſ.194.num.1.lib.2.ſunt,
5 & inſuper flumina quędam † perennia, quę-
dam torrentia, perenne flumen eſt, quod sē-
per fluit. Torrens vero, quod non ſemper,
ſed Iem efluit, l.1.§.item fluminum, ff.de
flumin.ibique gloſ.& DD.Iſidoſ.lib.14.ethi-
molog. cap.21. vbi eleganter docet, vnde
torrens, & vnde dicatur. Gręci ab Ieme no-
men dederunt, Iems dicitur à fluo, nos ab
eſtate, illi à tempore quo ſubcreſcit, nos à
tempore quo ſiccatur, ſed quomodocumq;
ſit flumina inter regalia referri, & eius vſus
prohiberi non debet, cum illa iure gentium
publica eſſe conſtat.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio XLVIII.

THEMA.

Mare quo ad proprietatem eſt nullius quo ad vſum omnibus commune quo ad iuriſdictionem Principis imperantis, & ius nauigandi, piſcandi, & ſimilia, ſicut & in flumine communia ſunt, etiam ſi à Principe concedantur.

SVMMARIVM.

1 *Maris proprietas eſt nullius, vſus autem communis omnibus iuriſdictio vero Principis imperantis.*
2 *Aer aqua profluēs, & mare naturali iure ſunt communia.*
3 *Nauiganai, & piſcandi ius in mari, vt & in flumine publico eſt commune.*
4 *Iuriſdictio in mare eſt de mero, & ſupremo Principis imperio.*
5 *Territorij appellatione venit mare.*
6 *Bannitus à territorio, cenſetur bannitus à mare.*
7 *Forum tàm de mari, quàm de terra intelligitur.*
8 *Territorium tam dicitur quod imminet ſuper aquas, quam quod ſub eis immergitur.*

9 *Mare deſignatur per terram propinquã, cui magis adiacet.*
10 *Iuriſdictio ita ſe habet in mari, quatenus ſe protendit territorio dominanti.*

DIximus de fluminibus nauigabilibus,quo-
modo de regalibus ſint eodem modo, &
ratione,mare inter regalia numerari poſſe,
1 licet quo ad proprietatem, † mare ſit nul-
lius quo ad vſum omnibus commune : &
quo ad iuriſdictionem Principis imperãtis,
iuxta text.in l.2. ff.de rer.diuiſ. vbi Bald. &
Iacob.de Rauenna præclarè declarauit,ha-
betur etiam ex text. in §.& quidem. & in
§.littorum,eod.tit.& in l.littora,nè quid in
loco publico, Ruin.conſ.18.lib.1. Peregrin.
de iure fiſci lib.8.cap. de mari, nu.4.tamen
2 † mare de iure naturali omnibus commune
èſt,vt in §.1. inſtit.de rer diuiſ. ibi: (& qui-
dem naturali iure communia ſunt omnia
hæc (Aer,Aqua profluens,& Mare) l.quæ-
dam,ff.eodem, & vtrobiq; gloſ.& DD.om-
nino inde Leda apud Ouid.in 6. metamorf.
cum ruſtici aquam deguſtare prohibuerent.
inquit :

Quid prohibetis aquã vſus cõis aquarũ eſt.
Nec tenuas vndas ad publica munera veni.
Nec ſolem proprium natura,nec aera fecit.

3 Ex his ergo habetur,quod † proprietas ma-
ris,& littoris communis eſt; & ęquè omni-
bus patet, & eius ius nauigandi, piſcandi,&
ſimilia,ſicut & in flumine publico nauigabili
communia ſunt per d.l.riparum, § flumina,
& ex Iſern Afflict.& alijs in pręcedenti Di-
4 iucidatione fundatum eſt,licet † iuriſdictio
in mari ſit de mero imperio,quod Princeps,
ſiue Rex habet in ſuo Regno vti Dominus,
& Protector, in d.l. bene à Zenone, C. de
quatrienn. præſcript. & in l.deprecatio, ad
l.Rod.de iact.in qua fũdatur obedientia vaſ-
5 ſalli ſicut in terra, ita in mari,quia † terri-
torij appellatione venit mare , adeo quod
territorium etiam mare intelligitur per il-
lud verbum defenſionis terendi , ideſt ſub-
mouendi ; nam id etiam mari,& aquis con-
uenire videtur, & ſi appellatione territorij
venit mare,ſuper quo territorio Dominus,
& ſuperior poteſtatem habet , vt videtur
communis Doctorum concluſio,de qua per
Præpoſitum, & alios in cap.1. de capit. qui
Cur.vend.col.3.Aret.conſ.77.col.2.Barbat.
Fœlyn.& Det.in cap.licet cauſam,Felyn.in
cap.Rodulphus,de reſcript. col.5. num.12.
ex quo infertur ſecundum Felyn. in dictis
6 capitulis, quod † bannitus à territorio,cen-
ſetur bannitus à mari,cum mare eiuſdem
iuriſdictionis , cuius & territoriũ adiectum
eſſe intelligitur, l.Inſulæ,cum ibi notatis de
iudit. tradit gloſ.in cap.licet, in fine, de fer.
Barbat. in d.cap. licet cauſam, col. 4. & in
7 rub.de foro compet. col.fin. vbi † forum
tàm de mari,quàm de terra intelligendum
eſſe,voluit Aſin.in praxi Florentin. §.7.c.1.
affert Dionyſ.Gottofred. pract.ciuil. tom.1.
lib.2.tit.5.fol.279.col.2.verſ.attamen,volũt
Doctores,& ſic ratione iuriſdictionis quam
Princeps habet in mari, ſicut in terra poſſe
dici mare de regalibus eſſe, licet aqua ſit in
ſuperficie,tamen in profundo loci eſt terri-
8 torium , & vnum † idem eſt territorium ,
quod imminet ſuper aquis , & quod iminet
illis, Gomeſ.inſtit.§.littorum, de rer. diuiſ.
Bald.in rubr.num.35. ff.eodem,& in l.ſi te-
ſtamentum, num.5. C.de inſtit. & ſubſtit. &
in rub.quæ ſint regalia, de feudis concledẽs
9 † mare deſignari per terram propinquio-
rem, & cui magis aderet Florian.de S.Petro
in l.ſed & loci,§.ſi via publica num.4. ff.fin.
regund. allegans Auth. vt omnes obediant
Iud.Prouinc.§.1.collat.5.idem Bal.conſ.54
num.2.lib.4.Felyn.in cap.Rodulphus nu.12.
& ex l.2. l.quoties,& l.de ſummerſis, C.de
naufrag.lib.11.Capye.in inueſt.feud.in ver-
bo partibus fol.512.Afflict.in conſt.rub.27.
de homicid.clandeſt.num.9. Belluc.in ſpec.
Princip. rub.22.num.67. Frecc.de ſubſeud.
tit quis dicatur Marchio num.3.lib.6.tit.28.
par.3.l.8.vbi Greg.Lopez gloſ.2.in fin.tit.2.
par.2.Roder.Suarez alleg.17.num.1.& ſeq.
Auendaño cap.4.Prætor.par.1.num.4.Aſin.
in d.praxi cap.7.§.1.nu.5. Angel.Matthiac.
lib.1.de via vniuerſi iuris, cap.36.Decian.in
reſponſ.123.nu.25. lib.3. Cæpoll.de ſeruit.
ruſtic.præd.cap.26.num.14.Garſ.in tract.de
expenſ.& meliorat.cap.21.num.34.Camill.
Borrell.(valdè doctus, & inſignis, ac meus
Coniudex tempore quo in Neapolitanæ
Magn. Cur. Vicar. in ciuilibus Ego decanus
præſidebam) de præſtantia Regis Catholici
cap.46.num.224.Regens de Ponte de pote-
ſtate Proregis, titulo de triremibus nu. 45.
& ſeq. ex quibus habetur , quod iuriſdictio
10 † cuiuſlibet Principis,Regis,& Reipublicę
non habet dominium,iuriſdictionem in ma-
ri, niſi quatenus ſe protendit cuiuſlibet ter-
ritoriũ, & dominium, quod habet in terra ,
eandẽ in Inſulis propinquis, & in mari in-
fra centũ miliaria, ſecundũ Bart.in tract.de
Inſul. verſ.vicinus enim, l.4.verſ.ſi tamen,
ff.de dãn.infect.l.quicũq; C.de Epiſc.& cler.
c.nulli,extra de reſcr. vbi infra duas dietas
locus non eſt remotus,& centũ miliaria per
mare ſunt minus duarũ dietarũ,ex alijs Cæ-
poll.tract.de ſeruit.c.mare n.12.quo ad iuriſ
dictionẽ,quia eius proprietas eſt nullius, &
quo ad vſũ eſt oĩbus cõmune,vt pdictũ eſt.

PARTIS

Digitized by Google

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XLIX.

THEMA.

Portus id eſt vectigal, quod pro trāſitu per pontē, vel in portu ſoluitur de regalibus eſt cōmunis.

SVMMARIVM.

1 *Portus à portando nomen habet ex eo, quod merces in eo portantur.*
2 *Portus à baiulandis mercibus, vel à fretu, & ſinu maris.*
3 *Statio à ſtatuendo.*
4 *Portus eſt locus concluſus, in quo importantur, & exportantur merces.*
5 *Portus inter regalia numerantur.*
6 *Ciuitates Italiæ, quæ merum imperium præſcripſerunt, & portum etiam.*
7 *Portus intelligitur pro vectigal, quod pro trāſitu, vel pro his, quæ in portu vehuntur, ſoluuntur.*
8 *Vectigal quod in portu ſoluitur, appellatur portorium.*
9 *Vectigal ius traiectum fluminum vocari poſſe.*

1 Portus † à portando nomen habet, & ex
eo, quod merces in eo portātur, ſecun-
dum Vulp. in l. portus, de verb. ſignific. &
prout Iſidor. in lib. 14. ethimolog. cap. 8. vbi
2 dicit † veteres à baiulandis mercibus baias
vocaſſe, vel dicitur portus, hoc eſt a fretu,
& ſinu maris, qui facilè trahijci poteſt, ſcd.
3 Borcheius in d. l. portus, alias † ſtatio dici-
tur, d. l. portus à ſtatuendo, quod naues ibi
latè ſtare poſſunt, l. 1. §. ſtationem, de flum.
4 eſt autem † portus locus cōcluſus, quo im-
portantur, & aſportantur merces, d. l. por-
tus, vbi notat Alciat. nu. 2. Cæpoll. in tract.
de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 28. de portu nu. 1.
Petr. de Gregor. in ſyntagm. iur. lib. 3. c. 14.
5 num. 7. & † portus maris eodem modo in-
ter regalia referri, quo & flumina cum &
hæc, & illa ſint publica, vt diximus in præ-
cedentibus Dilucidationibus, & §. fluminu,
& ibi Scribentes inſtit. de rerum diuiſ. & ſic
intelligo, quod Bald in d. cap. 1. ante num. 1.
inquit: omnes portus ad Regem pertinent,
& quidquid ſit ſe remittit ad d. l. portus, ff.
de verb. ſignific. Cepoll. in d. tract. & cap. 28.
6 nu. 2. hodie vero † Ciuitates Italiæ ſibi præ-
ſcripſerunt merum imperium, & ſic portus
licet de iure communi ſint Principis, Vul-
teius de feud. cap. 5. nu. 7. verſ. 4. portus &c.
lib. 1. & Petr. de Greg. in ſyntagm iur. lib. 3.
cap. 14. nu. 7. per portū intelligi debet vecti-
gal, quod pro trāſitu in portu, vel pro his,
qui † in portu, vel ex portu extrahātur, ſol- 7
uitur, idque ad Regem, & ad regalia perti-
nent, ita Iſern. in cap. 1. num. 9. quæ ſint re-
gal. Aluarot. num. 2. Afflict. in verſic. portus
num. 1. quod firmant Ottoman. & Cuiac. ibi-
dem Cæpoll. vbi ſupra num. 2. ac Borcole.
8 cap. quæ ſint regal. num. 41. quod † vectigal
portorium appellari videtur, l. omnibus, C.
de vectigal. & commiſſ. & fortè nō alienum
9 foret vocari † ius traiectus fluminum, quod
videtur Magiſtratus ad ſe tranſtuliſſe, &
ſequitur Vulteius cap. 5. nu. 7. lib. 1. & cum
portus pateat, & ſint communi vſu omnium
ciuium ad defectionem ipſius omnes ſubditi
etiam immunes contribuere tenentur, l. ad
portus, iuncta l. eius, C. de oper. publ. & arg.
l. ſunt munera, de vacat. & excuſat. muner.
facit l. adminiſtratores, C. de ſacroſ. Eccleſ.
quæ not. Petr. de Gregor. dicto loco cap. 8.
num. 3. & 4. par. 3. Roſental. d. cap. 5. con-
cluſ. 31. num. 3.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio L.

THEMA.

Ripatica, gabellas, ſiue vectigalia eſſe pro trāſitu riparum ad vſus diſpenſationem, & protectionē, & ipſa vectigalia ſunt de regalibus, riparumq; proprietas eſt iuris priuati in hoc differt in littore, & quid ſit locus.

SVMMARIVM.

1 *Ripatica, quæ dicatur, & num. 3.*
2 *Scafarum vſus in Regno.*
4 *Ripa qualiter inter regalia numerari poſſit.*

1 Ripatica, † gabellas eſſe, quæ riparum
ratione ſoluuntur, dicunt Iſern. nu. 19.
Aluarot. num. 2. Præpoſit. num. 3. Afflict. in
verſ. riparum, Petr. Rauenn. cæteriq; Docto-
res, & d. cap. vnic. quæ ſint regal. & ita om-
nes explicere teſtatur Roſent. in cap. 5. con-

cluſ.12.Borcolt.d.cap.quę ſint regal.cap 42. Montan. Ferrar. cap 7. lib.5. §.ſunt, & riparum commoda aliqui accipiunt pro illo traiectus iure; quod pro traiectione hominum, & aliarum rerum exigi ſolet, &
2 ad hoc agendum tenent † certam barcam paruam in hoc Regno detta Scafa in fluminibus, in quibus per pontem non eſt tranſitus, & per tråſeuntes ſoluitur certum quid, & etiam pro rebus, hoc videntur velle Aluarot, & Rauenna d.loco, dum aiunt, eſſe id, quod ſoluunt tranſeuntes de vna ripa in alia cum naui, & apertè refert Montan. d. loco, Vulteius d.cap.5.num.7.verſ. ripatica poſt. Peregrin. de iure fiſci lib.1. tit.1. nu.24.
3 † qui ripatica accipit pro omni iure publico, quod Princeps habet in ripis fluminum publicorum, vel reſpectu vectigalium, vel reſpectu agrorum, vel etiam reſpectu tranſ-
4 portādi de vna ripa ad altam † Ripa enim inter regalia enumerari poſſe videtur, niſi quo ad vſus detentionem, & protectionem, dicunt Iſern. Aluarot. Præpoſit. Afflict. & Petr. de Rauenn. in d.loco, Capoll. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 35. de ripa num. 11. dum inquit: quod flumen nō trahit ad ſe ripam niſi ad vſum neceſſarium fluminis.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio L I.

THEMA.

Ripa quo ad proprietatem eſt iuris priuati, & in hoc differt à littore, quid ſit littus.

SVMMARIVM.

1 *Riparum proprietas eſt iuris priuati.*
2 *Ripa, & eius definitio.*
3 *Littus quid ſit.*
4 *Littoris nomen vnde deriuetur.*
5 *Littoris, & riparum differentia.*
6 *Ripam munire qualiter oportet.*
7 *Ripariorum leges, quæ & ripuacenſes dictæ, & earum conditor.*

1 Riparum † proprietas iuris priuati eſt, §.riparum, & ibi plenè notatur inſtit. de rerum diuiſ. & dicunt præcitati Docto-
2 res, & † ripa eſt, quæ flumen continet, Vulpian. definit in l.1. §.ripa de flumin. vel vt Paul. ait: quę pleniſſimum flumen continet, l.penult.C.de flumin. hoc eſt: ripa eſt, qua flumen cum eſt pleniſſimum alluit, & ſic
3 litus dicitur eatenus, quatenus maximè fluctus excuſat. l.littus, de verb.ſignificat. vel quouſque maximus fluctus à mari prouenit, l.littus, de verbor. ſignif. hoc eſt quovſque mare cum maximum eſt excurrit,
4 † nomen litus nonnulli à litando dicunt, quod nauigantes eundo, & redeundo in littore litabant, & ſacrificabant, Bruccheus in l. litus, de verb. ſignificat. Iſidor. ex eo, quod fluctus eliditur lib. 14. ethimolog. c. 8. ſed rectius dicemus id nomen eſſe Gręcum, quod litus ſit terra tenuis, & ideo per vnicum t. debent deſcribi differt ripa à litore, quia litus eſt maris, ripa vero fluminis, vti Grammatici rectè tradiderant, ſed illud diſcrimen totum Grammaticum eſt, hoc iudicium magis, & Grammaticis incognitum,
5 quod † litorum proprietas nullius eſt, ſed eiuſdē iuris eſt, cuius eſt mare, & quæ ſubiacet mari terra, vel arena, §.littorum, inſtit. de rerum diuiſ. riparum vero proprietas eſt illorum, qui propè ripam prędia poſſident, & arbores in ripis natæ eorundem ſunt, §. riparum, inſtit. de rerum diuiſ. diuerſi iuris ratio eſt, quod ripæ induſtriæ hominum incrementum accipiunt, & omnino arte egēt, & cultura ad vim fluminis arcendum, vt intelligitur ex l.1. §.ſunt qui putant, nè quid in flumine publico fiat, & toto titulo de
6 rip. muniend. † monita enim ripa, eſt agentibus ſactis, & oppoſitis aquam cohercere, nè excreſcēs flumen agrum occupet, ſecus eſt in litore, §. litus, ripacentia caſtra dicuntur, in l.contra publicam vtilitatem, C. de re milit. lib.12. inde Rehi, & Moſellæ accolæ riparij nominantur, & leges eorum
7 † ripariorum leges, latè à Theodorico Frācorum Rege, quæ in Conſtit. Caroli Magni lege ripuarenſes appellantur, d. cap. quæ ſint regal. num.44. & ſeq.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio L I I.

THEMA.

Ius cudendi monetam de maioribus regalibus eſt, & priuatus ſine ſupremi Domini permiſſu, cudens etiam iuſti ponderis Maieſtatis criminis tenetur, viuus comburitur, domus vbi ſcęlus patratur, publicatur. communis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *MOneta cudenda ius regale eſt.*
2 *Monetam etiam iuſti ponderis, & cum Principis inſignibus cudens, Maieſtatis crimen committit.*
3 *Domus vbi moneta cuditur, publicatur, niſi ſit vidua, & ignorantis.*
4 *Homo liber monetam falſam expendens, deportatur, & omnia bona ei confiſcantur, ſeruus vero vltimo ſupplicio punitur.*
5 *Monetam falſam expendens de iure Regni capite punitur, ſed limitatur, & nu. 7. & ſeq.*
6 *Monetarum inciſores capite puniuntur.*
7 *Monetam falſam expendentibus requiritur dolus, & ſcientia, vt de tali pœna puniatur.*
8 *Scientia eſt probanda, alias ignoranter expendidiſſe præſumitur.*
9 *Pœna Pragmatica non procedit in mandante fieri, vel expendi.*
10 *Pœna dicta Pragmatica non procedit in fundente monetam alterius.*
11 *Pœna non extenditur in fundēte monetam parui momenti, & alias.*
12 *Pœna prædicta limitatur in inaurari faciente monetam argenteam pro decipienda meretrice.*
13 *Pœna Pragmatica limitatur in moneta non currenti in Regno.*
14 *Pœna Pragmatica limitatur in tondente monetam maioris ponderis vſque ad iuſtum pondus.*

1 MOnetæ † cudēdæ ius inter regalia maiora computatur, vt in cap. vnic. quæ ſint regal. & per eum omnes Scribentes ibi tenent, & Borcolt d. cap. nu. 55. facit l. 1. de contrahend. empt. l. 1. & 2. C. de falſ. monet. Ægid. Boſſ. in tit. de monet. num. 1. Mitſincer. obſeruat. 24 in 4 cent. Claud. Seyſell. in ſuo ſpecul. feud rub de his, qui feud. dar. poſſ. fol. 114. vbi id inter regalia maiora refert Affl. in d. cap. vnic. §. monetæ, num. 1. & 2. quæ ſint regal. Zaſ. de feud. par. 5. num. 14. Montan. cap. 7. lib. 1. Saſſon. in conſuet. Toronenſ. tit. 36. art. 1. Borcolt. d. cap. quæ ſint regal. num. 57. Roſental. de feud. cap. 5. concluſ. 3. tit. 6. Scheneid. de feud. par. 2. num. 17. Peregrin. de iure fiſci tit. 5. num. 29. Vulteius lib. de feud. cap. 5 num. 7. verſ. 7. ius monetæ cudendæ &c. Domauder. in praxi crimin.
2 cap. 65. num. 1. in fin. & ſi † priuatus poteſtate monetæ cudendæ carens cuiuſcumque conditionis, aut ſtatus ſit, monetam etiam iuſti valoris cum inſignibus Principis cuderit, vel finxerit, crimine Maieſtatis læſæ tenetur, viuus exoritur, & domus in qua tale crimen admiſſum, & patratum ſit, publicatur, per text. in l. 1. & 2. C. de falſ. monet. & ita Doctores omnes Bald. in d. l. 2. Iſern. & Afflict. in d. cap. vnic. quæ ſint regal. Peregr. d. loco, Montan. ac Borcolt. vbi ſupra nu. 56. Domauder. d. loco num. 1. & 9. Roſental. d.
3 cap. 5. concluſ. 48. lit. B & † domus confiſcatur, niſi fuerit alicuius viduę ignorantis monetam falſam ibi cudi, vel etiam impuberis, dict. l. 1. §. vidua, & §. impuberes, C. de falſ.
4 monet. † expendentes falſam monetam tenetur l. Cornel. de falſ. quæ in libero homine eſt deportatio, & omnium bonorum publicatio, & in ſeruo vltimum ſupplicium, l. 1. cum ibi traditis ad l. Cornel. de falſ. idē tenet gloſ. in cap. quanto, in verſ. defraudata, extra de iure iurando, & Couar. variar. reſolut. cap. 8. num. 5. & teſtatur communiter teneri Iul. Clar. in §. falſum, in verſ. radens autem, Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 4. caſu 316. nu. 34. & Tiber. Decian. cap. 23. de falſ. monet. crim. num. 25. & ante eos Iodoc. in pract. crim. cap. 65. ſequunturq; communiter Scribentes in d. l. quicumque, ff. ad l. Cornel. de falſ. quæ l. alia poſteriori mutata non fuit, Bart. ibi, & Cyn. in l. 2. C. de falſ. monet. Marſil. in l. qui falſam, num. 99. ff. ad l. Cornel. de falſ. & Menoch. d. caſu 316. num. 34. quamuis verum ſit Conſtantinum Imperatorē in Theodoſiano Codice lib. 9. tit. 22. ſub rub. ſi quis ſolidi circulum exteriorem inciderit, in l. 1. illius tituli, pœnam mortis impoſuiſſe, & quia l. dicti Theodoſiani Codicis non ſunt in vſu apud Nos neceſſario in caſibus contingentibus ſtandum erit diſpoſitioni dictę legis quicumque, maximè in Regno, vbi de hoc particulariter non ſit ordinatum, dicit Peguer. deciſ. 86.
5 num. 2. vt in † hoc Regno eſt Conſtitutio incip. Adulterinam monetam cudentibus, cuius verba ſunt videlicet: (Adulterinam monetam cudentibus, vel ſcientibus, accipientibus pœnam capitis irrogamus, & eorum ſubſtantias publicamus conſentientes etiam hac pœna ferimus) eſt etiam cap. Regni, in tit. de pœna infligend. falſ. monet. Regis Caroli II. incip. Carolus &c. vt quæ ab excellentia noſtra, de dicta Conſtitutio-
6 ne mentionem faciens † pœnam prædictam extēdere in falſatores ſigilli Regij, vt ad literam ibi habetur, eſtque Pragmatica annis 1521. in tit. de monet. qua inciſoribus monetarum pœna mortis imponitur; & ita in
7 dies ſeruatur, & licet per dictam † Conſtitutionem Regni Adulterinam &c. puniuntur pœna mortis etiam illi, qui monetam falſam expendunt, & hoc nō dato certi Authoris

thoris nomine, & cognomine, vt per Præſ.
de Franch.deciſ.401. tamen pœna impoſi-
ta per l.1.C.de falſ.monet.in eo,quod dene-
gat appellationem condemnato de hoc cri-
mine non procedit in eo, qui expẽdit mo-
netam falſam fabricare tantum,vt per eun-
dem Pręſid.de Franch.deciſ.351.ſed aduer-
te,quod ignorãter monetam falſam expen-
denti, talem pœnam non irrogari, quia in
ſtatutis pœnalibus delicta requiritur, quod
ſint commiſſa dolo,& ſic ſcienter ad hoc vt
8 † delinquens pœna ſtatuti puniatur,vt per
Iaſ.in l.1.col.penult. verſ.nolo ergo, quod
ſtatutũ &c. ff.de legib.& ſcientia eſſet pro-
banda,alias præſumitur ignoranter expen-
dere,vt per text.& Angel. & Doctores in
l.fin. ff.de falſ. vbi inquit, quod expendens
monetam falſam, præſumitur ignoranter
fuiſſe, refert Corſet.addens in cap.in præſẽ-
tia 4.col. de teſtib. quæ Pragmatica D.Reg.
Scipio Rouitus ad eam multa adducens,&
num.10. & ſeq. pluribus modis limitatur,
9 Primo, vt † nõ procedat in mandante fieri,
vel expendi monetam falſam, vt per Lau-
rentium in deciſ.Auenion.114.poſt num.6.
10 Secundo,vt † nõ habeat locum de funden-
te monetam alterius Principis in loco ei nõ
ſubdito,vt per Pręſid.de Franch.deciſ.440.
cui adde Petr.Caball.reſolut.crim. caſu 27.
11 Tertio, vt † nõ procedat in tondente mo-
netam parui momenti, aut eam non ex-
pendens, ſed mittet ad Regiam Siclam, vt
per Bertazz.in conſ.crim.552.lib.2. Quar-
12 to, vt † non procedat in inaurari facientẽ
monetas argenteas, vt meretrices eluderet
ſecundum eundem Bertazzol.conſ.crim.56.
13 Quinto, vt nec † habeat locum in ea mo-
neta,quæ in hoc Regno non expenditur,vt
per Marant.conſ.63.num.7.Peguera in de-
14 ciſ.46.num.15. Sexto, limitat † in tonden-
te monetam maioris ponderis vſque ad iu-
ſtum pondus,Hippol.de Marſil.in l.qui fal-
ſam monetam num.19.ff.de falſ.Hieronym.
Grat.conſ.72.lib.1. Alciat.reſponſ.14.lib.7.
& de monetis cudendis pœnis,& alijs habet
etiam ſupra par.10,diluc.118.& 119.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio L I I I.

THEMA.

Cudendi monetam ius conceſſione Principis, & tempore immemorabili acquiritur, & venit cum cõceſſione regalium.

Quia breuis non opus alio Summario.

LIcet tale ius monetas cudendi ſit de regalibus, quæ non ita de facili conceduntur tamen à Principe ipſis regalibus conceſſis, tale ius monetam cudendi venire, & tempore immemorabili etiam acquiri, vt per Iſern.in d.cap.vnic.quæ ſint regal.num.19. & ſeq. vbi Afflict. in verſ. monetæ num. 4. Montan.d c.7.lib.5.Scheneid.de feud. par.2. num.117. Boſſ.in d.tit. de monet.nu.4. Minſincer.obſeruat.34.centur.4. & Demouder. in praxi crimin. cap.65.nu.1.in fin. & conceſſis regalibus tale ius venire nõ dubitandum, dicit Roſental. de feud. d.cap.5. concluſ.48.in glo.lit.D.per Doctores in d.cap. quæ ſint regal.vbi omnes Scribentes Peregrin.de iure fiſci tit.2.num.97.lib.1.de iure fiſci, niſi dicatur eſſe de reſeruatis Principi ſpecialiter,vt tenet Boſſ. in d.tit.de monetis nu.1.citat Afflict.vbi ſupra, ſed ipſe id non dicit apertè Roſental.d.loco in concluſ.48. literis D. & E.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio L I V.

THEMA.

Multa, ſiue pœna de regalibus eſt, quid ſint,& multa ſub pœna tanquam ſpecies cõtinetur, & inter ſe in multis differunt.

S V M M A R I V M.

1 *POenæ, & multa de regalibus ſunt.*
2 *Multa dicitur à mulcendo,ſicut miles à militando, quia mulcet, lenet,& mitigat rebelles.*
3 *Multa dicitur à mulcendo, quia mulget, quia ſanguinem,& bona trahunt.*
4 *Multæ nomen eſt illud, quod ſingulis indicetur, & olim vnum dicebatur multa.*
5 *Pœna dicitur à puniendo,vel à ponendo.*
6 *Multa differt à pœna, quia eſt ſpecies, pœna genus.*
7 *Multa id eſt pœna.*
8 *Multa olim erat ouium,& bobum.*
9 *Multa parua imponi humanius, quam magna,*

magna, & hodiè multa eſt pecuniaria, & pœna eſt etiam corporis & hæc eſt ſecunda differentia.

10 *Multa tertio differt à pœna, quia multa eſt arbitraria, pœna vero omnis certa, & à legibus conſtituta.*

11 *Arbitrio Iudicis eſt facti quæſtio pœnarum perſecutio eius voluntatis non mandatur, ſed legi reſeruatur, & hoc iure vtimur.*

12 *Crimina hodiè extraordinariè cognoſcuntur, & ſic per legum non durat, ſed arbitraria, dummodo rationem nõ excedat.*

13 *Iudex, & ſi moliri potius quam iudicare in ſententijs poteſt tamen ob delictorum frequentiam grauiorem ferre ſẽtentiam.*

14 *Iudex leuiorem poteſt ferre ſententiam ob delinquentis ætatem, aut dignitatis, aut cauſa publicæ vtilitatis, aut delicti antiquitatem.*

15 *Multa, quarto differt à pœna, quia multa procuratio eſt, datur contumacibus inobedientibus, & appellari poteſt à pœna furti sommiſſi, non de pœna dupli, vel quadrupli, nec licet hodie de omnibus pœnis appellari.*

16 *Multa quinto differt à pœna, quia multa his tantum dicit, cui iudicandi data eſt poteſtas.*

17 *Procurator Cæſaris iudicium publicè non exercet, niſi ſolum inter certas perſonas tantum, vt inter Fiſcum, & priuatum.*

18 *Pœna vnusquiſque priuatus irrogare poteſt.*

19 *Multa differt ſexto à pœna, quia multa non dicitur declarata, præſcribitur anno.*

20 *Multa non infertur, niſi fuerit pro famoſo crimine.*

21 *Sententia in qua honoris ſit reſeruatio, & in dicitur ſine nota infamia non valet.*

1 REgalibus aſcribuntur † multarum, & pœnarum compendia, d. cap. quæ ſint regal. vbi Iſern. Bald. Aluarot. Afflict. Præpoſit. Ottoman. Cuiac. & alij, ac Borcolt. in d. cap. num. 64. & ſeq. Vulteius cap. 1. verſ. octauo eius &c. lib. 1. de feud. Peregrin. de iure fiſci lib. 4. tit. 8. de pœn. ex multis nu. 1.
2 & 28. † multa ex ſententia, ſecundum aliquorũ Gramaticos dicitur à mulcendo, per antipaſim, Alciat. in l. aliud eſt fraus, de verb. ſignific. ſicut miles per antifraſim dicitur à militia, hoc eſt claritia, l. 1. de teſtament. milit. vel dicitur à mulcendo, quia mulcet, lenitat, & mitigat rebelles, Rebuff. in d. l. aliud eſt fraus, Bald. in cap. cum Ec-
3 cleſia, extra de elect. † multam à mulcendo deducit, quia mulcet, ideſt ſanguinem, & bona trahit, & hanc ethimologiam Rebuff. probat d. l. aliud eſt fraus, ſed Nos rectius
4 dicemus, † multa inde nomen habere, quod ſingula indicerentur, olim enim vnum dicebat, multa hinc in vndecimo Florentin. multa perpetuo ſcribitur non mulcta.
5 † Pœna dicitur à puniendo, vel à ponendo, Varro lib. 4. de ling. latin. Iſidor. lib. 5. ethimolog. tit. de pœnis, & quamuis ſupra Iureconſultus nihil intereſſe portauerit, tamen in eo à Paulo, & alijs Iuriſconſultis reprehenſus fuit, l. ſi qua pœna, de verb. ſignific.
6 & in multis differũt: Primo, † multa, ſpecies eſt: pœna vero genus, & omnis mulcta pœna eſt, non è contra, d. l. aliud eſt fraus, §. inter, ff. de verbor. ſignific. & ibi Rebuff. Alciat. & alij, & in l. ſi pœna eſt, eod. tit. facit l. 1. §. 1. ff. de re milit. l. 4. C. de modo multarum, Peregr. in d. loco nu. 2. hinc Cicero in tertio de legib. Multam, pœnam appellat, his verbis: (Cum Magiſtratus iudicaſſet irrogaſſe, nec per populũ, multæ pœnæ certario eſto.) quibus ex verbis nonnul-
7 li † colligunt multam concito verbo dici, & ſubintelligi pœnam, ſicut vxorem ducere, conciſè dicimus pro vxore ducere Griffon. lib. 1. antiquit. cap. 18. ſed illud probandum non eſt, ac Cicero, hoc vult ſignificare pœnæ nomen, latius parere quam mulctæ.
8 Secundo differt, quod † multa olim erat ouium, & bobum, ex lege Aterina, Gelius lib. 11. cap. 1. de legib. cautũ fuit, nè bobum prius, quam oues nominaret, qui inciderat multa, vt Plinius loquitur lib. 18. cap. 3. & per Brixonium vbi ſupra cap. 3. quia puta-
9 runt veteres, † humanius eſſe, vt parua multa nempè ouis prius imponeretur, deinde creſcente malitia, creſceret multa, Rebuff. d. l. aliud eſt fraus, & hodie multa eſt etiam pecuniaria, d. l. aliud eſt fraus, & quando Iuriſconſulti dicunt, multam, pecuniariã eſſe, l. 1. de term. mot. l. deſertorem, §. 1. de re milit. l. fin. in fin. C. de Epiſc. & cler. & præſertim multare, l. in teſtamento, de condit. & demonſtr. & multa multare, l. 1. in fin. de aleat. & pœna non tantum pecuniaria rerũ etiã capitis, & ex extimationis irrogari ſolet, d. l. aliud eſt fraus. Tertio differũt, quod
10 † multa eſt arbitraria, d. l. aliud eſt fraus, niſi l. fuerit conſtitutum quantam nullam Iudex debet imponere, l. ſi qua pœna eſt, §. fin. de verb. ſignific. vt in l. 1. de ſeru. fugit. tunc eam ſequi præciſè Iudex tenetur, alias pro ſuo arbitrio multam imponit, ita tamen vt modum legibus deſtinatum nõ excedat, l. certa, C. quando prouoc. non eſt neceſſ. & modus multarum deſcribitur, l. fin. C. de modo

Digitized by Google

modo multandi. Pœna omnis certa,& legibus conſtituta eſt,vt de pœna furti,in tit.de obligat. quæ ex delicto naſcuntur, inſtit. & pœnam Iudex augere,nec minuere non poteſt,vt in l.1.§.1.ad Turpill.& dixit Papin.
11 ibi:(facti † quæſtio in arbitrio eſt iudicantis pœnæ vitæ perſecutio, eius voluntati nõ mandatur, ſed l.authoritati reſeruatur.) quod eſt verum, ſi agatur iure ordinario, & cum hodie omnia iudicia extraordinaria ſũt pœna legum non durat, ſed arbitraria eſt, vt
12 per tex.in l.hodie, de pœn.ibi:(hodie † licet eis, qui extra ordinem cognoſcunt de crimine, quam volunt ſententiam iure, vel grauiorem, vel leuiorem, ita tamen vt rationem non excedat.) & Auguſtin. in 50. epiſt. ad Bonifacium virum militarem, au-
13 dite,inquit, ſoleo in iudicijs eſſe poteſtatem molliri ſententiam,& melius vindicare quã leges, grauiorem autem ſententiam poteſt ferre Iudex ob delictorum frequentiam, l.autem facta,§.fin.de pœn.aut delicti atrocitatem, l.quidem,de pœn.l.præsbyteri, C.
14 de Epiſcop. & cleric. † leuiorem ob ætatis delinquentis, l.auxilium, §.in delictis, de minor. l.ferè in omnibus, de regul. iur. l.3. de term.moto. aut dignitatem perfectam, l.autem facta, §.perſona,de pœn.aut publicam vtilitatem, l.ruinæ,naufrag.l.reſpic.de pœn. aut ſi delictum ante plurimos annos fuerit perpatratum, l. ſi diuturno, de pœn. Rebuff.in d.l aliud eſt fraus. de verb. ſignif.
15 Quarta differentia eſt,quia † multa prouocatio eſt, d.l.ſi qua pœna, l. & in multis, C. de appell. hoc eſt à multa appellari poteſt, & Iudex contumacibus multum dicit, vel captis pignoribus, vel vinculis, l. ſacrilegij, §.vult.ad l.Iul. peculat. Cicer. in 3. de leg. dicit: (Magiſtratus nec obedientem,& noxium ciuem multa vinculis, verberibuſq; coherceat.) & ſi Iudex contumacem grauiter mutet, à multa appellari poteſt, d. l. & in multis, & à pœna non appellatur, vt quia hoc eſt,quia id non inficiatur,vel furti conuictus eſt de pœna dupli,vel quadrupli, quia de legis iniquitate appellaret, dict.l. ſi qua pœna,ſed cum ſupra dictum eſt, pœnã eſſe arbitrariam, de ea quoque appellatur, & hoc iure vtimur. Quinto differunt,quia
16 † multam is tantum dicere poteſt,cui iudicatio data eſt, hoc eſt, cui publicum iudiciũ datum eſt, d.l. aliud eſt fraus, §.fin. loquitur Iuriſconſult.in l.2.§.fin.de iudic.vel qui publicum iudiciũ exercet,vt dicitur in l.10. ad l.Iul.de vi publ. publicum iudiciũ exercent omnes magiſtratus Vrbani, vt Conſules,Prætores, Cenſores, hi ergo multam dicere poſſunt,olim quidem ſolis Conſulibus iudicandi multa, ſed poſt l. Attiliam ius dicendi multa omnibus Magiſtratibus Vrba-
17 nis dedit,Dionyſ.Halicar.lib.10. ſed † Procurator Cæſaris publicum iudicium non exercet, niſi ſolũ inter certas perſonas tantum, ſed inter Fiſcum,& priuatum, nec minus,ſed tantum iura Fiſci tuere, & patrocinari, ideo ius dicendi multum non habet, l.2.C.de mod.multa. ſic Procurator Reipublicæ, Iudex nec eſt, & multam non dicit,
18 l. 3. C. de modo multa. † Pœnam autem vnuſquiſque priuatus irrogare poteſt, cui alicuius criminis, ſiue delicti executio competit, d.l. alius eſt delictum in fine. Sexta
19 differentia eſt,quod † multa non impoſita, vel declarata præſcribitur anno, & ideo ſi receptum fuerit ſub certa pœna, & præcepto non fuerit paritum, poſt annum declarare non poteſt, l. vnic. & ibi Doctores ſi quis ius d.cend.non obtemp. Guid.Pap. deciſ.359. Rebuff. in d.l.aliud eſt fraus, ſecus eſt in pœna. Septima differentia eſt, quia
20 † multa non infamat, l.1.& ibi gloſ. C.de mod.multa. niſi quis multa multatus fuerit pro famoſo crimine, vt pro furto, iniuria, & ſimilium, l.ſi ſeuerio,C.de his,qui notat. infam. & Iudex non poteſt facere, quia talem damnatum infamia ſequitur, l.non po-
21 teſt, de furt. & ideo † non valet ſententia Iudicis, in qua honoris ſit reſeruatio, aut dicit ſine nota infamiæ, d. l. non poteſt, de furt. Rebuff. in d.l.aliud eſt fraus, de verb. ſignific. ſed ſtylus iudiciorũ huiuſmodi ſententiam admittit, Gaill. lib.1. pract.obſeru. obſeruat.65.circa finem, Borcolt.d.cap.quæ ſint regal.num.65.quæ curioſa cum ſint hic poſui.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio L V.

THEMA.

Multæ, & pœnæ legales in dubio Fiſco deferuntur niſi de priuatis delictis ciuiliter agatur, cuiuſcumq; partis bonorum ſit. communis.

SVMMARIVM.

1 *Multarum vtilitates ſunt de regalibus.*
2 *Pæna legalis quandoque priuato, & in delictis*

Digitized by Google

delictis priuatis ſi ciuiliter agatur, deſertur.

3 *Pœna. ſiue actiones debentur agenti.*

4 *Pœna actionis dubia quomodocumque ſit, applicatur Fiſco, niſi ſit conuentionalis, quæ debetur parti, niſi actum pro Fiſco.*

5 *Notarius tanquam perſona publica poteſt ſtipulare pro Fiſco, & pro alijs.*

6 *Pœnam, & multam qualibet cauſa iuſta, vel iniuſta excuſat, quæ probari oportet.*

1 MVltarum, † & pœnarum compẽdia, hoc eſt vtilitates ſunt de regalibus, vt diximus in præcedenti Dilucidatione, & ſic Valentian. Theodoſius, & Adrianus reſcripſerunt: Multarum re vera compendia, ærario noſtro proxima eſſe quærendum, nullus ignorat, vt in l. pen. C. de mod. mul-
2 tar. & † pœna legalis quandoque priuato, & in delictis priuatis, ſi ciuiliter agatur de forma, alias forè ſemper Fiſco vendicanda, vt ex tit. de priuar. delict. ff. de furt. vi bonor. raptor. de iniur. & notant Doctores in l. 1. §. fin. inſtit. de iniur, & in dubio vbi lex pro facto aliquo pœnam inducit, nec exprimit Fiſco, aut parti applicanda ſit naſcitur, ſi via actionis, aut accuſationis debeatur.
3 Nam ſi † pœna, via actionis debetur, videtur danda illi, cui actio illa cõpetit, vt per Bart. in l. agraria, ff. de term. mot. Alex. in in l. 1. num. 19. & ſeq. ff. ſi quis ius dic. &c. & notatur in l. 1. ſi vero, §. hęc autem actio, ff. de his, qui deiecer. &c. Peregrin. de iure fiſci, d. tit. de pœn. & multis num. 5. hanc adferunt rationem, quod actio ſit ius perſequendi in iudicio, id quod ſibi debetur, §. 1.
4 inſtit. de action. ſed ſi † actio eſt dubia, vt neſcitur quis agit, ſiue ſit partis bonorum, ſiue certæ quantum lis, ſiue per nomina multiplicatiua dupli, tripli, &c. indicetur, ſiue non Fiſco applicatur, voluiſſe videtur, Angel. Zaſ. & alios in §. quadrupli, inſtit. de action. Bart. in d. l. agraria, Affl. in cap. vnic. quæ ſint regalia, verbo vectigalia, ſic Bart. Alex. & Peregr. eos ſequuntur d. loco nu. 9. & hoc niſi ſit pœna cõuentionalis, quæ parti debetur, vt in §. alteri, inſtit. de inutil. ſtipulat. §. fin. inſtit. l. ſtipulatio iſta, ff. de verb. oblig. l. cum allegat, C. de vſur. l. duo ſocietatem, in quibus locis Doctores communiter firmant, hoc niſi expreſſim actũ ſit pro Fiſco, cuius nomine aliquis ſtiſtulatus fuerit, vt in l. 1. & ibi Bart. nu. 13. vbi additio Alex. poſt Dynum tradit opus eſſe, vt Notarius ſtipuletur de iure Fiſci, vt per Peregrin. d. tract. de iure fiſci, tit. de pœn. contractuum cauſa Fiſco debitis tit. 7. num. 2. lib. 4. Afflict. in cap. 1. num. 8. vbi Fiſci priuilegium refert priuileg. 71. de fratre de nouo benefic. inueſtit. aſſerit, quamuis priuatum Fiſco ſtipulari poſſe, poſt gloſ. in l. 1. §. fin. ff. ad Syl-
5 lan. quod autem † Notarius tanquam perſona publica alteri ſtipulari poſſit, probatur ex l. 2. ff. rem ratam haberi, Clar. in §. donatio q. 12. num. 2. nec omittam dicere,
6 quod à † pœnam quælibet cauſa ſiue iuſta, ſiue iniuſta excuſat, l. igitur, de liber. cauſ. gloſ. in l. plagij, C. ad l. Iul. de plagiar. quam gloſ. Io. de Amic. in conſ. 84. nu. 5. dicit communiter eſſe approbatã, quod etiam firmat Boer. deciſ. 168. num. 11. Soccin. iun. conſ. 45. nu. 16. lib. 1. & hanc eſſe communem regulam firmat Dec. conſ. 170. poſt num. 2. verſ. vltimo non obſtat, Tiraquell. de pœn. cauſ. 43. num. 12. & ſeq. Ant. Gabr. lib. 7. concl. 5. tit. de malefic. ſic etiam quælibet cauſa iuſta, vel iniuſta, excuſat à multa, gloſ. in l. 1. in fine, ſi quis ius dicend. non obtemp. vbi Bart. Bald. Angel. & Fulgoſ. in l. ex cõſenſu, §. fin. de appellat. Bald. in l. deberi, de fideic. libert. Ant. Gabr. vbi ſupra num. 13. & probari oportet per probabiles, vehementeſq; coniecturas quem fuiſſe motum ex illa cauſa, quę producitur; ſic pręſumitur, quod talis cauſa iniuſta mouerit delinquentem, ſed potius dolus, & animus delinquendi, Alex. conſ. 103. col. penult. lib. 1. Curt. ſen. conſ. 55. col. 6. Dec. in l. quod te, in vlt. lect. ff. ſi cert. petat. & Cagnol. num. 43. Tiraquell. de pœn. cauſ. 43. num. 9. Borcolt. d. l. quæ ſint regal. num. 66. fol. 274. ater.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio LVI.

THEMA.

Multa, & pœna præcepto Iudicis, vel ſtatuto minata, vel cõmiſſa, non tamen declarata anno præſcribitur, & extinguitur, & poſt lapſum annum non exigitur, ſed quædã pœnæ annis 30. aliæ annis 20. & aliter non irrogatur.

SVMMARIVM.

1 *MVlta minata non dum impoſita, nec incurſa, nec declarata anno præſcribitur, & abolетur.*

2 *Officiales in aliquibus partibus poſt tres, vel*

vel quatuor annos irrogari non poſſe, & regulariter poſt viginti annos.& aliter.
3 *Pœna poſt triginta annos irrogari non poſſe, & regulariter poſt viginti annos, & aliter.*
4 *Praeceptum ſine cauſa eſt nullum, & ipſius obſeruantiæ multa, vel pœna non debentur.*
5 *Multa non infamat.*

ET ſi diximus multam à pœna in aliqui-
bus differri, in alio tamen diſſentiũt, quia
1 † multa minata, non dum tamen impoſita,
vel commiſſa, ad huc declaratione non fa-
cta anno vno decurſo præſcribitur, & ex-
tinguitur, adeo quod amplius debita decla-
rari nõ poſſe, vnde Iudicis, vel ſtatuto Ma-
giſtratus ſuperiorem non recognoſcentis,
pœna certa adiecta exigi nequit, ita pun-
ctualiter dicit Bald. in l. 2. §. nouiſſimè, ff. de
orig. iur. ſe ex ore Bart. audiuiſſe, Alex. in
l. fin. ff. de pœn. Rebuff. in l. aliud fraus eſt, ff.
de verb. ſignific. Guid. Pap. deciſ. 259. quem
allegat Borcold. in cap. quæ ſint regal. nu.
65. per l. vnic. & ibi notatis ff. ſi quis ius dic.
2 non obtemper. ab † Officialibus in aliqui-
bus malè ſeruatur, dum ſubditos plerumq;
poſt tres, vel quatuor annos propter exceſ-
3 ſus multant † pœnas vero poſt triginta an-
nos irrogari non poſſe, vt actio furti mani-
feſti, per text. in princ. inſtit. de perpet. &
temp. præſcript. vbi DD. omnes, aliæ pœnę
regulariter poſt viginti annos aliter non
irrogantur, l. querela, & ibi interpret. C. de
falſ. vbi communiter DD, ſed ſi Iudex ali-
quid ſub pœna pręcipere cum cauſa poteſt,
ſed ſine cauſa precipere non poſſe, hanc pę-
nam præcisè exigere, etiam ſi non obedia-
4 tur; quoniam † præceptum ſine cauſa nu-
dum eſt, Bart. in l. 3. §. 1. ff. vbi pupill. educ.
deb. in l. filius familias, §. diui, ff. de legat. 1.
& in l. pater, §. Iulius Agrippa, ff. de leg. 3.
Cyn. in l. quoties, C de fideiuſſ. quod ſequitur
Iacobin. de feud. verſ. dictiq; vaſſalli promi-
ſerũt recognoſcere, de feud. ſed nihilominus
talem inobedientiam arbitrariè puniri non
prohibetur, Iacobin. d. loco, poſt Bart. in
d. l. ſi quis ius dic. non obtemp. Io. Andr. in
5 addit. ad Speculat. tit de iuriſd & † multa
non infamat, l. 1. & ibi gloſ. C. de modo mul-
tandi, niſi quis multatus fuerit pro famoſo
crimine, vt pro furto, iniuria, & ſimilibus,
l. & ſi recentiores, de his, qui not. infam. &
proinde non valet ſententia Iudicum, in
qua honoris fit reſeruatio, aut dicere ſine
nota infamiæ, d. l. non poteſt, de furtis, & di-
ximus in præcedenti Dilucidatione.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio LVII.

THEMA.

Bona vacantia, quę de regalibus sũt & quæcumq; alia Fiſco ſpectantia denuntians in dimidia, deinde in quarta, & poſtremo in octaua parte premiabatur, ſed in hoc Regno per decretum Regiæ Cameræ Summariæ eſt ordinatum, vt quarta pars detur reuelanti, decimum.

SVMMARIVM.

1 *Bona vacantia ad Fiſcum denuntiantes, delatores dicũtur. quibus ob premium datur dimidium deinde quarta.*
2 *Quartæ hæ appellantur premia.*
3 *Deferens, ſiue reuelans aliquid premÿ dimidiam partem conſequitur.*
4 *Premium quarta fuit reductam in octaua parte.*
5 *Delator dicitur qui Author facti ignorati eſt.*
6 *Delator omnis, qui non probauit per Præſidem, ferro punitur, & execrabilis nuntius appellatur. & quaſi latrones, & peſtiferi eſſentiales in rebus publicis.*
7 *Delatores non probantes, capitali pœna affecti, & de ipſorum diuerſis nominibus:*
8 *Delatoribus in hoc Regno datur quarta pars bonorum ob eorum delationes Fiſco applicandæ.*

1 QVibus † bona vacantia, quæ de regali-
bus ſunt, d. cap. vnic. quæ ſint regal.
vel alia quæcumque ad Fiſcum
pertinentia, Fiſco denuntians, delatores di-
cuntur, toto titulo C. de delator. lib. 10. qui
ſi probauerint, quæ incidunt, premio affi-
ciuntur, quod ex l. Papię dimidium erat bo-
norum illorum; ſed poſtea Nero pręmia
legis Papiæ, & delatorem licentiam com-
primere ad quartam rerum, Sueton. in Ne-
rone cap. 10. & inde delatores quadruple-
tores dicti ſunt, quod quartam partem de
bonis eorum, quod detulerant; conſequere-
tur Alex. ab Alex. lib. 4 genial. dier. cap. 22.
Menoc. de arbitr. Iudic. centur. 2. caſu 198.

& in

2 & in l.2. C.de delator. lib.10. has ✝ quartas
Paulus Iuriſconſultus vulgare premium
appellat, & in l.edicto, §.extat, de iure fiſci.
(extat inquit Adriani epiſtola, vt ſi is, qui
ſe deferre poterat morte præuentus fuerit
hęres eius detulerit, premium conſequatur,
ſi tamen inquit liquebit defunctũ eius animi
fuiſſe, vt ſe velle deferre, ſi vero ideirco
diſſimulauerit, dum rem occultare ſperat
hæredem eius vltra vulgare premium nihil
conſequuturum.) & hæc verba intelligan-
3 tur, monendum eſt, quod is, ✝ qui ſe ipſum
præfert, ſiue reuelans aliquid ex dicto Tra-
iani pro premio dimidiam partem conſe-
quitur, d.l.edicto, de iurę fiſci, quod ſi is, qui
deferre volebat morte præuentus fuerit,
nihilominus premium conſequitur, hoc eſt
dimidiam partem accipit; ſi tamen liquebit
defectum eius animi fuiſſe, vt ſe vellet de
iure alias oras vulgare premium tantum
4 conſequitur, hoc eſt quartam partẽ. ✝ quar-
ta fuit poſtea mutata in octauam partem,
ſi Conſtantino Hermonopolo credimus in
1. epitalam. rit. 5. verbo Hermonopoli, grę-
5 co in latinum ita ſe habet; ✝ delator dici-
tur, qui Dux, & author rei alicuius, aut facti
ignorati, & cognoſcendum oſtẽdere prom-
ptus eſt; quod quidem cum prius ignorare-
tur, poſtea ab ipſo iudicatur, delatores ſi à
delata conuincerint octauam eorum, quæ
6 denariam vero partem auferant ✝ omnis:
delator, qui non probauit per Præſidem
ferro puniatur Imperatores, delatores exe-
crabiles nuntios appellant, in l. ex varia,
C.eodem, Plin. in panegir. quaſi craſſatores,
& quaſi latrones rectiſſimè cum nihil ſit, in
rebus publicis tàm peſtiferum, & exitiale,
quam delator, vel ſicofanta curioſus, vnde
mihi ex Imperatoribus delatores nõ modo
ſenſerunt, & etiam pœnis affecerant, vt Ve-
ſpaſianus delatores in foro flagellis, ac fuſti-
bus ceſis, & nouiſſime traductus per amphi-
theatrum arenarum, partim ſubijci in ſer-
uos, ac venire imperarunt, partim in aſper-
rimis iſolarunt locis. Sueton. Tranq. in Titũ
7 c. 8. ſic Antoninus Pius, ✝ delatores ſi non
probarent, capitali pœna affici, ſi probarẽt,
oblato premio dimiſit infames, Opilius; itẽ
Macrinus, delatores vndiq; inquiſitos, pœ-
nis multauit. Tiberius tamen delatores cu-
ſtodes legum vocauit, & Cõſtantinus, & alij
illis fouerunt. Alex. ab Alex. d. lib. 4. genial.
d.c.22. Budeus l. ob accuſationẽ, ad Sen. Cõſ.
Turpill. Griſſon. lib. 3. antiq. c. 17. Borcolt. d.
c.11. quæ ſint regal. nu. 69. & ſeq. ſed in hoc
8 Regno eſt ✝ decretum R.C. Summarię, quo
puiſũ eſt his delatoribus detur quarta pars
bonorũ, quæ Fiſco ob delationẽ applicatur.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio LVIII.

THEMA.

Bona, quæ ab indignis auferuntur, inter regalia computantur, & Fiſco applicantur, niſi ſpecialiter aliquibus ſint conceſſa. communis, & quæ ſint, & quomodo vocentur, infra.

SVMMARIVM.

1 *Bona, quæ ab indigno auferuntur inter regalia computantur, & Fiſco applicantur, niſi quæ ſpecialiter conceduntur.*

2 *Bona, quæ indigno auferuntur ſunt ea, quæ vel in vltima voluntate sũt relicta, vel ab inteſtato debẽtur, qui ſe redit indignum.*

3 *Bona, quæ indignis auferuntur Vulpian. vocat ereptitia, quæ caduca ſunt.*

4 *Bona, quæ viuo teſtatore deficiunt, non appellantur caduca.*

5 *Bona caduca, & ex cauſa caduca per Fiſcum non auferuntur, ſed apud hæredes remanent: Ereptitia non ſunt ſublata, & ad Fiſcum pertinent.*

6 *Imperator titulum de his quib. vt indign. reliquit, & de caducis augendis nullum titulum, ſed pro eo poſuit titulum de regula Catoni.*

1 Bona, quæ ✝ ab indignis auferuntur, in-
ter regalia computantur, & Fiſco ap-
plicantur, niſi quæ ſpecialiter quibuſdam
conceduntur, cap. vnic. & ibi Doctores, quę
ſint regal. l.1. de iure fiſci, l. edicto, cum
l.ſeq. l.cum mortem vxoris, l. fiſcus, l.fidel
hæredis cum ſeq. l.Statius Florus, l.aufer-
tur ei quaſi indigno, in tit. ff. & C. de eis
quib. vt indign. & toto titulo, C. de his, qui
ſe deferunt lib. 10. & tit. ad Senat. Conſult.
Syllan. nam, quod indigno auſertur, Fiſco
applicatur, l.Papinianus, §. meminiſſe, de
inoffic. teſtam. Petr. Gregor. Tholoſ. in ſyn-
tagm. iur. vniuerſ. lib. 3. cap. 12. num. 16. Bor-
colt. d. cap. vnic. quæ ſint regal. nu. 73. Vul-
teius cap. 5. feud. num. 7. verſ. 10. bona indi-
gnis &c. Valent. Forter. in tract. de ſucceſſ.
2 cap. 11. nu. 24. lib. 2. & ✝ bona, quæ indignis
auferuntur ſunt ea, quæ vel in vltima vo-

Juntate relicta ſunt his, quibus leges relin-
quere vetant, vt in dictis legibus multi di-
cunt, ac Petr. Gregor. d. loco, & Borcolt. vbi
ſupra num. 75. vel quando quis ſe redit in-
dignum de his, quæ ab inteſtato debentur,
l. Papinianus, de inoffic. teſtam. toto titulo
ad Senat. Conſult. Syllan. l. 1. 4. & 8. de his
quib. vt indign. l. 1. vſque ad 9. & l. 15. 16. &
17. ff eod. t. t. Peregr. de iure fiſci lib. 2. tit. 2.
3. 6. 7 & 10. & lib. 3. tit. 1. & ſeq. Roſental.
d cap. 5. concluſ. 55. in gloſ. lit. E. ex alijs, &
hæc bona Vulp. in fragment. tit. 19. de do-
3 min. & acquiſit rer. † Ereptitia appellat, &
Paulus ea eripi, & ad Fiſcum trãsferri, ſcri-
bit in l. penult. ff. vlt. de iure fiſci, & etiam
caduca nominat, l. cum fiſco, ad Senat. Con-
ſult. Syllan. quemadmodum & Paul. in l. 2. ſi
quis aliq. teſt. prohib. ſed hoc fit abuſiuè, &
impropriè, & ereptitia multum à caducis
diſtant, caduca ſunt, quæ mortuo teſta-
tore, antequam deferantur his, quibus reli-
cta sũt, vt ſi hęres, vel legatarius ante aper-
tas tabulas deceſſerit, vel alias incapax fa-
ctus fuerit hæreditas, vel legatũ dicitur eſſe
caducum, dixi mortuo teſtatore, propterea
4 quod † quæ viuo teſtatore deficiunt, non
caduca appellantur, ſed in cauſa caducum
eſſe dicuntur, vt ſi legatarius viuo teſtatore
decedat, aut conditione excludatur legata-
rius dicitur eſſe in cauſa caduci, & ereptitia
ſunt, quæ iam delata ſunt, & acquiſita, ſed
poſtea rurſus ab indignis eripiuntur, & au-
feruntur; caduca ex cauſa caduca bona per
Fiſcum non auferuntur, ſed apud hæredes
remanent, iuxta tex. in d. l. vnic. C. de caduc.
tollend. ereptitia vero, ſeù quæ vti indignis
auferuntur, non ſunt ſublata, & adhuc du-
rant, & ad Fiſcum pertinent, & proinde Iu-
ſtinianus in pandectis tit. de his quib. vt in-
6 dign. reliquit, & † de caducis auferẽdis nul-
lum titulum reliquit, de quibus tamen Iu-
riſconſulti veteres latiſſimè diſputarunt C.
pro t t. de caducis, potuit titulum de regula
Catoniãna, quæ pugnat cum caducis, & ad
nouas leges non pertinent, vt dicitur in
l. vltim. de regul. Caton. hoc eſt non per-
tinet ad leges caduciarias, Iul. & Papi. Cu-
iac. in paratiſis, Borcolt. d. cap. vnic. quæ
ſint regal. num. 73. & ſeq. & ex alijs Roſen-
tal. d. cap. 5. concluſ. 55. in text. & gloſ.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio LIX.

THEMA.

Enumerantur duodecim caſus, in quibus Fiſcus ab indignis hære-ditatem, vel bona aufert. & quinque in quibus non.

SVMMARIVM.

1 *Officialis oriundus, vel per domiciliũ fit ciuis in loco officij vxorem ducere non poteſt.*
2 *Nuptiæ ratione potentatus prohibẽtur, & ſi ibi cõtrahit, & vxor aliquid teſtamento relinquit quaſi vti indigno ei aufertur, & Fiſcus capit.*
3 *Tutor ſuam pupillam in vxorem non ducit, & ſi duxerit relictum ab ea aufert Fiſcus tanquam ab indigno.*
4 *Officiali nubenti in loco adminiſtrationis relictum ab vxore, Fiſcus non aufert.*
5 *Hæreditas indigno aufertur ei, qui agit, vt per negligentiam, vel culpam teſtatoris, & non admittitur ad hæreditatem, qui in formam neglexit medicum non adhibendo.*
6 *Teſtamentum falſum dicens, & non obtinens repellitur tanquam indignus.*
7 *Pacta de hæreditate viuentis, & ſi ſint illicita operatur, vt Fiſcus capiat.*
8 *Filij de hęreditate patris paciſcẽtes, certo modo viuere, ea priuantur.*
9 *Hæres necem defuncti non vendicans proſequendo in iudicio hæreditate priuatur.*
10 *Vulnerati remiſſio facta vulneranti ſucceſſorem excuſat à perſecutione necis.*
11 *Fiſcus aufert, quod hæres tacitè promiſſum defuncto reſtituere.*
12 *Spurio quid minimum transferendum inter hæredes. & defunctum aufertur.*
13 *Incapaci palam relictum Fiſcus non capit, ſed hæredes.*
14 *Spurio quando ſine peccato datur.*
15 *Fiſcus cum tacito fideicommiſſo non ſemper potiorem eſſe.*
16 *Spurios non ex damnato concubitu, ſed ex congreſſũ permiſſo ex teſtamento patris capere poſſe etiam ex diuerſis concubinis natis.*
17 *Fiſcus capit bona illius, qui prætendebat ſuccedere ipſum interfecit, vel alter in eius morte conſcius.*
18 *Fiſcus capit bona tanquam indigno ab eo, quo teſtator dixit indignum. vel nolle inſtituere, aut eius nomen deleuit.*
19 *Fiſcus ab eo, qui aliquem teſtare prohibuit, capit bona tanquam ab indigno.*
20 *Fiſcus capit bona ab eo tanquam ab indigno. qui teſtatorẽ voluit, vt ipſum hæredẽ inſtitueret, vel vt aliquem inſtitueret.*

21 *Te-*

21 *Teſtari quem prohibens, ſi erat propinquior hæreditas ſibi à Fiſco aufertur vlterioribus agnatis exeluſis; ſed in pari gradu non exeludit.*

22 *Teſtari quis prohibens ei, qui teſtamentũ fecerat, vel teſtamentum iam factum immutare fecit.*

23 *Tertius læſus habet recurſum in contra probibentem, & in eius defectum contra Fiſcum.*

24 *Teſtamento defuncti, qui ſe oppoſuerit ex eo nõ capit, eſt indignus, & Fiſcus aufert.*

25 *Teſtamentum falſum differt ab inofficioſo, & qui inofficioſum dixit, & nõ obtinuit à ſuo relicto repellitur, & qui falſum amittit legatum.*

26 *Differentia inter teſtamentum inofficioſũ, & falſum.*

27 *Ingreſſus erga defunctum indignus eſt capere ab eo per vltimam voluntatem, & Fiſcus ab eo capit.*

28 *Cognoſcens vxorem viduam defuncti, vel filiam indignum ſe facit, & Fiſcus aufert.*

29 *Vxorem poſt annum luctus ſtuprum committens ab ea tamquam indigna Fiſcus aufert.*

30 *Occidens, vel vulnerans coniunctum teſtatoris relictum eius infirmatur.*

BOna indignis multis caſibus per Fiſcum
1 auferuntur. Primus caſus eſt, ſi † quis
officium in aliqua Prouincia adminiſtrans,
inde orſundus, vel domiciliũ habens, vxorem ducere non poteſt, l. ſi quis officium, de ritu nuptiarũ, cum eis expreſsè ſit prohibitum per text. in l. 2. §. 1. de his quib. vt indign. ideo nè Præſides, vel Prouinciarum Rectores per vim, & impreſſionem quid
2 faciãt, & puellas diuites ducũt hac † ratione potentatus prohibetur, l. Præfectus, de ritu nupt. & ſi contra mandata quis in Prouincia vbi officium gerit, vxorem duxit, & vxor aliquid in teſtamento reliquit, quodq; ex teſtamento quæſitum eſt, retinere non poteſt, ſed hęreditas ei quaſi ab indigno aufertur, & Fiſco applicatur, d. l. 2. de his quib. vt indign.
3 Secundo, † tutor qui pupillã ſuam vxorem ducere non poteſt, nè pupilla in re familiari circumſcribatur ab his, qui retinent eis geſtæ tutelæ redere compellatur, l. libertum, de ritu nupt. & ſi pupilla à tutore in vxorem deducta aliquid in teſtamẽto ſuo pupilla relinqueret, Fiſcus tanquam ab indigno auiert, d. l. 2. de his quib. vt indign. &
4 † non è contra cum relictum ab officiali vxori quam cœpit in loco vbi officium gerebat, vel à tutore pupillæ vxori tanquam ab indignis non aufertur, l. Præfectus, ff. de ritu nupt. prout reiectis contrarijs firmat Borcolt. d. cap. vnic. quæ ſint regal. num. 79.
5 Tertio † hæreditas quaſi indigno aufertur ei, qui id egit, vt per negligentiam, & culpam teſtatoris vt non admittatur, l. 3. de his quib. vt indign. & hæc quidem iuſtiſſima eſt indignitatis ratio, vt non admittatur ad hæreditatem, qui infirmum neglexit, & neglexiſſe dicitur, qui infirmo teſtatori me-
6 dicum non adhibuit, ſic † qui defuncti teſtamentum falſum, vel inofficioſum accuſauit, nec obtinuit ab eo, quod ſibi in teſtamẽto relictum eſt, tamquam indignus repellitur, & id à Fiſco vindicatur, ſi modo vſque ad ſententiam in lite improba perſeuerauerit, ſi ante ſententiam deſtitit, vel deceſſit ei, quod quod datum eſt, non aufertur, vt habetur in l. Papinianus, §. meminiſſe, de inoffic. teſtam. & Paulus in l. edicto. §. pen. de iure fiſci, Borcolt. d. loco nu. 76. vbi enumerat differentias, quando teſtamentum inofficioſum, & quando falſum dicitur, & ponit caſus, quibus ablata tãquam indignis in Fiſcum non rediguntur, ſed hæredibus alijſque proximioribus, vt ibi.
7 Quarto, ſi fiant † pacta de hæreditate viuentis, & quamuis hæc pacta non valeant, tamen operantur, vt Fiſcus hæreditatem paciſcentium capiat, l. 2. §. fin. ff. de his quib. vt indign. & in l. quidam, §. 1. ff. de donat. & doctores in l. fin. C. de pact. hinc volunt non-
8 nulli, vt etiam † filij ſi inſcio patre de hæreditate eius certis modis diuidenda conuenerint, priuentur, Boſſ. tit. de his quib. vt indig. de legat. 2. quod ſequitur de iure fiſci tit. de var. cauſ. ex quibus quis reditur indignus num. 3. & 4. vbi ſoluit contraria lib. 2.
9 Quinto, ſi hæres † non vindicat necem defuncti, hoc ſi occiſores eius in iudicio non accuſauit, vel eam in re moram traxit hęreditatem amittit, l. 1. C. de his quib. vt indig. l. 5. ſi quis, §. quod ad cauſam, cum ſeq. ad Senat. Conſult. Syllan. Hern. in d. cap. vnic. nu. 27. quæ ſint regal. Afflict. in verſ. ex quo vt &c. nu. 3. & alij ibidem, ac Borcolt. nu. 17. in fine, Boſſ. in tit. de his quib. vt indig. bona à Fiſco auferantur num. 3. & amplè Peregr. de iure fiſci, tit. de non obſiſtente necem defunct. tit. 5. per totum lib. 2. Clar. §. fin. lib. 5. recept. ſentent q 78. num. 8. Petr. Gregor. in ſintagm. iur. vniuerſ. cap. 12. num. 16. lib. 3. Fereſter de ſucceſſ. ab inteſt. d. cap. 11. num. 24. lib. 2. bene verum eſt, quod quando
10 † vulneratus antequam deceſſit, remiſſionem fecerit, vulneratibus hæres tunc excuſatur, Afflict. d. loco, Boſſius vbi ſupra nu. 8. & ſeq. dicit remiſsũ occiſi tollere hanc pœnam,

nam, Bald. l. Atletę, §.dat remiſſionem. ff.
de excuſat.tutor. Peregrin. d.loco num.17.
Rotental.d.cap.5.concl.56.ex alijs firmat.
11 Sexto,per Fiſcum † auſertur,quod hæres
tacitè promiſit deſuncto reſtituere ei, qui
tempore teſtamenti,& mortis erat incapax,
per tex. in l.non intelligitur, ff.de iure fiſci,
Bart.in l. Lutius Titius, §.in teſtamento nu.
123. ff.de legat.1. Paleott.in tract.de not.&
ſpur. cap.43.num.3. vbi hoc limitat num.5.
cum ſeq.& opinionem Bal.in l.etiam,quæſt.
12 penult,C.ad l.falcid. dicentis,& † ſi de mi-
nimo nummo in ſpurium transferendo in-
ter teſtatorem,& hæredem actum fuerit,to-
tam tamen hæreditatem auferendã, repro-
bat ſaltem his, in quibus fraudem commit-
tere volui multandam aſſerit,ſed ſecus eſt,
13 † ſi omnino incapaci palam relinquuntur,
tunc Fiſcus relictum non auſert, ſed deſer-
tur his, quibus debebatur, l.1.iuncta l.non
intelligitur, l. Statius Florus, l.cum tacitũ,
ff.de iure Fiſci, l.in fraudem cum ſeq. l.cum
qui, C.de his quib vt indig.&c. Bart.in l.fin.
num.8 d.tit.Corn.conſ.236.col.3.lib.2.Boſſ.
d.tit. de his quib. vt indig. &c. num.2. & 3.
Couarr.de ſponſal. par.2. cap.8.num.7. vbi
14 latiſſimè quomodo,& † quando ſpurijs re-
linqui poſſit,& quando ſpurius ſine pecca-
to capere,& hæres date queat; pulchrè Pa-
leott. in d.tract. de not. & ſpur. cap.43. per
totum, præſertim num.3.addens,quandoq;
etiam,quod palam relictum eſt, Fiſcum au-
ferre,ſcilicet ſi cognati colludunt eum ſpu-
rio &c.poſt Bald.in l.certum nu.17.C.vnde
vi, & in l.1. C.de natur.liber. Crauett. conſ.
166.nu.15. Bart.in l.hæreditas col.1. C.de
his quib. vt indign. è contrario etiam non
15 ſemper in † tacito fideicommiſſo Fiſcum
potiorem eſſe,vt ſi extraneus incapax clam
hæreditatem reſtituere rogatur, Cæpoll.
cauthel.38. num.6. Alex. conſ.202.num.6.
quod non executio, Clar.in §.teſtamentum
q.31.num.2. vbi teſtatur hanc eſſe commu-
nem,& § fin. q.79.num.8. lib.5. & quod ſit
communis Bald d.loco num.3. affirmat, &
quod dicatur incapax,& de indignis elegã-
ter ponit poſt alios Clar.& Peregrin.dictis
locis,Gabr.Paleott.in d.ſuo tract.cap.40.vbi
16 concludit † ſpurius, qui non ex teſtamen-
to concubitus, ſed congreſſu permiſſo pro-
duxerit ex teſtamento patris capere poſſe,
poſt Alciat.lib.parerg.4 cap.5.in fin.circa
communem. item ex diuerſis concubinis ab
eodem patre ſuſceptis ex teſtamento,quod
etiam nõ ex animo,Paleott.d.tract.cap.41.
matri quomodo ſuccedant,an autẽ & quan-
do proles,quam maritus ex ſoluta ſuſcepit,
matri ſuccedere poſſit cap.42. & de omniũ
ſuorum ſucceſſionibus, multis nouiſſimè
Graſſ. lib. receptar. ſentent. §.ſucceſſio ab
inteſtato, q.16.20.& 29.Forſter.de ſucceſſ.
lib.6.cap.47.& ſeq.aliquod,& lib.7.cap.7.&
cap.12.lib.8.Roſental.de feud.cap.5.concl.
59. in gloſ.lit.C.
17 Septimo, Fiſcus † capit bona illius,qui
prætendens alicui ſuccedere ipſum interfe-
cit, vel aliter in eius morte conſcius fuit,
text.eſt in l.Lutius,ff.de iure Fiſci,& ibi no-
tat gloſ. & Bart.in l his conſequenter, §.t.
ff. famil. l.ſorore, C.de indigñ. l.cum ratio,
§.fin.ff.de bon.damnat.vbi tex.ampliat etiã,
quod interfectus iuſſu patris occidiſſet, idẽ
eſſet ſi culpa, vel negligentia ſua perijſſet,
l.indignum, ff.de indig. & gloſ.vbi explicat,
non adhibendo medicum,vel in malo non
præſtando ei neceſſaria alimenta, ad l.Ne-
care, ff.de lib. et agnoſc.vt latius ex alijs fir-
mat Peregrin.de iure fiſci lib.2.tit.3.de eo,
qui inteſ. defunct. vt Latio in tit.10. & va-
riar. cauſar. quibus quis ſe reddit indignus,
eodem lib.2, ac Boſſ.vbi ſupra, Borcolt. d.
tit.qui ſint regal.num 75.
18 Octauo, cępit etiam † Fiſcus bona tan-
quam ab indigno ab eodem,quem teſtator
indignum dixit, vel cuius nomen cancella-
uit,aud induxit,tum quandoque teſtator fa-
cto teſtamento, & inſtituto aliquo ſibi hæ-
rede, declarat hæredem illum ſua hæredi-
tate indignum, & tunc Fiſcus ab eo vti ab
indigno aufert,pro qua portione fuerat hę-
res inſtitutus, l.cum quidem,vbi Bart. ff.de
indign.l.hæreditas,& ibidem Bar.& alij no-
tant. cap.eodem, Imol.in cap.cum exceſſus
num.70.extra de teſtam.Crauett.conſ.128.
Clar. §.teſtamentum q.93. intellige etiam,
quod teſtator ipſam cauſam indignitatis
non expreſſerit,Bald.in d.l.hæreditas col.1.
& idem ſi teſtator nomen hæredis cancel-
lauit, & ſic indignum illum dixit Fiſcus au-
fert, aut declarauit eum nolle habere, ſed
venientes ab inteſtato, vel alium, & ſeruatur
tur voluntas teſtatoris defuncti.Bart.& alij
in l.noſtra, C.de teſtament. & ſi totum te-
ſtamentum cancellauit,totum erit nullum,
ſi partem pro illa parte,adeo vt etiam lega-
ta eidem relicta,quæ iudicanda nõ ſunt, fir-
ma permanent,d.l.cum quidem,& l.cancel-
lauerat, l.proximè,& l.fin. ff.de his,quæ ab
in teſtam.deleni.Peregrin.d.tit.4.de eo quẽ
teſtator per totum lib.2. multa ad hoc ad-
ducit,& ad materiam cancellati teſtamenti.
19 Nono, Fiſcus † ab eo,qui aliquem teſta-
ri prohibuerit,vel coegerit,bona capit tan-
quam ab indigno, l.1. & toto titulo ff.& C.
ſi quis aliq.teſta. prohib. l.ſi ſcriptis, ff.de
iddign.l.Marcellus, §.fin.ff ad trebell. quã
mate-

Digitized by Google

materiam pleniſſimè explicauit Bart. in l. virum, ff. eodem, conſiderando quod quatuor modis quis teſtari prohibetur, vt probarunt Bald. & alij in l. 1. C. eod.

20 Primo, cum quis † teſtatorem cogit, vt ſe ipſum hæredem inſtituat ab eo, tanquam ab indigno Fiſcus hæreditatem aufert, l. 1. C. eod. & ratio eſt, quia lucrum vitioſum, & iniuſtum eſt.

21 Secundo, quando † compellente, vt aliquem hæredem inſtituas, gloſ. Rub. Petr. Cyn. Bald. Salic. & communiter alij in l. 2. C. eodem, reprobata gloſ. ibique contrariũ tenuit Boſſ. in hoc titulo num. 4. vbi de communi.

22 Tertio, quis † teſtari quē prohibet, dum eum, cui prius teſtatus nō fuerit, teſtari impedit, vt eſt caſus in l. 1. ff. eodem, quo caſu prohibens cum propinquior in gradu, & hęreditas ſibi auferetur, & Fiſco applicatur, agnatis vlterioribus penitùs excluſis, aut aderant agnati pari gradu, & eius factus eis non præiudicat in eorum portione, & illius portio tantum Fiſco applicatur, l. 2. §. fratris, ff. eodem, ſed ſi erat penitùs remotus, quod ab inteſtato non ſuccederet eis factũ proximioribus ab inteſtato ſuccedentibus non præiudicat, nec Fiſcus illis aufert, niſi conſtaret, quod defunctus volebat alios inſtituere quam venientes ab inteſtato, tunc enim perinde eſt, ac ſi tertius ille compulſiſſet, defunctum hæredem facere venientes ab inteſtato, argum. tex. in l. conficiuntur, & l. ſi quis cum nullum, ff. de iure codicill. vbi Fiſcus ab illis aufert, quia quando dolus alterius eſt cauſa immediata acquiſitionis meç dolus ille mihi nocet, l. ſi procurator, ff. de dolo excepto, l. 1. §. ſi quis tamen, & §. filius ff. de vi, & vi arm. quod in teſtamētarijs acquiſitionibus ſolutum eſt, l. 1. C. eodem, licet in cōtractibus aliter videatur, vt per Gabr. conſ. 99. num. 10.

23 Quarto, quis † teſtari prohibet, dum impedit teſtatorem teſtamentum iam factũ innouare, vel aliud condere, l. 1. ff. eodem, diſtinguendo tamen, vt per Bart. in l. virum col. penult. nam aut prohibens non erat inſtitutus in priori teſtamento, nec filius eius, vel ſeruus, & tunc eius prohibitio non impedit hæredem inſtitutum ex primo ſuccedere, l. 2. §. fratris, ff. eodem, niſi conſtaret teſtatorem voluiſſe alium hæredem facere, tunc enim prohibitio idē in effectu importaret, ac ſi compuliſſet illum inſtituere, & ideo Fiſcus aufert, vt diximus in ſecundo
24 modo, & ille † tertius ſic læſus haberet recurſum contra prohibentem, & in eius defectum contra Fiſcum, quem fortè hæreditatem tamquam ab indigno abſtuliſſet, vt diximus in primo modo, prout plenius de omnibus prædictis quatuor caſibus diſputat, ampliat, & limitat Salic. latè Peregrin. de iure fiſci lib. 2. tit. 6. à num. 2. vſque ad num. fin. vbi etiam de probationibus faciendis in prædictis caſibus.

25 Decimo, eius, qui ſe † teſtamento defuncti aliquo modo oppoſuerit, cum ſit nullũ ex defectu perſonæ dixerit, quia teſtari non potuerit, indignus eſt ex eo teſtamento capere, & ideo Fiſcus ab eo aufert, & ſic colligo ex text. in l. cum tabulis, ff. de indign. diuerſum eſt, ſi ex alia cauſa defecit, l. poſt legatum, §. ille vero, & §. de eo, & l. penult. ff. eodem, & l. alibi, C. eodem, vt latius Peregrin. de his, qui aduerſus teſtamentum dixerint tit. 7. nu. 1. & ſeq.

26 Vndecimo, qui oppugnando teſtamentũ falſum dicunt, differt ab eo, qui teſtamentũ implicitum dixerit; nam hic inofficioſum dicit, ab omni, eo quod in teſtamento datum eſt repellitur, ſi non obtinuit ille, qui vnum hæredem per falſum non ſcriptum accuſauit, nec obtinuit, repellitur quidem à legato, quod ei relictum eſt ab hærede quem inquietauit, ſed tamen legatum ab hærede relictum quem non inquietauit, ei non auferrur, l. 4. de his, quæ auf. indign. differentiæ, ratio eſt, quod qui inofficioſum teſtamentum accuſauit, defunctum accuſauerit quaſi dementem, & furioſum, l. Titia in fine, l. mater, §. præterea in fin de inoffic. teſtam. & ideo indignus eſt, qui quicquam ex iudicio defuncti conſequi debeat, & qui falſum dicit teſtamentum non accuſat defunctum, nec impugnat defuncti iudicium, ſed dixit iudicium defuncti ſuppoſitum eſſe, hæredē defuncti impugnauit, nō defunctum ipſum, ideoque ſi non obtinuit ab eo hærede nihil conſequitur, cum defraudare voluit hæreditatem ab alio hærede, cui negotium nullum exibuit, non repellitur, ſed legatũ, quod ab alio hærede ei relictum eſt capiet, d. l. 4. de his, quæ auf. indign. alias differentias inter eum, qui dicit teſtamentum inofficioſum, & qui falsũ ponit Borcolt. d. cap. vnic. quæ ſint regal. num. 76.

28 Duodecimo, † ingratus erga defunctum indignus eſt ab eo capere per vltimam voluntatem, adeo quod Fiſcus ab eo vti indigno beneficium aufert, l. 1. ff. de indign. & ratio eſt, quia ingratus facit ſe indignum beneficio, recepto cap. 1. §. eſt & alia, verſ. item qui Dominum, in tit. quæ ſit prim. cauſ. benefic. amitt. vbi Afflict. notat exemplum redit text. in d. l. 1. in eo, qui defunctum illicitè mortis negotiatorum detulerit, quam-

uis etiam ex ea delatione premiũ ex publi-
co conſecutus ſit; aliud exemplum eſt in
29 vxore † vidua, vel filiam defuncti cogno-
uiſſet, indignum ſe redit, & de hoc ab eo ca-
pere, vt per gloſ. in l. ſororem, C. eodem,
quam communiter ſequuntur DD. & Bart.
30 in d. l. 1. & idem † in vxore poſt annum lu-
ctus ſtuprum paſſa fuiſſet; nam ab eo tan-
quam indigno Fiſcus aufert infra annũ ve-
ro proſequenda eſſet pœna, de qua in l. 1.
C. de ſecund. nupt. ſic Ioan. de Garon. in re-
pet. d. l. 1. num. 73. & ante eum Corn. in l. fi-
31 deicommiſſum, C. eodem, item † qui occi-
diſſet, vel vulneraſſet aliquem ex coniunctis
teſtatoris, aut aliam conſimilem ingratitu-
dinis, & inimicitiæ cauſam commiſiſſet, ad
iuſtum iratum odium fuiſſet præuentus, ex
qua relictum infirmaretur, ad text. in l. ex
parte, ff. de adimend. legat. & in l. ſi inimici-
tiæ, ff. de indign. ſequitur Ruyn. conſ. 162.
col. 1. lib. 4. & ex alijs omnia prædicta com-
probat Peregrin. in d. ſuo tract. de iure fiſci,
tit. de ingrat. defunct. tit. 8. lib. 2. per totum.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio L X.

THEMA.

Fiſcus ſex caſibus ab indignis non capit.

SVMMARIVM.

1 *TVtor onus tutelæ recuſans, legatum in teſtamento relictum amittit, niſi tali caſu expreſſim teſtator reliquit.*

2 *Legatum quod tutori tanquam indigno denegatur, non ad Fiſcum, ſed filio applicatur.*

3 *Legatarius, vel fideicommiſſarius, qui teſtamentum celauit, legatum amittit, & tutori applicatur, non Fiſco.*

4 *Hæres ſcriptus coactus hæreditatem adire legitimam, nec quicquam detrahit.*

5 *Pupilla contrahere cum tutore prohibetur, & è contra.*

6 *Maritus occidens vxorem, dos reditur hæredibus vxoris.*

7 *Dos aduentitia mortua vxore, remanet viro, profectitia vero reſtituitur patri, & num. 9.*

8 *Maritus dotem vxoris nõ vindicans, indignus efficitur, & dos à Fiſco vendicatur.*

9 *Captiui, hæredes cum redimere negligent, hæreditas Eccleſiæ in redemptionem captiuorum defertur.*

ALiqui reperiuntur caſus, quibus ablata tanquam ab indignis non applicantur.
1 Primus caſus eſt † in tutore, qui onus tu-
telæ refutat, qui legatum, quod in teſtamen-
to meruit, amittit, l. 5. ff. amittere, de his, quæ
vt indign. quia teſtator ideo legatum ad-
ſcripſiſſe videtur, quod eidem tutelam ſuo-
rum filiorum iniunxerit; ita quod ſi legata-
rius detractat tutelam merito a legato etiã
repellitur, l. Neſennius Apollinares, §. re-
ctè ergo, de excuſat. id tamen ita procedit,
niſi euidenter pater expreſſerit velle ſe
dari, etiam ſi legatarius tutelam non admi-
niſtrauerit, l. ſed hoc nimium, de excuſat.
quod ſi legatarius tutelam non adminiſtra-
uerit, puta ab adminiſtratione rerum Ita-
licarum, vel Prouincialium, ſolum nihilomi-
nus, quod teſtamento datum eſt, ei aufer-
tur, & ita Diui Seuerus, & Antoninus re-
ſcripſerunt, quemadmodum Martianus tra-
2 dit in l. etiam ſi, de legat. 1. & † legatum
hoc quod tutori tanquam indigno denega-
tur, non ad tutorem transferatur, ſed relin-
quitur; cuius vtilitates ſunt decretæ, d. l. 5.
§. ſed hoc legatum, de his, quæ vt indign. l.
tutor petitus, ff. 1. de excuſ. l. penult. §. vlt.
C. de legat.
vniuerſ. cap. 11. nu. 4. lib. 9. & hac non minus
in ſtu-

in ſtupro inceſtuoſo, ſed etiam ſi fiat per nuptias,& bona committẽtis Fiſco inferantur obtinere, ratio ipſa ſuadet, & in d.cap. vnic.quę ſint regal.DD.omnes vno ore vbi Bald.num.5. Aluarot.num.4. per l.ſi adulterium, §.nonnunquam,& §.fin.ff.ad l.Iul. de adulter. & facit nouell.de reſtit. & ea, quæ parit 11. menſe &c. ex quibus locis
3 conſtat,quod hoc † caſu grauius delinquere dicitur, quam ſi nuptias inceſtas contraxerit, hanc tenuit Iacob. Simanc. & tenet Duen. reg.iur.150. ampliat, & communiter DD.ita tradere, dicit Vulteius d.cap.5. & nu.7. verſ.bona inceſti, licet alij diuersè ſtatuant Afflict. in d.cap.vnic. verſ. bona contrahent. num.1.& allegat Iacob.de Arena, Cyn.& Bald.in d.Auth.inceſtas, C.de inceſt. nupt.Barth.Soccin.d.loco num.17.vbi allegat,& Boer. in d.deciſ. num 264. ſed non reperio eum hoc dicere, dicit Roſental. d. cap.5. in gloſ. lit.C.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio LXII.

THEMA.

Inceſtum committere dicitur, qui in gradu prohibito vxorem ducit,& eſt duplex. aliud iure gentium,aliud iure ciuili. cõmunis.

SVMMARIVM.

1 *INceſtum committit ducens vxorem prohibitam.*
2 *Inceſtus propter illicitam coniunctionem dicitur quaſi inceſtus.*
3 *Caſtus eſt Zona, ſiue cingulus quo vtebatur ad honeſtas nuptias.*
4 *Inceſtum iure gentium committit, cõtrahens dum aſcendenti, ſiue deſcendenti, de iure ciuili cum ex latere prohibita contrahit.*
5 *Pœna inceſti diffinitur in l.ſi quis inceſti, C. de inceſt. nupt.*
6 *Inceſtæ nuptiæ non habent dotem, nec donationem propter nuptias, & tanquam ab indigno in Fiſco applicantur.*
7 *Liberi ex inceſto nati in poteſtate parentum non extant, nec ab eis educantur.*
8 *Bona contrahentium inceſtas nuptias applicantur liberis iuſtis vſque ad tertium gradum, & deficientibus Fiſco.*

1 INceſtum committere dicitur, qui ex his quas moribus prohibentur ducere in vxorem, duxerit in vxorem, l. ſororem promptam, de ritu nupt. & ſic Vulpian.in fragm.tit.5. inquit: ſi quis eam non ducere vxorem duxerit, inceſtum matrimonium contrahit,ſed & Papin.in l.adulterium eum inceſtu, ad l. Iuliam de adulter. per illicitam matrimonij coniunctionem inceſtum committi docet,quod & ipſum nomen inceſtum indicat;nam ſi Iſidoro credimus lib.5.
2 ethimologiarũ cap.26. † inceſtus propter illicitam coniunctionem dicitur quaſi inceſtus,vel quod verius videtur dicuntur ince-
3 ſtæ nuptiæ,quod in his adſit caſtus, † caſtus eſt Zona,ſiue cingulus,quo vtebatur ad honeſtas nuptias, Couarr. in epit. de matrim. par.2.cap.69. §.8.nu.1. Ouid.

Cui mea virginitas auibus libata ſiniſtras,
Caſtaq; fallaci Zona recinta manu.

Inceſtus vero duplex eſt aliud iure gentiũ
4 committitur,aliud iure ciuili: † iure gentiũ inceſtum committit,qui ex gradu aſcendẽtium,ſiue deſcendentium, vxorem duxerit; iure ciuili,qui eam duxit,quam propter iuris ciuilis prohibitionem ducere non poterat;& ſi quis ex latere eam duxerit, quam vetatur,vel affinem quam impeditur, l.fin. de ritu nupt. inceſtas nuptias Iuriſconſulti etiam nefarias nuptias appellant. §.ergo non omnes, inſtit. de nupt. cap. nouella 12. de inſtit.nupt. & ideo malè accuſant,qui eũ ſequuntur inter inceſtas,& nefarias nuptias
5 diſcrimen conſtituunt; pœna † autem inceſtarum nuptiarum diffinitur ab Athanaſio, & Honorio in l. ſi quis inceſti, C. de inceſt.
6 nupt. & primum, † inceſtæ nuptiæ non habent dotem, l.de ritu nupt. inceſtæ nuptię, nec etiam donationem propter nuptias,l.4. C.de inceſt. nupt. ſed totum,quod alterius liberatiuè in alterum procedit, vt indigno indignare ſublatum Fiſco iudicatur, d. l. 4. C.de inceſt.nupt.& d.l.ſi quis inceſti,C.eod. deinde illicita coniunctio, neque nuptiarũ, neque matrimonij nomen ſortitur, §.ſi ad-
7 uerſus ea, inſtit.de nupt.inde ſequitur: † liberos ex huiuſmodi coniunctione procreatos in poteſtate parentum non ſunt; ſiquidẽ in poteſtate noſtra tantum ſunt liberi,quos ex iuſtis nuptijs procreauimus, §.1.inſtit.de patr.poteſt.& d.ſi aduerſus, inſtit. de nupt. & leges in tantum illicitam coniunctionem aduertunt,vt nec quidem liberos ex ea editos à parentibus educari volunt, nouell. 74. & nouell.79. circa finem, ſic Auguſtus Imperator ex nepte Iulia poſt damnationem editam infantem agnoſci, aliquod voluit Sueton. in Auguſto cap.75. & reijciendum

dum

dum eſt, quod Franc. Cuman. comment. redit liberos inceſtuoſos ali, à parentibus debe-
8 ri, denique ✝ bona contrahentium inceſtas nuptias ſeruantur liberis iuſtis, & legitimis vſque ad tertiũ gradum, hoc eſt filio, filieuè nepoti neptiuè, pronepoti proneptiuè parentibus vſque ad ſecundum gradum, hoc eſt patri, matri, auo, & alijs, & ex tranſuerſalibus fratri, & ſorori, patruo, & amitæ, d. l. ſi quis inceſti, C. de inceſt. nupt. ſi vero perſonis deficientibus publicantur, & ad Fiſcum bona trãsferuntur, d. l. ſi quis inceſtas, C. de inceſt. nupt. ex nouell. Iuſtin. 12. qui inceſtas contraxerit nuptias in Inſulam deportatur, & bona publicantur, ſi filij, vel nepotes, vel etiam pronepotes ex prioribus inculpatis nuptijs non extent; his extantibus, & quidẽ ſolis bona conſeruantur d. nouell. 12. Borcolt. d. cap. vnic. quæ ſint regal. num. 78. & ſeq. Peregrin. lib. 5. tit. 1. num. 12. verſ. tertio fallit, & ſeq. quando nuptiæ dicuntur inceſtæ.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio LXIII.

THEMA.

Bona damnatorum, & proſcriptorũ de regalibus ſunt, & confiſcantur aſcendentibus, & deſcentibus ex latere vſque ad tertium gradum deficiẽtibus, & vxor relicta præfertur in dote, & in donatione propter nuptias, ſed hodie pro crimine Maieſtatis læſæ, confiſcantur bona. communis.

SVMMARIVM.

1 *Bona damnatorum proſcriptorum inter regalia connumerantur.*

2 *Bona damnatorum, & proſcriptorum nõ habentium deſcendentes, aſcendentes, & collaterales vſque ad tertium gradum incluſiuè pertinent ad Fiſcum.*

3 *Vxor damnati ſuperſtes in dote, & lucro dotis Fiſco præfertur, niſi loci cõſuetudo obſtaret.*

4 *Bona cõdemnati ad mortem, vel ad amiſſionem libertatis, aut Ciuitatis amittuntur.*

6 *Bona hodie publicãtur propter crimen Maieſtatis hæreſis, & Regiæ de iure Regni.*

1 INter ✝ regalia connumerantur bona damnatorum, & proſcriptorum, prout in nouis legibus continetur, d. cap. vnic. quæ ſint regal. toto titulo de bonor. proſcript. ſiue damnat. C. lib. 9. cap. 1. § ſi quis aliquẽ, & ibi feudiſtæ de pace tenend. ac manifeſtè euadit, toto titulo, ff. & C. de bon. damnat. & ita ex communi firmat Vulteius d. cap. 5. nu. 7. verſ. 12. bona damnato. &c. lib. 1. de feud Borcolt. d. cap. vnic. quæ ſint regal. nu. 81. Crauett. conſ. 209. num. 3. Roſental. de feud. d. cap. 5. concluſ. 59. in gloſ. litera A. &
2 ✝ bona damnatorum, & proſcriptorũ pertinent ad Fiſcum, dummodo non fuerint aſcendentes, nec collaterales vſque ad tertium gradum incluſiuè, Auth. bona damnatorum, vbi Bart. & communiter omnes ibi Scribentes C. de bon. proſcriptor. facit l. ſi quis ingeſti, C. de ingeſt. nupt. & quamuis tex. in nouell. 134. cap. fin. (vnde ſumpta eſt d. Auth. bona damnatorum) de collateralibus non faciat mentionem, tamen de communi Doctorũ opinione teſtatur Iul. Ciar. lib. 5. recept. ſentent. §. fin. q. 68. in princ. & Peregrin. de iure fiſci tit. de publicat. bonor. lib. 5. num. 4. quam communem firmat Borcolt. d. loco num. 83. Roſent. d. loco in gloſ.
3 lit. B. & ✝ vxore ſuperſtite ipſa in dote, & lucro dotis Fiſco præfertur, text. eſt in d. auth. bona damnatorum, & ibi vnica auth. præterea, C. nẽ vir. & vxor. Soccin. ſen. conſ. 121. num. 1. & 11. paſſim lib. 4. quem ad hoc allegat Peregrin. d. tit. 1. nũ. 81. lib. 5. niſi fori
4 conſuetudo obſtaret, & lucrũ vetaret ✝ condemnatis ad mortem, vel ad amiſſionem libertatis, aut Ciuitatis bona admittantur, in l. 1. vbi gloſ. Bart. & Scrib. ff. de bon. damnat. l. in metallum, & l. fin. C. eod. tit. Boſſ. num. 1. Peregrin. d. lib. 5. tit. 1. de iure fiſci, & ex alijs de communi teſtatur Roſental. d. concl. 59.
5 in gloſ. lit D. ſed hodie ex generali conſuetudine ſolum propter crimen læſæ Maieſtatis, vel hæreſis bona publicantur, Bart. in l. 1. ff. de bon damnat. in princ. num. 10. Aluarot in §. ſi vero vbi, & Laudenſ. nu. 10. de pace tenenda, vbi hanc rationem affert, quia ſi in his delictis vbi mors ſequitur bona confiſcantur, hæc bona potius hæredum quã damnati forent, ſed in cæteris, vbi damnatus retinere poſſet, vt ſi relegatur, ipſiq; damnati bona erunt, ſi bona auferantur. & tradit hanc eſſe communem opinionem Cyni, Petri, & aliorum in d. Auth. bona damnatorum, Boſſ. in tit de public. bon. num. 1. Boer. deciſ. 264. num. 15. & ſeq. vbi etiam com-

communem aſſerit, & receptam firmat Pe-
regrin. lib. 5. tit. 1. nu. 9. de iure fiſci, & vide-
tur de iure veriorẽ, ſiquidem d. Auth. bo-
na damnatorum, & nouella 134. in fin. vnde
ſumpta eſt. Iura vetera ſolum corrigunt in
his criminibus, in quibus leges conuictis, aut
damnatis mortem, aut præſcriptionem de-
finiunt, licet reperiantur, qui in contrariam
partem accedunt, ſed magis vni accepti cõ-
ſuetudine, quam iure notatur, quod hodie
non publicantur niſi in crimine Maieſtatis
hæreſis, Clar. in ſ. fin. q. 78. Roſental. cap. 5.
concluſ. 50. lit. A. ex alijs, & de iure Regni
bona crimen Maieſtatis committentium
confiſcantur per Conſtit. Regni Contingit
interdum, cap. Nuper apud Tranum, &
cap. incip. bona proditorum.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio LXIV.

THEMA.

Damnati dicuntur, qui vltimum
ſupplicium ſubeunt: proſcripti,
qui ſunt deportati, quorum bo-
na confiſcantur deſcendentibus,
aſcendentibus, & cõiunctis tranſ-
uerſalibus non relictis.

SVMMARIVM.

1 *Damnati, proſcripti, & deportati, qui dicantur.*

2 *Mors naturalis, ſicut interit. ciuilis maxima, aut media capitis diminutione interire dicitur.*

3 *Deportatio ſucceſſit in locũ aquę, & ignis interdictionis.*

4 *Mulier aqua, & ignem, & aquam cum viro communicare debet.*

5 *Deportatorum bona, ſicut & damnatorũ publicantur.*

1 Damnati dicuntur, qui vltimum ſup-
plicium ſubeunt. Proſcripti vero ſunt
qui deportantur, vt Iſern. Aluarot. Præpoſ.
cęteriq; Doctores dicunt in cap. vnic. quæ
ſint regal. & damnatis ad mortem naturalẽ,
proſcripti, ſiue deportati cõparantur, mor-
tuorum enim loco habentur, l. 1. ſ. penult.
de bon. poſſeſſ. contra tabul. l. 4. de bon. li-
bert. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, de liber.
2 & poſthum. & ſicut † homines morte natu-
taliter intereunt; ita ciuilis maxima, aut
media capitis diminutione interire dicun-
l. verum eſt, § penult. pro ſocie, proſcripto-
rum autem, ſiue deportatorũ. Primus Diuus
Auguſtus in Republica Romana iniunxit;
nam vt Dio. lib. 26. ſcribit: Auguſtus Pri-
3 mus conſtituit, & ſucceſſit † deportatio in
locum aquæ, & ignis iuriſdictionis, l. 2. ſ. t.
interdictionis, l. 2. § 1. de pœn. l. 3. ſ. 1. de
pœn. l. 3. ad l. Iul. pecul. l. penult. ff. de var.
& extraord. crimin cognit. nouella 22. quã
quod ex iure quæſitum ciui Romano vita
adimi non poterat; vt elegantiſſimè Cicer.
apud Saluſt. in coniuratione Cathelinæ per-
ſequitur: (Nec etiam, & libertas.) Cic. pro
Balb. Cecin. & pro domo ſuo ſua) Romani
coacti reſcripſerunt, vt noxij ciues his ſub-
ſidijs, aqua ſcilicet, & igne, quibus humana
vita maximè continetur, deſtituti ex Vrbe
cadere cogerentur, ſic noua nupta iubeba-
tur, aquam, & ignem attingere, l. penult. de
donat. inter vir. & vxor. quod hæ duæ res
4 humanã vitam maximè cõtineant, & † mu-
lier ignem, & aquam cum viro comunicare
debet, Sext Feſt. lib. 1. & Sexto Varro lib. 4.
de ling. latin. Ouid. pulchrè vtrumque con-
iunxit in 4. feſtor. an quod in hijs ſine cauſa
eſt hæc perditio his exiui noua fit coniux,
hæc duo magna puto, & vt dixi ad Augu-
ſtum vſque de terra, aqua, & ignis interdi-
ctione, Romani vſi ſunt poſtea deportatio-
5 ne: † deportatorum vero bona ſicuti dam-
natorum quoque publicantur, l. deportato-
rum, C. de pœn. in tantum quod etiam bo-
na poſt deportationem quæſita, deportatis
auferuntur, l. 2. C. de bon. proſcript. non ob-
ſtante l. ſi mãdauero, & l. is cuius bona man-
dati, quod intellige, ſi deſcendentes, aſcen-
dentes, & collaterales coniunctos non ha-
beret; vltra iam dicta firmat Borcolt. d. cap.
vnic. quæ ſint regal. nu. 83. Roland. à Valle
conſ. 97. num. 1. lib. 2. & ſi Iudex liberis,
vel parentibus exiſtentibus bona confiſca-
uerit ſententia nõ valet, ex alijs firmat Ro-
land. a Valle conſ. 98. num. 4. d. lib. 2. & Pe-
regrin. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. nu. 4. per auth.
vt nulli Iudic. ſ. fin. relata auth. bona dam-
natorum, C. de bon. damnat.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio LXV.

THEMA.

Bona committentium crimen Ma-
ieſtatis

Digitized by Google

ieſtatis læſæ, & ius cõfiſcandi de
regalibus eſt, & bonorum confi-
ſcatio committitur contra Supe-
riorem non recognoſcentes, &
contra recognoſcentes. commu-
nis.

S V M M A R I V M.

1 *Bonorum confiſcandorum ius, eſt de re-
galibus.*
2 *Crimen Maieſtatis læſæ committitur con-
tra molientes, contra Populum Roma-
num, eiuſque ſucceſſores.*
3 *Crimen Maieſtatis læſæ, quod ad effectum
mortis naturalis, & confiſcationis bono-
rum committitur contra omnes ſuperio-
rem non recognoſcentes.*
4 *Crimen Maieſtatis læſæ committi, & dam-
nati, vitam, & bona amittunt, & in Cu-
riam eorum dominium transfertur.*
5 *Crimen Maieſtatis læſæ quo ad ſuperiorẽ
non recognoſcentis mitius agitur.*

Bona committentium crimen Maieſta-
1 tis læſæ, & vt generaliter dicam † ius
bonorum confiſcandorum, ſiue publican-
dorum, eſt de regalibus, ex Bart. in extra-
uaganti ad reprimendum, quomodo in cri-
mine Maieſtatis læſæ procedatur, Parpal. in
repet. l. 1. ff. ſolut. matrim. Doctores paſſim
in tit. ff. & C. ad l. Iul. Maieſt. Natta conſ.
394. nu. 21. Roland. à Valle conſ. 68. nu. 20.
lib. 2. & conſ. 21. nu. 19. lib. 4. Crau. conſ. 128.
lib. 1. Peregrin. de iure fiſci lib. 2. num. 85.
Vulteius de feud. cap. 5. num. 7. verſ. 13. bona
2 amittuntur, quod † crimen cõmittitur con-
tra molientes aliquid cõtra Populum Ro-
manum, vel eius ſecuritatem, ſeu tranquilli-
tatem, vt eſt tex. in l. 1. & ibi notat ff. ad l.
Iul. Maieſt. Vueſemb. in paratitla, quæ ſint
regal. Duaren. lib. 2. diſput. vniuerſ. cap. 22.
& Borcold d. tit. quæ ſint regal. num. 88. ſed
hodie translato Imperio, aliqui dicunt con-
tra Imperatorem tale crimen committi, vt
ex multis Roland. à Valle conſ. 74. nu. 5. &
ſequitur lib. 3. & alij multi Peregrin. in d.
tract. de iure fiſci, tit. de rebell. tit. de filijs,
tit. de crim. quę morte extinguantur nu. 24.
& ſeq. vbi hoc verius propè antę finem nu.
27. nè memoria rei damnetur in fine, con-
ſuetudines ſeruandę, & contra apud Vene-
tos ſeruari, & idem eſſe, quod in Imperato-
re crimen eſſe dicit Clarus §. læſæ Maieſta-
tis num. 2. poſt Gig. & Boſſ. eod. tit. num. 51.
ſequitur Suarez lit. M. num. 3. ſed num. 9. vi-
detur aliud ſentire, ceſſante conſuetudine
in partem mitiorem inclinare, & prędicta
intellige, vt eorum memoria nõ damnetur,
in quo punto maiorem numerum conueni-
re, quod ad Dominum ſuperiorem recogno-
ſcentes, Peregrin. d. tit. de crim. quæ morte
exting. num. 19. & plurib. ſeqq. lib. 4. de iure
fiſci, Clar. d. §. læſæ Maieſtatis num. 16. hanc
veram, & communem dicit, quod l. fin. ff. ad
l. Iuliam Maieſt. obtineat in duobus caſibus
contra Principem, & contra Rempublicam
machinantes, vbi allegat alios, & ſic deciſũ
refert Gramat. deciſ. 6. & latè defendit Ro-
land. à Valle conſ. 1. num. 16. & ſeq. lib. 3. &
Menoch. conſ. 9. vbi num. 106. plures con-
trarias opiniones congerit, & Peregr. d. loco
num. 26. qui verè tuetur d. loco num. 23. &
ſeq. Roſental. de feud. cap. 5. in gloſ. lit. A. &
ſeq. & Peregr. d. loco. l. 1. ad l. Iul. Maieſt.
ſolum contra Imperatores, ſed contra eius
Conſiliarios, & contra filios delinquentes
locum non habet, Iul. Clar. in d. §. læſæ Ma-
ieſtatis, dicit, quod hoc eſt approbatum ab
omnibus, Peregr. in tit. de filijs rebell. nu. 4.
Gramat. d. deciſ. 6. conueniunt; ſed quo ad
ſuperiorem recognoſcentes eſt clarum, quo
ad alios eſt dubium Roſental. d. loco in fin.
3 & tale crimen quo ad effectũ † mortis na-
turalis, & confiſcationis bonorum commit-
titur nè dum aduerſus Papam, Imperato-
rem, Reges, Principes, & res publicas non
recognoſcentes Superiorem de iure, vel de
facto, ſed etiam aduerſus Duces, Marchio-
nes, Comites, Dominos perpetuos recogno-
ſcentes Papam, Imperatorem, vel Regem
in ſuperiorẽ; ſic ex facto conſuluerunt Alex.
conſ. 13. lib. 6. Cępoll. conſ. 17. nu. 19. etiam
quod eſſet Dominus vnius caſtri, ſic præcla-
rè Crau. in ſuo conſ. 124. num. 6 & poſt eum
Roland. à Valle conſ. 88. colum. 1. lib. 2. vbi
quãplurimos concordantes adducunt conſ.
78. communem dicit num. 2. lib. 3. Peregrin.
tit. de publicat. bonorum nu. 18. lib. 5. Guid.
Pap. deciſ. 244. Roſent. d. loco in gloſ. lit. D.
ſed in hoc Regno per Conſt. incip. Contigit
interdum, la ſeconda, § in omnibus &c. or-
4 dinatur, quod † conuicti, & damnati de cri-
mine Maieſtatis læſæ vitã cum bonis amit-
tant fol. 170. & ſi ex hac Conſtitutione vide-
tur in confiſcatione bonorum rebellium
requiri conuictionẽ, & ſententiam, ſed per
cap. Regni incip. apud Tranum, tit. de pœna
proditorum &c. & clarius in cap. incipiẽte
Bona proditorum, videtur ſententiam non
requiri, ibi: (& ad tollendam opinionem
peritorum diſcrepantium variam declara-
mus, vt ipſo facto ex perpetratione tanti fa-
cinoris, dominium vero proditorum ipſarũ
in no-

in noſtram Curiam transferatur, quod ipſo iure orundi criminis flagitioſus amiſit abſq; aditione quoque poſſeſſionis bonorum Fiſcus nuſter ad bona eandem contra quemcumq; poſſeſſorem infra annos viginti numerandos à die commiſſi delicti, vindicatur ipſi vero proditores filij, & deſcēdentes nulla temporis præſcriptione euenturi, & de Iure Regni talem crimen committentium bona confiſcantur per dict. Conſtit. Conſtit. contingit interdum, per d. cap. Nuper ad Tranum, & cap. incip. Bona proditorū &c.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio LXVI.

THEMA.

Sententia confiſcationis bonorum contra, vel præter leges ſucceſſoribus non præiudicet, ſed ſi publicatio bonorum debetur ex lege Iudex poteſt conciliare, & ſi non expreſſiſſet, publicatio venit ex cauſa enormi delicti communis.

SVMMARIVM.

1 *Confiſcatio ſi venit introducta à lege tacitè, etiam ſi in ſententia non exprimatur venit, ſi expreſsè debet condemnatio exprimi.*

2 *Confiſcatio ſi venit imponenda à lege tacitè, quod non exprimatur in ſententia venit, ſi expreſsè Iudex poteſt publicare.*

3 *Iudex contra legem pronuncians, non præiudicat ſucceſſoribus, & ſententia non valet.*

4 *Publicatio præter, vel contra legem non fit niſi à ſupremo Magiſtratu ex cauſa, & propter enormè delictum, & eum hac diſtinctione.*

5 *Publicatio aliter facta non valet, & nullam ſortitur effectum & Cardinalis delegatus poſſe ita publicare.*

6 *Magiſtratus ſuperiorum cōtra, & præter legem ſuper bonis, & perſonis delinquentium in culpa graui ſtatuere poſſunt.*

7 *Princeps ex magna cauſa poteſt ius noui immutare.*

IN hoc eſt dicendum, & communiter per
1 DD. diſtinguitur, aut † publicatio venit
imponenda à lege tacitè, ideſt vt condemnatum de tali crimine Maieſtatis, vel hæreſis, ex quo debetur publicatio bonorum ipſa venit, etiam ſi in ſententia non expri-
2 matur, aut † expreſsè vt de vita priuetur inferente, vel inceſtas nuptias contrahendo, vt ſupra diximus, & tūc Iudex poteſt bona
3 publicare; ſed ſi † contra legem pronunciat, non præiudicat ſucceſſoribus delinquentis, & ſententia lata non valet, Bald. in cap. 1. num. 3. de pace tenend. ad quem ſe refert Aluarot. ibidem in d. §. ſi vero, Laudenſ. in princ. num. 11 ibique Afflict. in verſ. vndecimo nota num. 4. Det. conſ. 252. nu. 5. ex alijs ad nouell. 134. ex qua ſumpta eſt dicta Authent. bona damnatorum. In Sabaudia, & aliquibus locis Galliæ ſeruatur, & idem teſtatur Boer. deciſ. 264. Marſil. in l. fin. num. 189 ff. de iuriſdict. Cagnol. in l. ea ſola num. 7. de regul. iur. Roland à Valle conſ. 98. num. 4. lib. 2. Peregrin. d. tit. num. 7. de iure fiſci, Borcolt d. cap. vnic. quę ſint re-
4 gal. num. 83. & ſi † publicatio eſt præter, aut contra legem, tunc nullus Iudex, Prætor, ſummus Magiſtratus, quod ex cauſa, & propter enorme delictū facere poteſt, ex claro tex. in l. 1. C. ſine iuſſu Principis, licet certis Iudicibus bona publicare lib. 10. vbi DD. hanc diſtinctionem tradunt, vt per Bald. vbi ſupra num. 14. Laudenſ & Afflict. in citatis locis, quam diſtinctionem communi ſuffragio approbata eſt, tradit Clar. in d. §. final. q. 78. num. 5. poſt Anan. in cap. vrgentes nu. 21. de hæret. lib. 6. Peregrin. d. loco num. 25.
5 in fin. & ideo † publicatio aliter facta non valet, & nullum ſortitur effectum, vt diximus, & tradit Bald. in l. fin. ff de offic. Pręſid. Præfect. vigil. Alex. in l. 1. nu. 75. ff de offic. eius, Bero. conſ. 65. num. 46. lib. 1. vbi dicit: (Cardinalem ex delegatione cognoſcentem hoc potuiſſe) Caſſan. in conſuet. Burgund. rub. des confiſc. §. 1. in verſ. apertien la confiſcation in princ. Roſental. de feud. cap. 5. concluſ. 61. & † Magiſtratus ſuperiores nō recognoſcentes contra, vel præter leges ſuper bonis, & perſonis delinquentibus, & iura, & ſtatuta condere poſſunt, vt ex præcitatis Doctoribus in dictis locis habetur, & cauſa grauis ſubſit; nam & ſuadetur teſti, vt veniat ad deponendum ſub pœna publicationis bonorum, hac pœna eſſet inſolidū, & legum metas excederet, per Iſern. in d. cap. vnic. quæ ſint regal. verſ. contrahentiū inceſtas num. 44. vbi declarat enorme delictum, refert, quod Papa quēdam damnauit,
7 & expreſsè dicit nu. 46. quod † Princeps ex

cauſa

cauſa enormiq; ſcelere poſſit ius nouum immutare, quod ibidem ſequitur Alex. in verſ. condemnatorum num. 12. & expreſſius Claud. Seyſell. Curt. iun. Cagnol. in d. l. 1. ſ. ſi quis ius dicendi &c. ibiq; Iaſ. eleganter ex multis comprobat Natta in conſ. 593. vbi & etiam reſpondet ad rationes Bald. contrarium dicit in cap. 2. de teſtib. cogend. refert in ſpecie, & ſequitur Peregr. lib. 5. tit. 1. num. 32. de iure fiſci.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio LXVII.

THEMA.

Argenti, auri, & alterius metalli, etiam lapidis pretioſi, fodinæ repertæ in loco Principis de regalibus, & ipſius Principis ſunt, ſed repertæ in loco priuati, Fiſco nõ acquiruntur, ſed priuatorũ manent. Decima vero aliaue portio regalia habenti Fiſco debetur, & loco regalium ſunt. communis.

SVMMARIVM.

1 *ARgentaria, & alterius metalli fodinę inter regalia computãtur, & ad Fiſcum ſpectant, vt infra.*

2 *Argentaria vox omne metallum comprehendit tamquam genus.*

3 *Argenti, aliorumq; metallorum, & lapidis pretioſi fodinæ eſſe de regalibus cum diſtinctione.*

4 *Argenti & auri, & alterius metalli fodinæ in fundo publico, vel regio, repertæ ſunt ipſius Fiſci.*

5 *Metalli fodinæ eſſe Principis, & priuato acquiri non poſſe, ſi conſuetudine tali extare probetur.*

6 *Metalli fodinæ verius eſſe priuatis acquiri ipſoſq; poſſidere poſſe, & Principis eſſe decimam, ſiue aliam partem.*

7 *Metallorum decima eſt Principis, & de regalibus.*

8 *Metallorum fodinæ particularium ſunt ſicut & ſalinæ in loco priuatorum inuenta.*

9 *Metallorum fodinis inuentis cuius ſint conſuetudo loci ſeruanda eſt.*

10 *Decima debita Fiſco de fodinis non ſemper ſeruatur, aliquãdo maiorem, & aliquando minorem partem capit.*

1 INter † regalia numerantur argentariæ, vt in d. cap. vnic. quę ſint regal. & ibi Doctores omnes. Argentariæ ſunt argenti, ſiue auri, aut alterius metalli fodinæ, quæ ad Fiſcum ſpectare dicuntur, toto titulo, C. de metall. ibique omnes DD. ſcribent. per dictam
2 † vocem argentariæ intelligunt metalli fodinæ, & ita ſpeciem pro genere collocari credentes, & inter regalia numerari. dicit gloſ. in d. cap. vnic. ibique Hern. in verſ. argentariæ num. 70. Afflict. num. 1. Aluarot. num. 6. Præpoſit. num. 7. Borcold. num. 87. quæ ſint regal. Iacobin. de Sancto Georg. in verſ. & cum argenti fodinis nu 2. Vueſemb. de feud. cap. 11. num. 5. eſt gloſ. in l. inter publica, qui tex. in fine facit, & ibi DD. ff. de verb. ſignific. Io. Scheneid de feud. par. 2. nu. 104. & in comment. ſuper inſtit. tit. de ſeruit. vrban. & ruſtic. præd. Vulteius d. cap. 5. num. 7. verſ. 16. argentariæ &c. Mozc. de natural. feud. num. 34. Boſſ. de metall. nu. 1. Cæpoll. de ſeruit. ruſt. præd. cap. 22. nu. 4. Imol. conſ. 87 Vmme Goeden. conſ. 1. num. 2 & 3. de aur. & argent. fodin. Iaſ. conſ. 6. num. 6. & conſ. 16 num. 18. lib. 2. & reiecta opinione Vueſenbec. in conſ. 60 num. 30 tenentis ſo-
3 lum † argenti, & auri fodines eſſe de regalibus, de communi concludit cuiuſcumque metalli, & etiam lapidis pretioſi & alterius fodinæ de regal. eſſe, ex dictis DD. & alijs, firmat Roſental. de feud. cap. 5 concluſ. 88. in gloſ. lit D dicẽs, quod Vueſembec. allegat tex. in l. edicti, & l. quoſdam, C. de metall. vbi idem de ſaxis, quod de pretioſis intellige, & alijs, vt per Cępoll. Boſſ. Afflict. dictis locis, & Peregrin. de iure fiſci tit. 2. num. 13. lib. 4. & Afflict. in d. verb. argentariæ num. 10. & in deciſ. 321. de flumin. gloſ. in d. l. inter publica, de falſ. Hern. d. num. 70. de aur. arg. & ferri fodinis, Præpoſit. Aluarot. ibidem de omni metallo, neque enim leges iam allegatæ, corruptæ ſunt, & omnes fatentur, Iaſ. d. conſ. 16. nu. 67. Peregrin. tit 2. lib. 4. nu. 12. poſt gloſ. & Alciat. in d. l. inter publica, &
4 Crau. conſ. 109. & † argẽti, auri, metalli, aut alterius fodinæ ſunt Fiſci, ſi in loco Cæſaris, ſiue Regis reperiuntur, ſic Iacobin. in dictis verbis, cum argenti fodinis num. 2. allegat Florian. de Sancto Petro in l. ſi inter duos, ff. de vſufruct. & hoc ſentire videtur Laudenſ. in d. cap. vnic. num. 2. quæ ſint regal. dum in fodinis diſtinguit, quod aut in locis Cæſaris, aut publicis reperiatur, ſunt Principis, vt in d. cap. vnic. aut in feudo priuati,

eſſent ipſius , & Fiſcus non iure aliquo ſin-
gulari,ſed communionem habere,vt dicunt
Aluarot.& Præpoſit.d. loco,& eſt de mente
Boſſ.& aliorum, dicit Roſent. d.cap.5.con-
5 cluſ.88.lit.E.& ſi aliqui dicũt † omnes me-
talli fodinæ eſſe Principis, & à priuato ac-
quiri non poſſe,vt Iſern.in d.cap.vnic.quæ
ſint regal.num.70.Affl.in d.deciſ.321.quod
verum eſſet, ſi probaretur talẽ extare con-
ſuetudinem , & illam ſeruandam eſſe modo
Princeps pretium agri rederet , vt per Af-
flict. d.deciſ.321.num.16.& 17. & in d.cap.
vnic.quæ ſint regal.num.10. Boſſ.in d.tit.de
metall.num.7.& Afflict.in verſ.argentariæ,
dicit decimas metalli purificati Fiſco debe-
ri &c. niſi alia ſit conſuetudo,ſed contrariũ
eſt verius , & huiuſmodi metalli fodinas Fi-
ſco,aut Principi, aut qui eius loco ſunt, in
6 integrum non acquiri , ſed † priuatorum
manere,& ab his poſſideri poſſe, quæ rega-
lia non eſſe de decima, vel alia portio vbi-
cumque locorum,etiam repertæ fuerint le-
gum authoritate Fiſco debita inter regalia
numerantur,Præpoſ.in d.cap.vnic.quæ ſint
regal.num.7.Aluarot.num.6. Afflict.in fine
num.1.Borcolt.num.87.Boſſ.d.tit.num.1.2.
& 3.Capoll.Caſtreſ.& alij in dictis locis al-
legatis,Peregrin.de iure fiſci tit.2. num.11.
lib. 4. prædicti DD. in dictis locis expreſsè
volunt, per tex.in l.3.& 4. ff.de rebus eorũ,
l.ſi cuius, §. inde quæſitum, ff. de vſufruct.
in l.fructus,alias diuortio,§.ſi vir,vbi Caſtr.
in dictis locis, & DD. paſſim ff.ſolut.matr.
l. forma, §. ſalinas, ff. de cenſib. Scheneid.
de feud.par.2.num.5.& ſeq.Mocc.tit.de na-
tural.feud.num.34. poſt Iacobin. vbi ſupra,
quod etiam vult gloſ. in d.l.inter publica
communiter approbata,vt tradit Afflict.in
d.deciſ.321. nu.15. & teſtatur quinque Do-
ctores ſecum fuiſſe in illa opinione , quod
7 non ipſa metalla omnia, ſed † ſolum deci-
ma ſit Fiſci,& de regalibus,in l.cuncti,in l.1.
& 2. & toto tit. de metall. lib.11.& ibi gloſ.
& Doctores paſſim,& refert Vulteius d.c.5.
nu.7.verſ.16.argentariæ, Caſſan.in conſuet.
Burgund.rub.1.§.1. in verſ.ex Petris nu.14.
8 & tales metallorum † fodinæ particulariũ:
ſunt ſicut & ſalinæ in loco priuatorum in-
uentæ, d.l.forma, §.ſalinæ, gloſ.tex.& Do-
ctores in d.l.inter publica in fin. ff.de verb.
ſignific. Laudenſ.in d.cap.vnic. num.2.quæ
ſint regal. Scheneid. de feud. par. 2. num.
106.& 108. Afflict. in d.cap.vnic. verſ.ſali-
narum,Præpoſit.ibidem num.7. Aluarot.&
9 alij, qui † metallorum fodinis inuentis loci
conſuetudo eſſe obſeruãda, Iacobin.d.verb.
& cum argenti fodinis num.2.ſed decima ,
aut alia portio, quæ Principi defertur loco
regalium eſt; vt præcitati Doctores dicunt,
& dico : decima, vel alia portio, quoniam
10 non ſæpè † decima , ſed aliquando maior ,
aut minor Fiſco debetur,l.per ſingulos,vbi
gloſ.Bart. Io.de Platea, & alij C.de metall.
lib.11. Peregrin.de iure fiſci vbi ſupra, Caſ-
ſan.in conſuet.Burgund.rubr.1.des iuſtices,
§.1.in verſ.ſpaues num. 14. Roſental.d.c.5.
& concluſ.88.& 89. in tex. & gloſ.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio LXVIII.

THEMA.

Metalla, & pretioſa ſaſſa in fundo alieno in vita Domino priuilegiati à Principe inueſtigare, & fodere poſſunt, & quibus Dominus fundi præueniens in fodiendo præfertur, & annis triginta acquiritur,& præſcribitur. communis.

SVMMARIVM.

1 *Metalla, & ſaſſa pretioſa in fundo alieno quis fodere poteſt.*

2 *Metalla, & ſaſſa pretioſa in fundo alieno contra voluntatẽ Domini foderi poſſe rationem,quia publica vtilitas eſt.*

3 *Metallorum vena ſubterranea, & ſine magno damno ſuperficiei foderi poſſunt.*

4 *Metalla fodiuntur in ſolo alieno, ſi conſuetudo talis adeſt, alias non, & nu.12.*

5 *Metalla foderi poßunt in fundis alienis, qui à Principe, vel à ſuperiore regalia habente. priuilegium habent.*

6 *Dominus loci nolens vt fodat metalla, vel ſaſſa peetioſa,quia ipſe præfertur.*

7 *Dominus fundi habet ius proteſtatiuum, vt præferatur extraneo.*

8 *Dominus in fundo ſuo inueniens venam metalli argenti, vel alterius,& ſequitur in fundo alieno, poteſt ſuam fodinam proſequi.*

9 *Dominus fundi debet decimàm ſupremo Domino dare, & alÿ reperientes debent ei dare decimam.*

10 *Metalla in fundo Fiſci fodiens, vna parte ſibi retẽpta dabit Fiſco duas alias partes.*

11 *Me-*

11 *Metalli fodiendi, & diuidendi, conſue-*
tudo loci attenditur.

ET quamuis durum videri poterit, quod in
fundo alieno quis contra Domini volun-
1 tatem † metalla,& ſaſſa pretioſa quis fode-
re poſſit, tamen de iure hoc eſt verũ, quod
Domino fundi inuito id fieri poſſit, vt eſt
tex.in l.curati,vbi gloſ.Bart. Io.de Plat.&
alij C de metall.lib.11. facit l.quoſdam,eo-
dem titulo, & dicit Oldrad. conſ.74. incip.
an Alchimiſta peccet, verſ. in contrarium,
Caſtrenſ. in d. l.diuortio, §. ſi vir in fundo
num.3.ff.ſolut.matrim.& conſ.34.lib.2. Ia-
cobin.d.verb.cum argenti fodinis nu.2. vbi
vna cum Caſtrenſ. ad contraria reſpondit,
Cæpoll. de ſeruit. ruſtic. præd. C. de mont.
c.22. Imol.conſ.87.lib.1.incip.in caſu præ-
miſſo, Iſern. d.cap.vnic.quæ ſint regal. nu.
70. in d. verſic. argentariæ num. 8. quæ ſint
renal. & deciſ. 321. num.14. Scheneid. de
feud.par.2.nu.107. Boſſ.tit.de metall. nu.1.
& tenet hoc Alex.in Apoſtill. ad Bart in
l.1.C.d.tit de metall. &c. Peregrin.de iure
fiſci tit.2.de theſaur.& metall. nu.14.lib.4.
publica vtilitas metallorum Caſtrenſ.& al-
legationes facit in d.l.1. ibi, & Reipublicæ
comoda comparat, C.de metall.Fning.Gau-
din.in conſ.1.2.& 3. de aur.& argent. fodin.
Ottoman.pract.obſeruat.lib.2.tit.de ſeruit.
3 24.& hoc † ſi venæ metallicæ ſint ſubter-
raneæ,& ſine magno damno ſuperficiei fun-
di ſoderi poſſunt, ſic loquitur Caſtrenſ. quã
cęteri in locis iam allegatis omnes ſequun-
tur, & pro hac ſententia facit tex. in dict.l.
quoſdam,& vt reſponderi poſſit d.l.vendi-
tor, §. ſi conſtat, ff. commun. prædior. vbi
4 † ob conſuetudinem, licet in fundo alieno
alieno lapides fodere, ergo illa ceſſante nõ
licebit &c. Caſtrenſ. & eius ſequaces, Cæ-
poll. Alex.Iacobin.Affl.ct.Scheneid.& Pe-
regrin. vbi ſupra allegati intelligunt in la-
pidicinis, quæ vbique,& communiter inue-
niuntur in ſuperficie terræ. Secus vero eſſet
ve venis lapidum pretioſorum, vt corium
marmorum,de quibus allegati poſt Caſtrẽſ.
aguut,& aliorum metallorum, quorum ve-
næ non in ſuperficiæ erunt, ſed ſubterra,
& ſine enormi,& graui ſuperficiei dãna fo-
5 diuntur, & ſic † in fundo alieno, licet niſi
Dominus habeat damnum, eſt, gloſ. vnic. in
d.l.quoſdam,C.de metall.lib.11.communi-
ter à Doctoribus approbata, licet Ioan.de
Imol. d.conſ.87.verſ.parum damnum non
putarem curandum, vbi cum fodiunt Do-
6 minus decimam percipit,& † in fundis alie-
nis inuitis Dominis foderi metalla poſſunt,
qui ab Imperatore,vel Rege,alioue Supe-
riore regalia habente priuilegium,vel inue-
ſtituram habent fodendi metalla in fundis
alienis,vt ſuadetur ex tex. in l.1.& toto tit.
C.de metall. lib.11. nam videtur illos om-
nes ab Imperatoribus in iſtum numerum
coaptatos fuiſſe, & quod in introytu in il-
lud officium certum quid ſoluerint. de quo
loquitur d.l.1. vbi Alex. in Apoſtill. & vi-
detur velle Bart. & Plat. ibidem, Boſſ. in d.
tit de metall.num.1. Peregrin.d.loco nu.14.
in fine, id quod Iſern. d.cap.vnic. num.70.
etiam annuit,& hodie obſeruatur in aliqui-
bus locis cõſuetudine,quæ ſoli Principi me-
talli ſodinas vbicumque repertas attribuẽs
ſeruanda eſt,dummodo agri pretium redat,
Afflict.d.deciſ.321.nu.16.& 17.& in d.verſ.
argentariæ nu.10.& ex alijs Roſental. d.c.5.
concluſ. 90. literis C.& F. quod limita, ſi
7 † Dominus fundi fodere nequit; nam, &
ipſe ſine Principis priuilegio poſſet, Boſſ.in
d. loco num. 5. & ipſe priuilegium habenti
præferendus eſt,Caſtrenſ.in l.venditor, §. ſi
conſtat num.3.ff.commun.prædior.Cæpoll.
d.cap.21.num.4.Boſſ.d.num.5.in fine,Imol.
d.conſ.87.num.1. vbi illud videtur verum,
quando Dominus non curauit perquirere
venas &c. Afflict. d.deciſ.321 num.15.& in
verbo angariæ nu.5.& hoc mandato magis,
8 ſi antea laborauit, & fodere cępit, † Domi-
nus fundi merito præfertur, vt ratione do-
minij habens ius potentius,quàm extraneus
reſpondet Imol.d.loco nu.8 & ex alijs Ro-
ſental.d.concluſ.90. in tex.& gloſ.literis F.
& G. & hoc ſi priuilegiatus antea fodere
non inceperat,cum vtrique detur prælatio,
ſcilicet priuilegiato à Principe ratione ſu-
premi, aut directi dominij,& Domino fun-
di ratione ſui vtilis dominij, vt ex alijs ad-
ductis per Roſental. dictis literis F. & G.
9 † Immò ſi quis in fundo ſuo inueniat venã
argenti,vel metalli,quę extenditur ſub fun-
do alieno, quod fodendo illam etiã ſub fun-
do alieno inuito Domino ſequi poſſit, ac
partis vnius occupatione, aut apprehenſio-
ne, tota intelligitur apprehenſa, & occupa-
ta,etiã ſi ſub diuerſis, & alienis fundis ſint,
Caſtrenſ.dictis locis.Cępoll.de ſeruit.ruſtic.
præd.tit.de montibus cap.22.nu.4 Henning.
Goed. in conſ. quod ſcripſit de auri, & ar-
genti ſodinis, & tangit Hartman.Hartman.
pract.obſeru. lib.2. tit.de ſeruit.24. ſed hoc
ſodere,& metalla praſcrutare,non licet ſu-
per alienis edibus,ex tex.in d.l.quoſdam, &
10 DD. C.de metall.lib.11.& † Dominus fun-
di metalla ſodiẽs, debet decimam ſupremo
Domino dare, l.curati,vbi gloſ.& DD. &
in d.l.inter publica,& tenent pręallegati in
allegatis locis,& ſimiliter ſi Dominus ſundi

non ſodet, ſed alij debent eí decimam me-
talli reperti dare, d.l.cunti,& ibi citati Do-
11 ctores, & ſi in † fundo publico Principis
metalla quis ſodiat, Fiſcus duas partes ha-
bebit,& ſodiens vnam, per tex.in d.l.cunti,
& ibi notatis C.de metallis, Iſern. in d.cap.
vnic.num.70. Afflict.d.deciſ.321.num.4.&
12 in prædictis † conſuetudo loci eſt præcipuè
attendenda, per tex.in l.ob metallicum, ibi
in quo propria conſuetudo retinenda eſt,&
ibi Interpretes C.de metall.Iſern.d.nu.70.
Afflict.in d.verſ.argentariæ num.7. Præpoſ.
num.7.& Aluarot.quæ ſint regal.idem Af-
flict. d.deciſ.321. propè nu.3 & nu.17. Boſſ.
d.loco nu.7.Caſtreſ.in d.l.vēditor,§.ſi con-
ſtat, num.3. Scheneid. d.par.2.nu.106.Vue-
ſembec.d.conſ.60.num.30.Goeden.d.conſ.1.
num.1. 6. & ſeq. de auri, & argenti ſodinis
in præmiſſis conſuetudo triginta annis præ-
ſcribitur, firmat Afflict. deciſ.321.num.17.
& ſeq. vbi ratio, & in d. verbo argentariæ
num.6. Boſſ.d.loco num.7. Vueſemb.d.conſ.
60.num.30.& fortè breuius tempus ſufficc-
ret; vbi non agitur de his metallis tanquam
regalibus acquirendis,Roſental.d.concl.90.
in gloſ. litera M.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio LXIX.

THEMA.

Theſauri, qui inter regalia compu-
tantur in loco Cęſaris,aut Regis,
vel religioſo, fortitū reperti di-
midiam partem Fiſco, aliam di-
midiam inuentori, ſed ſecus ſi
data opera, reperiatur totus Fi-
ſco cadit. communis.

SVMMARIVM.

1 *THeſauri inter regalia computantur,
& fortuito inuenti in loco Caſaris,
aut Regis, vel religioſo diuiditur inter
inuentorem, & Fiſcum.*
2 *Theſaurus data opera quærens, & inue-
niens, totus applicatur Fiſco, ſicut & in-
uentus in loco particulari Domino loci
totus applicatur.*
3 *Theſaurus eſt omne id, quod in futurum,
aut in craſtinum ſeruatur.*
4 *Theſaurus eſt pecunia depoſitio, cuius
non eſt memoria Domini.*
5 *Dheſaurus eſt vetus mobilium auri, ar-
genti, & pecuniæ particularis, quę ob ve-
tuſtatem Dominum non habet.*

1 INter regalia cōputantur etiam theſauri,
d.cap.vnic. quæ ſint regal. & ſi inuenia-
tur in loco Cæſaris,aut Regio,vel religioſo
dimidium Fiſco,& aliud dimidium inuento-
ri applicatur, ſi caſu fortuito,& non data
opera,vt in d.cap.vnic.& ibi omnes,quę ſint
regal.& tradunt DD. in §.theſauros, inſtit.
de rerum Domin. vbi eſt tex. & in l.vnica
C.de theſaur.lib.10.ac DD.in l.3.§.fin. ff.de
iure fiſci, facit tex.in l.nunquam, §.1, & in
l.is qui in alienam, ff.de acquir. rer.domin.
& Peregrin.in tract. de iure fiſci tit.2. ante
num.1.& nu.4.lib.4.Vulteius de feud.cap.5.
nu.7.verſ.vigeſimo theſauri &c. lib.1. Bor-
colt.cap.vnic.quæ ſint regal. nu.93. Caſſan.
in conſuet. Burgund. in rubr.1.des iuſtices
propriè, §.1.verſ.expaues.nu.19.& 20.Bar-
tholom.de Capua addit. in Conſtitut.Regni
Dohanæ ſecreti &c. col.2.nu.80.& ad literā
dicit cap.Regni.Quia non decet,in rubr. de
2 theſauris, vbi gloſ.& addentes, ſed ſi † data
opera dum quis animo, & intentione inue-
niendi,quærit,& inuenit, totus Fiſco appli-
catur, ſicut data opera in loco alieno, non
Fiſci, aut publico inuentus totus cedit Do-
mino loci,d.l.vnic.& d.§.theſauros,vbi Do-
ctores latè Aluarot.in d.cap.vnic.nu.7.& 8.
Præpoſit.num.7.Iſern.num.90.& ſeq. quæ
ſint regal.Vueſembec. de feud. cap 12. Ca-
ſtrenſ.conſ.157.incip.commodum dictæ ve-
næ &c. vbi num.4.hoc innuit lib.1. Caſſan.
vbi ſupra nu.17.& 19. ſed & ſi artibus ma-
gicis, vbicumque locorum inuentus Fiſco
ſolo applicatur, per text. in d.l.vnic.& ibi
DD.C.de theſaur. Iſern.Aluarot.& Præpoſ.
vbi ſupra, facit l.1. C.de malefic. & Peregr.
de priuileg.fiſci lib.2.num.2.lib.4.Roſental.
d.cap.5.concl.92.in tex. nu.3. quod ſi etiam
inuentor partem Fiſco competentem ſup-
preſſerit hoc caſu,cum altera ſoluere cogi-
tur, l.3. §.fin. vbi DD.de iure fiſci, Roſent.
vbi ſupra, ac Vulteius in alleg. loco nu.90.
3 & † theſaurus generaliter ſignificat omne
id, quod in futurum vſum obſeruatur, hoc
eſt craſtinum,aut futurum potitus,Connan.
cap.3. commentariorum cap.4.ſed hic the-
ſaurus eſt quędam vetus depoſitio pecunię,
cuius non eſt memoria,vt iam Dominum
non habeat, l.nunquam, §.1.de acquir.rer.
domin.Caſſiodor.dicit eſſe poſitiuam pecu-
niam,quæ longa vetuſtate competētes Do-
minos amiſit, refert Borcolt. d.c.vnic.quæ
ſint regal.nu.91.Roſental.d.concl.92.nu.6.

dicit,

dicit,quod theſaurus eſt velut pecuniæ, ſeù
mobilium depoſitio; àdde, auri,argenti,&
rerum pretioſarum, quarum memoria non
extat, vt iam Dominum non habeat, quia
ignoratur cuius ſit,vt eſt tex.in d.l.nunquã
§.fin.vbi DD.ff.de acquir.rer.domin. Iſern.
& Aluarot. dictis locis, d.l.vnic. C. de the-
ſauris,Peregrin.d.tit.2.num.1.lib.4. de iure
Fiſci.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio L X X.

THEMA.

Palatia, ſiue domus habitationum
Regum de regalibus sũt, in qui-
bus nemo habitat ſine iuſſu Prin
cipis. communis.

SVMMARIVM.

1 *Reges, & Principes neceſſe eſt habere palatia in locis, & Ciuitatibus maioribus commoda ad habitandum.*

2 *Nundinas conſtituẽdi Imperatores ipſis aſſumerunt, cum prius erat Senatus.*

3 *Præſcriptio in Palatijs Regijs non cadit.*

4 *Officiales non debent in domibus priuatis, ſed in domibus publicis habitare pro iuſtitia adminiſtranda.*

5 *Palatia publica debent reparari ſub pœna applicanda reparationi.*

6 *Palatia publica de anno in anno reparari debent, alias in collapsũ vadunt, ſicut & multa Caſtra in hoc Regno iuerunt.*

7 *Palatia noua nullus Officialis Principis ipſo inconſulto erigere debet, ſed vetera reficere, & reſarcire.*

8 *Palatia magna plus quam conuenit, ædificari non debent.*

9 *Ædificare turrim in ſolo proprio alienæ iuriſdictionis nemini licet.*

1 Reges, & Principes quantumuis ſupre-
mi in eorum Regnis,& ſignanter in lo-
cis, & Ciuitatibus maioribus neceſſe eſt ha-
bere vbi habitent, & ſic palatia, & domos
commodatas,& ſolitas habitandas cum ſuis.
& vbi pro iure, & iuſtitia adminiſtranda,
quę de regalibus ſunt.per tex.in d.cap.vnic.
in verſ. & palatia &c. quæ ſint regalia, vbi
Iſern. Afflict. & omnes Scribentes ibi con-
cordant, tex.in l.fin.C.de offic.Rector.Pro-
& l.quicumque, C.de oper. public. & l.fin.
C,de palatijs,& domibus Dominicis lib.11.
Peregrin. de iure fiſci lib.1. cap.1. num.26.
& in eis nemo habitat. neque ius dicit niſi
is, cui à Principe, cui hoc ius conceſſum
eſt,quod confirmari videtur per tex. in d.l.
quicumque,Hottoman. pro palatio vult le-
2 gere: placia, vel placita, ideſt ius † conſti-
tuendarum nundinarum, quod Imperato-
res ipſis ſolis ſubmiſerunt, cum olim eſſet
Senatus, l.1.ff.de nundin.& l.1. C.eodem,&
refert Vulteius de feud. lib.1.cap.1.num.7.
verſ. decimoſeptimo palatia &c. ſed tale
dictum non placet, quia ſatis differt ius ha-
bitandi,vel iuſtitiam adminiſtrandi in pala-
tijs regijs à iure conſtituendi nundinas, &
poſſet ſaluari intelligendo de iure conſti-
tuendi nundinas pro dandi licentiam omni-
bus veniendi in aliquo loco ad nundinas
3 exercendas; ſed redeundo ad † palatia, di-
citur etiam, quod in eis non cadit præſcri-
ptio, iuxta text. in l.præſcriptio, de oper.
publ.bonis, text.eſt in l.ſi qua loca, C.de
fund.& ſaltib.rei domin.lib.11.& facit l.fin.
C.de ſacroſ.Eccleſ. & exiſtẽtibus in Ciuita-
te palatij conſuetis,ſeù publicis non debent
4 † Officiales, & Iudices domos priuatarum
perſonarum ad habitandũ,vt publicas ven-
dicare,ſed in domo publica habitare debẽt,
5 vt hac neceſſitate cogantur † prouidere,
& reparare vbi oportet, alias puniuntur
quinque librarum auri conuertendas in
commoditatem palatij, quod reparare ne-
glexerit,vt in d.l.fin.C.de offic.Rector.Pro-
uinc. quæ pœnæ reparationi palatij, & non
Fiſco applicari debet, argum. tex. in l. fin.
C.de Epiſc. audient. & l.1. C.de oper. publ.
facit l.diuus in fin. ff. de iure patron. & arg.
in cap.ſi vno,in fin.in verſ.argumentum,de
offic. ordin. in 6. pœnæ, & multæ Eccleſijs
6 applicantur,& ex his patet, quod † palatia
regia, vel publica debent refici de anno in
annum, nè vadant in collapſum, ſicut ire
ſolent, & in hoc Regno nè dum multa pa-
latia, ſed & caſtra valdè miranda propter
non reparationem in collapſum iuerunt;
inde tex.in l.fin.C.de oper.publ. dicit, quod
7 nullus † Officialis Principis eo inconſulto
debet noua palatia incohare prius, quam
ea, quæ incepta inuenit à prædeceſſoribus
ſuis vetuſtate diruta diligenti ſtudio com-
pleuerit, tum ex hoc plurimũ laudis acqui-
rat, ſi ea perfecta rediret, quæ vetuſtate
ſunt conſumpta, & idem Afflict. in d.verſ.
& palatia,dicit ipſum quibuſdam nobilibus
dixiſſe,quod maior eſt Regis veteres Eccle-
ſias vetuſtate ruinatas reficere,quam nouas
conſtruere,& quando fiunt noua palatia per

Digitized by Google

Regem in loco publico fieri debent, vt in cap. 1. de immunit. eccleſ. ſecundum Luc. de Penna in l. fin. C. de palat. & domib. Domin.
8 lib. 10. & abſtinendum eſt † magna palatia ędificare plus quam conueniat, quia ſcriptũ eſt in prouerbijs Salomonis cap. 17. (qui altam facit domum ſuam quęrit ruinam: ideo plures relinquunt domos reparandas, quia ſunt impares ſumptui dicit tex. in l. ſed an vltro, ff. de negot. ge t. & Salomon in prouerb. cap. 24. dicit: Præpara foris opus ſuũ, exerce diligenter agrum tuum, ędificem domum tuam, & alia dicit Afflict. in detractionem magna palatia vltra poſſe facientia, &
9 nota, quod † nemini in ſolo proprio ſub aliena iuriſdictione turrim ædificare licet, vt deforminatum fuit, dicit Afflict. d. loco num. 8. per notata in cap. Piſanis, de reſtit. ſpoliat. de quo per Io. Andr. in cap. ſi Ciuitas, de ſentent. excommun. lib. 6. per Innocent. in cap. cum Eccleſiarum, de offic. ord. facit l. Vrbis ff. de verb. ſignif. Iſern. in Conſtit. Regni Caſtra. & Turris, Luc. de Penna in rubr. C. de Matha. lib. 11. gloſ. in l. 2. de fund. lim. Bart. Bald. Angel. gloſ. & ali per Afflict. ibidem in locis allegatis per omnes.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio LXXI.

THEMA.

Angariarum, & perangariarum ius eſt de regalibus, & ſeruiẽdo abſq; mercede, & de perſona ſuis expenſis ſeruire. communis.

SVMMARIVM.

1 *Angariæ, & perangariæ, & nauium præſtationes sũt de regalibus, & deſcendunt à verbo Greco.*

2 *Angariæ & perangariæ verbum comprehenſiuum eſt, quod ſeruitutem coactiuã perſonalem denotat.*

3 *Angarij in Regno multi ſunt ſub diuerſis Baronibus. & non ſunt regalia.*

4 *Angaria munus miſtum eſt, & ſignificat operas extraordinarias, & ad ſolius Principis edicta præſtantur.*

5 *Angariæ, & perangariæ munera perſonalia ſunt, quæ debentur Imperatori, & ſuperiori Domino.*

6 *Angariæ, & perangariæ de iure ciuili munera perſonalia ſunt.*

7 *Angaria, & perãgaria munera sũt quando quis ſeruitia ſuperiori proprijs expenſis præſtant.*

8 *Angaria inter munera patrimonialia ponuntur, quamuis perſonaliter præſtentur.*

9 *Angariæ munera perſonalia ſunt, quando ſeruitia præſtantur.*

1 Angariarum, † & perangariarum ius inter regalia connumerantur, & nauium præſtationes, cap. vnic. quæ ſint regal. & ibi omnes Scribentes, & alibi in diuerſis locis, vnde vulgo *angariare* videtur deſcẽdere à verbo Greco, quod cogo ſignificat, & ſic coacta ſeruitus apud Authores bonos legitur, dicit Ferrar. Montan. lib. 5. feud. c. 7.
2 item † angaria, & perangaria verbum Perſicum eſt, quod ſeruitutem coarctiuam denotat, teſte Celio Rodig. lib. 18. cap. 8. & in paſſione Domini noſtri dicitur, quod angariauerunt Simonem Cyreneũ portare Crucem Domini in collo, & ſic perſonalis erat opera, & ſeruitium perſonale; de iſtis ſunt multi in Regno Siciliæ in Baronijs, & feudis, & tunc non ſunt regalia, ſed quando in Demanijs Regum ſunt; Iſern. & Liparul. ex alijs in verſ. angariæ num. 52. quę ſint regal. Couarr. in regula poſſeſſor. par. 2. §. 4. & Aluarot. in d. tit. quæ ſint regal. angaria interpretatur onus ſeruiẽndi cum perſona Prin-
3 cipis tranſeuntis ipſius expẽſis, † perangaria vero munus miſtum eſſe, vt quis ſcilicet Principi ſeruiet proprijs expenſis, vel vt ſoluat etiam vltra ſeruitium perſonale, &
4 Hottom. in d. tit. quæ ſint regal. dicit † angarias ſignificauit operas extraordinarias, quæ propter repentinum aliquod negotiũ ad ſolius Principis, ſiue Imperatoris edictũ præſtẽtur, & paucorum quorundam, quibus lege hoc eſt conſtitutum Iudicibus, C. de vacat. public.
5 Item † angaria, & perangaria pro actione publica ponuntur, volunt Iſern. in d. c. vnic. quæ ſint regal. num. 52. ibique Afflict. num. 1. & 2.
6 Angariæ, † perangariæ munera perſonalia ſunt, quæ præſtantur Imperatori, vel ſuperiori, vt diximus, & firmat gloſ. in c. 1. verſ. angariarum, quæ ſint regal. gloſ. in cap. non minus, verſ. angarijs, de immun. Eccleſ. Capyc. in inueſtit. feud. verſ. angarij fol. 103. & ex alijs in deciſ. 168. num. 8. ibique addentes communem eſſe Doctorum ſententiam dicunt Borcolt. de feud. in cap. 11. quæ ſint regal. num. 84. per l. munerum, §. patrimoniorum

Digitized by Google

niorum, ff. de muner. & honor. l. ſunt munera, ff. de vacat. & præſtat. muner.

7 Item angarias † eſſe munera patrimonia-
lia, ſiue realia, & proinde ſunt præſtationes
iumentorum, plauſtrorum, vel nauium, vel
in alia præſtatione publica, Iſern. in d. cap.
quæ ſint regal. num. 53. verſ. & plauſtrorum
vt cōueniunt nonnulli interpretes, ad quod
Cuiacius in l. fin. C. de muner. publ. lib. 12.
vbi & alij Scribentes Vulteius cap. 5. num. 7.
8 verſ. Angaria, & perangaria, & † iure ciuili
inſpecto munera patrimonialia eſſe, vt in
l. munerum, §. patrimoniorū, ff. de muner.
& honor. l. ſunt munera, de vacat. & excuſat. muner. quod vero in d. l. munerum, §. curſus vehiculum, pro perſonali ponitur id intellige de illo, qui exhibendis angarijs, & perangarijs proficitur; nam quod hoc ſit munus perſonale patet ex hoc c. vnic. quæ ſint regal. & ex d. l. publici curſus, C. de curſu publico, angariæ, & perāgariæ lib. 12. & ex l. maximarum, C. de excuſat. muner. & hoc tenet Borcold. in cap. quæ ſint regal. nu. 84. vbi ait angarias, Aluarot. Iſern. Afflict. & communiter Doctores accipiunt angarias pro munere perſonali, quod Imperatori, ideſt Superiori, præſtatur ſumptibus Imperatoris. Perangarias vero pro munere, quando Imperatori quis ſeruit ſumptibus proprijs, quæ ſentētia licet ſit communis, verā tamen eſſe non videtur, cum in d. l. munerum, §. patrimoniorum angaria inter patrimonialia munera refertur, & idē in d. l. ſunt munera, & nimirum dum præſtationes iumentorum, plauſtrorum, & nauiū, quæ exiguntur in tranſuectione armorum, vel in aliqua qualibet publica neceſſitate, quæ realia ſunt, ſed non negarem munera ſordida, quæ operas manuales exigunt ſecundum locorum diuerſas conſuetudines ſæpè merè perſonales eſſe, vt in perſonas ſubditis multis poſſidentibus indicantur, & ita communis opinio de qua infra intelligi debet, & Gail in obſeruat. 52. nu. 4. & 7. lib. 2.
9 ſed Doctores ita diſtinguunt, quod angaria
ſit munus perſonale, quando ſubditi cum perſona ſeruiret, ſed Imperatoris ſumptibus perangaria eſt, & quādo quis ſeruit de perſona, vt fodere vineā, & alia facere expenſis proprijs, gloſ. in d. cap. vnic. quæ ſint regal. Iſern. ibidem d. nu. 52. Afflict. in verſ. angariæ num. 1. & 2. Aluarot. nu. 5. Præpoſ. num. 6. Petr. Rauen. nec reperio quanquam hoc reprehendentem, & Ferrar. Montan. cap. 7. nu. 5. fatetur communem Doctorum ſententiam eſſe Borcolt. d. loco, licet ipſe in aliquo diſſentiat, & ſequitur Natta conſ. 185. num. 7. & ſeq. Gail. d. obſeru. 52. num. 4. 5. 6. & 7. vbi hæc ſordida perſonalia munere vocat, vbi nec leges, nec mores, vt adſit admittuntur, & hanc diſtinctionem ponit etiam Vulteius de feud. lib. 1. cap. 5. num. 7. verſic. 14. angariæ &c. & Roſental. d. cap. 5. concluſ. 70. in gloſ. lit G.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio LXXII.

THEMA.

Angariæ, & perangariæ, & ſi à maioribus Principi reſeruata ſunt etiam alijs Dominis ex conſuetudine, conceſſionibus, & conuentionibus præſtantur, & ſi ſūt incertè arbitrio boni viri debentur. communis.

SVMMARIVM.

1 *Angariæ, & perangariæ debentur ex conſuetudine, conceſſione, vel præſcriptione immemorabili.*

2 *Inferiores etiam cum mero, & mixto imperio inueſtitur angarias de nouo imponere non poſſunt præter ſolitas.*

3 *Angariæ, & perangariæ cōſiſtunt in præſtando operas certarum dierum, metant, lignant, & alia faciant.*

4 *Præſtationes ſi ſint incertæ arbitrio boni viri præſtantur.*

1 ET ſi † angariæ, & perangariæ de reſeruatis Principis ſint, tamen huiuſmodi Dominis, & etiam alijs, vel ex cōſuetudine, vel ex conceſſione, vel ex conceſſionibus licitas aliquando huiuſmodi operæ, & præſtationes debentur, Afflict. in d. cap. quæ ſint regal. num. 3. & debentur de conceſſione, & præſcriptione immemorabili, Iacobin. de Sancto Georg. de Royd. ſeù operis, idem de omagis paſſim, præſertim nu. 30. ſic homi-
2 nes proprij ad operas obligantur; † ſed ab
iſtis inferioribus à Principe etiam cum mero, & mixto imperio inueſtitis, ſubditis de nouo, & præter ſolitum modum indici non debent; vt ſentiunt Doctores in fine præſentis Dilucidationis, & vult text. in d. cap. vnic. quę ſint regal. ibique expreſsè Afflict. in d. verb. angariæ num. 3. ſequitur Natta d. conſ. 185. num. 3. & 5. allegat Bart. in l. 1.

C. de

C.de excuſat.muner.lib.10.Bald.in l.cum
multa in fin. C.de bon.quæ liber.Roſental.
cap.5. concluſ.71.in gloſ.lit.A. & angariæ,
& perangariæ conſiſtunt, quod ſubditi de-
3 bent Dominis habentibus † præſtare certas
operas in aliquibus diebus in menſe, at in
anno vt fodiat,metant,tribuerent, ligna ce-
dant &c. vel cum plauſtris nauibus, vel iu-
mentis ſeruiant,vt per Iacobin. d.loco de
Roydis num.3. & ſeq. & ex his,quæ ibi al-
legat (vbi agit de eo,qui debebat annuam
vnam operam, ſi moriatur relictis pluribus
filijs) & hanc probat Ferrar. Montan. de
feud. lib.6. C. de operis, & præſtationibus
ſubditorum,ibi: ordinaria ſeruitia &c. Gail.
obſeruat.62. num.12. lib.2. & ſi huiuſmodi
4 † præſtationes ſunt incertæ ab arbitrio bo-
bi viri dependent,ideſt quod regulari debet
boni viri arbitrio,& ita exigẽdę ſint,vt ſub-
ditos vltra modum non grauent, & ſi con-
tra fiat ſubditi ad ſuperiorem recurſum ha-
bebunt, Iacobin. d.verſ.de Roydis nu.46.
vbi aliqua huc pertinentia habentur.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio LXXIII.

THEMA.

Domini angariarum, & perãgariarum vltra debita non moleſtent, & non malè tractent ſubditos, & non cogent extra territorium,& locum funditum. communis.

SVMMARIVM.

1 *Domini vaſſallorum eos non angariãt vltra ſolitum extra territorium.*
2 *Homagis præſtandis nouitas eſſe non debet.*
3 *Angariæ, & ſeruitia vltra locum non præſtantur.*
4 *Vaſſalli extra territorium ſeruire cogi nõ poſſunt.*
5 *Domini nouas impoſitiones ſ̃uitia, & alia imponere non poſſunt.*

1 Domini † vaſſallorum etiam eum an-
garijs, & perangarijs ſubditos vltra
ſolitas, & conſuetas angarias non debent
vaſſallos malè tractare,& tecus poſſunt ha-
bere recurſum ad eius Superiorem, iuxta
text.in l.1. & 2. C. nè ruſticani ad obſequia
&c. lib.11. C.in quibus cauſis Coloni cenſi-
ti Dominos excuſare poſſunt, eod lib.11. &
ibi notatis l.vnic.C.nè opere à collatoribus
exigantur lib.10. argum.l.1. ꝟ ſed hoc tem-
pore, cum l.ſeq. ff. & ꝟ.ſed hoc tempore,
inſt de his,qui ſunt ſui,vel alien.iur. ad hoc
faciunt l.in eius artificij, § talis patrono cũ
l.ſeq.l.imponit cum l.ſeq.l.hę demum ope-
re,l.operarum penult.cum ſimil.ff.de oper.
libert.& in ipſis Doctores facit l.ſi per im-
pulſionem, C. quod metus cauſa &c. l.cum
ſuis, ꝟ.caueant. C.de agric. & cenſit. lib.11.
l.1.ꝟ.cũ patronus. ff. de offici Præfect. Vrb.
2 Iacobin.de homagijs nu.32.vbi quod † nul-
la nouitas nè quidem in homagijs præſtan-
dis,& ante eum Bald. de pace Conſtant. in
verſ.pactione; & idem tradit de ſeruitijs, &
in terminis Ferrar.Montan lib.6.feud.c.3.
§.verſ.ordinaria ſeruitia &c. Specul.tit.de
denunciat.nu.13. melius tit.de feud. §.quo-
niam in homag. nulla nouitas induci debet,
& per Iacobin. d.loco, & Natta conſ.185.
nu.12. ſequuntur Boer.deciſ.132.par.5. per
totam, Capyc.deciſ.116.num.6.dicens Spe-
cul.in tit.de exactor. ꝟ.1.ponere formulam
Imperandi officium ſuperioris, Zaſ. in in-
tellectibus lib.5.e.cap.3.nu.70.& ſeq. Gaill.
d.loco num.13.obſeru.62.lib.2.& obſeru.17.
num.3.eodem lib.1. & hoc in iudicijs bene
conſtitutis,ac præſertim Camera Imperia-
lis obſeruari recordor, dicit Roſental. de
feud.cap.5.concluſ.71.in gloſ.litera E. item
3 † extra territorium, aut loci conſuetum,&
habitationis Domini operas redere, vti ſo-
liti erunt a ſuis habitationibus,ad vnam ali-
quam arcem, aut Caſtrum,plauſtra, equas,
operas præſtare,longius euacare non debẽt,
tex.in l.opere nu.21.& ibi notatis ff.de oper.
libert. Iacobin.in d verſ.Roydis num.7. vbi
dicit ſe ita ſępius conſuluiſſe Ferrar. Mon-
tan. d.ꝟ.ordinaria ſeruitia &c. & ſic Came-
ra Imperialis in cauſa Deruier Dorffer in
Argauu contra Anauu 8.Martij anno 1553.
pronunciauit,quod ad arcem in Argauu, &
ad aulam Domini Comitis vlterius non de-
bent euocari, & cum poſtea ad aliquod mi-
liaria,cõtra quam ſoliti vinum adferre coa-
cti,& deſuper conqueſti fuiſſent 21. Aprilis
anni 1567. id quoque improbatum fuit, di-
cit Roſental. d.loco in gloſ. litera F. & ſic
4 † bis iudicatum,quod extra territorium va-
ſalli res dominorum aſportare cogi non
poſſunt vltra ſolitum,& conſuetum,ſed in
hoc Regno per Regiam Pragmat.Caroli V.
Imperatoris fœlicis record. de anno 1536.
& eſt decima in tit. de Baron. mandatur,
5 quod Barones, ſiue vtiles † Domini nullas
impo-

imponant, aut imponi faciant nouas exactiones, ſeù gabellas, nec noua ſeruitia, nouaſq; angarias, aut alia noua onera inducāt, aut induci faciant, directè, vel indirectè ſine expreſſa noſtra licentia, aut Vice Regis noſtri generalis, ſi caſus talis occurrerit quo fieri deberet, & per Pramaticam Regis Ferdinandi Primi de anno 1483. & ſtabilitum ſalarium, & eſt prima in tit. de ſalario eorũ, qui mittuntur pro ſeruitijs, & ſi in pragm. 2. §. 3. ſi fuit ordinatum, quod mittētibus pro ſeruitio, ſoluerentur denarij quatuor pro quolibet miliario itineris per eum faciendi, & denariorũ ſex grani, ſi cum proprio animali mitteretur; ſi cum curru, & bobus granos quinque, in anno 1600. per aliam Pragmaticam ſalarium prædictum fuit auctum in duplum, & quod ſoluatur tàm à Baronibus, quam à Regia Curia ſeruitia indigentibus, vt in pragmat. 2. eiuſdem tit. de ſalar. eorum &c. & ex his videtur reſolutũ, quod in hoc Regno extra territoriũ vaſſalli ſeruire tenentur prædicto ſalario taxato mediante, & ita ſeruatur contra author. 30. Frit. de ſubfeud. lib. 2. & deciſ. per eũ ibi adductas.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio LXXIV.

THEMA.

Angariæ, & perangariæ non acquiruntur, nec probantur niſi cum priuilegio, vel tempore immemorabili. communis.

SVMMARIVM.

1 *IVs maximè iuriſdictionis à nemine aſſumi debet niſi permiſſione Principis, vel immemorabili præſcriptione.*
2 *Iuriſdictio nec priuilegio præſumitur extorta.*
3 *Conceſſio cum angarijs, & perangarijs nō inducit nouas obligationes.*
4 *Vaſſalli angarij nō poſſunt recedere à ſuis Baronibus.*
5 *Angariæ, & perangariæ extra territoriũ non debentur.*

1 NEmo † ius aliquod ſibi aſſumere debet maximè iuriſdictionis, niſi ex cōceſſione Principis ipſius Domini per pragmat. 8. de Baronib. vbi nullas angarias, & perangarias habet niſi ex priuilegio Princi-
pis, vel ex immemorabili tempore præſcripſerit, & iuſtè vt per Gramat. vot. 12. nu. 2.
& ſeq. tune alias præſumuntur potius ex-
2 torta per metum † potentiam, vel violentiam Domini, & præſertim à ruſticis, vt ibidem nu. 17. & per Grauett. de antiquit. temporum num. 26. par. 4. Alex. conſ. 35. lib. 2. nec vaſſallus angarius annis triginta præſcribitur, Moderni in conſuet. Neapol. in bonis, in quibus rebus habet locum quarta
3 lit. C. fol. mihi 31. Ann. ſingul. 556. & † conceſſio priuilegiorum cũ angarijs, & perangarijs, non inducit nouas obligationes, ſed quæ inducit ex Pragmatica huius Regni ad noſtram, quæ eſt 16. in tit. de Baron. de quo Vrſill. ad Affl. deciſ. 384. 388. & in deciſ. 81.
4 & † vaſſalli angarij non poſſunt recedere à ſuis Baronibus, & feudo, & recedentes poſſunt compelli ad redendum, Affl. deciſ. 265. num. 75. Conſtit. Regni Quiſquis burgenſis, aut villanus, Anna in cap. 1. de vaſſall. decrep. ætat. num. 68. gloſ. in l. quemadmodum C. de agric. & cenſit. vbi communiter DD. & præſertim Andr. de Barulo, Ioan. de Platea, & Luc. de Penna in l. ſi quis conceſſir, & in cap. Papæ Honorij incip. aduerſus cōminantias, & in cap. Regni. Item ſtatuimus, quod ſi vaſſalli, Capyc. deciſ. 168. num 4. &
5 † angaria, & perangaria, quod non debeantur extra territorium, firmat Foller. in conſtitut. Regni Aſcriptitios num. 15. de Epiſc. & cleric. Maſull. ad Capyc. in d. deciſ. 168. in fine, ſed hodie per prædictam Pragmaticam Imperatoris Caroli Quinti incip. Domini terrarum eſt declaratum, & ita ſeruari debet in hoc Neapolitano Regno.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio LXXV.

THEMA.

A ſeruitijs angariarũ patrimoniorum ratione rei poſſeſſæ, nulla dignitas, nec priuilegium excuſat. communis.

SVMMARIVM.

1 *MVnerum, & ſeruitiorum angariarũ, & perangariarum præſtatione nemo excuſatur.*
2 *Exempti à muneribus extraordinarijs.*
3 *Clerici ſunt immunes à muneribus.*

4 Medici

4 *Medici, Profeſſores, & Lectores publici ſunt immunes.*

5 *Excuſationem nullam habent à muneribus, qui imponuntur ad ſuprem Principis expeditionem.*

1 MVnera, † & ſeruitia patrimonialia
angariarum,& perangariarum ratio-
ne rei poſſeſſæ debitam, nulla dignitas, nul-
lumq; priuilegium ab illis excuſat,per tex.
in l.ſicut munera, l.ab his,de vacat.& excu-
ſat.muner.l.fin. §.patrimoniorum, verſ.ab
huiuſmodi,& §.ſicut autem, ff.de muner. &
honor. l.2.3.6.& 9. C.de muner. patrimon.
lib.10.l.quoties, C.de exact.muner. lib.10.
facit, ac diſtinguit l.maximarum cum ſeq.
2 C.de excuſat. muner. ſed ab † angarijs, &
perangarijs militis,ſeù hoſpites recipiendos
alijſq; extraordinarijs collationibus, & ſor-
didisetiam patrimonij, muneribus ſingula-
ribus,muneribus immunes ſint,vt virtute
nobilibus viris legum profeſſoribus, dixit
text.in l.medicos, & ibi notata per DD. de
met. lib.12. d.l.maximorum cum ſeq. C.de
Aduocat.diuerſ.Iud.Alberic.in rub.muner.
& honor. & eum ſequitur Iacobin. de ho-
mag. num. 39. & faciunt, quæ notat Guid.
Pap. deciſ 88.per totam, & ſequitur Andr.
Tiraquell.in tract.de nobilit. cap.5. num.3.
verſ.quod non teneantur contribuere col-
lectis publicis impoſitis,& Roſent.de feud.
cap.5.concluſ.71.in gloſ.lit.B. & quod mi-
lites ab omnibus ſunt immunes,eſt text.in
l.fin. ff.de muner.& honor. d.l.ab his, ff.de
vacat.& excuſat.muner. l.2.& fin. ff.de ve-
3 teran. l.1.C.eod.tit. lib.12. † Clerici à præ-
dictis ſunt immunes,per text. in l.1. & 2. &
Auth.item nulla, C.de Epiſc.& cler. & latè
Hoſtienſ.in ſumma de immun.Eccleſ. Ber-
4 tacchin.in tract.de gabell.ſimiliter & † Me-
dicis,d.l.fin. §.fin.de muner. d.l.Medicos,&
l.fin. C.de profeſſor. & l.Archiatros, C de
metall. item iſtarum diſciplinarum profeſ-
ſores publici, d.§.fin. d.l.ab his, ff.de vacat.
& excuſat.muner.& d.l.Medicos, & l.fin. C.
de profeſſ. & prædicti ſingularibus priuile-
gijs immunes ſunt a prædictis angarijs, &
perangarijs,& alijs prædictis,vt per DD. in
locis prædictis, & præcipuè in d.l. Medicos
communiter concludere atteſtatus Luc. de
Penna in l.mulieres, C.de dignit lib.12.Al-
beric.in d.rub.de muner.Guid.Pap.deciſ.88
Tiraquell.de nobilit.cap.20 nu.16. ad quæ
faciunt dicta ſupra hac eadem Parte, Dilu-
cidat.56. & plurib. ſeqq. prædicta procedũt
de iure communi, ſed de iure Regni huius
adſunt decreta Regiæ Cameræ Summariæ,
& Ritus ipſius circa immunitates dictarum
perſonarum adducta in Dilucid. 55. 56. 57.
59. & plurib.ſeqq.& 69. ſi prædicta limitat
5 Iaſon non procedit, ſi huiuſmodi † mune-
ra indicentur, ad ſupremi Principis expe-
ditionem publicæ Annonæ tranſuectionem
pontium,& viarum, murorumq; inſtructio-
nem,aliamque ineuitabilem neceſſitatem;
toto tit. de quibus muner. vel præſtation.
ſe nemini liceat excuſare, l.fin. C. de nauib.
non excuſand.lib.11.l.ad portus,C.de oper.
publ. l.ad inſtructionem, C.de ſacroſ. Eccl.
l. vnic. & toto titulo vt nemini ſe excuſare
licet in empt.ſpecier.lib.10.l.1.C.de priuil.
domus Auguſtæ lib.11.& in ipſis iuribus,&
locis Doctores paſſim, Tiraquell.d.c 20.nu.
167.& 169. de nobilit. Bertacchin.vbi ſup.
& Roſental.in d.cap.5.concluſ.72.in tex. &
gloſ.omnia prædicta firmat.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio LXXVI.

THEMA.

Extraordinaria collatio quando ſuperindictum, quod pro Imperatoris, ſiue Superioris vtilitate,& neceſſitate indicitur de regalibus eſt. communis.

SVMMARIVM.

1 *MVnera ad expeditionem Regum inter regalia computantur.*

2 *Munus hoc antiquitus dictum fuit fodrum.*

3 *Superindictum eſt augmentum indictionis, & pro rebus imponuntur.*

4 *Indictionis numerus non excedit quindecim, & reuoluit, & quo tempore cœpit.*

5 *Superindictum eſt, quod pro Imperatoris vtilitate,& neceſſitate imponitur.*

1 INter † regalia numerantur extraordi-
naria collatio. Ad feliciſſimã regalis mu-
neris expeditionem, cap.vnic. & ibi omnes
Feudiſtæ communiter tenent, quæ ſint re-
gal. Scruff. conſ. 59. centur.1. Vueſembec.
conſ.45.num.19. Borcolt.d.cap.notat Petr.
Greg. in ſintagm. iur.cap.7.de indict. lib.3.
per extraordinariam collationẽ interpre-
tes intelligunt ſuperindictum,de quo eſt tit.
2 de ſuperindict.C.lib.10. antiquitus † fodrũ
appellabatur,vt per Cuiacium,& erat ſolu-
tio,

tio, quæ à poſſeſſionibus, & vſufructuarijs
bonorũ Regi, cum iam exercitu de vna pro-
uintia in altera veniebat Regno, & erat quę-
dam ſumma frumenti perſoluebatur, Ca-
rol. Sigon. de Regno Italiæ fol. 145. prædi-
ctum fuerat in l. ſi pendẽtes, §. ſi quid cloa-
carij, ff. de vſufruct. & quod hodie ſuperin-
dictũ dicimus nihil aliud eſt, quam augmen-
tum iuriſdictionis, l. vlt. C. Theodoſ. de col-
lat. fundor. patrimon. lib. 11. & indictiones
ſunt Annonæ, ſiue tributa, l. 2. C. de annon.
& tribut. lib. 10. vbi Imperator docet, indi-
ctiones eſſe onera poſſeſſionũ, non perſona-
rũ, & indictiones ſolere indici nõ perſonis,
4 ſed rebus, † indictiones vero cum eſſẽt an-
niuerſoriæ, inde cęperunt anni per indictio-
nes numerari, quas vocant quindecim, id eſt
ita quod numerus non excederet quinde-
cim, ſed idem ſemper reuolueretur, & cę-
pit hic mos Theodoſij magni temporibus,
aut Conſtãtini, vt ex factis quibuſdam Græ-
cis Onufrius, tradit Cuiacius in tit. de indict.
5 C. lib. 10. & demum † ſuperindictũ eſt, quod
pro Imperatore vtilitate, & neceſſitate in-
dicitur ſupra ordinarias, & ſtatutas indictio-
nes cenſus, & tributos, vt toto titulo ff. de
cenſibus. & tit. de indict. C. lib. 10. & toto ti-
tulo de annon. & trib. C. de collat. Borcolt.
d. cap. vnic. quæ ſint regal. num. 85. Vulteius
d. cap. 5. num. 7. quinto decreto extraordi-
naria &c.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio LXXVII.

THEMA.

Superindictũ per collectas, per ve-
ctigal, aut per aliam impoſitio-
nem, quod ex cauſa incidẽti im-
ponitur extraordinariũ munus
eſt, niſi conſuetudine, aut præ-
ſcriptione debeatur.

SVMMARIVM.

1 *SVperindictum munus extraordinariũ eſt pro reparatione viarum.*
2 *Tributum differt à collecta.*
3 *Collectæ ſunt munera ordinaria, quæ ex cõſuetudine, vel præſcriptione imponuntur.*
4 *Collectæ in quatuor caſus imponuntur nonnulli volunt.*

1 DIximimus † ſuperindictum, quod mu-
nus extraordinarium nuncupamus, quæ
Imperatoris, ſiue alij ſuperioris hanc præ-
ſtationem habent collectæ, aut vectigalia
gabellæ, & alia imponuntur tempore belli
pro redemptione patrię, vel pro inſtructio-
ne, vel reparatione neceſſaria ædificiorum,
murorum, viarum, pontium, pro electione
filij, ſi id moris eſt, aut ſimili ratione con-
tributio aliqua exigatur ſtãte diuiſione mu-
nerum inordinarijs, & extraordinarijs, &
de ordinarijs ſatis diximus hac parte ſupra
in Dilucidat. 26. & plurib. ſeqq. & hoc ſuper-
indictum, quod pro cauſis prędictis exigitur
extra ordinarium munus eſt, vltra ſuperius
adductis habetur in l. cui muneris, ibi, quæ
ad tempus extra ordinem exiguntur, veluti
munio viarum, ff. de muner. & honor. l. in
honoribus, §. qui muneris publici, ff. de va-
cat. & excuſ. muner. l. vnic. C. de ſuperindict.
& ex l. forma, & toto titulo, ff. de cenſib. &
Doctores omnes in allegatis legibus, & ex-
preſſis verbis Caſſan. in conſuet. Burgund.
rub. 1. des iuſtices &c. par. 4. in verſ. iudico
Imperatorem &c. num. 40. & ſeq. vbi pul-
2 chrè, quod † tributum differt à collecta,
& ibidem num. 25. ita Io. Iacob. de Leonard.
conſ. 96. num. 3. Pariſ. conſ. 25. num. 91. Ca-
cheran. deciſ. 95. nu. 43. Scruff. conſ. 74. nu. 11.
cent. 1. & alij per Roſental. cap. 5. concl. 73.
in gloſ. literis F. G. H. hanc diſtinctionem
approbant, & prædicta extraordinaria im-
poſitio indici poteſt ex cauſis prædictis, &
ſimilibus, niſi de contraria indicentium vo-
luntate conſtet, vt per Gaill. obſeruat. 53.
3 nu. 4. & niſi vt † dictæ collectæ ſint munera
ordinaria, ex conſuetudine, vel præſcriptio-
ne adſit per ea, quæ Gaill. dicit in d. obſeru.
53. & tenet hoc Pariſ. d. conſ. 25. nu. 95. lib. 1.
& Roſental. d. cap. 5. concluſ. 73. & in gloſ.
litera L. & exiſtente iuſta cauſa collectan-
di per eos, qui hanc collectandi poteſtatem
habent, Hoſtienſ. in ſumma de immun. Ec-
cleſ. dicit ita generalem conſuetudinem ob-
ſeruari, ibique Specul. in tit. de feud. §. quo-
niam, verſ. & nota, quod vaſſalli num. 67. &
etiã ibi additio Io. And. tit. de ſubditis, quã-
do de vaſſallis loquens, ſicut & Raynaud.
in cap. Imperialem, § firmiter, de prohib.
feud. alien. per Federic. & ex alijs Roſental.
d. cap. 5. concluſ. 76. in gloſ. lit. A. & in concl.
78. lit. A. vbi dicit, quod nonnulli hoc ſolũ
in quatuor admittunt, eoſque conſuetudine
receptos teſtantur.

Primo, peregrinationis tranſmarinæ.

Secundo, filiæ maritandæ.

Tertio, inaugurationis & quæſitæ eque-
ſtris dignitatis.

Quarto,

Digitized by Google

Quarto, redemptionis, Vueſembee. de feud. cap. 10. num. 18. poſt Caſſan. vbi ſupra nu. 8. in fin. vbi hoc latè diſputat Pet. Gregor. Tholoſ. in ſintagm. iur. vniuerſ. cap. 7. num. 11. lib. 9. quos quatuor caſus probat Boer. deciſ. 304. num. 3. Maſuer. in ſua praxi tit. de falſis, qui duo potius de ſubditis agũt, non in ſuperiorem nõ recognoſcente communem opinionem relatis tot Authoribus in prædictis alijs caſibus obtinere debere.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio LXXVIII.

THEMA.

Supremus Princeps immunitatem collectarum, aliarumq; impoſitionum concedere poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Regalia concedi poſſunt.*
2 *Immunitas gabellarum, aliarumq; impoſitionum, quæ de regalibus ſunt, conceditur.*
3 *Immunitatis cõceſſio eſt facienda à Principe ex iuſta cauſa.*
4 *Immunitatem concedere poteſt Princeps ſupremus, & inferior ab eo.*

1 DIximus † regalia concedi poſſe, vt per Canoniſtas in cap. grandi, de ſuppl. neglig. prælat. & communiter Doctores in cap. intellecto, vbi eſt ſedes ordinaria de iure iurando, vbi Panormit. & ex alijs Roſental. cap. 5. concluſ. 10. in gloſ. lit. B. dummodo ex certa ſcientia fiat, vt ibi ex multis firmat:
2 ſic & † immunitas ſolutionum collectarum, & indictionum, ſiue gabellarum, quæ de regalibus ſunt, cõcedi poteſt, non dubitandũ, vt eſt tex. in l. vnic. C. qui à Principe vacat. accep. l. 2. in fin. l. eos, l. maximarum, l. fin. C. de excuſ. muner. l. fin. C. de poſſeſſor. lib. 10. l. ſunt munera, ff. de vacat. & excuſat. muner. Alex. in l. ei qui, de iur. immun. l. vacuatis, C. de decurion. Pariſ. conſ. 69. nu. 1. lib. 1. Iacobin. de homag. num. 38. Natta conſ. 525 num. 3. Burſat. conſ. 186. num. 30. lib. 2. Rol. à Valle conſ. 5. num. 18. & ſeq. lib. 1. & vt ta-
3 lis † conceſſio valeat, tria requiri.
Primo, quod concedatur a Principe.
Secundo, ex iuſta cauſa.
Tertio, ad tempus, dicit Burſat. conſ. 162. num. 44. Grat. reſponſ. 61. num. 7. Felyn. in cap. accedentes col. fin. concluſ. 8. & 9. de præſcript. qui alios adducunt Octau. Cacheran. ſatis optimè in deciſ. Pedemont. 39. num. 18. reiectis etiam contrarijs ex multis
4 firmat, & nè dum † Princeps ſupremus dictas immunitates concedere poteſt, ſed etiã inferiores ab eo. Abb. in cap. peruenit. de immun. Eccleſ. Felyn. in d. cap. accedentes, verſ. octaua concluſio, Angel. conſ. 227. Pariſ. conſ. 69. num. 2. lib. 1. Iacobin. de hom. ag. num. 38. Ripa reſponſ. 7. nu. 11. lib. 2. Alex. conſ. 30. num 3 & 9. lib. 5. Ruyn. conſ. 125. verſ. ſi vero immunitatẽ lib. 4. Burſat. conſ. 15. num. 55. lib. 1. hanc communem eſſe tradit lib. 1. & conſ. 192. num. 11. Cacher. d. deciſ. 39. num. 18. & ſeq. Roland. à Valle conſ. 76. num. 1. & 2. lib. 2. & in cuius damnum hęc immunitas cedere debeat, diſtingue, vt infra.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio LXXIX.

THEMA.

Immunitas collectarum, & aliarum munerum à Principe conceſſa, ſi ſibi ſpectat, debet reficere alijs, in quorum damnum vertit, ſi vero ſolutio eſt facienda alteri, quam ipſi Principi diminutio, ſiue immunitas cedat in damnũ aliorum, qui non ſunt immunes, communis.

SVMMARIVM.

1 *IMmunitas conceſſa an ſpectat Principi concedenti valet ſi non debet reficere de proprio damnum.*
2 *Beneficium Principis non debet in alterius damnum redundare.*
3 *Singuli ſi fierent, vt priuilegiarentur immunes onus remaneret alijs, quod iniuſtum eſt.*
4 *Munificentia Principis nulli debet eſſe damnoſa.*

1 IN hoc diſtingue, aut † collectę, & alia munera, de quibus Princeps aliquam facit immunem, ſpectat ipſi Principi, aut ſolutio

lutio eſt facienda alteri. Primo caſu ſi fecit aliquem immunẽ ab oneribus, tenetur portionem tangentem exempto detrahere de ſolutione ſibi ſoluenda, & alij exgrauari de-
2 bent, quia beneficium Principis non debet in aliorum præiudiciũ redundare, ita Hoſtienſ. Io. Andr. Card. & Abb. in cap. peruenit, de immunit. Eccleſ. vbi dicunt, quod ſi vnus locus conſueuit dare centum aureos Domino, & is alicui de habitatoribus immunitatem conceſſerit, Dominus ſibi præiudicat, & non Vniuerſitati, & ideo de dicta ſumma debita Domino detrahi debet, quod in priuilegiato contingeret, ſi priuilegium non haberet, & reliquum debet ſolui proportionaliter per alios, quia ſi contrarium
3 diceretur, ſequeretur, quod ſi † ſinguli ſic priuilegiarẽtur paucis exceptis ſolũ omiſſo illis remaneret, quod abſurdum, iniuſtumq; eſſet, & quandoque impoſſibile, l. filius, & l. conditionis, ff. de condit. inſtit. Speculat. in tit. de cenſib. §. nunc dicendum, verſ. quid ſi Vniuerſitas, Barbat. in conſ. 13. col. 2. lib. 2. Iaſ. in l. auus col. 3. ff. de pact. & dicit Paul. de Caſtro, qui aſſerit hanc partem benigniorem, & vidiſſe eam ſeruari de facto, idem Paul. de Caſtro in l. ab omnibus, ff. de leg. 1. Anchar. in clem. præſenti, Gulielm. Alberic. Bald. Angel. & Roman. in l. ſi vnus, §. ſi generaliter, ff. de pact. Angel. conſ. 227. Alex. conſ. 178. col. penult. lib. 2. Luc. de Penna in l. actores, C. de exact. tribut. lib. 10. Albert. Brun. in tract. de dimin. & deteriorat. concluſ. 12. verſ. ad iſta faciunt, Pariſ. in d. cap. accedentes num. 23. de præſcript. vbi citat hanc eſſe communem, & pro hac deciſ. bene facit, quod dicit Caſſiodor. 2. var. epiſt. 17.
4 dum inquit: † munificentiam noſtram nulli volumus eſſe damnoſum, nè quid alteri tribuitur alterius diſpendijs applicetur, & infra nec inferri quoque volumus, quod alteri noſtra largitate remiſimus, nè (quod dicto nefas eſt) benemeriti munus innocentis contingat eſſe diſpendium. Secundo ca-
5 ſu, ſi † ſolutio eſt facienda alteri, quam ipſi Puta vna Ciuitas, & eius Caſalia debent ſoluere prouiſionem eorum Capitaneo, ſiue Officiali, & Rex, ſiue Dominus de hac ſolutione facit exemptã vnum Caſale; ſiue Villam, tunc alij tenentur ſoluere integrum ſalarium, quia non eſt veriſimile, concedentem exemptionẽ velle præiudicare. Tertio, cap. ſuper eo, de offic. deleg. Paul. de Caſtro in d. l. ab omnibus, & Iaſon in d. l. auus, Felyn. vbi ſupra col. 7. verſ. collige tamen, & ibi Pariſ. nu. 23. Alex. in citato conſ. nu. 178. col. penult. verſ. quando autem, Barbat. d. conſ. 13. colum. 3. Ruyn. vbi ſupra, Roland. à Valle conſ. 76. num. 5. 6. & 7. Iacobin. de homag. num. 38. Cacheran. deciſ. 95. Ruyn. conſ. 125. nu. 25. lib. 4. Boer. deciſ. 213. nu. 3. & ex communi Burſat. conſ. 16. nu. 67. lib. 1. Roſental. de feud. cap. 5. concluſ. 85. in gloſ. litera B.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio LXXX.

THEMA.

Domini Superiorem recognoſcentes in eorum dominijs immunitatem munerum cadentes, valet in ipſorum præiudicium non ſucceſſorum, ſi conceſſio ſit perſonalis, & non ſint hæredes alias ſecus. communis.

SVMMARIVM.

1 *INferiores ſuperiorem recognoſcẽtes ius collectandi habẽtes immunitatem concedunt in eorum præiudicium tantum.*

2 *Immunitas dicitur in damnum ſucceſſoris hæredis.*

3 *Succeſſor obligatus in contractu facto à prædeceſſore nomine dignitatis.*

4 *Immunitas etiam ſubdito cõceſſa ſeruanda, & auocari non poteſt.*

5 *Succeſſor contractum prædeceſſoris cuius eſt hæres obſeruare tenetur.*

6 *Hæredes qui non ſunt contractum prædeceſſoris ratum habere non poſſunt.*

7 *Immunitas conceſſa perſonæ non tranſit ad hæredes, niſi conceſſio ſit facta etiam hæredibus.*

8 *Immunitas perſonis, & non rebus præſumitur data.*

9 *Paciſcens, hæredibus ſuis proſpicere præſumitur.*

10 *Immunitas ſimpliciter conceſſa liberationem à muneribus perſonalibus, non à realibus tribuit.*

11 *Immunitas ab ordinarijs, ex extraordinarijs non includit onera, quæ ratione belli diuini, peſtis, aut ſimilis morbi, & ſimilium.*

12 *Immunitas ſi cæterorum facultas non ſufficiat, non ſeruatur, quia neceſſitas non habet legem.*

13 *Generalia ordina belli remiſſa dicuntur.*

14 *Immortalem concedentem non cenſetur contra legem concedere.*

1 DOmini † inferiores à ſupremo Princi-
pe, & ſuperiorem reecognoſcentes;
quibus ius collectandi competit, ſi alicui
concedant, an valeat conceſſio; certè in il-
lorum præiudicium ſic, Abb. in cap. perue-
uenit, de immunit. Eccleſ. Felyn. in cap. ac-
cedentes, verſic. octaua concluſio, de præ-
ſcript. Angel. conſ. 227. Pariſ. conſ. 69. nu. 2.
lib. 1. Iacobin. de homag. d. num 38. Rip. re-
ſponſ. 7. num. 31. lib. 2. Alex. conſ. 30. num. 8.
& 9. lib. 5. Ruyn. conſ. 125. verſ. ſi vero im-
munitatem lib. 4. Roland. à Valle d. conſ. 76.
num. 1. & 2. lib. 2. Burſat. conſ. 16. num. 55.
vbi hanc communem opinionem eſſe tradit
lib. 1. & conſ. 192. nu. 11. Cacheran. deciſ. 39.
2 num. 18. & ſeq. etiam in † damnum conce-
dentis ſucceſſoris immunitas ipſa eſſe debet;
dic, quod ſi ſucceſſor eſt concedentis hæres
obligatur, Cæphal. conſ. 58. num. 38. lib. 1.
Burſat. d. conſ. 16. num. 78. & facit, quod in
terminis notat, & diſtinguit, an nomine di-
ne dignitatis, an proprio, conceſſio ſit facta,
Roland. à Valle conſ. 1. num. 178. & ſeq. lib. 2.
3 nam licet † obligatio Principis liget ſucceſ-
ſorem, hoc eſt verum, quando contractus
ſtipulatus nomine dignitatis, & non nomine
proprio, per ea, quæ dicit Philipp. Franc. in
cap. 1. poſt Abb. de officio de leg. & ex alijs
Roland. à Valle d. conſ. 1. num. 179. & ſeq. in
terminis immunitatis loquens, ſed ſi per viã
contractus, aut remunerationis largitur; tũc
4 ſucceſſores obſeruare tenentur, & † immu-
nitas ipſa etiam ſi quando data conceſſa fue-
rit, reuocari non poteſt, Cacheran. deciſ. 91.
num. 10. & deciſ. 95. num. 11. Natta conſ. 76.
nu. 9. & 10. Mandoſ. ad conſ. Rom. 252. nu. 2.
vbi frequenter placitum aſſeuerat. Gabr. in
commun. opin. tit. de iure quæſito non tol-
lendo concluſ. 6. nu. 20. lib. 5. Roland. à Vall.
conſ. 13. num. 3. ex multis ſequitur. lib. 3. vbi
plures in hac ſententia teſtatur Feſtaſ. par. 5.
quæſt. 1. reuoc. immunit. num. 9. & 14. &
paſſim Burſat. d. conſ. 16. nu. 45. & ſeq. & de
Principis contractu, latè Kirkou. conſ. 85.
nu. 3. & in ſpecie, quod ſucceſſores Imperij
quoque tenentur obſeruare, ex multis fir-
mat Iaſ. conſ. 1. num. 2. lib. 1. Feſtaſ. d. cap. 5.
q. 1. nu. 12. & 13. Roland. à Valle d. conſ. 13.
num 37. lib. 3. Burſat. d. conſ. 16. nu. 47. lib. 1.
citat Gratian. conſ. 21. num. 236. lib. 2. inter
conſ. feudal. ſecundæ impreſſionis, ſed Iaſ.
id intelligit, dummodo non tendat ad ma-
gnam diminutionem vtilitatis publicæ, Ne-
uizan. conſ. 12. nu. 30. inter conſ. feud. Bruni,
5 & hic † ſucceſſor tenetur obſeruare con-
tractum prædeceſſoris, intellige modo, ſit
hæres, & ſic contradicere non poteſt; ſic
ſentit gloſ. in c. 1. §. hoc quoque, de ſucceſſ.
feud in verſ. inueſtitus, vbi Iſern. nu. 6. & 7.
Bald. num. 20. Aluarot. nu. 5. & 15. Laudenſ.
num. 30. Afflict. num. 20. Schench. eleganter
num. 5. & 8. Capyc. num. 32. idem tradunt ex
communi Aluarot. in cap. 1. §. denique, &
Rauenna eodem loco concluſ. 26. quæ inter
principales caſus beneficij amittendi Curt.
iunior par. 4. num. 148. ex communi nu. 150.
& 152 Roſental. de feud. cap. 5. concluſ. 85.
in gloſ. litera E. ex alijs communibus cap. 9.
concluſ. 69. in gloſ. lit. A. per col. & ex his
patet, quod ſi feudum aperiatur Domino,
vel agnatis, qui defuncti concedentis hæae-
des nõ ſint, immunitatem conceſſam ratam
habere non tenentur, & ex alijs Roſental.
d. cap. 5. cõcluſ. 85. & cap. 9. concluſ. 11. & 15.
6 & aduerte, quod ſi † immunitas conceditur
perſonæ nominatæ non tranſit ad hæredes,
niſi conceſſio ſit facta etiam hæredibus, vt
eſt text. in l. 1. §. perſonis datæ, ff. de iure im-
munit. & facit l. immunitatis, eadẽ l. forma,
§ quamquam, & vtrobique notat ff. de cen-
ſibus, l. ætatem, §. fin. eod. tit. adde l. vaca-
tio, ff. de muner. & honor. l. ſordidorum, C.
de excuſat. muner, lib. 10. Iaſ. conſ. 89. verſ.
ſed præmiſſis non &c. lib. 3. Menoch. conſ.
70. num. 1. vbi etiam quod immunitas perſo-
nis data, etiam ad bona futura extẽdatur, &
7 in dubio omnis † immunitas perſonis non
rebus præſumitur, l. 1. in fin. & ibi notatis
ff. de iur. immun Cacher. deciſ. 91. num. 11. ad
finem, ſi ſcilicet ex priuilegio cõceſſo, ſi ex
contractu, citat Bald. in conſ. 112. nu. 2. lib. 2.
Iaſ. in l. ſi ſic ſtipulatus num. 3. ff. de verb.
9 oblig. & adde rationem, quod † paciſcens,
hæredibus ſuis proſpicere præſumitur, l. ſi
pactum, ff. de probat. & ſi immunitas con-
cedatur à muneribus, quibuſcumque dicta
vox, quibuſcumque facit conceſſionem rea-
lem, vt dicit Nicol. Feſtaſ. par. 4. q. 22. nu. 9.
vbi me remitto, & nõ decido Burſat. d. conſ.
16. num. 43. Roſental. d. cap. 5. concluſ. 85. in
10 text. & in vltimis gloſ. † immunitas vero
ſimpliciter conceſſa liberationem à mune-
ribus perſonalibus, non à realibus tribuit,
ad hoc facit text. in l. qui immunitatem, vbi
gloſ. Bart. & Io. de Plat. C. de muner. patrim.
facit tex. in l. fin. §. vlt. ff de muner. & honor.
idem Bart. in l. euacuatus nu. 5. & poſt eum
Bal. & Plat. C. de decurion. Aufrer. in addit.
ad Cappell. Tholoſ. q. 345. Parpal. in l. pla-
cet, C. de ſacroſ. Eccleſ. & ſequitur Cacher.
d. deciſ. 55. num. 50. ſed data immunitate ab
omnibus, & quibuſcumque muneribus tam
realibus, quàm perſonalibus extra ordinari
com-

Digitized by Google

compleĉtuntur,non ordinaria, niſi hoc ex-
primatur, per text. in l. honoribus, ff.qui
muneris publici vacationis,& ibi notatis ff.
de vacat.& excuſat.muner. l.2.ff.de iur.im-
munit. l.vnic. C.de vacat.mun.publ. lib.10.
Andr.Sicul. conſ.24.lib.3. Cæpoll.conſ.63.
quos citat, & ſequuntur Natta conſil. 139.
11 num.11. & ſi concedatur † immunitas ab
omnibus,& collectis ordinarijs, extraordi-
narijs,non extenditur ad onera,qua ratione
belli diuini,peſtis, aut ſimilis morbi conta-
gioſi, vel humani inducuntur, vt communi
calculo Doctorum ſententia approbatum
eſt,quod fuit de mente Dyni in l.ſi ex tota,
ff.de leg.1. quæ ibi ſequuntur Alex. num.7.
& ſequitur poſt Bald.& Abb. ibid. Iaſ.nu.7.
& ſeq. quod hanc tenent pro veritate, &
videtur magis communis,& num.12.ibidem
Ripa num.17. communem ibi affirmat Al-
beric.de ſtatut. par.2.q.138. quamuis Caſtr.
in d.l. ſi ex tota dicat contrarium Ranerij
ſententiam ſibi magis placere, tamen in l.
neminem,C.de ſacroſ.Eccleſ.hanc partem
amplectitur Felyn. in cap.cauſam quæ, nu.
17. de reſcript. facit l.vnic. C.vt nemini li-
ceat ſe excuſ.in empt. ſuper &c. C.de quib.
muner. quis ſe excuſ. non liceat lib.10. &
plures alij afferunt hanc eſſe doctrinam re-
ceptam Roland.à Valle conſ.5.nu.26.lib.1.
& communem fatetur Natta conſ.63.nu.1.
Plot.in l.ſi quando, §.1.nu.17. (etiam ſi ad-
ſunt verba ſolitis, & inſolitis) C. vnde vi,
Franc.Marc. q.458. Viu.in commun. opin.
verbo immunitas in princ.num.10. Cacher.
deciſ.91.num.1. Gaill.obſeru.52.nu.26.27.
& ſeq. lib.2. Eman.Xuarez in lit.I. num.6.
Burſat.d.conſ.16.nu.51.quorum Iaſ. Ripa,
Viuius,Roland. Burſat.hanc magis commu-
nem eſſe tradũt Iaſ.Suarez, Cacher.& Bur-
ſat. Roſental.d.cap.5.concluſ.86.in gloſ. lit.
12 D. ſed fallit etiam ſi expreſsè in † prædi-
ctis caſibus immunitas conceſſa ſit, vt per
DD. in l.ſi ex facto, Cacher.in deciſ.39. nu.
20.& deciſ.91.num.13.niſi præſentanea vr-
geat neceſſitas, cui aliter prouideri nõ poſ-
ſet,quam ſoluendi exemplum,vt ſi cætero-
rum facultas non ſufficiat, tunc nulla im-
munitas, nec priuilegium ſeruatur præter
neceſſitatem,quæ non habet legem,& pro-
pter patriæ impoſſibilitatẽ, Bald.conſ.406.
lib.5.Alex.d.l.ſi ex toto,Ripa ibidem verſ.
fallit primo,Soccin.q.3.4.5.ff.de leg.1. poſt
Io.de Plat.in l.cum te,C.quomod.ciuil.mu-
ner.lib.10.Roland.à Valle conſ.13.num.68.
lib.3.& ex alijs Roſental.d.loco in gloſ. lit.
E. ſed fallit, ſi in cõceſſione dicitur ab om-
nibus, & quibuſcumque ordinar. & extra-
13 ordinar.&c. tunc etiam ob geminata † ver-
ba generalia onera bella remiſſa dicuntur,
Bald. conſ.406. Roland. à Valle d.conſ.5.
num.35.lib.1. Alex.conſ.30.num.14. lib.5.
Plot.in d.l.ſi quando, ff.1.num.17. C.vnde
vi, Feſtaſ.de extin.par.4.q.20.num.48. Ne-
uizan.con.66.num.16. Iacob. d.l.ſi ex toto,
num.8.vbi Rip.num.16.Viuius d.verſ. Lau-
denſ. inter conſ.Brun.118.num.222. immu-
nitas num.3.Cacher.d.deciſ.39.num.21.ſi de
oneribus quibuſcumque cogitatis,ſolitis,&
inſolitis, Burſat. d.conſ.16. num.52. quod
Suarez d. loco comprehendit, Natta vero
conſ.63.num.12.idem aſſerit de ſola dictio-
ne ab oneribus, quod vix totum cõtrarium
eſſe Plot.d nu.17.poſt Rip.Roſental.d.loco
in gloſ. lit. G. fallit etiam ſi ex coniecturis
appareat de oneribus belli fuiſſe cogitatũ,
Pariſ.conſ.125.num.113. vbi dicit id etiam
ex vſu ſequenti colligi,tradunt DD.in d.l.ſi
ex toto, Dini, & ſequaciũ opinio fundatur,
vt plurimum in eo, quod non cogitauerunt
de bello,& ſimilibus, in prouiſis, Ego hanc
potiſſimam cenſerem rationem,quod con-
14 cedenti † immunitatẽ non cenſeantur eam
voluiſſe contra l.2. C.de quibus muner. &
l. vnic. cui nemini liceat &c. & ſimilia iura
lib.10. niſi ſit expreſsũ, vel per æquipollen-
tia fiat,quo faciũt,quæ Plot.d.l.ſi quãdo,nu.
18.19.& 20.idem eſſet, ſi ex contractu one-
roſo remuneratorio immunitas ſit acquiſi-
ta, Cacher.d.deciſ.91.num8.& 22.Roland.à
Valle conſ.5.num.53.lib.1. inquit,quod di-
ctæ leges non obtinent,ſi immunitas ex cõ-
tractu ſit conceſſa,quæ omnia Cacheran.de-
ciſ.39.num.22.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio LXXXI.

THEMA.

Poteſtas creandi Magiſtratus ad iu-
ſtitiam faciendam, de regalibus
eſt. communis.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratuum conſtitutio ad iuſtitiã adminiſtrandam inter regalia numerantur, & defertur ad quoſcumque Magiſtratus Regios, & alios.*

2 *Magiſtratus creandi poteſtas, olim apud Populum Romanum fuit, quomodo tranſtulit in Imperatorem, ex quo lex Iulia de ambitu ceſſat.*

3 *Iuriſdictiones omnes ab Imperatore tanquam à flumine fonte perenni fluere per conceſſiones, appellationes, nullitates, querelas, & expirationes.*

1 POteſtas ✝ Magiſtratuum conſtituendorum ad iuſtitiam expediendã de regalibus ſunt, c. vnic. quæ ſint regal, vbi Iſer. Bal. Aluarot. Affl. & omnes communiter notant Menoch de præſumpt. præſ. 97. nu. 30. lib. 3. facit l. vnica, ff. ad legem Iuliam de ambitu, §. Iudices, & ibi notatis de pace iuramento firmada, Luc. de Penna in l. 1. C. de priuileg. ſcholar. vbi ex alijs multis hoc firmat id non ſolum ad Magiſtratus Regios referuntur, ſed ad omnes, qui ius, & iuſtitiã adminiſtrat, nullo penitùs excepto mediatè, & immediatè, Imperiales, Regij, & alij quicumq;
2 hæc ✝ poteſtas olim penès Populũ Romanum fuit, l. 2 in 2. par. de orig. iur. l. 1. ff. de ambitu, ſed vbi Populus Romanus poſt legem regiam, omne imperium, & poteſtatem ſuam in Imperatorem tranſlatum eſt, §. ſed & quod Principi, inſtit. de iur. nat gent. & ciuil. l. 1. ff. de conſtit. Princ. & d. l. 1. ff. de ambitu, poteſtas creandorum Magiſtratuum ſimul in Principem eſt trãſlatum Hinc Iuriſconſultus Modeſtinus in l. vnic. ad l. Iul. de ambitu, ſcribit: legem illam Iuliam de ambitu hodie in Vrbe Romana ceſſare, quia ad curam Principis Magiſtratuum creatio eſt, & attinet, nõ ad Populi fauorẽ. hinc eſt,
3 quod vulgo dici ſolet ✝ omnes iuriſdictiones ab Imperatore tamquam fonte, perenni flumine fluere, ſcilicet per conceſſiones, & commiſſiones, ac ad eum refluere per appellationes, nullitates, querelas, & expirationes, ad quod facit text. in d. §. Iudices alias ad hęc, vbi Iacob. Rauenn. & alij de pace iuram. firm. Iacobin. in verbo Vicarius nu. 6. Bart. in l. 1. nu. 15. de iuriſd. omn. Iudic. Marant. in ſpeculo aureo par. 4. diſt. 5. nu. 3. Prukman. de regal. §. ſoluta poteſtate cap. 1. num. 16. Roſental. cap. 5. concl. 87. lit. D.

Sequuntur aliquę Regalium Dilucidationes, quæ etiam inter partes oriri poſſunt.

PARTIS VNDECIMAE,

Dilucidatio LXXXII.

THEMA.

Valor monetæ ſit auctus, vel diminutus inſpicitur tempus ſolutionis, & comodum, & incomodum eſt creditoris, ſed ſi debitor fuerit in mora ſoluendi, monetæ diminutio cędit in damnum debitoris, & etiam quando eſt dictum, vt reſtituatur in eadẽ bonitate, & valore, communis, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *MOneta valore aucto, vel diminuta, inſpicitur tempus ſolutionis, non tempus contractus, & cędit in damnum creditoris.*

2 *Monete valore mutato debitorem teneri ad extimationem tempore contractus, vbi dicitur reſtitui in eadem extimatione.*

3 *Moneta valore mutato debitore exiſtente in mora damnum pertinere ad ipſum debitorem.*

4 *Moneta natura, & forma mutata inſpicitur tempus contractus non ſolutionis, & deficit, debitorem reficere debere.*

5 *Moneta noua ſuccedit in locum prioris, & ſic fit ſolutio ſecundum bonitatem intrinſeeam prioris, quæ fuit tempore contractus.*

6 *Moneta ſublata ſicut ſpecies debita, ſi non reperitur, debetur extimatio.*

1 MVtatio monetæ damnum creditorir, vel debitoris ſpectare debet, dic, aut monetæ bonitas extrinſeca eſt mutata, aut bonitas intrinſeca; priori caſu quando bonitas extrinſeca eſt mutata, hoc eſt quando valor monetę, vel auctus, vel diminutus eſt, inſpicimus tempus ſolutionis, non tempus contractus, & ob id commodũ, & incommodum eſt creditoris, gloſ. in cap. quis ignorat in articulo noſtro 32. q. 4. Hoſtienſ. in cap. quanto, col. 2. in fin. verſ. quid ergo, de iure iur. Bart. in l. Paulus, col. 1. in fin. verſ. quæro quid ſi moneta, de ſolut Bald. in l. res in dotem, de iure dotium, Iſern. in cap. vnic. verſ. monetæ, & ibi Afflict. num. 11. quæ ſint regal. Andr. Gayll. obſeruat. 73. lib. 2. num. 9. & hæc eſt communis Doctorum ſententia, vt latè firmat Boer. in deciſ. 327. num. 3. 4. 9. & 13. Ant. Gabr. commun. concluſ. tit. de ſolut. & liberat. concluſ. 2. nu. 1. licet Azon. & alij allegati per eundem Boer. in d. deciſ.
2 327. num. 8. ✝ contrarium tenẽant, ſcilicet quod in damnum debitoris cędere habeat, & va-

& valore monetæ mutato, debitorem teneri ad extimationem tempore contractus, Ant. Panorm. d. concluſ. 2. num. 2. Io. Saiſon. in conſuet Turonenſ. tit. 36. art. 1. & ſecundum eam Vituburgenſes, & Lipſienſes pronunciatum, vt apparet ex conſtitutionibus Auguſti Electoribus part. 2. conſtit. 28. ſed hæc conſtitutio eſt localis, & extra dictionē Auguſti, & prior opinio cōmuniter approbata tenetur, quæ non procedit, quando dictum fuit, vt moneta redderetur ſub eadem extimatione; tunc enim nō ſolutionis tempus, ſed contractus attenditur, Bart. in d. l. Paulus in fin. verſ. ſed quid ſi fuit dictum, de ſolut. Faber. inſtit. quib. mod. tollat. oblig. in princ. verſ. quid ergo ſi mecum, Bart. in l. ſi addas, ꝟ. ſi Dominus, & ibi Paul. de Caſt. ff. locati, Ant. Gabr. d. concl. 2. nu. 8. verſ. primo limita, Boer. d. deciſ. 327. nu. 10. Bal. conſ. 313. verſ. prædicta rem lib. 5. Tiraquell. de vtroque retract. ꝟ. 1. gloſ. 18. num. 28. verſ. quarto quæro, Ant. Gabr. d. conſ. 2. num. 12.
3 verſ. 3. amplia, item & † ſi debitor fuerit in mora non ſoluendi, & tempore debito pecuniam non ſoluerit, monetæ diminutio ipſius debitoris damno cedit, Ant. de Butrio in cap. quanto, col. 4. verſ. vltimus caſus, & ibi Abb. col. 5. verſ. item ſcias procedere, extra de iure iur. Bart. in d. l. Paulus, col. 2. verſ. ſecundo modo, de ſolut. Andr. Gayll. d. obſeruat 73. nu. 9. ibi, ſi non ſit in mora, Ant. Gabr. d. lib. 3. concluſ. tit. de ſolut. concluſ. 3. & tantum de priori caſu, quando bonitas monetę extrinſeca mutatur; poſterio-
4 ri caſu quando † intrinſeca bonitas monetę mutata eſt, hoc eſt quando materia, & forma monetæ eſt mutata, Doctores vnanimiter communem tradūt, inſpici debere tempus contractus non ſolutionis, & ideo debitor, vel antiquā monetam ſi extat, præſtare debet, vel ſi non reperiatur amplius tempore ſolutionis, debet ſolutionem facere in alia moneta vſu recepta ad valorē tamen, & extimationem intrinſecā prioris monetæ, Hoſtienſ. in d. cap. quāto, col. 2. verſ. quid ergo ſi mercator, de iure iurand. & ibi Abb. col. 5. verſ. venio ad ſecundum caſum, qui dicit ita communiter teneri, ac ſentire Legiſtas, & Canoniſtas, quod etiam affirmat Boer. d. deciſ. 327. num. 15. Affict. in d. verſ. monetæ num. 10. Ant. Gabr. d. tit. de ſolut.
5 concluſ. 1. † noua enim moneta ſuccedit in locum prioris, & ideo eius naturā ſortitur, & ſic per conſequens fit, ſolutio ſecundum bonitatem intrinſecam, quæ fuit tempore contractus, & ſi regulariter aliud pro alio inuito creditori ſolui nō debet, vulgata l. 2. ꝟ. mutui datio, ſi certum petatur, regula
6 illa non procedit, quando † ſpecies debita amplius non reperitur, quo caſu extimatio rectè ſoluitur, l. non dubium, de leg. 3. Bart. in d l. 2. ꝟ. mutui datio num. 21. & ibidem Iaſ. nu. 8 ſi cert petat. Andr. Gayll. in pract. obſeruat. tit. 2. obſeru. 79. nu. 8. & ſecundum hanc ſententiam Lipſenſes, & Viturburgenſes pronuntiarunt Conſtit. Auenion. Auguſti 28. in 2. par. & eandem ſententiam ſecuti ſunt aſſeſſores ſupremæ Curiæ, Miſincer. in 4. centur. obſeru. 1. Borcolt. d. cap. vnic. quæ ſint regal. num. 58. & ſeq.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio LXXXIII.

THEMA.

Viæ publicæ ad habentes regalia pertinent, qui de delictis in ipſis vijs cognoſcunt, vbi capud occiſi reperitur ad illius viæ Dominum pertinet cognitio, & ad emendam damni tenetur. communis.

SUMMARIUM.

1 *Via publica pertinent ad Duces, & Barones habentes regalia.*
2 *Homicidia in vijs publicis ad earum Dominos cognoſcere pertinet.*
3 *Corporis occiſi cognitio ad Dominum vbi capud reperitur pertineat.*
4 *Princeps curare debet, nè viæ publicè à latronibus vexentur.*
5 *Damnum datum peregrinis in vijs publicis Princeps emendare tenetur.*
6 *Damnum illatum in vijs publicis Princeps emendare tenetur, & tanto magis ſi vectigal exigit.*
7 *Peregrinātibus per loca inſolita Princeps damnum emendare non tenetur.*

1 Vias † publicas ad Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Barones, & aliorū, qui regalia habent, pertinēt, & ideo
2 † ad eos homicidij in vijs publicis patrati, ſpectat cognitio ratione iuriſdictionis, quā in loco vbi via ſita eſt exercet, Guid. Pap. in deciſ. 577. Alciat. conſ. 1. num. 14. lib. 2. Petr. Iacob. in pract. tit. de iuriſd. q. 33. in Ioacch. n. Abeuſt. in l. admonēdi, de iure iur.

fol.mihi 483.Borcolt.in cap.quæ ſint regal.
num.25. Roſental.cap.5.concluſ.21 & in
gloſ.lit.B modo totum corpus iaceat in via
3 publica, † ſi vero capud occiſi, reperiatur
extra viam publicam, licet reliquum cor-
pus iaceat in via publica cognitio,& punitio
delicti ad eum pertinet, in cuius territorio
capud occiſi reperitur, l.in diuerſis, de re-
ligioſ.& ſumpt.ſuner. ibi dicitur:locum re-
ligioſum fieri vbi quod principale eſt, hoc
4 eſt,capud poſitũ eſt. Sic † Imperator,Rex,
vel Princeps,Duces,Marchiones, Comites,
Barones, & alij, ad quem vigore regalium
viæ publicæ ſpectant,curare debent, vt pa-
catu acquieta ſit Prouincia quam regnat,vt
malis hominibus Prouincia careat, & viæ
publicè à latronibus furibus plagiarijs non
infeſtentur, l.3.in fin. & l.cognouit,de offic.
Præſid. & ideo diſpoſitos milites ſtationa-
rios habere debent ad tuendam itinerantiũ
quietem,& ſecuritatem,& ad referendum
ſibi,quid vbique agatur, l.1. §.quies, ff.de
5 offic.Præfect.Vrb. quod ſi nõ fecerint † pe-
regrinantibus in ipſorum Principatu, Du-
catu, Marchionatu, Comitatu, & Baronijs
damnum datum fuerit ipſi ad emendatio-
6 nem,& reparationem tenẽtur,maximè † ſi
vectigal, vel aliquid ſimile à prætereunti-
bus accipiunt, Bart.in l.nè quid, ruin. nau-
frag.facit l.3.ſiue congruit,ff.de offic.Prçſid.
l.1.§.quies, ff.de offic.Præfect.Vrb. Bald.in
cap.1. §.Marchio nu.5.de his,qui feud.dar.
poſſ.vbi allegat Archidiac. & Bart.in d l.nè
quid,Afflict.in d.cap.quç ſint regal. verſ.viç
publicæ num.14. Cæpoll. d. loco num. 50.
Vurms.pract.obſeruat.tit.vlt.obſeru.6.Mi-
ſincer. obſeruat.70. centur.5. Ioachim de
Bouſt. vbi ſupra num.186. fol.36. Calcan.
conſ.61.Zaſ.latè conſ.14.nn.6. & ſeq.lib.1.
Scheneid.in cap.feud.par.2 num.113.Corn.
conſ.181.num.15.lib.3.Guid.Pap.deciſ.413.
num.2.Petr.de Greg.vbi ſupra lib.3.cap.2.
num.1.Borcolt.d.cap.quæ ſint regal. nu.28.
cap.29. ſic in Camera Imperiali iudicatum
refert Gayll. obſeruat.94. num.1.lib.2. &
aliquoties factum meminit dicit Roſental.
d.cap.5.concluſ.22.in gloſ.lit.A.& dummo-
22 do † peregrinantes,& tranſeuntes per lo-
ca ſolita, alias ſecuritatem dare eis non te-
nentur, l.1.§.parui autẽ, ff de his,qui effod.
vel deiec. Gayll. Miſincer. Cæpoll. & Bor-
colt. in dictis locis, ac Roſental.in allegato
loco litera B.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio LXXXIV.

THEMA.

Vſus viæ publicæ prohiberi non poteſt, ſicut nauigatio maris, quæ iuris gentium eſt,& ita pluries deciſum.

SVMMARIVM.

1 *VIæ publicæ quibus ex cauſis trãſeun-*
tibus interdici poſſunt.
2 *Commeatus, & commercium iuris gen-*
tium ſunt.
3 *Vſus viæ regiæ ſicut nauigatio maris ſine*
iuſta cauſa prohiberi non poteſt.

IMperatot, Rex, Princeps, vel alius ex
1 regia conceſſione † habens regalia, an
poſſint viam publicã interdicere, dic, quod
ex iuſta cauſa poſſunt (vt ſi vegal legitimè
inſtitutum ſoluere recuſarit) hoſtes ſint,vel
alias ſtatui, inde periculum metuendum ſit,
Afflict. in d.cap.quæ ſint regalia,verſic.viæ
nu 1.vtitur hac ratione, quod Princeps de-
bet permittere in ſuo,quod alijs prodeſt,&
ſibi non obſtet l.in creditore, de euict. cum
2 ſimil. item tale † præceptum eſſet contra
Ciuitatem proximum, immo cõtra ipſas le-
ges, quæ commeatum,& commercium iuris
gentium eſſe tradũt, & ſic ſequitur Peregr.
de iure fiſci tit.1.num.22.lib.1.quamuis Cç-
poll. in tract.de ſeruit. tit.de ſeruit.viæ q.8.
ad quem Boſſ. tit.de via publica, refert, vi-
detur indiſtinctè velle regalia habentes,
poſſe hanc prohibitionem facere,quod non
3 bene eſt; † nam vſus viæ regiæ publicæ,
ſicut & nauigatio maris iuris gentium eſſe
videtur,adeo vt cõtra eos, qui earum vſum
ſine iuſta cauſa impediunt Camera Impe-
rialis præcepta ſine clauſula iuſtitiæ facit,
vt in facto omni iure prohibito decernere
ſolet,vt in cauſa Ciuitatis Aquis grandenſis
cõtra Ducem Iuliacenſẽ 27.Octobris 1586.
decretum tale etiam ante paucos annos Se-
natus Branduenſis contra Comitem Vltra-
burgenſem obtinuit, cui & anno ſuperiori
prouiſio iniuncta fuit Senatus, & Commu-
nitas Brunouicenſis contra Ducem Brono-
uicenſem, & nobilis Alzatus Leuizerburg
contra Ioannem Epiſcopum Argentinen-
ſem,& infinitos dicit Roſent.de feud. d.c.5.
concluſ.21.in text.num.2.& 3.

PARTIS

Digitized by Google

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio LXXXV.

THEMA.

Fluminum vſus prohiberi non debet, & ſi à ſummo Principe alicui cōceduntur, & eius vſus publicus quod eſt, & ius piſcandi, & nauigandi commune permanet. communis.

SVMMARIVM.

1 *FLumina quo ad vſum ſunt omnium, quo ad proprietatem ſunt populi vbi ſita ſunt flumina.*

2 *Flumina an quo ad proprietatē ſint Imperatoris.*

3 *Flumina publica an inter regalia numerantur.*

4 *Flumina ex publico licet aquam ad Vrbem ducere ad ciuium vſum.*

5 *Flumina & ſi à ſupremo Principe alicui conceduntur eius vſus ad huc communis remanet.*

6 *Reditus ſi quis ex piſcatoribus in flumine prouenit, eſt de regalibus.*

1 CVm flumina iure gentium publica eſſe conſtat, §. flumina, inſtit. de rer. diuiſ. hoc eſt quo ad vſum eſſe omnium quo ad proprietatem eius populi vbi ſita ſunt. flumina, & ſi aliqui dicunt de regalibus dici poſſe ratione tuitionis, defenſionis, & protectionis non placet, quia omnia indiſtinctè regalia eſſent; dum Imperator quo ad defenſionem, & ad protectionem Dominus ſit mundi, iuxta text. in l. deprecatio, ad l. Rod.
2 de iactu, & alibi diximus, & ſi † alibi dicunt vſum fluminum eſſe publicum, proprietatē eſſe cęteris, vt per Iacobin. in d. verſ. fluminibus, quod nec ſubſiſtere poteſt, cum ſecundum certorum iurium rationem flumina quo ad proprietatē eius populi ſint, vbi ſunt & in hoc communia a publicis diſtant, quo ad vſum attinet, communia publica non differunt. Proprietas fluminum nō eſt communis nominibus ęquè patet, ſed eius populi vbi ſita ſunt flumina, §. 1. cum ſeq.
3 inſtit. de rer. diuiſ. tētari igitur poſſet. † Flumina ideo inter regalia numerari, quia licet proprietas ſit eius populi vbi flumina ſita ſunt; tamen Imperator, ſiue Rex, & qui iura imperij habet ſuper fluminibus iuriſdictionem ſupremam habet quo ad aquam, ad protectionem eſt mundi Dominus, gloſ. Bart. & DD. omnes in l. 1. col. fin. ff. de iuriſd. omn. Iud. 8 diſtinct. cap. quo iure, & 24. q. 7. cap. cum venio, & idem firmat Specul. in tit. de appellat. §. nunc tractemus, circa princ. & poſſet circa flumina diſponere, per l. 2. ff. de flumin. quæ lex de fluminibus
4 publicis loquitur, & oſtendit † ex flumine publico aquam poſſe duci in Vrbem, ſcilicet ad ciuium vſus quod fiebat, aut canalibus ſtructilibus, & lapideis, aut tubulis fictilibus, aut fiſtulis plumbeis, vt Plinius Vitruuius, & Iul. Frontinus ſcrib. & hoc ita procedere, ſi Imperator voluerit, Borcolt. d. cap. vnic. quæ ſint regal. num. 31. in fin. & ita flumina publica nauigabilia ſunt de regalibus, quorū vſus prohiberi non debet, ſicut & de via publica vltra ſupra allegatos in principio præcedētis Dilucidationis, Ferrar. Montan. de feud cap. 5. Boſſ. de flumin. q. 6. nu. 1. Decius conſ. 197. num. 1. & conſ. 244. nu. 7. Peregrin. de iure fiſci tit. 1. num. 16. 19. & 22. Petr. de Gregor. in ſyntagm. iur. lib. 3. c. 141.
5 num. 4. & etiam quod talia † flumina à ſupremo Principe conceduntur alicui eorum vſus publicus de iure gentium remanet, eorumq; ius nauigandi, piſcandi, & ſimilia cōmunia permanens, iuxta l. riparum, flumina, & vtrobiq; gloſ. & DD. omnes ff. & inſtit. de rerum diuiſ. Iſern. in d. cap. vnic. quæ ſint regal. nu. 4. vbi Afflict. in verſ. flumina nu. 1. Aluarot. nu. 7. & Baro, & Iacobin. in d. verſ. & cum piſcationibus num. 1. Io. Fab. d. §. flu-
6 mina, & ſi ex † piſcationibus aliquis reditus debetur, cum de regalibus fore, vt per Aluarot. d. loco, & per Iacobin. d. verſ. & cū piſcationibus num. 1.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio LXXXVI.

THEMA.

Venatio, piſcatio, & nauigatio in terra, fluminibus, & in mari à ſupremo Principe, ſiue Imperatore prohiberi non poteſt niſi ex cauſa publicæ vtilitatis, & adhuc communia remanent. communis, & deciſa.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *VEnatio, piſcatio, & nauigatio in flumine, & in mari probiberi nõ poteſt.*
2 *Venatio, piſcatio, & nauigatio loci conſuetudine, vel ex priuilegio Dominus præſcribit, & ſic concedit, & nu. 8.*
3 *Iuris gentium, quæ ſunt, ſoli Principi nõ competunt, nec eius reſcripto tolli poſſunt.*
4 *Venatio, & piſcatio non poteſt prohiberi niſi in locis recluſis.*
5 *Venatio, & piſcatio nec per proclamam generalem videtur probiberi.*
6 *Curia ſi aliquos tamquã delinquentes pro venatione, aut piſcatione reperti, non nocet Vniuerſitati, & Regno.*
7 *Princeps ſupremus venationes, aut piſcationes probibẽdo iuri naturæ impugnare videtur.*

1 VEnatio, † piſcatio, & nauigatio in flu-
minibus, & in mari, cum iuris gentiũ
ſint, nec à ſupremo Principe prohiberi po-
teſt, tex. in l. iniuriarum, §. fin. ff. de iuiur. ibi:
(& ſæpiſſimè reſcriptum eſt, nõ poſſe pro-
hiberi quem piſcari, ſed nec aucupari) quæ
firmant Hoſtienſ. Io. Andr. Anton. de Butr.
Cardin. Florent. & alij in cap. non eſt, de de-
cimis, Gramat. in deciſ. 67. nu. 9. Tiraquell.
de nobilit. q. 37. num. 150. & teſtatur com-
munem eſſe opinionem Iaſ. in conſil. 116.
lib. 4. & Det. conſ. 197. in caſu inquiſitionis,
2 vbi, & † illud regaliũ nec ſoli Principi com-
petere, neque ideo ab eo interdici poſſe, cũ
ſit iuris gentium permiſſu, §. ferè igitur be-
ſtiæ, inſtit. de rer. diuiſ. vbi Io. Faber, & l. 1.
3 2. & 3. ff. de acquir. rer. domin. & † nec per
reſcriptũ Principis tolli poſſunt, §. ſed na-
turalia, inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. &
clement. paſtoralis, §. cęterum, de re iudic.
quod idem Det. repetit propè modum in
conſ. 271. in caſu mihi tranſmiſſo in princ.
Gulielm. Bened. in repet. cap. Raynuntius, in
verſ. & vxorem nomine Adelaſiam nu. 306.
& plurib. ſeqq. qui nũm. 315. reſert Ludoui-
cum XII. Regem Galliæ edicto declarauit
venari omnibus forè permiſſum; ſic &
4 † prohiberi non poſſe animalibus, niſi in
locis recluſis muris, vel aliter exiſtentibus,
& piſcibus ſimiliter quodammodo recluſis,
vel in ſtagnis particularibus, & capi poſſint
ad nutũ Domini, ex multis firmat Bertrand.
5 conſ. 255. num. 8. lib. 1. dicit, nec † per pro-
clama generali prohiberi videtur, quomi-
nus venentur per id, quod plenius proſe-
quitur Iacob. Rebuff. in l. 1. C. de venat. fer-
rarum, & hoc maximè ſi ſubditi ſteterint in
poſſeſſione venãdi, vel piſcandi per id, quod
voluit Innocent. & Panormit. in cap. ſi dili-
genti, de pręſcript. Io. Andr. & Ant. de Butr.
in cap. peruenit, de cenſib. gloſ. Bart. & Flo-
rian. in l. ſeruitutes, de ſeruit. Angel. Aret. in
§. æquè, inſtit. de action. gloſ. Bart. Fulgoſ.
& Florian. in l. cum in rem verſo, ff. de vſur.
& ex alijs per Bertrand. in d. conſil. circa
finem, vbi etiam hoc firmat, non obſtante
6 quod † Curia alios tamquam delinquentes
pro venatione cęperit, & condemnauerit,
quia iſtud nocere non debet Vniuerſitati,
Regni, vel Ciuitatis, aut locorum, nec alijs
particularibus, vt puta tunc abſentibus in-
ſcijs, & non vocatis. Huius autem iuris na-
turalis, & gentium propria eſt venandi, &
piſcandi libertas, cum ſummus Deus omnia
animalia creauit in hominum vſum, vt in
Geneſ. cap. 1. quod ex Criſippo Cicero do-
cuit lib. 3. de finib. Cumque hæc animalia
communia natura fecerit, planè licet per
naturalem legem cuilibet primo capienti,
ea ſibi acquirat; ſicuti Iuriſconſulti etiam
notarunt, & præter hos lib. 1. de officijs in-
quit, & firmat Cicero, ac Ariſt. lib. 1. polit.
ergo per Principem tolli nequit, ex multis
firmat. & contrarijs inſigniter reſpondit, ac
communem opinionẽ eſſe affirmat Couarr.
in regula peccatum §. 8 par. 2. num. 1. & hoc
tenet Peregr. de iure fiſci rubr. 1. num. 20. &
ſeq. lib. 2. ex alijs Roſent. de feud. cap. 5. con-
7 cluſ. 23. in gloſ. lit. D. & ſi † Princeps ſupre-
mus hoc facit iuri naturæ impugnare vide-
tur, quod non conuenit, nec poſſet ex præ-
dictis, ſed alij Domini terrarum ſuperiorem
recognoſcentes, ſubditos venare, & in flu-
minibus publicis, vel in mari prohibere nõ
valent, vt per Canoniſtas ſupra relatos, ita
quod nec per ſtatutũ id facere poſſunt, ma-
ximè ſi ſubditi ſunt in poſſeſſione piſcandi,
& venandi, Det. d. conſ. 197. num. 2. Iaſ. vbi
ſupra num. 4. teſtatur communem Io. Faber
d. loco, ita in Galliæ Regnõ ſeruari, & vltra
quod pręcitati DD. firmant de relatis com-
munibus opinionibus, ſic deciſũ in hoc Re-
gno firmat Gramat. d. deciſ. 67. nu. 9. & ſeq.
Affl. in Conſt. Regni lib. 3. rub. 1. n. 9. Caſſan.
in conſuet. Burg. rub. 13. §. 7. & de communi
etiã teſtatur Iul. Clar. in §. feudum q. 3. verſ.
ſi ex conſuetudine, aut ex priuilegio id iſti
Domini haberent, Roſent. d. c. 5. concl. 26. in
8 gloſ. lit. A. & per † acquieſcentiã ſubditorũ
vt idẽ dicit in tex. ſed non bene, quia ſi prę-
iudicatur pręſentibus, non tamen ſubſequẽ-
tibus infantibus, & abſentibus, qui contra-
dicere poſſunt, quia ipſis nõ currit præſcri-
ptio, nec pręiudicatum fuit, vt prædicti DD.
& ex alijs in ſequenti Dilucidatione.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio LXXXVII.

THEMA.

Ius venandi, piſcandi, & nauigandi, quia iuris gentium, naturalis cōmune eſt ab omnibus præſcribi non poteſt, nec prohibitio ipſorum iurium communis.

SVMMARIVM.

1 *IVs piſcandi, vehendi, & ſimilium nulla præſcriptione acquiri poteſt.*
2 *Animalia per venationem naturali iure occupantium ſunt.*
3 *Præſcribi non poteſt contra infantes, & non dum genitos.*
4 *Naturalia non præſcribuntur.*
5 *Vſui publico deſtinata non licet quauis poſſeſſione priuatim occupare.*
6 *Præſcriptio quęcumque longiſſima aduerſus libertatem non recipitur.*
7 *Cauſa publica priuatæ anteponitur.*

AEr, aqua profluens, & mare, de iure naturali omnibus communia ſunt, §. 1. inſtit. de rer. diuiſ. l. quidam, ff. eodem, & vtro-
1 bique gloſ. & DD. & in † mari aquis fluentibus, vt in fluminibus aliqua iuriſdictio, vel aliquod ius vt piſcandi, vehendi, & ſimilium in eis præſcribi non poteſt, quia non ſunt ſcriptę loco, & tēpore, cum loca iuris gentium lōgę poſſeſſionis pręſcriptione acquiri non poſſunt, vt eſt caſus in l. fin. in princ. & ibi hoc notat Angel. & DD. ff. de vſucap. l. 2. §. ſi quis in mari, ff. nè quid in loco publico, & de flumin. eſt text. in l. quominus, ff. de flumin. vbi hoc notat Bart. eſt etiam text. in l. fluuium, ff. de damno infecto. & cir-
2 ca venationem terreſtrem eſt tex. in Geneſ. cap. 1. vbi Deus omnium Dominus omnia animalia creauit in hominum vſum, cum animalia omnia tam terreſtria, quam aquatila ipſa natura communia fecerit, per eandem naturalem legem licet cuilibet occupanti ea ſibi acquirere, vt firmatum eſt in præcedenti Dilucidatione, & cum vſus maris, fluminumq; eorum piſcatio, & nauigatio ſit omnibus animātibus commune, & ſic
3 etiam † venatio in terra contra infantes, & non dum genitos impoſſibile eſt ius aliquod de prædictis præſcribi poſſe, quia non valenti agere, non currit præſcriptio, l. 1. in
4 fin. C. de annal. præſcript. & etiā quia † naturalia non præſcribuntur, d. l. fin. & l. iura ſanguinis, ff. de regul. iur. Bald. in rubr. ff. de rer. diuiſ. quærens, an quis præſcribere poſſit mare, vel aliquem vſum, aut iuriſdictionum, dicit, quod non, quia videtur contra naturam rei, ſcilicet maris, quod eſt commune omnibus hominibus, & omnibus animantibus, Stracch. in tract. de mercatura,
5 tit. de nauigant. num. 7. & etiam quia † vſui publico mare, flumina, & terra deſtinata ſunt, non licet cuique occupare, vel in alios vſus conuertere quacumque poſſeſſione longeua non obſtante l. viam publicam, ff. de via publica, vbi hoc idem notat Bart. in d. l. quominus, ff. de fluminib. d. l. fluuium, ff. de damno infecto, l. diligenter, C. de aqueduct. lib. 11. iuncta gloſ. in verſ. longi temporis, ibi: (vel verius ipſum publicum) & induco l. fin. C. de long. temp. præſcript. quæ pro libertate loquitur, vt in caſu noſtro, mare, flumina, & terra non recluſa particulariter pro animalibus conſeruandis alicuius Domini, ſiue particularis, ſunt libera,
6 præſcriptio quacumque longiſſima aduerſus libertatem non recipitur, & ſi contra alicuius particularis libertatē præſcriptionem nō licere opponere, multo minus aduerſus res publicas, Vniuerſitates, & homines de iure naturę talia habentes, cū † cauſa publica ſit anteponenda, l. vtilitas, C. de primipil. lib. 12. & talis præſcriptio cum ſit contra naturalia iura, & communia hominibus omnibus alienari, & præſcribi non poſſunt, cap. chriſtianis 11. q. 1. l. vbi lex, ff. de vſucap. l. alienationis verba, ff. de verb. ſignif. & prædiximus.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio LXXXVIII.

THEMA.

Cuiuſcumque temporis immemoris, & longiſſimi præſcriptio cōtra prohibitionem legis, vel Canonis, aut ſtatuti, nullum ius tribuit. communis.

SVMMARIVM.

1 *PRæſcriptio cuiuſuis temporis nullum ius tribuit, vbi lex reſiſtit.*

2 *Poſſi-*

2 *Poſſidens cum titulo, cui ius reſiſtit, non iuuatur præſcriptione.*

3 *Facultas talem præſcriptionem cui lex reſiſtit, legis authoritate repellitur.*

4 *Pœna vlterius talibus imponitur.*

5 *Imperator, & ſupremus Princeps eſt Dominus iuris venandi, & piſcandi quo ad protectionem, & quo ad iuriſdictionem.*

6 *Vſurpans abſque titulo quis præſcribere non poſſe.*

7 *Acquiſitio per inuaſionem eſt tirannica, & nullo tempore præſcribitur.*

8 *Ciuitates Tribu Iuda, & ſi lõgiſſimo tempore fuerunt penès Tribu Simeonis, tamen Rex Dauid reſtitui fecit.*

1 PRæſcriptio † cuiuſuis temporis nullum
ius tribuit, vbi lex, vel canon, aut ſtatutum
reſiſtit, l.fin. C.de fund. limotr. lib. 10.
ibi: (cuiuſlibet ſpatij temporis ceſſante)
l.1. C. ne rei domin. vel templ. ibi: (omnis
temporis diffinitione ſubmota) cap. dudum
extra de decim. de reſtitut. ſpoliat. lib. 6. c. 1.
de prohib. feud. alien. per Federic. col. 10.
cap. ſi diligenti, & cap. ex officijs, extra de
2 præſcript. quãdo † alicui ius reſiſtit, etiam
ſi cum titulo poſſidet præſcriptione non
iuuatur, l. omnes, C. de fund. patrim. lib. 11.
ibi: (ad ius priſtinum ſine vllius aſſertionis
reuocentur obſtaculo) & in fine d. l. ibi: (vt
nulli penitùs audiantur, qui aut ſcriptò, aut
annotatione, vel emphiteuſim, aut conductione
qualibet genere largitatis de noſtra
liberalitate meruerint.) nota hæc verba,
3 vt † nulli penitùs audiãtur, quomodo à facultate
proponendi repelluntur legis authoritate,
vt dicit l. 2. C. de edict: diu. Adrian.
tollend. in verſ. alleget, & eis audiẽtia denegatur,
vt in l. ſãcimus, C. de iudic. l. 1. §. quod
autem, ff. de aleę vſu, & aleat. gloſ. in l. ſi quis
inter, §. fin. ff. de excuſat. tutor. quæ gloſ. rectè
allegat l. ſed & ſi per Prætorem, §. ait
Prætor, ff. ex quib. cauſ. maior. de quo Bald.
in l. conſentaneum 4. col. quomodo, & quan-
4 do Iud. & † pœna vlterius imponitur, vt in
fine d. l. fin. C. de fund. limotr. lib. 10. vbi contra
eos, qui pręſcriptionibus noſtris obuiam
venire tentauerint præſcriptioni, pœna valitura,
l. viam publicam, ff. de via publica,
gloſ. hanc regulam firmat in l. longa, ff. de
mort. inferend. & Peregr. in l. neceſſarios, §.
nõn aliter, ff. de Senat. Conſ. Syllan. fol. 535.
5 lib. 3. repetit. Dum † Imperator, Rex, ſiue
Princeps ſupremus habet iuriſdictionem
præſcriptam in terra, mari, & fluminibus, &
Dominus eſt iuris venandi, piſcandi, & nauigandi
quo ad protectionem, & quo ad iuriſdictionem
eorum proprietas eſt de ſuis
regalibus, vt prædiximus in præcedentibus
Dilucidationibus, nemo inferior Dominus
alicuius Ciuitatis, Terræ, Caſtri, & loci, nec
particularis ſine titulo à poteſtatem haben-
6 te talia iura præſcribere poteſt, cum † ea,
quæ quis vſurpat, & nullo titulo poſſidere
incepit, præſcribere non poteſt, hoc expreſsè
habetur in §. poteſt, & aliter 6. q. 4. & eſ-
7 ſet quædam † violentia, & tirannica acquiſitio
per inuaſionem, quæ nullo tempore
præſcribi poteſt, notant Cyn. Bart. Bald.
& DD. in l. decernimus, C. de ſacroſ. Eccleſ.
l. enim, C. de decurion. ſequitur Dominic. in
cap. fundamenta, de elect. in 6. & etiam text.
in cap. aliena 12. q. 2. & prædicta roborãtur
etiam iure diuino, & teſtimonio ſacræ Scri-
8 pturæ, vt in Paralipomenon 4. vbi † Ioſuè
iuſſu Dei cum diſtribuiſſet poſſeſſiones, &
Regna Terræ promiſſionis duodecim tribu
Iſdrael. Filij tribu Simeon obtinuerunt
aliquas Ciuitates diſtributas, tribu Iudæ
quas longiſſimo tempore etiam volẽtibus,
& permittentibus illis de tribu Simeon
poſſediſſent; tamen facta eſt querela per tribu
Iudæ apud Iudices illius temporis, vt
reſtitueret dictas Terras filijs de tribu Simeonis,
nec fuerunt auditi: tamen Rex
Dauid, qui erat de eadem tribu, coram ſe facta
eſt eadẽ querela, fecit reſtitui dictas Ciuitates,
& Terras tribu Iudæ non obſtante
longiſſima præſcriptione incepta tempore
Ioſuè vſque ad Dauid, quia vt ibi dicit Nicol.
de Lira, & cęteri Doctores, non valuit
poſſeſſio, nec præſcriptio ſine iuſto titulo,
aut ſine legitima diſtributione, & approbatione
dominij per eum qui potuit, ſi in noſtro
caſu nemò ex Dominis inferioribus, &
nemo particularis potuerit, nec poſſet ſine
titulo, aut aliqua valida diſtributione, vel
approbatione dictorum iurium venandi, piſcandi,
& nauigandi in terra, mari, & fluminibus
publicis, aut prohibẽdi ius acquirere,
vt ex ſuperius dictis, & etiam infra nulla
præſcriptio valet.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio LXXXIX.

THEMA.

Ius venandi, piſcandi, & nauigandi in terra, mari, & fluminibus publicis, aut prohibendi, eſt de iuriſdi-

riſdictione ſupremi Imperij, & ipſe ſupremus Princeps nec concedere poſſet.

SVMMARIVM.

1 *Princeps de iuribus regalibus non poteſt quicquam concedere in præiudicium ſucceſſorum.*

2 *Regalia iura per Principem minui, nec poſſunt.*

1 EX ſuperius dictis patet † Imperatorem, Regem, & ſupremum Principem habere iuriſdictionem præſcriptam in terra, mari, & fluminibus, & iuris venandi, piſcandi, & nauigandi Dominum eſſe quo ad protectionem, & iuriſdictionem: eorumque proprietatem de regalibus eſſe, & ideo nec ipſe Princeps per contractum, nec quouis alio modo in ſucceſſorum præiudiciū quicquam concedere poteſt, maximè quia de iure naturali, & gentium ſunt, vt vltra iam dicta eſt etiā text. in l. vbi lex, ff. de vſucap. l. alienationis verba, ff. de verb. ſignif. & ita determinat Bald. in l. 1. C. de iur. anulorum
2 aur. col. 10. & ſicut † non poteſt talia iura ſubuertere, ita nec minuere, l. optio, qui, & à quibus manum. libert. ingen. vt in l. neceſſarios, §. non alias, verſ. nouiſſimè, ergo &c. num. 176. fol. mihi 537. vol. 3. repetit. adeo quod talia nec à Principe ſupremo concedi poſſunt in præiudicium ſuorum ſucceſſorū, & populi, quanto minus ab inferioribus, vel à particularibus queri, & prohiberi poſſe, & ſi quid contra agunt naturam offendunt, & præſcriptione quantumuis longiſſima fuerit, tueri non poſſum, vt in præcedenti Dilucidatione, & etiam in ſequentibus fundatum eſt.

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio X C.

THEMA.

Nè dum primi Domini, qui fuerūt in mala fide talia iura, & alia præſcribere non poſſunt, ſed mala fides prædeceſſorum nocet, & ſucceſſoribus, qui nec præſcribunt. communis.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor primi Domini an excuſetur à mala fide. & præſcribere poſſit, quæ ſunt de regalibus.*

2 *Principium iniuſtum totum progreſſum vitiat.*

3 *Malæ fidei vitium prædeceſſorum in ſucceſſores transfunditur.*

4 *Vitium poſſeſſionis donec non fuerit purgatum durat, penès quoſcumque poſſeſſores.*

5 *Regula, qui in alterius locum ſuccedit iuſtam habet cauſam ignorantiæ, quomodo intelligendum.*

6 *Ignorantia iuris in præſcriptionibus non prodeſt.*

1 ET ſi dici poſſet, quod licet † primi Domini fuerint in mala fide, tamen ſucceſſores licitè præſcriberunt, cum iuſtam cauſam ignorantiæ habuerunt, & habent; iuxta text. in l. qui in alterius, ff. de iudic. aduertatur, quod iniuſtum principium totum progreſſum vitioſum, & initium vitioſum totū
2 greſſum aliorum ſucceſſorum, qui in vitio ſucceſſerunt, vitiat, l. clam poſſidere, ff. de acquir. poſſeſſ. & notat Bal. in l. fin. de eman-
3 cip. liber. & † malæ fidei vitium prædeceſſorum in ſucceſſorem transfunditur, l. autē hæres, ff. de diuerſ. & tempor. præſcr. pt. vbi pulchrè text dicit: (cum hæres in omne ius defuncti ſuccedit ignorantia, ſua vitia non excludit, nec præſcribere valet, quod defunctus non potuit, cum exordium rei bonæ fidei ratio nō tuetur) ad idem eſt alius tex. in l. ſi ergo, §. partus, ff. de publican eſt etiā text in l. vitium, C. de acquirend. poſſeſſ. ibi:
4 † (vitium poſſeſſorū à maioribus contractū perducat, vt ſucceſſorem Authoris ſui culpa comitatur.) Immò quæcumque tenuta per quoſcumque, donec vitium purgatum non fecerit impræſcriptibilis, etiam ſi mille annorum eſſet, l. vitium, l. an in vitium, vbi gloſ. hoc notat l. cum hæres, ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. l. ſequitur, §. tunc in poteſtate, & §. ſi vir, & l. ſi rem, ff. de vſucap. vitium, vel furtum non tantum perſonam, & rem comitantur, & rem ipſam afficiunt, ſed & poſſeſſores etiam comitantur. vt ad literam habetur in d. l. vitia, & ex alijs multis firmat etiam reiectis contrarijs, ex alijs ſigne. in d. l. neceſſarios, §. nō aliter a nu. 40. vſque ad num. 46. in 3. volum repet. fol. 530. ater. & hæc eſt veriſſima ſolutio ad prædictam rationē Alij vero ſoluunt non ineptè, quod illa regula videlicet, qui in alterius locum ſuccedit, iuſtam habet cauſam ignorantiæ,

rantiæ, habet locum in ignorantia facti, ſed
quando conſtat de occupatione dictorum
iurium, ſiue aliquorum ipſorum, aut pro-
prietatis abſque legitimo titulo, & iure ſuo
à poteſtate habente, & nec valeret conceſ-
ſio, nec ab Imperatore, vt prædiximus per
ſupradicta iura, & authoritates allegatas, &
iura ſunt certa, vt in l.s. ff.de iuris, & facti
6 ignorant. in † omni tempore hæc ignoran-
tia potius eſt iuris, quam facti, quæ in
præſcriptionibus nunquam prodeſt, vt in
l.numquam, ff.de vſur.& l.iuris ignorantia,
ff. de iuris, & facti ignorant. per conſequẽs
tales ſucceſſores nulla præſcriptione ſe iu-
uari poſſunt.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XCI.

THEMA.

In iuribus facultatis quaſi poſſeſſio non acquiritur, niſi quis ſolus poſſideat, & alios prohibuerint, nè quid faciant, & ipſi acquieuerint, alias ſolitus piſcari in aliquo loco ſolus etiam per longiſſimum tẽpus poteſt alius piſcare. communis.

SVMMARIVM.

1 *Facultatis, quæ ſunt, qualiter præſcribuntur, & num. 5.*
2 *Piſcatus quantumuis in certo loco fluminis longo tempore fuerit, non proinde alterum ibi piſcantem prohibere poteſt.*
3 *Piſcatio eſt merè facultatis, & voluntatis.*
4 *Poſſeſſio, vel quaſi ex actibus merè voluntatis non acquiritur.*

1 EA quæ facultatis ſunt quaſi poſſeſſio
aliter acquiri non poteſt, quam ſi vnus
ſolus fecerit, & alios facere volentes pro-
hibuerit, & ipſi acquieuerint, & contra pro-
teſtati nõ fuerint, & tempus ad præſcriben-
dum decurrit; ita determinãt Panor. & alij
in cap. Eccleſia ſutrina, & ibi Ripa de cauſ.
poſſeſſ. & propriet. gloſ.& DD. in l.qui lu-
minibus, ff.de ſeruit. vrban. præd. & in l.1.
C.de ſeruit.& aqua, Grauett.de antiq.temp.
par.4. §.materia iſta num.98.& ſeq. in ea-
dem parte 4.ſeſſ. circa præmiſſa num.4. Ia-
cobin.in verſ.& cum molendinis nu.5. verſ.
vel niſi eſſet præſcriptum, Couarr. in cap.
poſſeſſor par.2. §.4.num 6.in fin. Roland.à
Valle conſ.22.num.27.lib.2.Borcolt.d.cap.
15. quæ ſint regal. num.37. Balb. d.par.4.
par.5.princip.q.4.num.5.Gayll.lib.2.obſer-
uat.69.num.13.& ſeq. Vueſembec. conſ.67.
num.19.par.2.Villalops in verſ. præſcriptio
num.255. nam & ſi longo tempore quis ſo-
lus in certo loco fluminis piſcatus fuerit,
tamen alius poſtea ibi piſcari non prohibe-
tur, l.præſcriptio, & ibi Doctores ff.de vſu-
cap. l.ſi quiſquam, ff.de diuerſ.& temp.præ-
ſcript. Grauett.de antiquit. tempor. par.4.
§.materia iſta nu.81. Borcolt.in d.cap.quæ
ſint regal.nu.37. Balb.d.par.4. par.5.princ.
3 q.6.nu.2.& Cæpoll.d.rub.de piſcat. † piſcari
enim merè ſunt facultatis, ſiue voluntatis,
& quæ merè facultatis, vel voluntatis, ſunt
nullo vnquam tempore præſcribũtur. Pro-
pterea quod ex actibus merè voluntatis
4 † poſſeſſio, vel quaſi (ſine qua præſcriptio
non procedit, cap.ſine poſſeſſione, de regul.
iur. in 6.) non acquiritur, l.proculus, de
damno infecto, l.1. §. denique Marcellus,
l.ſi in meo fundo, de aqua pluuia arcenda,
l.2.de via publica, Couarr. in cap.poſſeſſor,
de reg.iur.in 6. in 2.par.relect. §.4. num.6.
Grauett.d.loco num.98.Balb.d.nu.2.& Cæ-
poll.vbi diximus Borcolt. d.cap.vnde, quæ
5 ſint regal.nu.37. vbi dat cauthelam, † quod
merè facultatis iura præſcribi poſſunt, ſi in-
terueniat prohibitio præſcribẽtis, cum pa-
tientia eius, contra quem præſcribitur per
tempus ad præſcribendum ſufficiens, Inno-
cent.& Panormit. in d.cap. cum Eccleſia ſu-
trina, & ibi Ripa de cauſ.poſſeſ.& propriet.
Panorm.in cap.quod tranſlationem, de offic.
legat. Det.conſ.175.& conſ.215.Rol.à Valle
d.conſ.22. num.20.& ſeq.& conſ.53. nu.20.
lib.2.Couarr.d.cap.poſſeſſor.de reg.iur.in 6.
par.2.relect.§.4.num.6.& Grauett.d.nu.82.
& ex alijs in principio huius dilucidationis,
quod ad hoc alio non eſt opus.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XCII.

THEMA.

Subditi, qui per centum annos, & vltra iuerãt in molendino, & ad coquendũ in furno eorum Domini

mini in futurum cogi non poſſunt, vt ibi molant, & coquant. communis.

SVMMARIVM.

1 *Molendinum ædificare, vel furnum, vel ire ad certum locum ad molendum, eſt liberæ facultatis.*

2 *Conſuetudo nõ inducitur in his, quæ merè ſunt facultatis, vt nec præſcriptio.*

3 *Domini ſuperiorem recognoſcentes, neque ſtatuto poſſunt ſubditos ſuos ad ſua molendina coharctare.*

4 *Statuto an vectigal poſſit imponi ſuis, qui non ad Ciuitatis, ſed eunt ad moles Epiſcopi.*

5 *Statutum huiuſmodi poſſit ſubſtineri contra illas perſonas quam eccleſiaſticas, & contra non ſubditos.*

6 *Quid ſi magna concurrat celeri, & Reipublica inopia.*

7 *Inueſtitus cum molendino, an virtute huius inueſtituræ poſſit cogere ſubditos ad eius molendinum.*

8 *Molendini conceſſio niſi ſint à ſupremo Principe, & expreſſo iure prohibendi, eius Dominus non poteſt coharctare ſubditor.*

9 *Princeps recipiendo Regnum liberum, ea libertate ſubditos priuare non debet.*

10 *Rex non poteſt facere iuriſdictionem Regni deteriorem in vniuerſo, indicendo illi ſeruitutem.*

1 AEdificare † molendinum, & furnum, merè facultatis, & voluntatis eſt, &
ire ad certum locum ad molendum, aut ad
coquẽdum panẽ debet eſſe de libera cuiuſ-
libet poteſtate, argum. l. viam publicam, ff.
de via publica, Iacobin. de feud. in verſ. &
cum molendinis nu. 3. verſ tertio ire ad cer-
tum &c. vnde etiam ſi longo tempore, &
vltra centum annos, qui ſolet in aliquo flu-
mine, ſiue locum molendinum, vel furnum
habuerit, ad quæ homines ſubditi ipſius tẽ-
pore etiam immemorabili ad molendinum,
& ad coquendum panem iuerint; tamen vt
ibidem molant, vel coquant cogi non poſ-
2 ſunt, † quia in his, quæ merè facultatis, &
voluntatis ſunt, non inducitur conſuetudo,
aut præſcriptio, Iacobin. d. loco nu. 4. dicens,
quod ita volunt Cyn. & omnes DD. in l. 1.
C. de ſeruit. & aqua, & in l. 2. C. quæ ſit lon-
ga conſuetudo, Io. Andr. in cap. cum Ioan-
nes, de cleric. coniug. Innoc. in cap. bene, il
ſecondo, extra de poteſt. Prælat. Andr. Ant.
de Butr. & Innoc. in cap. cum Eccleſia ſu-
trina. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & ibidem
Bal. i tract. de præſcript. in 4. par. quintæ par-
tis principalis q. 5. num. 2. vbi communem
teſtatur Grauett. de antiquit. temp. par. 4.
§. materia iſta num. 98. Bald. in l. 1. num. 10.
Guid. Pap. q. 298. hanc communem teſtan-
tur Roland. à Valle conſ. 22. num. 22. lib. 2.
& conſ 52. num. 21. & ſeq. lib. 3. Couarr. in
cap. poſſeſſor par. 2. §. 4. num. 6. Borcolt. in
d. cap. vndecimo, quæ ſint regal. nu. 35. Vil-
lalopes in commun. opin. verſ. præſcriptio
num. 254. Boer. deciſ. 225. nu. 4. Alciat. conſ.
20. num. 11. lib. 5. Petr. Iacob. in ſua praxi in
libello, de furno, Barbat in cap. quo ad trãſ-
lationem num. 19. de offic. legati, & ex his
3 Dilucidatio noſtra valida remanet, & † ta-
les Domini ſuperiorem recognoſcẽtes, ne-
que ex ſtatuto ſubditos ad ſua molendina,
vel furnos, & in his, quæ facultatis, & vo-
luntatis merè ſunt, coharctare poſſunt, etiã
ſi merum, & mixtum imperium habeant,
Signorol. inter conſ. Bald. conſ. 36. & ipſe
Bald. conſ. 57. lib. 3. per tot. Barth. Soccin. in
conſ. 272. num. 6. lib 2. Ancharan. in cap. ca-
nonum ſtatuta, q. 11. de conſtit. & conſ. 12.
& 13. (quod eſt facultatis iuridicè Bono-
nienſis) & ante finẽ etiam de ſubditis agit,
4 licet quæſtio principalis † fuerit, quod ſta-
tutum Ciuitatis non valet, vt quilibet volẽs
ire ad molã Archiepiſcopi, ſoluat aliquod
vectigal, non autem ſi iret ad molas Ciuita-
tis communem affirmant Ripa reſponſ. 11.
lib. 1. Alexand. conſ. 211. num. 10. lib. 2. Iaſ.
in l. quominus q. 25. num. 155. ff. de flumin.
eamque communem ſententiam teſtantur
Boer. deciſ. 125. num. 4. vbi in fine ſic iudi-
catum refert Afflict. deciſ. 388. num. 1. & ſe-
quitur Iacobin. de Sancto Georg. de feud. in
verſ. & cum molendinis num. 3. Roland. à
Valle dicit hãc eſſe magis communem ſen-
tentiam conſ. 22. num. 29. lib. 2. & redit ipſe
num. 7. & ſeq. Vueſembec. conſ. 67. num. 29.
Grauett. de antiq. tempor. par. 4. ſectio circa
præmiſſa à principio vſque ad nu. 33. hanc
materiam latiſſimè pertractat, & Couarr.
d. §. 4. num 7. quod hoc dogma communi-
ter receptum ſit teſtatur Villalop. in com-
mun. opin. lib. 1. num. 214. Eman. Suares in
theſaur. recept. ſentent. lit. D. num. 136. &
5 † caſu quo tale ſtatutum valeret, prout non
valet, & tot communibus opinionibus id nõ
poſſe ſubſtineri contra Eccleſias, & eccle-
ſiaſticas perſonas, & contra non ſubditos,
ſiue ob priuatum commodum dominorum
fiat, ſiue etiam vt reditus publicus inde au-
geatur, fieri nec poteſt; prout de nonnullo-
rum communi ſententia teſtatur Couarr.

d.§.4.num.7.& idem Boer.d.deciſ.125.nu.4. reprehendentes opinionem Bald. & inquit Boer. quod ſi ſola publica vtilitas ſufficeret, ſequeretur, quod omnes ſubditi poſſēt
6 compelli hoc † falſum eſt, ex prædictis, niſi eſſet tanta Ærarij, & Reipublicæ inopia, & cum ſumma Reipublicæ vtilitate, & bono coniunctum foret, vt licere tale ſtatutum facere, & prohibere, vt ita diſtinguit Bal.in conſ.410. lib.5. & conſ 11. inter conſ. Ancharan, per totum, ſequitur Iacobin. in d. verſ.& cum molendinis, Grauett. de antiq. tempor. par.4.& 5. circa num.1.4.& 6. & ſi
7 Iaſon dicat: ſi quis † inueſtitus fuerit cum molendinis, quod poſſint cogere ſubditos ad eius molendinum, tamen Grauett.de antiquit.tempor. par.4.§.circa præmiſſa nu.1, Iaſ. rectè reprehendit, & dicit, per talem conceſſionem aliud ius non venire, quam quod Dominus concedens, habeat ibi molendinum, ſiue molēdina, & Ego addo, quod
8 † ſi conceſſio facta à ſupremo Principe ſuperiorem nō recognoſcentem, non eſt cum iure prohibendi, quod talis conceſſio nihil operatur, nec valeret, etiam ſi eſſet, quando etiam ſi eſſet ex contractu à non recognoſcente ſuperiorem, quia contra libertatem, cōtra quam nec longiſſima præſcriptio recipi poteſt, l.fin.C de long temp.præſcript. & cum Princeps Regnum recipit liberum, eam libertatem abdicare inuitis populis nō poteſt, text.in l.legatus, ff.de offic. Præſid. per quem text. dixit glo.& poſt eam Bart. quod cum Imperator imperium à populo receperit, vt in l.2. §.deinde, ff de orig. iur. §.ſed, & quod Principi, inſtit.de iur. natur.
9 vbi gloſ. ex alijs, & † poteſtatem à ſe abdicare inicio, & non conſentiente populo, idē in Rege priuare Regnum, & ſubditos, vt in terminis maris fluminum, & ſimilium, habetur d.l.legatus, & ſi aliter fuerit ſucceſſoribus in Regno non præiudicatur, ſecundum Iacob.Butricar. in præfato cap. verſ.Auguſtus fol.13.num.3.& ex text.in l.iure noſtro ff.de teſtament.tut.& in l.quamuis, ff.de eo-
10 rum, qui ſub tutor.vel curat.ſunt & † Rex non poteſt facere iuriſdictionem Regni in vniuerſo deteriorare, nec Regnum ſubire ſeruituti, vt ex alijs firmat Igneus in d.l.donationes, C.de donat. num.35.& ſic non poteſt priuare ſubditos fabricandi molendina, furnos piſcandi, nauigandi, & alia faciendi in fluminibus, alijſq; locis publicis omnibus, & tanto minus in bonis proprijs particularium etiam prohiberi, nec à Rege poſſunt per prædicta.

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XCIII.

THEMA.

Si Domini ſuperiorē recognoſcentes habent molendinum in flumine, vel loco, aut furnum, alius contra quem non eſt præſcriptū, procedēte prohibitione, & tempore præſcriptibili aliud molendinum, vel furnum ibidem conſtruere, & quicquid fabricare in ſuo poteſt, communis, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *Molam, vel furnum ædificare quilibet in ſuo loco poteſt, nec valet prohibitio, num 5.*

2 *Seruitus non acquiritur ſolo tempore vbi res, vel perſonæ ſunt liberè, niſi ſeruitus acquiſita fuerit, ex cauſa publicæ vtilitatis, num.7.*

3 *Seruitus qua quis probibetur vti iure ſuo, in quibus caſibus inducitur.*

4 *Ius prohibendi, ſi quæſitum fuit reſpectu certæ perſonæ non præiudicat alijs.*

6 *Prohibitus ire ad molēdinum, vel furnum conſtruere, & ſi prohibetur ad tempus legitimum acquieuerit, ſibi præiudicat.*

8 *Tempus immemorabile an ſufficiat in præſcriptione earum rerum, quæ merè facultatis ſunt, ſi non conſtat de prohibitione.*

9 *Prohibitioni vnicæ acquieuiſſe, an ſufficiat ad inducendam præſcriptionem.*

10 *Barones in hoc Regno non poſſunt prohibere nè vaſſallis ad alium furnum, vel molendinum eant, nec quod non faciat tabernam.*

HAnc Dilucidationem & ſi ex pluribus communibus Doctorū ſententijs determinatum hoc ſit, in præcedentibus Dilucidationibus; hoc dico, quod in † loco ſuo cuilibet molam, furnum, & quicquid vult ædificare licet, etiam non obſtante prohibitione, vt dicunt Innocent. & Hoſtienſ. in cap. ſignificaſti, de appellat. per l. Altius, C. de ſeru. l.fin. ff.eodem titulo, & l.fin.§.penult. ff. quod vi, aut clam, Afflict. in deciſ. 388. num.1.

nu.1.& proinde antiquata poſſeſſione non obſtante molendini, vel furni, contra quem non eſt facta præſcriptio præcedente prohibitione temporis ad præſcribendum aliud molẽdinum in eodem flumine, vel loco, aut furnum illum conſtruere poteſt, vel ex priuilegio, vel ex conſuetudine habet hoc ius prohibẽdi, nè alius ædificet in ſuo Hoſtienſ. ſecundum Io. Andr. in furnis, & molendinis
2 loquens, vbi inquit, † quod ſi res, vel perſonæ ſunt liberę, talis ſeruitus non acquiritur ſolo tempore quo ad hoc vt alius prohiberi poſſit, quia non obſtãte quacumque prohibitione poſſet in ea ædificare, vt in iuribus pręallegatis, & licet is, qui aſſerit ex longo tempore competere prohiberi poſſit vti ſuo, l. ſi quis diutino, ff. ſi ſeruit. vend. d. l. in ſumma, §. idem Labeo ff. de aqua pluuia arcenda, l. hoc iure, §. ductus, ff. de aqua
3 quotid. & æſtiu. niſi probet † hanc ſeruitutem ſibi deberi, vel ex pacto cum prædeceſſoribus habito, vel quia fuit alias prohibitus, & occaſione iuris eiuſdem acquieuit, & poſtea completa fuit præſcriptio, & ſub-
4 dit, licet † quæſitum ſit prohibendi contra vnam perſonam hoc non præiudicat alijs, argum. cap. auditis, de præſcript. & cap. dilectus, de offic. ordin. in fine, & l. loci corpus, §. competit, ff. ſi ſeruit. vendic. niſi ſeruitus eſſet indiuiſibilis, tunc non poſſet pro parte acquiri, & pro parte non, licet quandoque ad certam partem fundi reſtringatur, l. 5. §. 1. & l. ſeq. ff. de ſeruit. Affl. d. deciſ. 388.
5 num. 2. vnde † non obſtante antiqua poſſeſſione abſq; pręſcriptione ſine prohibitione temporis requiſiti ad præſcribendum aliud molendinum in eodem flumine, vel furnum in eodem loco conſtruere poteſt, & fabricare in ſuo, quod vult per prædicta iura vtraque, & allegata etiam in præcedenti Dilucidatione, hanc communem eſſe Doctorũ ſententiam firmat Iacobin. in d. verſ. & cum molendin. nu. 4. Bal. in d. tract. de præſcript. par. 4. partis quintæ principalis num. 2. Cæpoll. de ſeruit. vrb. præd. cap. 5. q. 2. num. 2. vbi etiam de communi teſtatur Iaſ. in d. l. quominus nu. 154 Scheneid. de feud. par. 2. num 43. & ſeq. 47. & 48. Borcolt. d. cap quę ſint regal. num. 38 Couarr d. cap. poſſeſſor par. 2. § 4 nu. 6. Boer. deciſ. 125. nu. 5. Affli. d. deciſ. 388. num. 4. & ſeq. in fin. ita deciſum Roland. à Valle conſ. 22. num. 20. lib. 2. Albert. Brun. conſ. 56. nu. 1. Grauett. conſ. 111. num. 22. Vueſembec. conſ. 67. num. 17. niſi
6 † molendinum, aut furnum conſtruere volens, aut alio ad molendum, ſeu ad coquendum ire à Domino prohibetur, & prohibitioni ad tempus legitimum acquieuerit, vt prædiximus, & Iacobin. in d. loco num. 5. Bald. d. quæſt. num. 3. per gloſ. & DD. in d. l. qui cum omnibus, ff. de ſeruit. vrban. præd. Bal. in d. l. 1. nu. 1. C. de ſeruit. & aqua fluuia arcenda, Iaſ. in d. l. quominus num. 155. de flumin. Cæpoll. Ripa, Grauett. Boer. & Borcolt. dictis locis, Roland. à Valle d. conſ. 22. num. 25. vbi de communi teſtatur, & prædicti alij in allegatis locis, & in præcedenti Dilucidatione, Guid. Pap. d. quæſt. 298 dicit,
7 quod nõ habet contradictorem, ſed † limita niſi ſeruitus acquiſita fuerit ex cauſa publicæ vtilitatis, vt per Iaſ in d. l. quominus num 32. Scheneid. de feud. par. 2. num. 49. & ſi interuenit prohibitio, & patientia prohibitur per tẽpus perſcriptibile, vt diximus; quamuis Couar. in d. cap. poſſeſſor §. 4. nu. 6.
8 dicat ſe putare † ſufficere tempus immemorabile, etiam ſi non conſtaret de prohibitione ita antiqua, & immemorabili, ſed ſatis eſſet cõſtare de tanto vſu, & aliqui dicunt, ſi per triginta, vel quadraginta, aut quinquaginta annos litem mota fuiſſe antecedẽtibus tamen Doctores allegatos, quod talis præſcriptio currere incipiat à tempore prohibitionis, & Couar. opinio poſſet pręſ-
9 ſumptiuè procedere, & olim ſimiles † prohibitiones, aut talem titulum interueniſſe, quo ad poſſeſſorium vnicæ prohibitioni acquieuiſſe ſufficere. & ex prædictis patet, & dicit Roſental. de feud. cap. 5. conclus. 25. in gloſ. litera F. & ſtantibus tantorum Doctorum opinionibus dictantibus, contra quem pręſcribitur requiri patientiam per tempus ad præſcribendum ſufficientem à tempore impedimẽti, & eo quod ex temporis curſu immemorabili titulus non præſumitur, nec prohibitione interueniſſe, vt ipſemet Couarr. in d. §. 4. num. 6. dicit hanc receptam ſententiam eſſe, ex ſuperius adductis, & cumulatis per Borcolt. d. cap. quæ ſint regal. nu. 37.
10 & Roſental. d. loco. ſed † in hoc Regno eſt Pragmatica Inuictiſſ. Caroli V. fœliciſſimæ memoriæ Imperatoris, & huius Regni Regis de anno 1536. in tit. de Baron. 4. qua mandatur, quod Barones, & Domini vaſſallorum non poſſint prohibere, nè ad alium furnum ad coquendum panem, vel ad aliũ molendinum ad molendum quam in Baronalibus, nec quod ſcilicet faciant tabernas, nec hoſpites recipiat, donec tabernæ Domini ſint plenę, quę omnia ſunt contra ſubditorũ noſtrorum libertatẽ, in qua illos diuina, & humana natura conſeruare mandat, ſed poſſint omnia ad libitum facere, niſi Barones habeant cum iure prohibẽdi, vt ex dicta pragmatica, vel conſuetudine præſcripta

PARTIS VNDECIMÆ.

Dilucidatio XCIV.

THEMA.

In loco ſuo molam quis ædificare poteſt, etiam ſi in eodem flumine alius molam habeat, & aqua decedat, & etiam in flumine publico, ſi aqua ſufficiat vtrique, ſin autem prior, qui etiam tempore ſiccitatis aquam recolligere poteſt. communis.

SVMMARIVM.

1 *Molendinum licet in flumine ædificare, quamuis alius in eodem flumine molam habeat.*

2 *Longiſſimo tẽpore etiam ſi alius ſolus molendinum habuerit.*

3 *Vicino etiam cum detrimento licet in meo, quod mihi prodeſt facere.*

4 *Molendinum ædificans, non præſumitur præſumitur id eo animo facere, vt vicino noceat.*

5 *Vicinus quãdo poſſit prohibere vicino, nè molendinum ædificet.*

6 *Aquam tempore ſiccitatis quis nam potius reſtagnare, & illam recolligere poſſit.*

1 QVisquis † molendinum, furnum, & quidquid vult in ſuo ędificare poteſt, & ab his, qui alia molẽdina, & furna poſſiderunt in eodem flumine, & loco nõ prohiberi, etiam ſi lucrum ſit deceſſurum, quia fortè vicini potius ad molam nouam ſint ad molendum acceſſuri, cum hoc in cunſideratione non venit. dicunt Bart in d.l.quominus nu.9. Iaſ.num.27.& ſeq. ff.de flumin. Afflict.in deciſ.188.num.12.Cæpoll. de ſeruit.ruſt.præd.cap.4.de ſeruit.& aquæduct. num.50. & ſeq. Io. Scheneid. de feud. par.2.num.51.Grauett.de antiquit.tempor. par.4. ʃ.circa præmiſſa num.13. & ſeq. Signorol.de Onded. inter conſ.Bald.conſ.71. caſus talis eſt num.2.& ſeq.lib.1.Alex.conſ. 194.nu.11.lib.2.Vueſembec.conſ.67.nu.20. par.2.ac ſentiunt omnes in præcedenti Di-
2 lucidatio allegati, quod † quis non prohibeatur nouum molendinum fabricare, etiã ſi alius ſolus longiſſimo tempore aliud molendinum habuerit, firmat Roſent. d.cap 5. concluſ.25. num.3.& in concluſ.29. num.1. & in gloſ.lit.A, vbi in text.nu.2. diſtinguendo dicit, aut volo facere in meo loco priuato; & poſſum etiam ſi ſibi aqua decedat, cũ
3 detrimẽto † vicini facere, ꝙ mihi prodeſt, niſi id principaliter faciam, vt alij noceat, & mihi non proſit, quod non præſumitur, ita tradit Bar. in d.l.quominus nu.22.& paſſim Iaſ.num.21. Iſern.in cap.1.num.5.quæ ſint regal.vbi Afflict.in verſ.flumina num.3.vbi dicit in hoc Doctores omnes reſidere in l. ſi manifeſto, C.de ſeruit. per d.l.fluminum, ʃ.fin. & l Proculus, ff.de damno infecto,& ibi DD. & l.ſi in meo fundo, ff.de aqua plu.
4 arcend. & quod præſumatur animo nocendi facere, tradit Iaſ. in d.l.quominus nu.33. & 34. poſt Bald. in d.l.item ſi lapilli, ff. de rer.diuiſ. Alex.d.conſ 194.nu.4.lib.2. Scheneid. par.2. num.51. aut volo ædificare in flumine publico, & ſi licitè, & aqua vtrique
5 ſufficeret, poſſum † ſi vero aqua vtrique non ſufficiat, & prior licitè ſuum cõſtruxit, molendinum poſſe prohibere, nè auferatur illi lucrum, ſed ſi illicitè ædificaſſet, nõ poſſet me prohibere, Iſern. & Afflict. in locis citatis, Bart. in d.l.quominus q.5. num.10. Iaſ.ibid.num.35. Alex.conſ.22.conſideratis verbis num.9. lib.4. & ſi ſuperius molendinum ſit prius ædificatum, non poſſe in flumine ipſo ſuperius poſtea aliud extrui, vt aquam auferat, dicit Bal. in l.vniç.num.58. C.de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, & hanc eſſe communem aſſerit Præpoſ.in ʃ.ſi quis de manſo nu.16. ſi de inueſt. controu. fuer. per l. in concedendo, & ibi not. ff.de aqua pluuia arcenda, Afflict. d. deciſ. 388. num.11. Scheneid.par.2.num.50. & ex alijs communem affert Roſental. d. cap.5. concluſ.29.in text.num.5.& in gloſ.litera C. ſed
6 † ſi duo licitè poſſideant, & tempore ſiccitatis, qui poteſt reſtagnare, & recolligere aquam, ſi adſunt pacta ipſa ſeruentur, ſi nõ, aut conſtat, qui prius conſtruxerit, & ille prius reſtagnare poteſt, & colligere aquam etiam altero inuito, aut non conſtat, & poterit ſuperior aquam detinere, ſi prior occupat, niſi id ſolum faciat, vt alteri noceat; ſic colligitur ex Bart. in d.l. quominus nu. 25. & Iaſ.num.9.& ſeq. de flumin.& ex his, quæ tradit Ferrarienſ.in forma libell. confeſſ.actio. verſ.ſeruitus aquæductus nu.9. & Scheneid.d.par.2.nu.52. Roſent.d.concl.29. in text.num.6.& in gloſ.lit.D.

PARTIS

PARTIS VNDECIMAE.

Dilucidatio XCV.

THEMA.

Regale ſupremum dominium reſidet in Rege, & ſupremo Domino, & ſubditi non ſunt in dominio Regis, ſed ſolum ratione iuriſdictionis, & protectionis, & ſuprema poteſtas, & alia regalia ſunt à ſupremo Domino inſeparabilia, & quæ poſſunt, & quomodo alienare.

SVMMARIVM.

1 *REgale ſupremum dominium reſidet in Rege, in initio erectionis habitũ.*
2 *Subditi non ſunt in dominio Regis ſicut ſerui, ſed ratione iuriſdictionis, & imperij, quæ habet in ſubditos.*
3 *Ius ſupremæ poteſtatis inſeparabile eſt à Corona Regis, & ex quauis ampliſſima conceſſione non tranſit in ceſſionarium.*
4 *Sceptrum, corona, diadema, & ſolium ſunt à Rege inſeparabilia, de quibus ſolus Rex vtitur.*
5 *Imperator, Rex, & alius ſupremus Dominus, quæ poteſt concedere cum moderatione, & rem magnam non alienat.*
6 *Regalia à Principe non alienantur in præiudicium ſucceſſoris.*
7 *Res parua Regni, & ſtatus alienari poſſunt, & cum clauſula ex certa ſcientia.*
8 *Rex, & Populus poſſunt diſtrahere de Regno.*
9 *Iuriſdictio non diuiditur, ſed exercitium.*
10 *Rex debet habere coronam auream, quia præcellit alios.*

1 IN Rege reſidet † regale ſupremum dominium in eſſe deductum à Populo in initio erectionis Regni, ſubmittendo ſe homini cum territorio vni perſonæ, Bal.conſ. 159 lib.3. & ex lib.1.Reg. cap.8. ibi: (Rex erit ſuper nos, & erimus nos quoque ſicut omnes gentes, & iudicabit nos Rex noſter.) dominiũ dicitur à Domino, quod eſt *ſigno-*
2 *reggiare*. non quod perſonæ † ſubditorum ſint in dominio Regis, ſicut ſeruus priuati; patet, quia dixerunt erit ſuper nos, & iudicabit nos; ſed dicitur Rex Dominus perſonarum ſubditorum ſuorum ratione iuriſdictionis, & imperij, quæ habet in ſubditos ſuos. Sic declarauit Rex Robertus in cap. Regni Ad regale faſtigium in princ. ibi. (Ad regale faſtigium Diuina Prouidentia prouecti Populum noſtræ ditioni ſubiectum libenter in iuſtitia regimus, & cum caritatis affectu, ſub noſtræ protectionis bracchiũ præſidaliter conſeruamus.) & ibidem circa medium legitur: (& ad protectionem, manutentionem, & defenſionem omnium noſtrorum ſubditorum Regni præfati libenter erigatur præheminens noſtræ bracchiũ poteſtatis) & ſic eſt verè ius ſuperioritatis, ſeù iuriſdictio, quam ſic appellat Imperator in cap.1. ſupra de allodijs, ibi: (qui allodium ſuum vendit, diſtrictum, & iuriſdictionem Imperatoris vendere non præſu-
3 mat. Hoc enim † ius ſupremæ poteſtatis regalis inſeparabile eſt à Rege, & in quantum vis ampliſſima cõceſſione ſupremum ius reſeruatum cenſetur, & non tranſire in conceſſionarium, vt alias diximus, & per Alberic. de Roſat. in l. Imperium, ibiq; Iacobin. num. 14. ff. de iuriſd. omn. Iudic. Peregrin. de iure fiſci lib. 1. tit. 3. num. 75. Regnin. in tract. de regal. lib. 1. cap. 5. nec ſi fuerit appoſita clauſula (nihil nobis reſeruãtes) Afflict. deciſ. 122. num. 3. Roſental. cap. 5. concluſ. 10. Regnin. d. loco nu. 53. niſi iuriſdictio ſuprema in feudum concedatur, firmat Couarr. pract. qq. cap. 4. nu. 1. cap. dudum, § hoc igitur, de præben. in 6. Perier. de manu regia tom. 2 lib. 2. tit. 1. § 16. c. 37. n. 3. fol. 12. verſ.
4 hinc conſtituenda eſt, & † regalia, alia, quæ inſeparabilia à corona Regis, ſunt, ſceptrũ, corona, diadema, & ſolium, & quædam alia sũt ſeparabilia, quę alijs cõceduntur; ſed de primis ſolus Rex vtitur, vt de Pharagone Rege Ægypti, qui Ioſeph tradidit: anulum, torquem, ſtolam, & currum Regis, non autem ſceptrũ, diademam, & ſolium. Geneſ. cap. 40. & 71. & idem in Aman Rege, qui concedendo regalia, non conceſſit ſceptrũ,
5 dicit Nicol de Lira in Eſter cap. 6. & † Imperator, Rex, & quilibet ſupremus Princeps regalia ſi in feudum concedere poteſt. hoc intellige cum moderamine, quod non vergat in Imperij, aut ſtatus ſui grauamen, & læſionem, nec rem aliquam magnam ad deformationem ſui Principatus, & ſtatus infeudare, aut concedere poteſt, dicunt Canoniſtæ in cap. grandi, de ſuppl. neglig. Prælat. & communiter in cap. intellectu, vbi eſt ſedes ordinaria, de iure iur. teſte Abb. Paror. ibidem, & Claud. Seyſell. in rubr. qui feud. dar. poſſ. ibique Laudenſ. nu 31. Petr. Rauen.

& Bald.in prælud.feud.nu.32.Iaſ.in prçlud.
feud.num.72.& ſeq.Præpoſ.ibid.num.23.&
24. Afflict.in cap.1. §.præterea Ducatus,de
prohib.feud.alien.per Federic. nu.41.& in
cap.quæ ſint regal. nu.61.in 3.notab.ibique
Iſern.nu.31.Roland.à Valle conſ.1.nu.102
& multis ſeqq. lib.1.Cacher.dec 139.nu.21.
Felyn. in cap.ad audientiam latè de præſcr.
Iacobin.in verſ.in feudum nu.2. Ziſ.par.5.
num.15.16.& 25. Pruckman.de regal. §.ſo-
luta poteſtate cap.4.memb.2.effect.7.nu.53
Peregr.de iure fiſci lib.1.tit 3. nu.71.& 74.
Hening.Goed.conſ.2.nu.5.Calcan.conſ.102.
num.1.& 2. Barth.Socc. conſ.7. nu.6. lib.3.
6 vbi videtur inclinare, quod † nulla regalia
à Principe alienari poſſunt, etiam parua, &
ſic diſtinctio hic adducta non admittitur in
id,quod Iaſ.& Roland.à Valle d.conſ 1.nu.
97.& ſeq. ac alij nonnulli videntur vrgere,
præſertim in præiudicium ſucceſſoris,& in
eo ſubſiſtit, Afflict. d.cap.num.17.quæ ſint
regal. & alius per l. omnes fundi, de fund.
patrim.lib.11.vbi id Luc.de Penna tenet,&
ſic Pruckman.d.loco, ac in rubr.d.cap.quæ
ſint regal.cap 4. quod ad magnam diminu-
tionem Imperij, ſiue ſtatus in præiudicium
ſucceſſoris nequeat concedere,ſed Boſſ. tit.
de regal.num.32. dicit, diſtinctionem huius
concluſionis etiam in regalibus ſeruandam
7 eſſe , ſed ipſi ferè omnes declarant, † niſi
ſint parua, & adſit clauſula ex certa ſcien-
tia, quod ſic poſſit ſub diſtinctione hic tra-
dita,receptior eſt opinio,Bar.in l.prohiberi
§.planè nu.5.ff.quod vi,aut clam, allegans
cap. Abbate ſanè, de re iudic. lib.6. Alciat.
conſ.1.nu.14.& 16.lib 7. Cæphal.conſ.154.
nu.10.11.&12.Nicol.Mozz.de his,qui feud.
dar.poſſ. nu.14. Capyc. deciſ.121 nu.1.& 5.
Decian. conſ.2.num.168.col.1. quos allegat
Roſental. de feud. cap.5.concl.15.lib.6. ſed
8 Rex , † & Populus diſtrahere poſſunt de
corona,ex reg.text.in l.nihil tam naturale,
ff.de reg.iur. & ſic poſſunt diſtrahere Rex,
Populus , maximè quando vaſſalli nolunt
eſſe de demanio, l.quæ de tota, ff.de re iud.
9 † ſed non diuiditur iuriſdictio in eſſentia cũ
ſit intellectualis,& incorporea,ſecundum
Bald. in d. §. præterea Ducatus,ſed diuidi-
tur ſubiectum ipſius,& ſuper ſingulis ſubie-
ctis multiplicatur iuriſdictio, arg.cap.maio-
ribus, extra de præbend. & in 2.lib. regal.
cap.2.ſicut Regnum Iſdraeliticum diuiſum
in Dauid, in Iuda,& reliquam In Saul,& in
Comitatu Flandriæ,& Artois,qui prius ſub
Corona Regni Galliæ erant, vt in cap.inter
Carolũ V. Imperatorẽ , & Franciſcũ Regẽ
Francorũ fuerũt exẽpti à ſupremo illo iure
Galliçæ Coronæ, & dictũ, ꝙ capitula com-
probarentur per generalem Parlamentum
Gallorum, vt teſtatur Guicciard. in ſua hi-
ſtoria lib.16. ſciebat enim Imperator ille
prudentiſſimus ſolum Regem Francorum
id facere nõ potuiſſe abſque generalis Par-
lamenti conſenſu,& Rex, qui ſupremam
poteſtatem habet ſuper omnes ſubditos,de-
10 bet habere † coronam aureã, ex quo præ-
cellit alios , ſicut aurum alia metalla præ-
cellit, Caſſan.in cathal.gloriæ mundi par.5.
concluſ.22. & ſi Princeps,Duces, Marchio-
nes,& Comites ſubditi Regum vtuntur co-
ronis cum radijs ad inſtar coronę Regum
non bene agunt,& Reges permittere non
debẽt;nam ſupremi antiqui Dominãtes,Re-
gibus ſubditis diadematis vti non permitte-
bant,vt in cap.8. Machab. lib.1. & dicti in-
feriores Principes vti debent ſimplici cin-
gulo etiam per conuenientiam , quia ſunt
ſubditi vti antiquitus vtebantur , vt eſt
videre in cultra Ducis Milani in Eccleſia
Sanctiſſimę Annunciatæ huius Neapolita-
næ Ciuitatis, & radios ad inſtar Regum
in eorũ coronis Principes inferiores vſur-
paſſe videtur.

THEATRI

THEATRI FEVDALIS

PARS DVODECIMA.

DE HONORIBVS, ET ONERIBVS VTILIS DOMINI PRO FEVDIS.

DILVCIDATIO PRIMA.

THEMA.

Ruſticus ſi feudum nobile cum vaſſallis obtinet à Rege, vel ab alio cum Regio Aſſenſu efficitur nobilis, dum tale feudum poſſidet.

SVMMARIVM.

1 *Ruſticus feudum nobile obtinens, non efficitur nobilis.*
2 *Ruſticus, aut ignobilis ab Imperatore. vel à Rege, vel ab alio feudum nobile obtinet nobilitatur.*
3 *Nobilitas pretio comparari non poteſt.*
4 *Ruſticus, & ignobilis poſſunt emere feuda nobilia, dignitates, & iuriſdictiones, & titulis decorantur, vt in dies videtur.*
5 *Ruſtici, & ignobiles poſſunt infeudare, ſi bonorum adminiſtrationem habent.*
6 *Ruſticus, & vilis Dominus quantumcumque habet iuriſdictionem ſuper rebus feudalibus.*
7 *Nobilis vendens feudum ruſtico, Dominus nõ tenetur inueſtire, ſed contrarium ſeruatur.*
8 *Ruſticus emens feudum, & dignitatem à Rege, vel cum Regio Aſſenſu efficitur nobilis, & dignitatem conſequitur, donec feudum poſſederit.*

1 ET ſi † ruſticus feudum nobile obtinet, ſiue emit, non erit nobilis, per text. ibi in emente domum Decurionis in l.2. C.de præd.& alijs reb.nauic.lib.xj.& dicit Fritia de ſubſeud. lib.2.in d.cap. quis dic. ſub-
2 feud.nu.12.hoc ſubſtineri poteſt, † niſi Imperator, vel Rex, aut alius, qui concedendi nobilitatem, facultatem habet aliquod feudum regale, vel alia nobilia aliquo ruſtico, vel ignobili, quem ſcit ipſe eſſe talem, illi eo ipſo nobilitatem concedere videtur, arg. not.in l.quidam conſulebant, ff.de re iudic. quod ſi alius cui id ius non ſit, ea feuda conceſſerit niſi à Rege, vel ab habente facultatem nobilitandi, talis conceſſio confirmata non ſit; alioquin nullus erit ruſticus, aut ignobilis locuplex, qui non à quocumque feudo nobili habẽte nobilitatem ſibi acquireret, feudum tale emendo, multo pluris quam valeret, ſi iuſto pretio habere non
3 poſſet, tamen & ſi † nobilitas pretio comparari non poſſit. vt dicit Euripid. apud Stobeum ſer.85. Hæc ſola pecunijs compa-

rari

rari non poteſt. Sed videmus ſeruari con-
4 trarium, nam ruſticus, † & ignobilis poteſt
emere ſeuda nobilia, dignitates, & iuriſdi-
ctiones, & varijs titulis Principatus, Duca-
tus, Marchionatus, Comitatus, & Baroniæ
decorantur; vt in dies videtur, & hoc fieri
in Gallia, dicit Bald. in cap. 1. ꝟ. ex eadem
lege, cap. 1. verſ. & eſt notatu, per eum text.
de lege Corrad. quem ſequitur ibi Iacob.
Aluarot. col. 2. verſ. nota ab extra, Cardin.
Alexandr. ibidem nu. 2. verſ. eſt notandum,
Panorm. conſ. 3. Nitar in præſenti, in 22. q.
lib. 2. Tiraquell. de nobilit. cap. 7. num. 14.
5 immò, & † ruſtici, ſiue ignobiles poſſunt in-
ſeudare, dummodo habeant liberam bono-
rum adminiſtrationem, idem Bald. poſt Ia-
cob. de Rauenn. dicit in cap. 1. ꝟ. Marchio
col. vlt. verſ. ſed hodie, de his, qui ſeud. dare
poſſ. per text. in cap. 1. ꝟ. noui, per quos fiat
inueſtit. ſequitur Iacob. Aluarot. & Cardin.
Alexandr. in d. ꝟ. Marchio, quem legunt cũ
principio dicti tituli, vterque col. 2. verſ. no-
ta, quod ſecundum iſta iura, & Iacobin. de
Sancto Georg. in ſuo tract. de ſeud. verſ. in
ſeudum col. 4. in 8. deciſio. ſeudorum, verſ.
dicit enim, & Innoc. in cap. verum, de ſoro
compet. ſtatim poſt princip. dixit, quilibet
6 † Dominus quantumcumque vilis, & ruſti-
cus habet iuriſdictionem ſuper rebus ſeu-
dalibus, & diximus ſupra in Parte 4. Dilu-
cidatione 19. & ſi Pet. Iacob. in tit. de actio.
in rem pro re ſeudali, col. 2. verſ. actionem
7 Dominus, quod ſi † nobilis vendit feudum
ruſtico, non tenetur Dominus inueſtire il-
lum, & ſequitur Guid. Pap. deciſ. 415. ego
emi col. 2. vbi tamen dicit aliud ſeruari in
Delphinatu, vt etiam ſeruatur in Gallia, Ti-
raquell. vbi ſupra num. 16. ſimiliter contra-
rium ſeruatur in hoc Neapolitano Regno
vbi ruſtici ignobiles ſeuda emunt, & à Re-
ge aſſentitur, immo dignitates iam dictæ ſi-
milibus perſonis cõferuntur, vt eſt notum,
8 & ſic etiam † ruſticus, & ignobilis de ſeudo
nobili cum vaſſallis, & ſi cum dignitate à
Rege, vel ab alio cum Regio Aſſenſu inue-
ſtitus, efficitur nobilis, & nobilitas, & digni-
tas conceſſa cenſetur, quæ in eo perdurant,
quantum tale ſeudum in eo permanet, vt
ſupra dictum eſt.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio II.

THEMA.

Vaſſallus feudatarius tenetur Regi
ad ſex, quæ in ſuæ fidelitatis iu-
ramento continentur videlicet
incolume, tutum, honeſtum, vti-
le, facile, & poſſibile, quæ obſer-
uare debet.

SVMMARIVM.

1 *IVramentum fidelitatis vaſſalli ſex continet.*
2 *Vaſſallus tenetur ad ea, quæ ſunt de forma fidelitatis.*
3 *Incolume, nè ſit in damnum Domino ſuo, nec per ſe, nec per alium.*
4 *Tutum nè ſit in damno in ſecreto ſuo, vel de monitionibus.*
5 *Honeſtum quod non ſit in damnum de iuſtitia, vel de alijs cauſis.*
6 *Vtile, quia vaſſallus debet eſſe vtilis, & nõ in damno de bonis Domini.*
7 *Vaſſallus debet indicare quemcumq; maleſactorem Domini cõtra regulam, quod nullus maleſactorem indicet.*
8 *Facile, nè bonum faciat difficile.*
9 *Poſſibile, non faciat impoſſibile.*
10 *Vaſſallus tenetur pro Domino facere bonum.*

1 IN iuramento † fidelitatis per vaſſallum
Domino præſtando prædicta ſex conti-
nentur, quæ Domino ſuo vaſſallus prȩſtare,
& obſeruare tenetur, & debet, ideſt incolu-
me, tutum, honeſtum, vtile, facile, & poſſi-
bile, vt in cap. 1. de form. fidelit. & in cap. 1.
2 de noua † form. fidel. & in cap. de forma 22.
q. 5. & quod ſit obligatus ad ea, quæ ſunt de
forma fidelitatis, dicit Alex. conſ. 79. col. 1.
lib. 1. Afflict. deciſ. 265. num. 39.
3 Incolume, † nè ſit in damno Domino
ſuo de corpore ſuo, nec per alium, immo
curare, & facere poſuum poſſibile, vt diu,
eum, filium ſuum, aut fratrem non offendat,
vt hoc oſtenditur per Iſer. in cap. 1. de form.
fidelit. nec accuſet Dominum niſi ſuam,
vel ſuorum proſequatur iniuriam. Item
quod teſtimonium in cauſa criminali cõtra
Dominum non dicat, vel quod non ſit in
conſilio, vel in facto, vt Dominus vitam,
vel membrum amittat, vel in perſonam re-
cipiat læſionem iniuriam, vel contumeliam,
vel honorem amittat, quem habet, dicit tex.
in d. cap. 1. de noua form. fidelit & Afflict. in
d. deciſ. 40. & 41.
4 Tutum, † expnitur nè ſit ei in damno in
ſecreto ſuo, vel de monitionibus ſuìs per
quas poteſt eſſe tutus, dicit text. in d. cap.

de form

Digitized by Google

de form. fidelit., & quod non reuelabit ſecretum Domini, in damnum cum reuelare ſecreta hoſtibus, vel dando ſignũ, vel nuntium, aut literas mittat, crimen læſæ Maieſtatis committit, vt in l.1.2.& 3. ff.ad.l.Iul. Maieſt. ſecundum Iſern. vbi ſupra, & Affl. in d.deciſ.265.num.42.

5 Honeſtum, † quod non ſit in damnum de iuſtitia, vel de alijs cauſis, quæ ad honeſtatem eius pertinere videtur, vt in eodem cap.1. de form.fidelit. & eſt text.in cap qui Domino, quæ ſit prim.cauſ. benefic.amitt. & quod ſeruet honeſtatem circa vxorem, filiam, nurum, & nouercam Domini, & alias perſonas, de quibus in cap.1. ſ.item ſi fidelis, quib.mod.feud.amitt.

6 Vtile, † quia vaſſallus debet eſſe vtilis, & non in damno de poſſeſſionibus, & bonis Domini, vel in alijs negotijs: puta volebat Dominus facere matrimoniũ, vaſſallus non debet ſeminare zizanias, vt in negotiũ vtile Dominis non concludatur. vt ibidem per Iſern. vt quod non conſentiat, ſi aliquod malum paratur contra Dominum, immo obuiabit, & auxilium præſtabit, vt latius declarat Alexand. d.conſ.79.& ſciens aliquid contra Dominum, & eius bona machinari, tenetur Domino ſuo reuelare, vt notatur in cap.1. ſ.item ſi à morte, de alien.feud.patern. bene facit text.in l.vtrum, & ibi Bart. de parricid. & dicit Iſern.in d.cap.1.ſ.prçterea, quæ ſit prim, cauſ.benef.amit.& quod
7 † vaſſallus debet indicare quamcumque offenſionem Domini contra regulam, quæ dicit, quod nullus teneatur indicare malefactorem, vt habetur in l. inciuile, C. de furt. Afflict.d.deciſ.265.num.44.

8 Facilè, † nè id bonum, quod Dominus ſuus facere poterat, faciat ei difficile.

9 Poſſibile, † nè id, quod poſſibile erat, faciat impoſſibile, vt dicunt verba text. in
10 d.cap.1.de form.fidelit.& † vaſſallus non ſolum tenetur abſtinere à malo, ſed etiam tenetur pro Domino facere bonum, vt habetur in cap.1.de form.fidelit.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio III.

THEMA.

Vaſſallus vltra prædicta ſex tenetur ad multa alia Domino ſuo, de quibus infra.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſallus aduocare, vel procurare in aliqua lite contra Dominum non poteſt.*
2 *Iudicium certamen iudiciale eſt.*
3 *Vaſſallus tenetur moderatè adiuuare Dominum captum ab inimicis, vel faciente filium, vel patrem militem.*
4 *Vaſſallus debet caueri à proditione Domini, & contra fratrem Domini ſui.*
5 *Proditoriè occidi dicitur quando ſine diffidatione occiditur.*
6 *Proditor eſt, qui ſe fingit amicum, & facit vti inimicus.*
7 *Vaſſallus feudum ſine aſſanſu Domini nõ alienat, & alienans, reuocare poteſt.*
8 *Vaſſallus tenetur Domino ſuo iuſtitiam facere, & ſic Dominus vaſſallo.*
9 *Vaſſallus Dominum ſuum mouentem bellum iuſtum, vel contra ipſum illicitè motum tenetur adiuuare.*
10 *Vaſſallus tenetur adiuuare Regem in bello etiam extra territorium, quia vbi Rex ibi territorium.*
11 *Vaſſallus tenetur omni ſeruare honeſtatem, & pudicitiam contra vxorem, filiam, & nurum.*
12 *Vaſſallus debet ſe abſtinere ab omnì malo, & ab iniuria contra Dominum.*
13 *Vaſſallus eſt obligatus Domino ire pro ſeruitijs Curiæ ſumptibus Domini, non pro particularibus, & mercantijs, exceptis perangarijs.*
14 *Vaſſalli angarij, & perangarij ſi recedunt, tenentur redire in loco Domini ad habitandum.*
15 *Vaſſallus Terrę demanialis Regis ſi vadũt ad habitandum in Terra Baronis, Baro tenetur redere ſub pœna.*
16 *Vaſſallus tenetur Domino ſuo ſecretum conſilium non manifeſtare.*
17 *Secretum dicitur etiam, quod quinque homines ſciunt.*
18 *Vaſſallus poteſt ei imponere defenſam ex parte Regis, ſi Dominus ei facit violentiam, & agere criminaliter, & poteſt teſtificare contra Dominum,*
19 *Vaſſallus tenetur capere malefactorem, & dare Domino, alias dicitur infidelis.*
20 *Vaſſallus abſtinere debet, nè malè loquatur contra Dominum ſuum.*
21 *Regis factis non licet diſputare.*
22 *Vaſſalli Regij, & Baronum ſunt ſubiecti Regi, & tenentur adiuuare Regem etiã contra eorum Baronem.*
23 *Vaſſallus habens Caſtrũ dirutũ in Regno, reedificare nõ poteſt ſine Regis licentia.*

24 *Fiu-*

Digitized by Google

24 *Feudatarius à Domino requiſitus tenetur Dominum ſide:ubere alias de feudo, quod ab eo tenet, poteſt priuare.*

25 *Feudatarius tenetur bene tractare res feudales quas tenet à Domino, alias Dominus poteſt eum priuare.*

26 *Dominus male tractãs vaſſallos, poteſt eis priuari.*

27 *Dominus male tractans ſuum vaſſallum atrociter de carcere, ſuperior Dominus poteſt à ſua iuriſdictione eximere etiam ex officio.*

28 *Seruitia moderata exibere tenentur ſubditi Dominis ſuis.*

29 *Feudatarius tenetur Domino interpellãti eum, vt demonſtret bona feudalia, pro quibus ſeruitium præſtat.*

30 *Titulum ſuæ poſſeſſionis nemo tenetur oſtendere niſi in feudalibus.*

31 *Vaſſallus interrogatus à Domino, ſemper veritatem dicere debet.*

32 *Feudatarius volens ſuccedere feudo paterno, vel alio tenetur petere inueſtituram & iurare fidelitatem, alias cadit à iure ſuo.*

33 *Pœna amiſſionis iurium non petentis inueſtituram non ſeruantur in hoc Neapolitano Regno, ſed componuntur.*

34 *Feudatarius volens iuramentum fidelitatis à ſuis vaſſallis, tenetur expedire literas Regias aſſecurationis vaſſallorum.*

35 *Feudatarius tenetur Domino ſuo obedire, & ter citatus contumaciter faciendo priuari poteſt.*

36 *Vaſſalli non ſint delicati Domino ſuo, ſed eius deuoti quia potẽtioribus noſtris pares eſſe nõ poſſimus, & non faciant guerram in Regno.*

37 *Feudatarij in eorum territorio poſſunt arma prohibita aſportare.*

38 *Barones, & feudatarij Regni non debens impedire eorum vaſſallos volentes venire ad Curiam Regis.*

39 *Feudatarius tenetur filium ſuum contra Dominum delinquentem ad præſentiam Domini adducere.*

40 *Feudatarius tenetur honorificè recipere literas Domini ſui, & nõ paruipendere, alias feudo priuari poteſt.*

41 *Feudatarius in cauſa pertinente ad ſeculare forum, alium feudatarium ad forum ſeculare conuenire debet.*

42 *Eccleſiaſticam perſonam, qui trahit in vetito examine ſcienter punitur.*

43 *Feudatarius, & vtilis Dominus tenetur obſeruare omnia, quæ ſunt de natura feudi.*

44 *Inueſtitura vim contractus oſtendit.*

45 *Natura feudi eſt genus inueſtitura eſt ſpecies.*

46 *Feudatarius tenetur aſſociare Regẽ quando coronam aſſumere vult.*

47 *Feudatarius ope, & ſermone tenetur tractare Dominum, vt Dominum eumque in neceſſitate ſubuenire.*

48 *Feudatarius, ſiue vaſſallus tenetur pati repreſalias pro debito Domini ſui, & capi homines liberi, in quibus Dominus habet ius.*

49 *Domino negligente iuſtitiam facere ſubditis, bellum ei induci poteſt.*

50 *Feudatarius, ſiue vaſſallus tenetur Domino ſuo præſtare viam ſuper prædijs ſuis, ſi Domino expedit.*

51 *Feudatarij, & vaſſalli tenentur Domino Regi ſoluere tractas, antiquas gabellas, & omnia regalia conſueta.*

52 *Feudatarius, ſiue vaſſallus tenetur Domino Regi dare hoſpitia pro familia Regis.*

53 *Feudatarius, ſiue vaſſallus tenetur Domino ex delicto, vel ex cõtractu, vel quaſi dummodo conuincatur de culpa.*

54 *Feudi amiſſionis cauſa 80. enumerantur per Afflict. & per alios.*

55 *Feudatarius Dominum ſuum trãſeuntem per eius feudũ tenetur hoſpitare, & ipſi victualia pro pretio exibere.*

1 PRimo, † feudatarius, ſiue vaſſallus ad-
uocare, vel procurare in aliqua lite cõ-
tra Dominum ſuum non poteſt, quia tene-
tur ipſum defendere, & adiuuare in prælio
campeſtri, vt in text. cap. 1. in princ. quib.
mod. feud. amitt. ita tenetur adiuuare in præ-
2 lio iudiciali, cum † iudicium certamen iudi-
ciale dicatur, l. Aduocatos, C. de Aduocat.
diuer. Iudic cum ſimil. relatis per Iſern. in
d. cap. 1. & Afflict. in d. deciſ. 265. nu. 46.
3 Secundo, quando † ab inimicis eſt capta
perſona Domini, & pro faciente filio, vel
fratre milite, tenetur moderatè vaſſallus
eum fauere, vt in Conſtit. Regni Comitibus,
& in cap. Papæ Honorij, Afflict. in deciſ. 265.
num. 54. & ſeq.
4 Tertio, feudatarius, † ſiue vaſſallus de-
bet caueri à proditione non ſolum contra
Dominum, ſed contra fratrem Domini ſui,
vt in cap. 1. qui fratr. dom. ſui interfecerit, &
etiam à ſubditis partialibus Regis Bald. in
cap. 1. § opizon, de pace Conſtant. bene-
cit l. quiſquis, C. ad leg. Iul. Maieſt. & dici-
proditoriè occidere, quando ſine diffido-
ne occidit ſecundum Iſern. vbi ſupra, e
betur in cap. 1 de homicid. in 6. & in
conſ. 102. latè dixi, proditor quis dicatur,
id

quid ſit proditio, & quæ ſigna proditionis
6 ſint num.16.17.& 18. vt quando fingo me amicum,& trado te,vt inimicum,& ſic oſtēdo in animo,aliud in corde,vt per Bart.in extrauag.ad reprimendum,& latè Luc.de Penna in l fin.C.de delator.lib.10.& ex alijs Afflict,in d.deciſ.265 num.63.& ſeq.

7 Quarto, feudatarius † quando vult feudum alienare tenetur ſuper alienatione aſſenſum petere,alias videtur Dominum contemnere, eique iniuriam facere, & de iure feudorum debebat perdere feudum; ſed in Regno non amittit,quia ipſe alienans reuocat per Conſtit. Regni vt de ſucceſſionibus, & per Afflict.in d.deciſ.265.num.62.

8 Quinto, vaſſallus † tenetur Domino ſuo facere iuſtitiam, cap.1.§.item quod Domino ſuo,quæ ſit prim.cauſ.benefic.amitt. & in cap.1.de noua form.fidel.ſic etiam è contra Dominus tenetur vaſſallo ſuo facere iuſtitiam,& eum contra ius non grauare, nec quid iniuſtè vexare, vt in Conſtit. Præſenti, de homicid.& Afflict.in deciſ.265.num.76. & diximus ſupra in Dilucid. de debitis per Dominum vaſſallo.

6 Sexto, ſi Dominus † Rex mouet bellum iuſtum cōtra aliū,vel ſi mouetur ſibi bellum illicitè tenetur vaſſallus Dominum ſuū adiuuare, eique auxilium præbere, vt in cap.1. in princ. quib. mod. feud.amitt. eſſet enim vitium ingratitudinis, ſi vaſſallus non defendat Dominum, a quo beneficium habuit, vt in cap. de forma 22.q.fin. ſic etiam de iure communi reuocatur donatio propter ingratitudinem, l.1. & fin. C.de reuoc. donat.propter ingratitudinē, l.1 & fin. C.de reuoc.donat. & ſi eſt dubium an bellum ſit iniuſtum,ſtandum eſt quantum ad executionem vaſſalli præſtantis opem verbo Principis 23.q.1. cap quid culpatur,vt bene cōcludit Iſern.in d.cap.1.in princ. quib.mod. feud.amitt.& in cap.1.hic finitur lex Corradi, de quo per Doctores in l.ſicut, de iure iur. & cap.cū olim 1. de reſtit ſpoliat.& etiā
10 ſi contra Regem † bellum extra territoriū mouetur, vaſſallus tenetur iuuare, quia vbi Rex ibi territorium,vt per Iſern.& Bald.in d.cap.1.quib.mod.feud.amitt. Iacob.Butric. in l.cunctos populos, C. de ſumma Trinit. & fide cathol.Afflict.d.deciſ.265.nu.50.

11 Septimo,obligatus eſt † feudatarius, vel vaſſallus Domino ſuo ad ſeruandam honeſtatem circa pudicitiam vxoris, filiorum, nurus, neptem, ſororum,& matris,& etiam concubinæ Domini,vt probatur in §.item ſi fidelis, quib.mod.feud.amitt. vbi quæruntur plures quæſtiones ſuper hoc videlicet: quid ſi vaſſallus nō ſeruauit honorem vxoris Domini, quæ tranſiuit ad ſecunda vota; quid ſi vxor Domini eſſet inhoneſtiſſima,& quid ſi ignoranter concubuit cum vxore, vel filia Domini,de quibus per Iſern.ibi, & Afflict.d.deciſ 265.num.58.

12 Octauo,vaſſallus † tenetur abſtinere ſe ab iniuria, & ab omni malo contra Dominum ſuū, cap.1.§.ſimiliter, quib.mod feud. amitt. vnde debet abſtinere, non offendere Dominum ſuum in perſona, vel in bonis,& ſi læderet tam in perſona,vel in bonis faceret contra iuramentum fidelitatis, vt dicit Iacob.de Bellouiſ.in d.§.ſimiliter,& Iſern. ibi,& in cap.1.§.porrò, quæ ſit prim.cauſ. benefic.amitt.Afflict.d.deciſ.265.num.59.

13 Nono,vaſſallus † eſt obligatus Domino, quia tenetur quando opus eſt ire pro ſeruitijs Regiæ Curiæ, vbi vult Curia, non autem pro ſeruitijs priuatis, puta pro mercantia,vel alio priuato comodo,vt eſt tex. in Conſtit.Regni Sicut noſtra, & Bald. in l. fin.in princ. C.de bon.quæ liber.& per Regiam Pragmat.1.de ſalarijs eorum,qui mittuntur, eſt ſtabilitum ſalarium eis, qui pro Regijs,vel Baronalibus ſeruitijs mittuntur; etiam ſi cum eorum animalibus,& curribus
14 niſi eſſent † vaſſalli angarij, & perangarij, de quibus loquitur Conſtit. Regni Si contingit,& Conſtit. proſequentes, qui angarij, & perangarij vaſſalli ſi recedunt à feudo, poſſunt Domini compellere eos, vt reuertantur ad habitandum, argum. l.omnes, C. de agric.& cenſit lib.11. ſecundum Bald. in prælud.feud.col.8.Luc.de Penna in d.l.omnes,& in d.l.1.C.de col.Paleſt.lib.10. & eſt Capit.Honorij Papæ quod incip. Ad nouas communatias Iſern.in cap.1. in verſ.perangarias,quæ ſint regal.Afflict.in d.deciſ.265. num.75.

15 Decimo, vaſſallus † Terræ Demanialis Regis ſi vadit ad habitandum in Terra Baronis,tenetur redire ad habitandū ad Terram Demanialem Regis,& Barones tenentur illos dimittere ſub pœna vnius libræ auri, vt in Conſtit. Regni Quiſquis de burgenſibus,& è contra ſi vaſſallus Baronis acceſſerit ad Terram Demanialem, vel alterius Baronis tenetur redire, vt dicitur in dicta Conſtit. & tales vaſſalli debent perſiſtere, vt dicit Conſtit.Regni Perſonas, quia Rex ſolet concedere Terras Baronibus, & nobilibus perſonis cum vaſſallis, & ſic cum hac conditione, quod vaſſalli non recedant ab eorum Terra,& ſunt ſi nō exprimatur, videtur expreſſa,niſi aliud cōſtat,dicit Iſer. in d.Conſtit. Quiſquis, & ex alijs Afflict. d. deciſ.265.num.8.

16 Vndecimo, feudatarius, † vel vaſſallus tenetur

tenetur Domino ſuo tenere ſecretum con-
ſilium,& occultum, & non maniſeſtare ſub
pœna amiſſionis feudi, per text. in cap.1.
quib. mod. feud.amitt. & notauit hæc Bald.
in cap.1. §.credentia,de pace Conſtant. nec
poteſt vaſſallus ſe excuſare reuelãdo,quod
17 alij hæc ſciebant,quia † ſecretum etiam di-
citur,quod quinque homines ſciunt, vt in
cap. vetitus, §.è contrario, de pœn. diſt.1.
Afflict.in d.deciſ.265.num.84.

18 Duodecimo, vaſſallus,vel feudatarius eſt
obligatus in hoc, quod nõ poteſt imponere
deſenſam ex parte Regis, ſi ei Dominus fa-
cit aliquam violentiã,vt eius virtutè poſſit
agere criminaliter contra Dominum ſuum,
iuxta Conſtitutionem Regni Iuris gentium
ſecundum Iſern.ibi,& pro hoc facit text.in
cap.1. §.ſed qui debito, quæ ſit prim. cauſ.
benefic. amitt. ibi, vaſſallus non poteſt ac-
cuſare Dominum ſuum criminaliter, nec
etiam contra eum poteſt dicere teſtimo-
nium, vt ibidem per Iſern.& Bald.in cap.1.
§.ſimiliter de conſuet.recti Afflict. d.deciſ.
265.num.86.

19 Decimotertio,vaſſallus † tenetur Domi-
no capere malefactores, & bannitos, & ad
Curiam ducere alias, diceretur infidelis, &
magis ſi ipſos receptauerit, vt dicitur in
Longobarda in l.Iudices,de feudis,& bene-
ficijs, & in l.qui tutamen, & de hoc habetur
in cap.1.§ receptatores,de pace iuram.firm.
& notat Iſern.in Conſtit Regni Receptans
de pateranorum receptatoribus,& in Con-
ſtitut. Si damna clandeſtina,& habetur in
cap. Regni Nuper apud Tranum, & in alio
cap. Regni Dudum, & per Afflict. d. deciſ.
265 num.83.

20 Decimoquarto, vaſſallus † abſtinere te-
netur, nè malè loquatur contra Dominum
ſuum,& eius linguam in hoc comprimere,
vt dicit Iacob.de Ardiz. in ſua ſumma feud.
quib. mod. feud.amitt. per multa iura, quæ
ipſe allegat,idem dicit Cato.

Virtutem primã eſſe puto cõpeſcere linguã.

21 Nam de † factis Regis nõ licet diſputare,
vt notatur in Conſtit. Regni Diſputare per
Iſer.& olim erant cõſtituti certi Officiales,
qui corrigebant eos, qui male loquebantur
de Principe, vt eſt gloſ. ſingularis in rubr.
C.de Præpoſit.Luber.lib.12.licet tex.in l.ſi
quis Imperatori male dixerit, dicat, quod
in hoc multum vertitur Iudicis arbitrium,
an lçuitate,vel inſania, & ſecundum quali-
tatem perſonarum dicta penſantur, ſecun-
dum Bald.in cap.1.ex quib.cauſ.feud. amitt.
& notat Angel in l famoſi, ff.ad l.Iul. Ma-
ieſt.& ad hæc facit,quod refert Archiep. ſc.
Florentin.in 1.par.ſuæ hiſtoriæ tit 6 cap.21.
§.3. quod Agrippa, qui affectabat Impe-
rium pro Caio nepote Imperatoris Tiberij
dixerit: Vtinam viderem mortem Impe-
ratoris ſenis videlicet Tyberij, & Caium
Dominum totius Orbis accuſatus de hoc
crimine Maieſtatis,quia orauerat pro morte
Imperatoris, & carceratus per ſex menſes,
vſque ad mortem Tyberij, & ſuccedente
Caio in Imperio, eum liberauit, refert Af-
flict.in d.deciſ.265.num.62.

22 Decimoquinto,nè dum † vaſſalli Dema-
niales ſunt ſubiecti Regi, ſed etiam princi-
cipaliter omnes vaſſalli Baronũ,ſunt ſubie-
cti Domino Regi. In tantum quod vaſſalli
Baronum principaliter tenentur adiuuare
Regem, etiam contra Baronem Dominum
ſuum,& non adiuuare Baronem contra Re-
gem,ſed bene contra alium Baronem adiu-
uare,vt in Spec. de feud. §.quoniam, verſ.
vaſſallus vaſſalli, & notat Iſern. in cap.Im-
perialem. §.præterea inter duos, & gloſ.in
Conſtit.Regni Probationum defectum, Af-
flict.in d.deciſ.265.num.107.

23 Decimoſexto, feudatarius, † ſiue vaſſal-
lus habens Caſtrum dirutum in Regno, il-
lud reedificare, nec de nouo facere poteſt
ſine Regis licentia, vt in Conſtit.Regni Ca-
ſtra, Afflict.in d.deciſ.265.num.7.

24 Decimoſeptimo,feudatarius † requiſitus
à Domino, tenetur eſſe fideiuſſor pro eo, &
ſi non fideiuſſerit, poteſt Dominus eum de
feudo priuare,& è contra Dominus tenetur
fideiubere vaſſallum pro cauſa criminali,
præterquam de crimine,quod ad Regiam
Maieſtatem pertinet, perit ius vaſſallagij,
quod habebat in eum,vt ex tex.in cap.Re-
gni ſi vaſſallus, de fideiuſſione Dominorum
à vaſſallis,Afflict.in d.deciſ.265.num.75.

25 Decimooctauo,feudatarius † tenetur be-
ne tractare res feudales quas tenet à Do-
mino; nam ſi male verſatur in feudo,puta
male tractãdo vaſſallos,poterit eum priua-
re, arg.cap.ad Apoſtolicæ,de re iudic.lib.6.
l.3. C.locati. Item ſi deſtrueret,vel diſſipa-
ret bona feudalia, ſecundum Io. Andr. in
d.cap.ad Apoſtolicæ, & Bald.in l.eleganter
in fin.de pign.actio. Luc.de Penna in l.fun-
26 di, C.de locat.præd.ciuil.lib.11.& ſi † Do-
minus male tractat vaſſallos, poteſt feudo
priuari, Bald. in cap.1. §.prædicti latrones,
pace tenenda, quia male vtitur ſubſtantia
Domini, argum.l.ſi cum dotem,ff.ſolut.ma-
trim.arg.etiam leg.s Imperator,ff.ad Tre-
bell. & cap.fin. de accuſat. refert,& ſequi-
tur Aluarot.in §.quincumque, de pace te-
nend. & etiam ſi vaſſallus malè tractatur à
Domino ſuo plus ſolito, non per hoc ipſe
poteſt maletractare eius ſubditos,ex Flotia-
no in

Digitized by Google

no in l.ſi filia nupta in princ.ff.fam.l.erciſc.
Soccin. conſ.272. incip. Non proſequendo
ordinem &c. num.9.Gramar.addens ad de-
ciſ. Afflict.265. in verſ.poteſt eum priuare,
27 & ſi † Dominus grauaret ſuum vaſſallum
atrociter in carcere, vel alias Dominus ſu-
perior poteſt ipſum totaliter à ſua iuriſdi-
ctione, & ſubiectione eximere,& hoc faciet
ex officio, etiam quod talis oppreſſus non
conqueratur, ita Io.Fab. in §.fin. inſtit.de
his , qui ſunt ſui , vel alien. iur. & ſequitur
Guid.Pap.in dec.62.incip. ſi quis Baro,quia
ille, qui abutitur dominio ſuo, ſe facit eo in-
dignum, Bald.in d.cap.1. per l.2. de his, qui
ſunt ſui,vel alien.ius,inde dicimus,quod vaſ
ſallus non poteſt incidere arbores fructife-
ros,vt dicit Bart.in l.in fraudem, §.fin. ff.de
iure fiſci, Afflict.d.deciſ.265.nu.73. ſed ad-
uerte , quia loquitur de Papa vbi ſupra , ſi
Dominus atrociter tractat , & quo ad hoc
28 † moderata ſeruitia videtur permiſſa Do-
minis in ſuis ſubditis,argum.cap.1.q.1.Ang.
Aret.in §.in poteſtate col.3.verſ.in ea gloſ.
ibi inſtit. qui ſunt ſui, vel alien. iur. faciunt
ibidem notata per Chriſtoph.Port. col.2. in
addit. adde, quod hodie, & ibi Iaſ. in addit.
incip.nota etiam,& ex alijs Gram.in d.add.
ad deciſ. Afflict.
29 Decimonono, feudatarius † tenetur Do-
mino interpellanti eum , vt demonſtret bo-
na feudalia , & quibus præſtant ſeruitium
dicere & demõſtrare,vt in cap.1. §.cum au-
tem, de controuerſ.inueſtit. Iſern.in cap.1.
de controuerſ.feud inter maſc.& fœm.Luc.
de Penna in l.2.C.de fund.limotr.Bald.poſt
Iacob. de Bellouiſ. in cap.vaſſallus ſi feudũ,
ſi de feud.fuer.contr.& per Pileum conſ.19.
30 fol. 86. nam licet alias † nemo teneatur
oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis , vt in l.
cogi, cum concord. tamen fallit in feudali-
bus, ſi Dominus hoc requirit,& ille,qui eſt
requiſitus,fatetur eſſe vaſſallum eius,ſecun-
Ardizz.in d. cap.ſi vaſſallus, §.quod ſi Do-
minus, per l.quicumque, C.de fund. limotr.
& bene in Lõgobard.firmat hoc Bald.in l.2.
quom.& quand.Iud. de quo latè per Iſern.
in Conſtit. Regni Cum violentia &c. ſi de
feud.fuer.controuerſ.inter dom. & agnat. &
per Io.Andr. in addit. ad Specul. in tit.de
feud. §.quoniam in princ.& Bart.in l.1.de
conduct.& proc.lib.12.bene ad hoc facit tex.
in cap.1. §.ſi aliquis,de controuerſ.inueſtit.
& in dict.cap.ſi vaſſallus feudum,ſi de feud.
31 fuer. controuerſ. vbi † interrogatus à Do-
mino de feudo,ſemper debet dicere verita-
tem,& abſtinere ſe ab omni mendacio,idem
dixit Ant.de Butr.& Imol.in cap.cęterum,
de iudic.Affl.in d.dec.265.nu.87.& 88.

32 Vigeſimo, feudatarius † volens ſuccede-
re feudo paterno, vel materno, aut frater-
no, vel ſuo patruo, tenetur petere inueſti-
turam, & confirmationem à Domino feudi,
& ei ſoluere releuiũ,iuxta notata per Iſern.
in cap.1. §.ſed res, per quos fiat inueſtit. &
eſt text.in cap.1.quo temp.mil.vbi concor-
dantes,& facere iuramentum fidelitatis, ſe-
cundum ordinationem Regiam in cap. Re-
gni incip. In nomine Dei Æterni die 8.mẽ-
ſis Maij, alias cadit ab omni iure, quod ha-
bet in feudalibus,& ſuper hoc ſufficit quæ-
dam ſimplex declaratio, quæ nõ citatis his,
qui prætendunt ius habere fieri, licet dicat
33 Iſern. in cap.1. quo temp. mil. † quod in
Regno iſto cõſueuerunt remitti iſtæ pœnæ,
dummodo non ex contemptu, non petierũt
infra tempus,quia Rex munificus nõ debet
anguſtare vaſſallos iuris ignares per angu-
ſtiam temporis, qui dicitur ſe defendere ex
circumuẽtione,qui defendit ſe ex tempore,
vt in auth.de his,qui ingre.ad appell. §.vo-
lumus ſolet ergo Curia, pro iſtis culpis vz.
pro ſeruitio nõ præſtito in tempore requi-
ſitionis pro releuio non ſoluto, & nõ petita
inueſtitura infra annũ , & diem de benigni-
tate non priuare vaſſallos bonis feudalibus,
ſed eos admittere ad cõpoſitionem , vt pa-
tet in declarationibus Regis Roberti, quà-
rumvna incipit : Significamus vobis Mari-
no de Diano, alia incipit: Supplicat Petr.de
Stella eart.35. dicit Afflict. in d.deciſ.265.
num.90. & ſeq.
34 Vigeſimoprimò, feudatarius † volẽs ha-
bere iuramentum fidelitatis à ſuis vaſſallis
tenetur obtinere literas regias pro aſſecu-
randis vaſſallis , & ſi authoritate propria
iuramẽtum fidelitatis à vaſſallis exigit, de-
bet perdere feudum,vt in Conſtit.Regni in-
cip.Comite,vel Barone,de ſucceſſ.nobilium
feud. & dicit Iſern. in cap. ſi minor , ſi de
feud.fuer.controu. inter Domin.& agnat. &
Afflict.d.deciſ.265.num.92.
35 Vigeſimoſecundo,feudatarius † tenetur
Domino ſuo ad obedientiam, nam ſi tribus
vicibus citatus à Domino ſit cõtumax, Do-
minus poteſt eum poſſeſſione feudi priua-
re, quam per purgationem cõtumaciæ infra
annum comparendo recuperabit. dicit tex.
in cap.1.de milit.vaſſall.qui contum. eſt,vt
in Conſtit.Regni Edictorũ, & ibi dicit Iſer.
quod Dominus poteſt citare vaſſallum , vt
præſtet ſeruitium pro feudo ſub pœna
priuationis feudi, & idẽ in Conſt. Si vaſſal-
lus, de fide à vaſſallo , debet ergo feudata-
rius eſſe obediens,humilis, & fidelis Domi-
no ſuo , vt notat Iſern. in cap.1. col.10. ex
quib.cauſ.feud.amit. & hoc intelligitur cum

36 grano ſalis, ſcilicet vt † vaſſallus nō ſit ni-
mis delicatus erga Dominum ſuum, ſecun-
dum Bald. in l. ſeruos, C de pignorat. actio.
& Iſern. in proximo allegato cap. 1. §. 1. &
debent eſſe deuoti Domino ſuo, Bald. in c. 1.
in verſ deuolutionis, de pace Conſtant. quia
potentioribus noſtris pares eſſe non poſſu-
mus, vt per Iſern. vbi ſupra, & caueant vaſ-
ſalli Domini Regis nè faciant guerram in
Regno, quia inciderēt in pœnam magnam,
de qua in Conſtit. Regni Monomachiam, &
& per Iſern. in cap. 1. §. ſi quis homine, de
paee tenenda, & ibi ſunt concordantis. An
37 autem † Baronibus liceat portare arma
offenſibilia, quæ regulariter ſunt prohibita
portari, vt in l. 1. C. de gladiator. lib. 11. & in
auth. armorum vſus, & in Conſt. Regni In-
tentionis noſtrę, quod ſic, quia Dominus eſt
territorij, in quo iuriſdictionem habet, & ex
alijs firmat Io. Anton. de Nigr. commento
Capitulorum Regni in princ. incip. Illuſtr.
Viceregi, num. 61. & ſeq.

38 Vigeſimotertio, † Barones, & feudatarij
Regni tenentur, & permittere debent, & nō
impedire aliquo modo directè, nec indire-
ctè eorum vaſſallos volentes venire ad Cu-
riam Regis pro querelis quas volunt face-
re Regi. Nam ſi hoc facerent, incidiſſent in
pœnam legis Iuliæ mandatis per l. cuiuſque
in 3. reſponſ. ff. ad leg. Iul. Maieſt ſecndum
Luc. de Penna in l. 1. in fin. C. vt nemo ad ſuū
patroc. lib. 11. Afflict. d. deciſ. 265. num. 97.

39 Vigeſimoquarto, feudatarius † tenetur
ducere filium ſuum delinquentem contra
Dominum ad præſentiam Domini ad ſatiſ-
faciendum delictū commiſsū erga Dominū,
vel à ſe filium ſeparare, alias debet perdere
feudum, quod à Domino habet, per text. in
d. l. imperialem, §. inſuper, & bene facit tex.
in l. qui cum vno, & in l. milites, ff. de re mi-
lit. Afflict. in d. deciſ. 265. num. 98.

40 Vigeſimoquinto, feudatarius † tenetur
honorificè recipere literas Domini ſui, &
non permittere, ſeù paruipendere, alias fa-
cit pro iſta iniuria poteſt feudo priuari in
Longobard. de feud. & in l. ſi liber homo,
tria inoleuit mos, quando recipiuntur lite-
ræ, ponuntur ſupra capud, ad reuerentiam,
& honorem mittentis, Afflict. d. loco nu. 99.

41 Vigeſimoſexto, feudatarius † alium feu-
datarium in cauſa, quæ pertinet ad ſæculare
forum, tenetur conuenire in foro ſæculari
coram Iudice competenti Regni, & ſi in
foro eccleſiaſtico coram eccleſiaſtico facit
conuenire, de cauſa prædicta punitur pœna
priuationis bonorum omnium, vt in Conſt.
Regni incip. Cum iuſtitia, de foro compet.
42 ſicut punitur, qui † trahit ſcienter perſonā
eccleſiaſticam in vetito examine, vt in cap.
ſi diligenti, de foro compet. ſic etiam puni-
tur pœna omnium Barones, qui ſine priui-
legio Regis vſurpat merum, & mixtū im-
perium, vt in Conſtit. Regni Eamque ad de-
cus, & in cap. Regis Roberti incip. Ad rega-
le faſtigium, Afflict. vbi ſupra nu. 100.

43 Vigeſimoſeptimo, feudatarius, † & vtilis
Dominus tenetur obſeruare omnia, quæ
ſunt de natura feudi, & omnia pacta appoſi-
ta in inueſtitura feudi, vt in cap. 1. §. ex eadē
lege Corradi, & notatur in l. imperialem,
§. illud, qui nihil tam naturale eſt, quam
pacta ſeruare, l. 1. ff. de pact. cum concord.
ideo dicit Bald. in prælud. feud cart. vlt. in
44 5. col. quod ſemper † ad tenorem inueſtitu-
ræ recurrendum eſt, quia vim contractus
oſtendit, vt in cap. 1. de duob. fratr. à capit.
inueſtit. & in cap. ſi cui, de extraord. ca. al.
compil. & idem dicit Bal. in conſ. incip. San-
ctiſſima, & Illuſtriſſima D. Regina, & tanta
eſt vis inueſtituræ, quod Bald. in conſ. 70.
45 lib. 1. quod † potius inſpicitur tenor inue-
ſtituræ, quam natura feudi. Nam natura
feudi eſt genus, & inueſtitura eſt ſpecies,
quæ derogat generi, & ideo tenor inueſtitu-
ræ derogat omni naturæ feudorum, ſecun-
dum Bald. in cap. 1. de duob. fratrib. à cap.
inueſtit. Afflict. vbi ſupra nu. 102.

46 Vigeſimooctauo, quando † Rex vult ac-
cipere Coronā Regni, ſiue à Summo Pon-
tifice, ſiue in Regno, feudatarius requiſitus
tenetur eum honorificè aſſociare, vel dare
ad electionem Regis alium equè idoneum,
vt habetur in cap. 1. §. fin. de pace iuram.
firmanda.

47 Vigeſimonono, feudatarius † ope, & ſer-
mone tenetur tractare Dominum, vt Domi-
num dicit Bal. in l. 2. in fin. C. de oper. libert.
& ideo ſi Dominus venerit in neceſſitate
aliqua, tenetur vaſſallus ei ſubuenire. Bald.
in l. 1. in fin. eodem, & notatur in cap. 1. §. ſi-
militer, de cap. Corrad. & à vaſſallis eſt alen-
dus, ſecundum Dyn. & Bart. in l. alimenta,
de liber. agnoſcend. & pro hoc facit, quod
dicit Specul. in tit. qui fil. ſint legit. verſ. ſed
numquid, & Alex. conſ. 35. lib. 2. quod pro
neceſſaria cauſa Dominus poteſt vendicare
res proprias vaſſallorum, Afflict. d. deciſ.
265. num. 105.

48 Trigeſimo, feudatarius, † ſiue vaſſallus
tenetur pati repreſalias pro debito Domini
ſui, vt per DD. in cap. 1. §. ſimiliter, de capit.
Corrad. & plenè de hoc per Bart. in ſuo
tract. de repreſal. cap. 1. nu. 7. vbi dicit: nam
vbi alia remedia ceſſant contra debitorem
poſſunt capi homines liberi, in quibus debi-
tor ius habebat, caſus eſt in l. pro hærede,

ff. de

ff.de acquir.hæred.§.quid tantum,& ibi notat gloſ. magna, ſed Ciuitas, vel Dominus debitor iuſtitiæ eam poſtulanti facere negligens, vel recuſans homines ſubditi illi Domino, vel populo capi poſſunt. Præterea propter Delictum Domini negligentes facere iuſtitiam,poteſt indici bellum contra totam terrã, & omnes gentes ſubditas ſibi, in auth.ſi vero Dominus temporalis,de hæret. & alias per Bart. d.num.7.& alia ponit Vrſill. addens ad d.deciſ. Affl.265. nu.110.

50 Trigeſimoprimo,feudatarius, † ſiue vaſſallus tenetur Domino ſuo præſtare viam ſuper prædijs ſuis ſi Domino expedit, dixit Iſer.in cap.1.in §.ſi quis de manſo,vbi Afflict.in 3.notab.de controuerſ.inueſtit. l.qui ſepulchrum, ff.de relig.& ſumpt.ſuner.quæ lex habet locum nõ ſolum ratione religionis, ſed etiã publicæ vtilitatis,vt dixit Iſer. in cap.1.§.ſimiliter col.3. de capit.qui cur. vend. & Luc.de Penna in l.2. C.de bon. vacant.lib.10. Ægid.in l.binas, C.de ſeruit.vrban.prædior.& gloſ.12.q.2. cap.religioſam, Specul.in tit.de empt.& vendit.§.1.verſ.ad euidentiam,& iam vidimus de facto,quando Rex venit Neap. & expedit habere bonam viã per ſunda priuata, eius iuſſu adumplantur viæ, vt Rex tranſeat, dicit Afflict. in d.deciſ.265.num.108.qui num.109.dicit, an ſi vaſſallus præſtat viam inimico Domini, debeat perdere feudum, remittit ſe ad Cuman. in conſ.161. per totum, vbi multa ad propoſitum habentur.

51 Trigeſimoſecundo,ſeudatarius † vaſſalli tenetur Domino Regi ſoluere tractas antiquas, gabellas,& iura dohanæ,& fundaci,& collectas debitas,& conſuetas,& omnia alia iura regalia,& in cap.quæ sũt regal.& iuxta Ritus Regię Cameræ Sũmariæ cõpoſita per Iſern. dicit Afflict.in d.deciſ.265.nu.110. & bene facit cap.tributum 22.q.8.pro quibus iuribus non ſoluendis vaſſallus non poteſt cedere bona, Bart.& Bald. poſt Cyn. in l.1. in 3.q. C. de ceſſ. bonor. & Salic. verſ.ſexto quæro,per DD.in §.fin. inſtit.de action. per Afflict.d.num.110.

52 Trigeſimotertio,feudatarius, † ſiue vaſſallus tenetur Domino Regi dare hoſpitia pro familia ſua,vt in cap.Regis Caroli Primi de hoſpit.præſtand. Bald.in l obſeruare in princ.ff.de offic.Proconſ.Iſern.in cap.1. verſ. ex ordine, quæ ſint regal. Afflict. vbi ſupra num.111.

53 Trigeſimoquarto,feudatarius, † ſiue vaſſallus tenetur Domino ſuo ex delicto, vel ex contractu, vel quaſi dummodo conuincatur de culpa, iuxta notata in cap.1. de feud· ſine culpa non amittendo.

54 Sunt enim 65. cauſæ per quas † feudatarius,ſiue vaſſallus debet perdere feudum, de quibus per Ardizz. in ſua ſumma de feudis,& enumerauit Affl. in cap.1. §.fin.quib. mod·feud.amitt.& cauſæ 80.enumerat cum ſuis ampliationibus in inueſtit.feud.in verſ. feuda amittuntur à fol.43.vſque ad 73. & omnes concludunt vaſſallum oportet eſſe fidelem, alias amittere feudum,vt latè Capyc.in inueſtit.feud. verſ.faudatariorum fidelitas fol.197.

55 Trigeſimoquinto,feudatarius † Dominũ ſuum tranſeuntem per eius feudum tenetur hoſpitare, & ipſi victualia præbere cogi, vt notat Io.Andr. in addit. ad Speculat. tit.de feud.§.quoniam nu.67.in fin. in verſ. ſi quid, id quod Scrader. par.6.nu.125. Afflict d.loco num.112.Præpoſit.in d.§.ſimiliter,de cap.Corrad.vbi Aluarot.num.6.Caſſan.in conſuet.Burgund.rub.1.§.4.in princ. num.8. verſ. ſecundo dicit, Scrader. par.5. nu.124. Roſental. cap.8.concluſ.27.nu.17. in addit.lit N.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio I V.

THEMA.

Vaſſallus pro fidelitate licet ad plura ſupra dicta teneatur, tamen ad tria reducuntur: ad reuerentiam,ad taciturnitatẽ,& ad vtilitatem Domini, & primo de reuerentia, quod vaſſallus ſine venia Dominum ſuũ in ius non vocat. communis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum dicitur à fide, quod vaſſallus debet eſſe fidelis Domino, & conſiſtit in reuerentia, taciturnitate,& vtilitate Domini.*

2 *Reuerentia etiam non requiſitus, & quod nullum debetur ſeruitium vaſſallus Domino exibere ſemper debet.*

3 *Vaſſallus non vocat Dominum ſuum in iudicio ſine venia.*

4 *Vaſſallus indiſtinctè tàm de re feudali, quàm non ſine venia ſuum Dominum in iudicio non vocat, nec attenta perſona Domini an ſuperiorem recognoſcat.*

5 *Vaſſallus ſecreta Domini pendere non poteſt, niſi ei ſit vtile.*

6 *Vaſſallus tàm in militia inermi, quàm armata auxilium Domino ſuo præbere debet.*

7 *Vaſſallus non auxiliat Dominum in militia iniuſta, vel dubitatur quod ſit iuſta.*

8 *Bellum dicitur iuſtum, quandò ex iuſta cauſa etiã conſẽſu Imperatoris mouetur.*

9 *Vaſſallus in bello iuſto tenetur Dominum defendere, non ad offenſam, vel ſi dubitatur eſſe iuſtum, auxiliabit.*

10 *Vaſſallus tenetur auxiliare Dominum in bello etiam extra Regnum.*

11 *Vaſſallus auxilians Dominum in bello iniuſto, conueniri poteſt à parte læſa pro intereſſe.*

1 DIximus feudũ dici à fide, & quod vaſ-
ſallus debet eſſe Domino fidelis, quæ
fidelitas vaſſalli debita Domino ad tria re-
ferri poteſt: ad reuerentiam, ad taciturni-
2 tatem, & ad vtilitatem Domini. † Reuerẽ-
tia enim à vaſſallo etiam non requiſito, &
etiam quod nullũ ſeruitium debeatur, ſem-
per eſt exibenda Domino, quo venit illa
3 quæſtio, † quod vaſſallus ſine venia Domi-
num ſuum in ius vocare non poſſit, quod
quod exiſtimat gloſ. in cap. 1. in verſ. reue-
rentia, de milit. vaſſall. qui contumax eſt,
eamque ſecuti ſunt ibidem Bald. num. 24.
Aluarot. num. 8. Afflict. nu. 44. Præpoſit. &
Iaſ. in prælud. num. 20. & communem dicit
in l. ſi non ſortem, §. libertus nu. 24. in gloſ.
communiorem eſſe dicit ff. de condit. indeb.
Alex. in l. generaliter num. 7. & ibi Zaſ. ff. de
in ius voc. Zaſ. in §. pœnalis nu. 26. verſ. quid
autem de vaſſallo, inſtit. de action. Kircheu.
in theſaur. commun. opin. lit. V. verſ. vaſſal-
lus poteſt Dominum, quæ eadem eſt rece-
pta hodie vtcumque contraria ea de quæ-
ſtione extent præiudicia Cameræ Imperia-
lis, vt appareat ex traditis à Ioanne Fi-
cardo in addit. ad Villalops lib. 5. nu 8. verſ.
4 vaſſallus ſine venia. Idque † indiſtinctè, ſiue
iudicium intentetur, ſiue de ipſa re feudali,
ſiue de re alia, quamuis hanc diſtinctionem
admiſerit Alciat. in l. 1. num. 3. in fin. C. de in
ius voc. quam probat Miſincer. in d. §. pœ-
nas num. 4. nec etiam attenta diſtinctione
perſonæ Domini, an ſuperiorem recogno-
ſcat, necnè quam probauit Mozz. de natur.
5 nu. 59. Secundò, circa † taciturnitatem rei
eſt expedita, quod vaſſallus ſecreta Domini
ſui pandere non poſſit, expreſſe dicit text. in
cap. 1. de form. fidelit. in cap. 1. qual. iur. deb.
fidel. & vtrobique omnes Scrib. ac gloſ. in
cap. forma 32. q. fin. Capyc. in inueſtit. feud.
cap feud. amitt. §. 17. ſi vaſſallus, Afflict. de-
ciſ. 265. nu. 41. Tiber. Decian in tract. crim.
lib. 7. c. 17. de communi teſtatur, ſecus ſi ad
vtilitatem Dñi ſecretũ reuelatũ eſſet, Lau-
denſ. c. 1. nu. 5. & 8. quod vaſſal iur. deb. cum
licentia, & volũtate Domini, Decian. d. c. 17.
Roſent. ex alijs c. 10. concl. 30. in gloſ. lit. A.
Tertio, ad commodum, ſiue vtilitatem, quã
vaſſallus Domino præbere debet, conſiſtere
6 poſſe in pluribus. Primo in † auxilio, quod
vaſſallus præſtare tenetur Domino in mili-
tia armata, nè dum etiam Thogata, cap. 1. in
princ. quib. mod. feud. amitt. eſſet enim vitiũ
ingratitudinis, ſi vaſſallus non defendit Do-
minum, à quo habet beneficium, ſiue feudũ,
cap. de forma 32. q. fin. Afflict. in deciſ. 265.
7 num. 48. niſi † militia armata ſit iuſtè ſuſce-
pta, aut certè dubitatur num ſit iuſtè ſuſce-
Zaſ. par. 7. num. 27. Borcolt. de feud. cap. 3.
num. 45. nam ſi notoriè militia iniuſta ſit,
vaſſallus auxilium Domino præſtare non
tenetur, cap. 1. verſ. & ſi ſciuero, de noua
form. fidelit. ibi: (ſi ſciuero te iuſtè aliquem
offendere, meum tibi auxilium præſtabo,
Zaſ. d. par. 7 num. 28. Borcolt. d. loco cap. 7.
num. 44. Menoch. conſ. 281. num. 32. lib. 3. &
8 † bellum iuſtum eſt quando ex iuſta cauſa,
& Imperatoris conſenſu fit, vt per DD. in
l. 1. in princ. ibiq; Ripa num. 69. de acquir.
poſſeſſ. & ibi de Imperatoris authoritate
non conſtet, vt poſt Bal. & alios, reſpondit
Aret. conſ. 14. nu. 7. Menoch. conſ. 5. nu. 241.
9 & ſeq. ſed aduerte, quod † vaſſallus tene-
tur in bello iuſto Dominum defendere tan-
tum, non ad offenſionem, Vurm. pract. ob-
ſeruat. 37. tit. de feud. & ſi dubitatur vtrum
bellum iuſtum, vel iniuſtũ ſit, vaſſallus Do-
mino auxilium præſtare debet, d. cap. vnic.
in princ. hic finitur lex, tunc vero de eo du-
bitari poteſt, quando Dominus in cõſilium
adhibuit ſuos proceres, & Conſiliarios, &
illi bellum ſuaſerũt, Iacob. de feud. in verſ.
promiſerunt num. 6. Aluarot. in d. cap. vnic.
in princ. quib. mod. feud. amiſſ. Rol. à Valle
conſ. 1. nu. 91. & ſeq. lib. 2. Borcolt. d. cap. 7.
10 num. 45. fol. 117. & † etiam ſi bellum eſſet
extra Regnum, quia vbi Rex, ibi territo-
rium, ſecundum Iſern. in d. cap. 1. quibus
modis feudum amittitur, & Afflict. in d. de-
11 ciſ. 265. num. 50. adeo vt ſi † vaſſallus Do-
minum in bello iniuſto adiuuauerit, vaſſal-
lus conueniri poteſt à parte læſa ad reſtitu-
tionem damni, nè dum vt excuſationem
mereatur, Bald. in cap. 1. quibus modis feu-
dum amittitur, Vulteius de feud. cap. 10.
nu. 25. vbi etiam dicit vide Roſental. cap. 8.
concluſ. 9. auxilium autem illud vaſſallus
præſtare tenetur Domino contra omnes,

per

per text.in cap.1. §.fin. hic finitur lex,quod
auxilium vaſſallus Domino præſtare tene-
tur in pluribus alijs caſibus,de quibus infra.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio V.

THEMA.

**Auxilium Domino vaſſallus preſta-
re nõ tenetur in his, quæ iuri di-
uino, ſiue naturali contraria sũt;
nec aduerſus ſe ipſum. cõmunis.**

SVMMARIVM.

1 *Vaſſallus non debet adiuuare Domi-
num in his, quæ cõtra ius diuinum,
& contra ſe ipſum.*
2 *Perſona loquentis nõ comprehenditur in
generali locutione.*
3 *Vaſſallus vitam ſuam non tenetur poſpo-
nere vitæ Domini ſui.*
4 *Vaſſallus ſe defendendo ex iuſta cauſa
poteſt Dominum ſuum percutere.*
5 *Vaſſallus ſi contra Dominum in iudicio
ſtare non poteſt, tamen pro ſe, & ſuorũ
cauſis poteſt.*

1 NEmo ignorare debet,quod † vaſſallus
in his, quæ iuri diuino, ſiue natutali
ſunt contraria auxilium præſtare non tene-
tur, nec contra ſe ipſum,vt tenent commu-
niter DD.in cap hic finitur lex, Rauenn.in
cap. 1. verſ.& vaſſallus licet, de noua form.
fidelit.verſ.& promiſerunt nu.12.Zaſ.par.7.
nu.34.de feud.Borcolt.d.cap.7.41.Roſent.
in cap. 8. concluſ.12. quia ordinata caritas
2 (vulgo dicitur) à ſe ipſo incipit,& in gene-
rali locutione perſona loquentis non con-
tinetur, nec videtur conſentijſſe in his, quæ
contra ſe ipſum ſunt, ex alijs firmat Bor-
colt.d.cap.7.num.41. etiam ſi vaſſallus ita
promiſiſſet,non tenetur, Bal.in cap. 1.§.fin.
de prohib. feud.alien. per Federic.Borcolt.
3 d.num.41. hinc dicitur † vaſſallum non te-
neri vitam ſuam poſponere vitæ Domini
ſui, per gloſ.in cap.1.quib.mod.feud.amitt.
& in cap.1. de alien.feud patern. Præpoſit.
in cap.1. §.eſt, & alia, quæ fuit prim. cauſ.
benefic.amitt.Specul.de feud.§.quoniam,
verſ.decimoſeptimo, Fritia de ſubfeud.au-
thor.4.lib.2. Mozz.de ſubſtant.feud. nu.14.
Zaſ.d.par.7.nu.37. Kirchou.in teſaur.com-
mun.opin.verſic.vaſſallus cõmittit quinimo
4 exiſtimant † vaſſallum poſſe Dominum
ſe defendendo ex iuſta cauſa percutere,
Laudenſ.in cap.1.de ooua form.fidelit. &
ibi Afflict.num.3.verſ.ſed quid ſi Dominus,
5 eodemque pertinet,quod volunt † vaſſallũ,
& ſi in iudicio pro alio contra Dominum
ſtare nequeat,tamen pro ſe, ſuaque,& ſuo-
rum exiſtimatione, & intereſſe contra Do-
minum agere,& defendere poſſe,Rauenn.in
cap.1. de form.fidelit. vbi Aluarot. num.3.
Laudenſ. num.5.& Vult. d.cap.10.num.28.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio V I.

THEMA.

**Vaſſallum Dominum ſuum contra
Papam, Imperatorem, Regem
antiquiorem Dominum,& ſe ip-
ſum auxilium præſtare non te-
neri, & eſt de forma iuramenti.**

Quia breuis non opus alio Summario.

VAſſallus auxilium Domino ſuo contra
Imperatorem præſtare non tenetur,
cap.1.de noua forma fidelitatis, cap.1.§.fin.
hic finitur lex, Vue'embec. de feud. cap. 8.
num. 28. quod etiam extendunt ad Summũ
Pontificem Romanum, per cap.veniens, de
iure iur. Scheneid Baro c.1. de noua form.
fidelit.num.4.vbi Aluarot.num 6. idemque
affirmatur de alijs Regibus ſuperiorem
non recognoſcentibus, Iſern. in cap. 1. de
noua form.fidelit. vbi Laudenſ.num.7. Ro-
ſental.cap.8.concluſ.13.nec contra Domi-
num antiquiorem, ideſt eum, cuius antea
vaſſallus fuit, qui feudum poſtea accipit, &
detinet, per d.cap.1. §.final. hic finitur lex,
Laudenſ.num 8.Aluarot.nu.6. Afflict.nu.7.
& Scheneid.Baro nu.4.nec ex vi iuramenti,
quia vaſſallus iurat Domino fidelitatem
contra omnes, excepto Papa, Imperatore,
Rege antiquiore Domino ſe ipſo,& Patria,
Borcolt.cap 7.de feud. num.42. in fine, &
alias proſequitur Roſental.cap.8.concl.15.
vſque ad 21. vbi multa Vult. d.cap.10. nu.
32.& 33.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio VII.

THEMA.

Vaſſallus auxilium Domino contra ipſius vaſſalli patriam præſtare non tenetur, communis.

SVMMARIVM.

1 *VAſſallus contra patriam Dominum adiuuare non tenetur.*

2 *Patria vnicuique dulciſſima eſt, & patriæ omnes naſcimur, & obligamur.*

3 *Patriam, qui auxerint, adiuuauerint, aut ſeruauerint, in Cœlo d finitum locum habent, ſempiterno euo fruendi.*

4 *Patria præfertur parentibus, & patria eſt antiquior patris.*

5 *Patriam delendam veniens, minimè lugendum eſt, qui patrem, aut filium occiderit pro patria præliari debet.*

6 *Alex. dicebat: amicos, & parentes malos puniebat, quia his carior ei erat res publica.*

7 *Patri quem potius debere quam patriam euerſam videre.*

8 *Filius non tenetur alere patrem bannitũ, quia contra patriam fuit.*

9 *Vaſſallus qui Dominum accuſare non poteſt ipſum volentem patriam prodere accuſat.*

10 *Vaſſallus caſtrum contra patriam accuſare nequit.*

1 COntra patriam ſuam † vaſſallus auxiliare non tenetur, per ea, quæ tradit
Aluarot. in cap. 1. de noua form. fidelit. nu. 6.
Schench. num. 4 Iacob. in verſ. qui quidem
inueſtiri num 15. verſ. & promiſerunt nu. 13.
Siluan. de feud. recognit. q. 109. nu. 12. Bor-
2 cold. d. cap. 7. nu. 42. nam † patria, quæ vni-
cuique dulciſſima eſt, l. qui habebat, de le-
gat. 3. & cuius fumum Vlixes omnino vide-
re cupiebat, Homer. in prima Odiſſea. San-
ctiſſimum nomen eſt, Cic. in 4. ad Herenn.
Et Patriæ omnes naſcimur, & obligamur,
Bal. in auth. ſed omnium, in pen. col. 1. ne
vxor. pro marito, Alciat. in reg. præſumpt.
præſ. 37. ac omnes hominum caritatis vna
patria complexa eſt, Cicer. in 1. offic. & qui
3 † Patriã auxerint, aut ſeruauerint, in Cœlo
definitum locum habent, vbi Beati ſempi-
terno euo fruuntur. Cic. de ſomno Scipio-
nis, Gigas de crim. læſæ Maieſt. lib. 3. q. 7. &
gloria quã Patrijs legibus miniſtrando quis
conſequitur omni victòriæ, quæ in Olimpia-
cis, alijſque tàm belli, quàm pacis certami-
nibus comparatur longè anteponenda. Ait
4 Plato in quinta de legibus. † Parentibus ita-
que Patria præfertur, l. veluti, de iuſtit. &
iure, & ſicut diſciplina caſtrorum antiquior
eſt Parentibus Romanis quam caritas libe-
rorum, l. poſtliminia, ſ. filius quoque fami-
lias, de capt. & poſtlim. reuerſ. ita omnibus
bonis Patria antiquior eſſe debet quam cari-
tas parentum. Immo Patria eſt antiquior
Parentis, quam ſi quis curauerit, maior ei
profectò, quam parenti debetur gratum.
Cicer. lib. 1. de Republ. ideo traditum eſt,
5 † minimè lugendum eſſe, qui ad Patriam
delendam venit, l. minimè, de relig. & ſi pro
Patria filius patrem, aut pater filium occi-
diſſet, etiam premium aſſequendum omnes
conſtituerunt, d. l. minimè, præclarè Lam-
6 pri. l. de Alexand. ſcribit: † Alexandrum
amicos, & parentes quos malos reperit, aut
puniuiſſe, aut ſi vetus amicitia, aut neceſſi-
tudo nõ ſineret, puniri à ſe dimiſiſſe, dicen-
tem: his carior eſt mihi Res publica. & ele-
ganter Cic. in 5. Philipp. inquit: nullæ excu-
ſationes sũt, meus amicus eſt, ſi patriç prius,
meus cognatus eſt, an poteſt cognatio pro
priore eſſe, quam Patriam, in qua etiam pa-
rentes continentur. Plato quoque in 6. de
7 legib. monet, † quemque paratum eſſe de-
bere pro Patria mori, antequam velit, aut
euerſam videre, iugoq; ſeruitutis ſubiectam
à prioribus gubernari, aut iugo ipſam deſe-
8 rere; hinc eſt, quod † filius non tenetur ale-
re patrem bannitum, qui contra Patriam
fuit, quamuis alias patrem bannitum alere
teneretur, Tiraquell. de pœn. cap. 20. nu. 11.
& parentes cariſſimos habere debeat, quod
ab his vita, patrimonium, libertas, & Ciuitas
tradita eſt. Cic. in orat. poſt reditum ad Se-
natum: & parentes non alere, nefandum
eſt, vt idem Cic. in reſponſo Aruſpotra de-
9 dit: hic † vaſſallus, qui Dominum ſuum
accuſare non poteſt, ad accuſandum admit-
titur, ſi Dominus Patriam perdere volue-
rit, per gloſ. in cap. 1. quæ fuit prim. cauſ.
benefic. amitt. quam ſignificandam monet
Laudenſ. in d. cap. 1. num 7. de form. fidel. Ia-
cobin. in verſ. qui quidem inueſtiri num. 18.
Borcolt. d. cap. 7. num. 42. cum alias regula-
riter vaſſallus Dominum ſuum criminaliter
accuſare nequeat, & eſt gloſ. in cap de for-
ma 22. q. fin. Vult d. cap. 10. num. 31. denique
quemadmodum qui promiſit accomodare
caſtrum contra omnem hominem, contra
10 ſe ipſum non tenetur. Ita † quoque non

tenetur

tenetur accomodare caſtrum contra Patriam ſuam, Bald.in cap.vnic. in princ. de noua form. fidelit. Iacob. in verſ. de Caſtro rub. montis num. 23. in forma igitur iuramenti Patria excipitur ſicut Papa, Imperator, Rex, antiquior Dominus, ipſe & Patria, Borcolt.d.cap.7.num.42.in fine, & alia proſequitur Roſental. in ſua ſimplici feudali cap.8.concluſ.15.& ſeq.vſque ad 21.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio VIII.

THEMA.

Vaſſallus iurat, quod nunquã erit in cõſilio, auxilio, vel facto, vt Dominus amittat vitam, honorem, vel rem aliquam habet, & quid ſint, & importent. communis.

SVMMARIVM.

1 *VAſſallus iurat nunquam contra Dominum in nullo eſſe, vt vitam, honorem, & rem aliquam amittat, quæ tria coniunguntur.*
2 *Honor eſt omnibus rebus pretioſior.*
3 *Honoris defenſionis cauſa permittitur quẽ occidere, & qui ſuam famam negligit, crudelis eſt.*
4 *Pecunia eſt anima miſeris mortalibus.*
5 *Vitæ, & bonis inſidiari paria ſunt, & metus perditionis bonorũ æquiparatur metus mortis.*
6 *Bona alterum nominis ſanguinem eſſe.*
7 *Bona vitam, & ſanguinem hominis vocant.*

1 IN formula iuramenti † vaſſallus iurat nunquam contra Dominum eſſe in conſilio, auxilio, vel facto, vt amittat vitam, honorem, vel rem aliquam. Hæc tria: vita, honor, & res coniunguntur; propterea quod honor vitæ comparatur, vt in l. iuſta cauſa, de manu vindic. & ideo Virgin. filiæ ſuæ honorẽ priuſmet rectè antepoſuit, l.2.
2 de orig. iur. eſt enim † honor omnibus rebus pretioſior, l.Iulianus, ibi: honore proprio omiſſo, ſi quis omiſſa cauſa teſtam. & debet quis potius mortem pati, quam honorem, famam, & extimationem perdere, l.iſti quidem, §.penult.quod met.cauſ. Det. conſ.487.nu.3.Capyc.deciſ.3.nu.7.Grauett. conſ.186.nu.3.lib.1. Neuizan.in ſilua nupt. lib.1.nu.24.Menoc.de arbitr.Iud.caſu 377.
3 num.19. & † ſicut pro vitæ, corporiſq; tutela impunè agreſſorem occidere licet, l.vt vim, & ibi DD. ff. de iuſtit. & iur. & etiam pro defenſione honoris aliũ occidere permiſſum eſt, Vaſq. lib.1. controuerſ. illuſtr. cap.11. num.10. immo crudelis eſt, qui famam ſuam negligit, cap.noſtræ q.1.& maledictus cenſetur, Siluan.de feud. recognit. q.109.num.28.in fine, ad eundem modum bona, & pecunia, & vita hominis eſſe exiſtimatur, vt eſt in prouerbio Exodi carmine.
4 † Pecunia eſt anima miſeris mortalibur, quod Eraſpius adducit in prouerb. anima, & vita. Ludo.Cel.lib.14.antiquit.lect.cap.2. glo.in l.Aduocati, C.de Aduoc.diuerſ.Iud. Bal.in l.2.C.de conſt.pecun.Corraſ.in tract. de matrim.par.2.cap.3.§.4.Catel.Cotta in
5 memor.in verſ. pecunia, & ideo † paria ſunt inſidiari vitæ, & bonir, Auth. quod mater, C.de reuoc.donat.& metus perditionis bonorũ æquiparatur metui mortis, l.Athletæ in princ.& ibi Bart.& Bal.de excuſat.tutot. & in l. iſti quidem, ff.quod met.cauſ. Tiraq. de nobilit. cap.31. num.369. nec immeritò cum bona ſanguini aſſimilãtur, ſine quo vita ſubſiſtere non poteſt; ſic enim Salycet.
6 † bona alterum hominis ſanguinem eſſe dixit in l.admonendi, col.penult. verſ.quæro an ſit conſideranda, de iure iur. Felyn. in cap.cum oporteat, col.5.verſ.& addo, quod inimicitia, extra de accuſat. Cicer quoque
7 † bona, vitam, & ſanguinem hominis vocat, in 5. actio. in Verrem. Huic homini inquit honeſtiſſimæ Ciuitatis, honeſtiſſima non modo frumenti copia, ſed vitæ, & ſanguinis tantum relictum eſt quantum Aſtronij libido obtulit Tiraquell. de nobilit. cap. 31. num.364. ſeq.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio IX.

THEMA.

Seruitia ad quæ vaſſallus tenetur Domino non debet offerre, ſed requiſitus præbere. communis.

SVMMARIVM.

1 *VAſſallus non ſpontè, ſed requiſitus ſeruitium debitum præſtare tenetur.*
2 *Operas antequã ſint indictæ non debentur.*

3 *Scien-*

3 *Scientia vaſſalli quando debere non ſuffi-
cit, ſed muniri debet.*
4 *Vaſſallus nõ amittit feudum, etiam ſi per
mille annos non vocatus ſtetiſſet.*
5 *Vaſſallus ſemper præſumitur ſeruire vo-
catus, & nunquam præſcribit non vo-
catus.*

1 VAſſallus ✝ non ſpontè, ſed requiſitus
ſeruitium ad quod tenetur, præſtare
debet, per text. in cap. 1. de nou. form. fidel.
ibi, & vnde generaliter, vel ſpecialiter fue-
rit requiſitus, & ibi gl. in d. verſ. requiſitus,
ibique Bald. num. 6. Iſern. num. 3. Aluarot.
num. 5. Præpoſ. num. 2. Laudenſ. num. 8. Bal-
zeran. num. 34. & 43. in fin. text. in cap. 1. ſi de
feud. defunct. &c. vbi Iſern. num. 1. Beluiſ.
Bald. nu. 1. Afflict. Præpoſit. Rauenn. & Bal-
zeran. num. 2. 3. & 11. text. in cap. 1. §. ad hęc
hic finitur lex, cap. 1. §. fin. an ille, qui in-
terſee. fratr. Dom. ſui, Laudenſ. in cap. 1. in
princ. num. 19. de his, qui feud. dar. poſſ. Ia-
cobin. in verſ. & cum pacto, quod dicti &c.
num. 6. Zaſ. par. 7. num. 27. Borcolt. cap. 1.
num. 44. Roſental. cap. 8. concluſ. 26. in add.
2 lit. A. multa adducit argum. ✝ liberti cum
patrono operas promiſſas ante non debet,
quam fuerint indictæ, l. ſi quis hac lege, §.
iudicium, l. cum patronus, l. quoties, ff. de
oper. libert. l. interdum, §. item ſi operas,
ff. de verb. obligat. Roſental. d. concluſ. 26.
in d. addit. lit. A. quod quando quis non vult
aliquid conſequi, ſed intendit ius ſuum iam
quæſitum conſeruare non neceſſitatur, (vt
aiunt) ad offerendum text. pleniſſimus in
d. cap. 1. in fine, an ille, qui interſ frat. Dom.
ſui, & ibi omnes Beluiſ. Iſer. nu. 4. 5. & 17. in
fine princ. ante num. 1. Schench. & alij text.
in d. cap. 1. §. ad hæc, hic finitur lex, & ibi
gloſ. in verſ. ſecundum vſum, Beluiſ. ibi ſe-
cundo &c. Iſern. num. 16. Laudenſ. num. 3.
Afflict. num. 1. Schench. nu 1. & 5. Balzeran.
num. 14. ac alij, Iſern. in cap. 1. §. nec eſt alia
num. 34. ibidem, Aluarot. nu. 6. Afflict. nu. 3.
& Rauenn. eleganter Balzeran. num. 13. in-
3 quiens: ſcientiam ✝ vaſſalli quid deberi nõ
ſufficere, quæ fuit prim. cauſ. benefic. amitt.
ſed debere muniri, & dari dilationem ve-
nerit viginti miliarium pro qualibet die vt
poſſit agere, Camer. in §. firmiter fol. 92. li-
tera K. & ibi Raynaud. num. 6. Capyc. in
inueſtit. feud. verſ. feuda amittuntur col. 29.
in fine, verſ. limita ſecundo fol. 57 & col. 31.
§. & limita, & intellige fol. 58 & ex alijs
multis, & quod nemo diſſentit, dicit Roſen-
tal. in d. addit. Rol. a Valle conſ. 41. num. 33.
4 lib. 4. nec ✝ amittit feudum, etiam ſi longiſ-
ſimo tempore vel mille annis non vocatus
ſine ſeruitio ſteterit; nec libertatem à ſer-
uitijs conſequitur, Ardizz. cap. 67. vtrũ ſuf-
ficiat vaſſallo &c. text. in cap. licet, ſi de
feud. defunct. & ibi Iſern. Beluiſ. Bald. Al-
uarot. Rauenn. Balzaran. num. 4. & 11. text.
in cap. 1. §. ad hæc, & ibi addentes hic finitur
5 lex, qui omnes volunt ✝ eum ſemper præ-
ſumi paratum ſeruire, ſi requiratur; ſequi-
tur Afflict. num. 1. vbi inquit, & ſi per mille
annos ſtetiſſet, Sonsbech. d. par. 1. nu. 9. etiã
ſi nunquam requiſitus &c. & nunquam
ſeruitium præſtitiſſet vaſſallus contra Do-
minum præſcribit, vt ex innumeris autho-
ritatibus, & iuribus firmat Roſental. d. con-
cluſ. 26. in addit. lit. C.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio X.

THEMA.

Dominus ſeruitia indiſtinctè debita moderatè exigere debet conſiderata qualitate vaſſalli, feudi, & bonorũ, & ſi Dominus ſuperflua, & indebita exigit, vaſſallus poteſt adire Superiorem, etiam actione iniuriarum.

SVMMARIVM.

1 *SEruitium indefinitè promiſſum, Domi-
nus moderatè exigere debet conſidera-
ta vaſſalli, & feudi conditione.*
2 *Dominus honeſta, & moderata ſeruitia
exigere debet, alias vaſſalli poſſunt im-
petrare officium Superioris etiam actio-
ne iniuriarum.*
3 *Seruitia exigenda debent eſſe conuenientia
perſonæ qualitati, dignitati, ætate, &
valitudini.*
4 *Seruitium in feudo impoſitum de aſſen-
tiendo Dominam in Eccleſia valet, &
quoties vadit, aſſentiare debet.*

1 IN caſu, quod ✝ ſeruitium in conceſſio-
ne feudi indefinitè ſit promiſſum, Do-
minus non debet nimis auſterus eſſe, ſed
moderatè boni viri arbitrio, & boni, &
equi Iudicis exigere, Bald. in cap. 1. in quib.
cauſ. feud. amitt. nu. 1. & 2. Præpoſit. num. 3.
Affl. nu. 11. & ſeq. & nu. 29. Aluarot. nu. 3. fa-
cit l. ſi libertus ita, ff. de oper. libert. & arbi-

trari

trari debet, conſideratis feudi, ac vaſſalli
conditione,ac circumſtãtijs alijs, & ita ſer-
uitia exigere, Ardizz.in cap.67.& rub.137:
de ſucceſſ.ſ.ſed quæritur &c. fol.184.in fin.
Laudenſ.in cap.1. nu.14. in quib.cauſ.feud.
amitt.allegans Iſern.ibidem per d.l.ſi liber-
tus, ſequitur Præpoſit. num.1. verſ. quæro
2 Dominus vult ſeruitiũ, vbi plus dicit, † ex
quo vaſſallus ad ſeruitia honeſta, & mode-
rata tenetur, ſi Dominus non ita exegerit,
poſſe vaſſallum eo caſu actione iniuriarum
cõtra Dominũ agere, nõ poteſt tamen Do-
minus inhoneſta, & immoderata exigere à
vaſſallo argum. patroni, per d.l.ſi libertus,
& in d.cap.1.in quib.mod.feud.amitt.Afflict.
num.29.Borcolt.cap.1.num.28. Præpoſit.in
prælud.nu.80.vbi ait,quod ſi Dominus exi-
git iniuſta ſeruitia à ſubditis, ſiue ab homi-
nibus ſuis,quod ſubditi poſſunt implorare
officium ſuperioris,vt Domini ſuppreſſionẽ
reprimat,& ſoluere non teneatur,poſt Spe-
cul.in tit.de feud. ſ.quoniã, ſequitur Sche-
neid.par.5.nu.123.Roſental.cap.8.concl.22
3 & in addit. lit.E,& etiam † ſeruitia exigen-
da debent eſſe cõuenientia perſonæ ex qua-
litate, dignitate,& valitudine, Ardizz. cap.
69. Blanc. lib.2.cap.4.num.10. Iacobin. in
verſ. & promiſerunt num.30. qui quidem
inueſtiti nu.67. argum.l.eius artificij, ſ.fin.
de oper.libert.l.medicum,& l.interdum, ff.
eodem, Aluarot.in cap.1.quid ſit inueſtitura
num. 9. vbi addit conuenientiam hanc me-
tiendam eſſe ex ætate,dignitate,valitudine,
& neceſſitate vtriuſque, argum.dictorum
iurium.Borcolt.d.cap.1.nu.23. vnde quam-
4 uis & ſi valeat † ſeruitium in feudo poſitũ,
vt Dominã diebus feſtiuis feſtiuis in Tem-
plo deducat, aut coram Domino citarum
cantet,& ſimilia; tamen vaſſallus vt huiuſ-
modi ſeruitium ipſius perſonæ decorum
non ſit, hoc in alijs conuenientius commu-
tandum eſt,vel per ſubſtitutum ſeruiet,Ar-
dizz.in epit.feud. d.cap.69.in ſ.poteſt etiã
excuſari, Præpoſit. in cap.5. ſ.fin. de capit.
qui cur.vend.per l.liberto, ſ.Lutius,ff.de
aur.& argent. legat. Aluarot. ibidem nu.6.
Iſern.in d.cap.1.ſ.præterea,quid ſit inueſt.
nu.16.Præpoſit.nu.4.Afflict.nu.14.Schench.
nu.4.Rauenn.& Aluarot.num.9.Laudenſ.in
cap.ſi minori datum fuerit,per l.ſi cui,ff.de
ſeruit.Capyc.in inueſtit.feud.cap.feudorum
genera colum.27.ſ.feudum Muti, in cap. ſi
quis receſſerit num.10.& ſeq.ſi de feud.de-
funct.controu.fuer. Thom.de Marin. tit.20.
num.11.in verſ.& promiſerunt num.31.in
fine, per l. nullam qui, C. de decur. lib.10.
Mozz.in tit.de accidental.feud.num.48.Pa-
ris de Put. de reintegr.feud. fol.119.& 122.
vbi nu.3.ait,quod etiam in reuertendo Do-
minam, vaſſallus aſſociare debet, etiam ſi
pluries eadem die Templum acceſſerit,Pa-
ris ibidem num.5.ex alijs Roſental.d.cap.8.
concluſ.22.in addit.lit.G.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio XI.

THEMA.

Vaſſallus præſtat ſeruitiũ ſuis ſum-
ptibus, ſi in inueſtitura nihil de
expenſis dictum ſit, & feudum
ſit pinguè, ſin vero tenuè, & ſit
pauper culpa ſua expẽſis Domi-
ni, & feudum non amittit, & ſe-
cus in infirmo.

SVMMARIVM.

1 *Seruitium,& auxilium vaſſallus ſuis
expenſis præſtat, ſi in inueſtitura de
expenſis nihil ſit dictum,& ſi feudum
ſit amplum, ſed ſi exiguum expẽſis Do-
mini.*
2 *Feudum non perdit, qui ob inopiam non
præſtat ſeruitium, quia ſine culpa feudũ
non amittitur.*
3 *Infirmi ſeruiunt per ſubſtitutum.*
4 *Seruitium à paupertate non impeditum
Dominus ſubminiſtrabit expenſas, ſi vo-
luerit.*
5 *Dominus debet vaſſallum egenum in ne-
ceſſitate ſuccurrere.*

1 Regula eſt,quod ſi in † inueſtitura nihil
dictum ſit de expenſis ſeruitium, ſiue
auxilium ſumptibus vaſſalli præſtetur,quæ
regula moderanda eſt ex qualitate feudi, ſi
amplè,& pinguè ſit, ſi vero feudum exiguũ
ſit expenſis Domini,dicit Zaſ.in epit. feud.
par.7.num.42. argum.l.ſuo victui,de oper.
libert. Specul. in tit. de feud. ſ.quoniam,
verſ.22. Bald.in cap.1. ad finem princ.verſ.
alia quæſtio formatur, de cap.qui cur.vend.
& ibi alij Doctores, Borcolt.cap.1.num.26.
Roſental.cap.8.concl.9.in princ.nam ſi feu-
dum tenuè eſſet,& feudatarius pauper tunc
fortè non teneretur, Zaſ. d.par.7. num.42.
Camer. in ſ.firmiter, de prohib.feud alien.
per Feder.verſ.quæro iterum lit.C. fol.94.
ſequendo opinionem illam Iſern. in ſ. ſed
nec

nec alia iuſtior, quæ fuit prim.cauſ.benefic.
2 amitt. vt non perdat feudum, qui propter inopiam non facit ſeruitium: ea ratione, quia ſine culpa quis feudum nõ amittit, qui non poteſt,non eſt in culpa,ergo amittere
3 non poteſt,vt ibi, cæteri vero † infirmi,aut debilitati, & quãdo plures debent per ſubſtitutum,vt proſequitur Camer.ex Iſern.& alijs concludit in d.verſic. quæro iterum, d.fol.92. lit.E.& pauperem excuſari à ſeruitio, & non amittit feudum, voluerunt vltra Iſern.in d.§.firmiter nu.34.Afflict.nu.10 Præpoſ num.2.Raynaud.num.13.Iſern.in cap.1.§.ſed nec eſt alia num.35.vbi Afflict. nu.38.Schench.nu.7.quæ fuit prim.cauſ.benefic.amitt.Ardizz.cap.5.cuius expẽſis debet ſeruire,& cap.69.in princ. Curt.iunior communem dicit par.4.nu.61. Iacobin.in verſ.& promiſerunt eidem Domino &c. nu. 31. verſ. non eſt cauſa, Blanc. lib.2. cap.1.
4 num.30.niſi eſſet † ſeruitium,quod paupertas nõ impediret,aut ſi Dominus velit ſubminiſtrare expenſas,& cap.4 nu.5. eod.lib. Zaſ.d.par.7.nu.45. Scheneid.par.5.nu.105. Brun.conſ.117.nu.290.& ſeq.Mozz.de feud. tit.fin.nu.111.& 112.verſ.ſexta cauſa.Scra-
5 der.par.6.cap.6.nu.28.Immo quod † Dominus vaſſallo egeno etiam in neceſſitate ſuccurrere cogatur,ex quo illum filij loco habere debet, tradit Afflict. in cap.1. §.ſi Iudex nu.3.de pace tenend.& eius violat.Menoch.de arbitr.Iud.lib.2.centur.2.caſu 182. nu.8.per tex.in cap.1.in fin.de form.fidelit. & paupertas in tantum excuſat in quantũ ſi culpa, dolo, vel prodigalitate ipſius vaſſalli delapſus ſit,vt per Iſer. in d.§.ſed nec eſt alia cauſa nu.35. quæ ſit prim.cauſ. benefic.amitt.& ibi Afflict.num.40.Laudenſ. nu.3.& 9. quia hæc impoſſibilitas affectata fuit, l.1.ff.ſi quis caut. ſequitur Præpoſ.& Aluarot. num.2. Curt. par.4.num.61. non enim pertinet ad neceſſitatem, quod initio libidine, vel voluntariè cauſatam fuit,vt in ære alieno contracto per multa notabiliter notat Grauett.reſponſ.1.pro genero nu.32. & ſeq.nu.59.87.& 88.Menoc.de arbitr.Iud. lib.2.centur.2.caſu 182. vbi illi imputandũ ſit, qui ſuo ſe facto in neceſſitate poſuit Mozz.tit.fin.nu.111. Bald.in §.licet, ſi de feud.defunct.fuer.controuerſ.nu.33. Ludou. Roman.in l.fin.nu.5.ff.qui ſatiſd.cogant.vbi ita exaudi d.§.liberto, ſi de feud. &c. Scheneid.d.par.5.nu.105. Scrader.d.par.6.cap.6, num.28.Roſental.d.cap.8.concluſ.9.num.2. & in d. litera B.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XII.

THEMA.

Feudatarius, ſiue vaſſallus in bello iuſto, & intra Regnum ſuis expenſis ſeruit,ſi reditus feudi ſunt ſufficientes pro Domino, & in bello, ſi vero non ſufficient ad expenſas moderatas Domini ſeruiet.

SVMMARIVM.

1 *Subditi ſunt omnes feuda tenentes, & omnes tenẽtur ire in bello iuſto pro ſuo Principe, eumque auxiliare cum perſona armis,& equis.*

2 *Vaſſalli alij ſic impropriè ratione originis,alij ratione domicilij,alij vti milites, vti ciues honoratè viuentes.*

3 *Rex inuadere aliquem, & mouere bellum iniuſtè non fauore Reipublicæ nullus tenetur eum ſequi.*

4 *Seruitia perſonalia non debentur niſi ex pacto,vel conſuetudine.*

5 *Vaſſalli non tenentes feuda ad militiam, & adoha non tenentur,licet ſint aſtricti iuramento.*

6 *Principem inuaſum improuiſè omnes debent auxiliare, ſi clerici, & ſi non ita tunc ex pacto,vel pacto,vel lege tenẽtur.*

7 *Dominus non debet ſtipendium publicis agendis deputatum in lucrum ſuum conuertere.*

8 *Cenſus tributa,& gabellæ ſoluũtur Principi per Populos,vt ipſos defendat à violentijs,& ſeditionibus.*

1 Omnes † ſubditi tenẽtur pro ſuo Principe ire ad bellum iuſtum, inter quos ſubditos ſunt propriè vaſſalli ab eo feuda tenentes,qui non iurant fidelitatẽ,cap.qualiter autem,in tit. qualit.vaſſall. iurar. deb. fidelit.& cap.de forma 22.q.5.& iſti tenentur indifferenter accedere ad bellum pro Domino ſuo, & illum iuuare in bello iuſto cum perſona armis,& equis,& expẽſis proprijs,ſed non regulariter niſi haberent in pactis, & conuentione cum Domino ſuo,vt in d.cap.de forma,& cap.cum ex officijs,de præſcript.& per Innocent.in cap.ſicut, de iure

ſure iur. Abb. in cap. 1. nè Prçlati vices ſuas,
2 quidam † alij ſunt impropriè vaſſalli nihil
ab eo detinentes iuriſdictionaliter ſubditi,
& quidam alij ſunt milites honoratè viuentes, vt alij ciues, de quibus meminit Cyn. in
3 l. 1. C. de iur. & fact. ignor. quod † ſi Rex voluerit aliquem Inuadere iniuſtè pro libito
voluntatis, & nõ fauore Reipublicæ, nullus
tenetur illum ſequi, d. cap. de forma, & ad
hoc munus non reperitur teneri vaſſallum,
qui à Domino feudum non tenet, vt eum
ſeruiat cum armis in bello, vt habetur in
tit. de pace iuram. firm. l hac edictali, §. fin.
& in tit. quib. mod. feud. amitt & dixit Innocent. in d. cap. ſicut lo ſecondo, de iure iur.
quod licet vaſſalli teneantur de iure eſſe in
conſilio, & auxilio, quod Domini nõ lędantur, tamen non teneantur perſonaliter pro
4 eis armati in ſeruitio eorum, cum non † teneantur ad perſonalia ſeruitia, niſi ex pacto, vel coſuetudine, & facit l. 1. nè à colon.
oper. exig. & notat Ier. in d. §. fin. d. cap. ſiue
legis hac edictali nu. 52. ibi (ſed an alij vaſ-
5 ſalli burgenſes, qui non tenent feuda, † teneantur ad hoc adiutorium, ſcilicet militiæ
autem adohas, dic, quod non, licet ſint aſtricti iuramento certo modo, cap. in qual. vaſ-
6 ſall. iur. deb. fidel.) aut † Princeps inuaditur,
& timor ſit ſubitaneus, & de improuiſo, &
tunc omnes, & ſi clerici pugnare teneatur,
& ad cuſtodiam manere fauore Reipublicę,
vide cap. peruenit, de immun. Eccleſ. & cap.
omni timore 23 q. 8. aut non eſt talis timor,
& tunc vaſſalli propriè lege, & pacto conuentionali aſtricti, vt veri milites tenentur,
d. cap. de forma, & l. penult. ff. ex quib. cauſ.
maior. & alij de iure compelli non poſſunt,
& Iſern. in cap. 1. de cap. Corradi, Afflict. in
deciſ. 265. num. 50. & Camer. in d. cap. Imperialem fol. 92. lit. K. dicit, vaſſallum iuuare
Regem militantem tam in Regno, quàm
extra Regnum non coguntur vaſſalli militare ipſorum expenſis, & ſi aliqui dicunt
contrarium non obſtat, quia eſſet iniquum,
de Epiſc. & cler. l. ſi quis in hoc genus in
fine, vbi conuocatur auxilium militare pro
huiuſmodi executionibus, & facit l. 1. §. ſin
autem, ff. de his, qui latro. & l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, & §. alimenta, ff. de liber.
agnoſc. vbi quamuis filius, patrem, & libertus patronum alere teneatur iure naturæ,
eſt verum, ſi non ſit eis, vnde ſe alere poſſint, minus ergo tenentur ſubditi, qui non
iure naturæ, ſed vſurpatione quadam ſine
legitimo origine debitores quodàmodo re-
7 periuntur. Nam † Dominus non debet ſtipendium publicis agendis deputatum iu lucrum, & aliud commodum ſuum conuertere, cap. quatuor 12. q. 2. quia iniquum reputatur ſubditos perſonalibus ſeruitutibus fatticare, arg. l. 2. de fund. patrim. & dicit tex. in
auth. de mandat. Princ. §. illud, & in auth. vt
nulli Iudic. §. nulli, & in terminis eſt d. l. 1.
nè à colon. oper. exig. & facit l. comperimus
de curſ. publ. & l. 1. de offic. Præfect. Auguſt.
nam à ſubditis iſta miniſteria ſunt remouenda, & offic. Præſid. l. illicitas, §. nè tenuis,
in verbo ſi illicitas, quæ ſunt fienda per ſtipendiaria Dominis, arg. in auth. de mandat.
Princ. §. ſed etiam ſi Princeps pro vbert. &
eius ſumpt. l. fin. de fabricẽſ. §. quoties, verſ.
7 confeſtim, de public. quia ex † hac cauſa
cenſus, tributum, & alia onera ſoluuntur.
Principibus, ſuis Dominis per Populos, vt
ipſos defendant tempore neceſſitatis à violentijs, à ſeditionibus Populorum, & inuadentium, cap. Regum 23. q. 5. & cõſeruant
ſtatum ſine grauaminibus ſubditorum, Iſer.
de ſtatu. & conſuet Eccleſ. §. nauigia, & cap.
militare 23. q. 1. niſi eſsẽt feudatarij, & obligati Domino ſeruire in prælio campeſtri,
vt in cap. 1. quib. mod. feud. amit. circa princ.
& ideo non cogãtur inuiti, & ſine ſtipendio
per ſupradicta format Paris de Puteo in
tract. de re milit. cap. an Dominus poſſit cogere vaſſallum, vt pro eo pugnet.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XIII.

THEMA.

Vaſſallus Dominum extra territorium pro Regno, aut Dominij ſui tuitione iniuriam ſuam, vel ſuorum vendicando, ſequi debet Domini expenſis, etiam vltra mare. & ita ſeruatur in hoc Neapolitano Regno.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſallum ſequi debet Dominum ſuũ militantem etiam extra Regnum pro defenſione ſui ſtatus.*
2 *Rex vbi eſt, ibi territorium Regis eſt.*
3 *Vaſcones male dicere ſub Rege Angliæ nõ militare extra Vaſconiam.*
4 *Feudi medietas fructuũ ſoluitur pro adoba in Regno, quæ adoba eum excuſat à nõ ſequendo Regẽ prçliante ſumptibus ſuis.*

5 Regi-

5 *Regibus ad ciuium commoditatem, non Principis cõſtituti ſunt, vt eos cuſtodiat, & defendat.*

6 *Dominus cõtra Barbaros pugnare ſolitus vltra mare, vaſſallus tenetur ſequi expenſis Domini, alias ſecus.*

7 *Vaſſallus non debet volare ſicut fecit Icarus.*

1 VAſſallus † Dominum non tantum in
ipſius territorio, ſed etiam extra il-
lum militando, & ſeruiendo ſequi tenetur,
modo id fiat pro alicuius dominij ipſius Do-
mini Regni Comitatus, aut alterius cuiusli-
bet rei defenſione, Iſern. in c.1.quib.mod.
feud.amitt.num.3.ſed ſi (inquit) in ſuis paſ-
ſus ſit iniuriam, pro quibus pugnare extra
territorium, non dicitur eſſe extra iuriſdi-
ctionem, licet extra fines ſuos prælietur;
ideo pro illis pugnare, qui ſunt de Imperio
arg.cap.Dominus 23.q.2. ſecuti Bald. nu.4.
2 verſ.ad hoc etiam reſpõdeo, quod vbi † eſt
Rex ibi eſt territorium Regis, arg. ſeruitu-
tes, §.ſi Dom. de ſeruit. Vrban. præd. quod
dato fine, datur medium, adducit Cyn. in
addit.in l.3 ff.de offic.Præſ. id tàm de facto.
quàm de iure teneri ait, idem tenet Præpoſ.
ibidem nu.6.Laudenſ.num.5. Afflict.nu.10.
3 Balzeran.nu.14. vbi addit poſt alios † male
dicere Vaſcones ſe non teneri ſub Rege
militare, niſi ſit in Vaſconia, & extra eſſe
priuatum, non eorum Regem, quod inquit:
ſi Galli dicerent, priuarentur feudis ſuis, in-
tellige tempore quo Vaſconi Angliam te-
nuerant, & alij per Roſental. d.cap.8. con-
cluſ.25.in addit. lit.A. Afflict.in §.1.num.8.
circ. med. de cap. qui cur.vend. & in deciſ.
265. nu.50. Iſern. in §.ſed nec eſt alia, quæ
fuit prim.cauſ.benef.amitt. num.41. Afflict.
nu.5.& plerique omnes Curt.par.4.nu.7. Ia-
cobin. in verſ. promiſerunt nu.3.& 5. Scra-
der. par.6. cap.6. nu.13. maximè ſi ex pacto
in inueſtitura, vel ex conſuetudine locorũ,
vbi ſunt feuda receptum eſt, prout eſt in
hoc Regno ſubptibus tamen Regis, ſequun-
tur etiam, quod in inueſtitura nulla de ſer-
uitijs ſit facta mentio, & ex alijs Roſental.
d.cap.8.concluſ.25.in addit.lit.A.Ferrett.de
de re milit. in cap. de iuſto, & iniuſto bello
num.137. & ſeq. fol.158.& per rationem
4 indubitatam, quia pro † feudis Barones
vaſſalli ſoluunt pro ſingulis vntijs viginti-
duem vntias cum dimidia fructuum vnius
anni, & talis ſolutio vocatur adoha, quam
ſoluunt tàm tempore pacis, quàm belli, &
proinde ſi vaſſallus tenetur ſequi Dominũ
prælìantem etiam extra Regnum a ſumpti-
bus excuſatur, ſed moderatæ ſtipẽdia à Prin-
cipe percipere debet, quando Princeps ipſe
5 idoneos à Regno reditus habet cum ad † ci-
uium non ad ſuam vtilitatẽ conſtituti Prin-
cipatus, & reditus illi intelliguntur, vltra
prædictos firmat Iacob. de Aren.in §.præ-
iudiciales, inſtit.de action. Bart.in l.Meuia,
§.1. per illum tex. ff.de ann.legat. Oldrad.
conſ.234. factum tale eſt, Iſern. & Præpoſ.
in §.fin. de pace iuram. firm. Bald. in l.qui
manumittuntur, C.de operib.libert. & in l.
quoniam, C.ad leg Iul.Maieſt. Innocent.in
d cap ſicut, de iure iur. Loazes in conſ.pro
Marrchione de Velez fol.166. Bal. in cap.
cum ex officij 3.notab. per illũ tex.de præ-
ſcript.quos ipſe Loazes refert & Iaſ.in l.ſi
non ſortem, ff.de condict.indeb.in §.liberus
col.11. Paris de Puteo vbi ſupra, Luc. de
Penna in l.1. col.4.C.nè ruſticani, verſ.ter-
tio quæritur, vbi multa ad propoſitũ lib.11.
Bart.Gaſſan.in conſuet.Busgund tit.de iuſti.
§.4.col.4. Boer. deciſ.303. clericus captus
num.9.verſ.& idem. Vaſq.in controuerſ.iur.
lib.1.cap.6.num.4 Zaſ.de feud.par.7.nu.43.
verſ.verum ſecus in tract.de feud.obſer.28.
Borcolt.de feud.cap.1.nu.27.& idem quan-
do agitur de recuperando amiſſum, vel ip-
ſius Domini, vel aliarum perſonarum re-
cuperatione, vel alicuius vaſſalli iniuria
vindicanda dicunt præcitati Doctores, ſed
ſecus arbitratur, ſi pro occupatione Regni
vocentur, Roſental.ex alijs ibidem lit.B. &
Baro ſi vult vltra mare contra Barbaros
pugnare, diſtingue, ſi Baro eſt potens, & ſo-
litus pugnare contra Barbaros hoſtes infi-
fidos, tunc dico teneri, ſi natura feudum pa-
titur, ſin autem non teneri; quam quæſtio-
nem firmat Io.de Lignan. in ſuo tract. de
bello, vbi addens allegat Bal. in cap.1. §.5.
quo temp. mil. inueſtit. peter.deb. in 4.col.
quod ſi Dominus vult volare vt fecit De-
7 dalus, ipſe † vaſſallus non debet volare,
prout fecit Icarus, qui volauit ſecundum
finctiones poeticas, iuxta illud Ouid.Poetæ.

Icaris Icarias nomine fecit Aquas.

Et dicit Io.de Lignan. ibidem, Dominum
teneri ad ſumptus vaſſallo ſibi ſeruienti vl-
tra mare moderatas arbitrio boni viri ope-
ras, per l.opere, ff.de oper.libert. l.penult.
& l.qui voiuerſis, ff.de pignor.actio.Ferrett.
de re milit. in cap.de inimicis occultis nu.3.
hoc iure vtimur in hoc Neapolitano Re-
gno, & ab Inuictiſſimo Rege noſtro Catho-
lico ſemper quod aſſociantur milites per
extra Regnum, etiam quod ſint titulo de-
corati Barones, & priuatæ perſonæ de Fiſco
ſtipendiati ſubſit, vt eſt notum.

PARTIS

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XIV.

THEMA.

Vaſſallus Domino in pace,& in bello opem ferre debet etiã in rixa, ſi præſens eſt,& tam ipſum, quã eius Superiorem ſeruire tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſallus ratione fidelitatis omnibus corporis, & animi viribus Domino ſeruire debet.*

2 *Vaſſallus ſeruire debet, etiam ſi in feudi conceſſione pactum non adſit cauſa ex natura feudi ſolita ſeruitia veniunt.*

3 *Seruitia poſſibilia debẽtur etiam quod nõ ſint in inueſtitura expreſſa.*

4 *Vaſſallus non tantum Dominum à quo tenet feudum ſeruire tenetur, ſed etiam priorem Dominum.*

5 *Superioris authoritas in iuramento ſemper excepta cenſetur.*

6 *Vaſſallus pro vniuerſali bono publico tenetur ſeruire Regem contra proprium ſuum Dominum.*

7 *Vaſſallus ſeruiens alium quam Dominũ immediatum ſuperiorem Dominum offendit.*

1 VAſſallus ratione fidelitatis omnibus corporis, & animi viribus Domino opem ferre tenetur non minus in pace,quã in bello. Hæc regula patet ex tit. qual.quis fidelit.iur.deb.vaſſall.tit.de form.fidel.cum tit.ſeq.in fin.& ibi notatis Ardizzon.in.rub. 69. Borcold. cap.1.nũ 23. Vueſemb. cap.9. num.10. Vulteius cap.10.nu.21.lib.1.Scrader. par.6 cap.6.nu.1.2.& 3.cum ſeq. Scheneid par.5.nu.93.Petr.de Bellapert.in tract. de feud.cap.1. Ferrar.in form.libelli qua agitur ad reuocationem feudi, verſ. coram vobis, Præpoſit.in prælud.nu.78.Hartman. Hartm. in pract.obſeruat.tit.54.obſeru.30. lib.2. Curt.iun.par.4.nu.5. hæc regula multis modis declaratur. Primo,vt hoc verum
2 ſit, † ſiue in feudi conceſſione pacti ſint, vt debita ſeruitia vaſſallatica præſtẽt, ſiue nõ, nam etiam ſi in inueſtitura nulla fiat ſeruitiorum mentio, tamen ex natura feudi ſeruitia ſolita cum equis, & armis pro perſonarum,feudorum,ac regionum circumſtantijs, & moribus intelliguntur oppoſita, Afflict.in cap.1.in princ.num.38.& 50. quib.ex caud.feud.amitt. arg.l.ſemper in ſtipulationibus, ff.de regul.iur.& in cap.1. §.ſimiliter nu.3. de cap.Corrad.& in cap.1.§.fin. nu.2. de capit.qui cur.vend.Præpoſ.in d.cap.1.in quib.cauſ.feud.amitt.verſ.ſed quia ſi Dominus,& ibi Iſern. num.9. Schench.num.11.& alij Blanc. lib.1. cap.3.num.37. Iacobin.in verſ. qui quidem inueſtiti nu. 65. Scheneid. par.5.num.93. Scrader.par.6. cap.6.num.5. Corn.conſ.139.nu.28.lib.1.Roſental.d.c.8. concl.4.num.3.& addit. in eadem lit.B. ſi in ipſa conceſſione oppoſita non ſint ſeruitia vlla ſolita,& de natura feudi præſtanda veniunt, ita tenet Præpoſ.in cap.vnic.in quib. cauſ. feud. amitt. verſ.ſed quid ſi Dominus dat feudum nu.1.& idem tenuit Affl. nu.49. & ſi piaculum putat ab Iſern.opin.recedere num.50.ſequitur Laudenſ.nu.13.Bald.in cap.1.nu.17. de cap.qui cur.vend. vbi ait in feudo franco omnia ſeruitia præſtanda eſſe, quæ iuramento fidelitatis, vel in inueſtitura continentur, Ardizz.in rubr.35. atteſtatur Intrigl.in ſua centur.feud.56.num.183. Camer.in cap.imperialem fol.3. Thom. de Marin.tit.18.de feud.hab.propr. nat. feud. nu.7.& ſeruitia coherent feudis,Cuiac.lib.5. de conſt.Cacher.deciſ.16.num.11.Capyc.in inueſtit.feud. cap. feudorum genera col.21. §.rectum feudum &c. ait, ſeruitijs non ex-
3 preſſis † vaſſallum teneri ad poſſibilia,quę ex forma fidelitatis veniunt,& ſic Vult.c.6. in fin.lib.1. ex alijs Roſental. cap 8.concl.4. add. lit C.qui num.4.dicit etiam ſi nonnulli ſatis ſonnolenter more feudiſtę cum diſſentiant,aut cum diſſentientibus trãſeunt,quos refert ibidem in addit.lit D.& non obſtant, ibique aliæ prædictæ regulæ declaratinnes, quas breuitatis cauſa non pono,& ſunt ne-
4 ceſſariæ, & non † tantum Domino, à quo tenet feudum, ſed etiam & priori Domino, à quo Dominus ipſius tenebat,Iſern.in c.1. §.ſed non eſt alia num.41.in fin. Afflict.ibidem nu.8.quæ fuit prim.cauſ benefic.amitt. vbi tradunt, quod ſubfeudatarij,& Barones per Comites poſſunt cogi, vt ſe comitetur in expeditione Regis, Rol. à Valle conſ.1. num.37 lib.2.vbi dicit, Regem vocare vaſſallum Baronis, vt ſibi ſeruiat, Bald. tit.de allod. num.20. Raynaud. in d.cap.firmiter num.14 fol.147.ater. per cap.illud nu.4 de prohib.feud alien. per Federic. Iacobin. in d.verbo promiſerunt num.12 Duaren.c.12. num.14. Scrader par.6. §.ſimiliter, de cap. Corrad.ibique Rauenn.& tex.in cap.ſi Dominus, mediatus ſit Dominus vniuerſalis Patriæ Regis, Ducis, Marchionis, Comitis,

vel Baronis, Specul. in ℣. quoniam, de feud.
num. 28. & 29. Rauenn. in quæſt. feud. poſt
lectura poſitam, verſ. nota etiam fol. 428. in
5 fine, & ſeq. cum † Superioris authoritas in
iuramento ſemper ſit excepta, cap. venien-
tes, de iure iur. Specul. in d. ℣. verſ. 15 quę-
ritur, ita quod ſi Baro habet guerram cum
alio Barone volens occupare ſuam Baro-
niam, & Rex ſuperior cum alio Rege, aut
cum alio Potentatu volēte occupare ſuum
Regnum, vocaret vaſſallos Baronis ipſi te-
nentur ſeruire, & adiuuare magis Regi, quā
Baroni, quia ſunt vocati ad maius Tribunal
pro defenſione Patriæ, Coronæ, & commu-
nis boni, ſecus ſi Rex vocaret eos pro ali-
quo negotio non tangente publicam vtili-
tatem, vt per Specul. in d. ℣. quoniam, verſ.
16. & dicit Rauenn. in d. loco, Roman. in l.
ſi quis in graui, ℣. ſi cum omnes nu. 4. ff. ad
Syllan. in ſpecie etiam Iacobin. in d. verſ. &
promiſerunt eidem Domino num. 12. Zaſ.
par. 7. num. 41. Scrader. d. par. 6. num. 60. in
fin. verſ. hoc tamen ita demum, argum. l. mi-
nimè, ff. de relig. & ſumpt. funer. citat Afflict.
in deciſ. 265. nu. 30. Roland. à Valle conſ. 1.
num. 80. & 81. lib. 2. ex alijs Roſent. d. cap. 8.
artic. 11. num. 1. in addit. lit. A. imo in tali
6 caſu † pro vniuerſali tuitione Regni, & bo-
no publico ſubfeudatarij, & vaſſalli Regni
contra proprium Baronem ſeruire debent,
Specul in d. §. quoniam, nu. 29. verſ. 15. quę-
ritur, Rol. à Valle d. num. 80. & 81. Iacobin.
d. num. 12. Afflict. d. deciſ. 265. num. 1?7. vbi
dicit vaſſallos Baronum Dominum imme-
diatum, Raynaud. in d. §. firmiter num. 155.
verſ. quæro quid iuſta, fol. 47. & nu. 140. &
nu. 24. & 245. vbi intit, non videntur offen-
dere Dominum mediatum contra Dominū,
d. §. illud, de prohib. feud. alien. per Federic.
7 quia Domini † Dominis non eſt Dominus,
& ſeruitum Domino immediato, l. permit-
tente ſit, d. ℣. illud. intelligit, ſi alium quam
Dominum immediatum iuuando, ſuperiorē
Dominū ſubuaſſallus offendit; ſequitur Ia-
cobin. d. nu. 12. vtens argumento, quod ſicut
vaſſallus non obligatur contra ſe ipſum
Domino; ita nec pati, vel præſtare cogitur
aduerſus ipſum vaſſallum, & docet expreſ-
sè in terminis Scrader. d. par. 6. cap. 6. nu. 60.
verſ. neque hoc caſu.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XV.

THEMA.

Vaſſallus Dominum egenum alere non tenetur, quia cum deberentur ratione feudi, quod cum reperitur ſub alijs oneribus eſſet iniquum, & proinde non pręſtat communior.

SVMMARIVM.

1 *ALimenta præſtare debet libertus Domino ſuo.*
2 *Alimenta donatarius præſtat donanti.*
3 *Vaſſallus priuatur feudo eiſdem ex cauſis quibus filius hæreditate paterna.*
4 *Vaßallus tenetur mori pro Domino.*
5 *Alimēta vaßallus præſtat Domino inopi.*
6 *Alimenta vaſſallus non præſtare Domino, opinionem communiorem, & veriorem eſſe.*
7 *Alimenta nec in feudo antiquo præſtari debent per vaſſallum Domino.*
8 *Alimenta præſtantur Domino per vaſſallum. Primo, ſi Dominus culpa vaſſalli ſit factus egenus. Secundo, ſi pro facto vaßalli. Tertio, ſi omnia vaſſallo dediſſet. Quarto, ex pacto, vel ex alijs.*
9 *Alimenta nō præſtantur donanti ob cauſam.*
10 *Feudum non eſt ſimplex donatio, ſed ob cauſam.*
11 *Alimenta præſtant liberi patri ratione pietatis, non bonorum.*
12 *Alimenta de feudo filius non præſtat patri niſi in maxima egeſtate ſit.*
13 *Vaßalli, & ſerui non eſt bona æquiparatio, ſeruus debet præponere ſalutem Domini propriæ, quod eſt ſecus in vaſſallo.*
14 *Alimenta ſi præſtanda eſſent ratione rei ſcilicet feudi, adſunt alia diuerſa onera, quæ excuſant ab alimentis.*

IN hac Dilucidatione aliqui partem af-
1 firmatiuā tenent. Primo, argumento † li-
berti, qui Dominum pauperem alere tene-
netur, vt in l. ſi quis à liberis, §. ſolent cum
ſeq. ff. de agnoſcendis, & alendis liberis, vel
parētibus, vel patronis. Secundo, argumen-
2 to † donatarius, qui propter donationem
donan-

donantem pauperē alere tenetur ad tollen-
dum periculū reuocationis donationis ſibi
factæ, per gloſ.in l.fin. in verſ.voluerit,&
ibi poſt Salic. communem pronuntiat Ripa
in q.49. C.de reuoc.donat. Viu.in commun.
opin.lib 1.opin.79.in verſ.donatio num.2.&
ex multis hanc communem firmat, & text.
in cap.1. §.prædictis modis, quæ fuit prim.
cauſ benef.amitt.& ibi omnes,quod ex qui-
bus cauſis donationes iure perfectę à dona-
tore reuocantur ex eiſdem , & feuda amit-
tuntur. Tertio,ex eodem §.prędictis modis
colligitur , quod vaſſallus ex eiſdem cauſis
priuatur feudo, quibus filius exheredatur à
patre, per text.in d.l.ſi quis à liberis, §.ſo-
lent, ff.de agnoſcend.liber. & .in auth. tit.vt
cum de appell.cognoſc. nouell.115. cap.3.
aliud quoque capitulum verſ. ſi quemlibet
de prædictis , & in verſ.ſi quis de prædictis,
Bart.in tract.de aliment. num.9.& 10. & ſi
aliqui vti Bal.in l.vlt §.ſed ſcimus nu.3.C.de
latin.libert.toll. Iaſ.in prælud.feud.num.70.
Quarto,confirmatur hęc ſententia per gloſ.
in l.1.§.ius ad Syllan.quæ dicit,quod † vaſ-
4 ſallus tenetur mori pro Domino ſuo, & vi-
tam Domini ſuæ propriæ vitæ præferre,
Roland.à Valle conſ.5.nu.8.lib.3. Quinto,
Bart.in d.l.ſi quis à liberis, §.alimenta,&
funditus in tract.de aliment.fol.fin. Iacobin.
de Sancto Georg. in verſ.qui quidem inue-
5 ſtiti col.fin.in princ.vbi inquit, quod † vaſ-
ſalli,& ſubditi tenentur Dominum alimen-
tare,per l.alimenta, §.fin. l.Dominus alen-
dus,& l.magiſtratus,ff.de iure patron. & ex
alijs Roland. à Valle d.conſ.5. poſt num.8.
6 & ſeq. his non obſtantibus multi alij † con-
trarium firmāt,vt ex Hern.in cap.licet vaſ-
ſallus, ſi de feud. defunct. fuer. controuerſ.
num 4. Aluarot.ibidem de communi teſta-
tur nu.6.Præpoſ.nu.3.& Petr.Rauen.in fin.
qui omnes hoc conſiliū Dño dant, vt pacto
de alimētis ſibi pręcauear, Affl.nu.5.Schenc.
nu.7. Ardizz.in ſum.ſub rub.61.an vaſſallus
teneatur Dominum egenū, Blanc.lib.2.c.1.
num.43.Capyc,in inueſt.feud.§.alimentā in
princ. fol. 41. ibi §. limitatur etiam præfa-
ta &c. communem dicit Zaſ.par.7. ad quid
vaſſallus teneatur num.44 communiorem,
& veriorem dicit Scheneid. ſibi contrarius
par.5.nu.122.communē teſtatur Sonsbech.
num.46.communiorem affirmat,& ſequitur
Vueſembec. cap.9. nu.17. communem dicit
Clarus in §.feudum q.23.& Eman. Suar. ita
teſtatur recept.ſentent. lit.F. num.79. idem
7 in † feudo antiquo tenet , in quo ad primū
patronum, qui ex ſuis bonis feudum gratis
conceſſit, fuerit enim pro qualitate,& con-
ditione perſonarum,& feudi ſuccurrendum
exiſtimo ex alijs dicit Scrader. par.8.cap.1.
num.117. adde Matth.Coler. de pror. exe-
cuſ.par.2.cap.3.num.333.vbi communem
teſtatur,& nouiſſimè Scrader. par.6. cap.6.
num.94.etiam communem aſſerit,& cap.10.
ſect.7,num.70. vbi tamen de feudo minimo
loquitur Vult.cap.10. communem num.35.
lib.1.de feud. Hartman.Artm.in pract. ob-
ſeruat.tit.de feud.54.obſer,33,lib.2.elegan-
ter,& latè hanc ſententiam comprobat Ro-
land.à Valle conſ.5.Illuſtriſſimi num.12.&
ſeq.vſque ad finem lib.3.rejectis contrarijs
communem teſtatur nu.20.ac veriorem, &
communi calculo receptum num.fin. & ex
alijs Roſental.cap.8.concl.26. qui nu.9. di-
8 cit † prædicta nō procedere. Primo,ſi Do-
minus culpa vaſſallus ſit factus egenus . Se-
cundo , ſi pro facto vaſſalli bona ſua con-
ſumpſiſſet. Tertio,reſtringūt in eo,qui om-
nem ſubſtantiam ſuam dediſſet ſuo vaſſallo,
vel feudum ſit maximum, & hāc diſtinctio-
nem plerique omnes ſupra citati, & alij af-
ferunt præſertim Aluarot.Præpoſ.Rauen.
Afflict.Ardiacon. Blanc.Capyc. Hartman.
Hartmān.Schencſt.vero in d.cap.licet, ſi de
feud.defunct.&c.num.7. limitat,ſi Dominus
vaſſallum ab alijs ſeruitijs abſoluit , & Iul.
Clar. addit , ſi vaſſallus abundaret diuitijs,
maximè occaſione feudi, Nicol.Euerard.in
loc.legal. loc.à liberto ad vaſſallum nu.14.
in eiſdem limitationibus vaſſallum ad ali-
menta teneri, concludit Balzeran.in cap.li-
cet nu.13.de feud.defunct.controuerſ.fuer.
inter agnat.&c. quod & Scrader. d. loco
nu.95. cap.6. par.6. vbi aliam limitationem
adducens videlicet,ſi pacto,vel ſtatuto con-
ſuetudine loci aliud cautum , & receptum
ſit,& iſtis caſibus priorem opinionem pro-
cedere,vt ex tractibus feudi non aliundè te-
neatur nu.96.latiſſimè idem Scrader.par 9.
par.1. cap.8.nu.53. verſ.& hac opinio abſq;
omni, Capyc. d.loco cap.limita prædicta,&
ſeq. & vltimam opinionem ſub iſtis limi-
tationibus amplectendam eſſe tradit Ro-
ſental. d.num.9.& ſeq. reijciens contraria,
& non obſtare primum argumentum à li-
berto ad vaſſallum non procedere, cum nō
adſit eadem ratio, & iſtud ſimile non facere
ad propoſitum ex his, quæ dicit Salyc. in l.
ſolo, C.de liber.cauſ. vbi inquit: quod Do-
minus non procedit ineſſe,ſicut facit Patro-
nus,Lambert.Roland.à Valle d.conſ.5. nu.
39. & late deducit Sonsbec.par.12.nu.49.&
& par.13.num.164.Euerard.d.loco num.15
Miſmcer.centur.4.obſeru.92.reuocās prio-
rem ſententiam Intrigliol. q.58.num.11.&
ſeq. centur.1. & alij allegati per Roſental.
cap.10.concluſ.11,in addit.lit.B. non obſtat

ſecundum ſaltim in donatione ſimplici om-
nium,vel maioris partis bonorum,Iacobin.
de Sancto Georg.in dict.verſ. & cum pacto
num.7.declarando gloſ.in l.fin.C.de reuoc.
donat. idem tradit Ripa in d.q.49. nu.564.
Mozz.de natural.feud. num.68. verſ.tertio
dicas,& ex alijs Roſental.d.concl.27. in ad-
9 dit. lit. H. † non autem in donatione, quæ
ob cauſam facta eſt,vel ſi donator ob illam
donationem ad egeſtatē venerit obtineret;
argum. l.decurionibus 8. ff.de decur. quia
debet ali de publico, dicit ibi gloſ.& nō vl-
tra caſum iſtum, ſi pro feudo damnando
10 non venit in egeſtatem,& † feudum non
eſt ſimplex donatio,ſed ob cauſā,ſiue con-
tractus cum annexis grauiſſimis obligatio-
nibus,Tiraq. in rep. l.ſi vnquā,C.de reuoc.
donat.& ex alijs Roſent.d.concl.27.n.14.&
vaſſallus pro feudo eſt aſtrictus, & tenetur
Dño ad multa,de quibus dixi hac eadē Parte
diluc.2.& 3. nec obſtat tertium de filio,quia
non eſt ſimilis,dicit Salic. in l.ſolo,C.de lib.
cauſ. quia Dominus vaſſallum non ponit in
eſſe,vt pater, ſed ſolum in rebus feudi bene
facit ei, & iſta non neceſſitāt ad ſe obligan-
dum pro illo, l.3. §.penult. ff.de adminiſtr.
rer. ad Ciuit.pertin. licet ad antidora ſic, l.
ſed,& ſi, §.conſuluit, ff.de repet.hæred.Ro-
11 land. à Valle d.conſ.5.nu.38.& † liberi nō
ratione bonorum, ſed pietatis, & ſanguinis
ad alimenta exibenda obligātur, & hæredi-
tatem parentum præſertim legitimam ſine
alio adipiſcātur,& expreſsè dicit Capyc. in
inueſtit.feud.cap.feudorum alimenta in fine
12 fol.42.non teneri † filium patrem alere ex
bonis feudalibus, niſi ſit in maxima egeſta-
te, vel niſi feuda ſint in diſtrictu Neapoli-
tano,quod cum ex conſuetudine ſit in filio,
ergo non in alijs. Ad quartum reſpondetur
ſecundum Bart. in l.cum acutiſſimi nu.218.
C.de fideicommiſſ. & primo,quod gloſ.ipſa
loquitur arguendo,& per conſequens non
decidendo, cap. forus, §.argumentum. de
verbor.ſignificat. Secundo,quod gloſ.illa
13 † arguit de ſeruo ad Dominum, quæ æqui-
paratio non eſt bona, vt per Curt. iun. in
tract.de feud.par.4.verſ.& ex prædicta con-
cluſione, vbi inquit ſignandum eſſe, quod
leges loquentes de ſeruis non poſſe allegari
ad vaſſallos, quia ſeruus debet præponere
ſalutem Domini ſaluti propriæ, ſecus autē
in vaſſallo,vt in cap.1.quib.mod.feud.amit.
vbi vaſſalli debent defendere Dominum
ſalua eorum vita, & perſona,& Afflict. nu.
46. cum ſimil.in cap.1. §.à morte, de alien.
feud.patern.in fine. Non obſtat vltimum,
quod contrarium tenuit Bart. & alij ſu-
pra in dicto quinto contrario citati, quia
ſententiam contrariam veriorem, & com-
muniorem, ac magis receptam,& tot com-
munibus opinionibus, & Doctoribus vt ſu-
pra à verſ.his non obſtantibus, & infra ad-
ductis,qui numero,& pondere pro negatiua
obtinere,& ſic alimenta Domino per vaſſal-
lum non deberi, quam opinionē affirmante
deberi,vt ex prædictis patet,& ratio deberi
14 † alimenta eſſe ratione rei, & res maximè
feudales reperiuntur ad alia ſeruitia,& one-
ra obnoxię, non poſſint pro alimentis gra-
uari, eſſetq; iniquum, vt in ſpecie tradit
Schench.in d.cap.licet vaſſallus nu.7.ſi de
feud.defunct. controuerſ.fuer. vnde diluci-
datum extat vaſſallum Dominum egenum
alere nō teneri niſi in caſibus ſupra notatis,
& ex multis cōibus,& verioribus opinioni-
bus firmat Roſent.d.concl.27.in gloſ. lit.F.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XVI.

THEMA.

Vaſſallus Dominū ære alieno gra-
uatum releuare non tenetur, nec
carceratum pro debito ſoluere,
liberare,& iura feudalia Domini
aſſignantur creditoribus.

SVMMARIVM.

1 *VAſſallus Dominum de periurio peri-
clitantem liberare non cogitur.*

2 *Vaſſallus expenſas liti Domini erogare
non tenetur.*

3 *Vaſſallus non cogitur ſoluere æs alienum
Domini nec fideiubere.*

4 *Vaſſallum ſaltim fideiuſſione Dominum
ſuccurrere debere.*

5 *Vaſſallus ex fidelitatis forma obligatur
Domino corporis, & ingenij in pace, &
bello auxilium præſtare.*

6 *Vaſſallus pro alijs grauaminibus quam
feudo exiſtentibus onerandus nō eſt, ſed
conueniens eſt Dominum liberare.*

7 *Dominus captus ab hoſtibus nō ſua culpa,
ſed pro tuitione ſtatus vaſſalli tenentur
adiuuare.*

8 *Domino non habente aliud quam vaſſal-
lagium, illud ius vaſſallagij creditoribus
aſſignabitur.*

9 *Dominus ſi eſt carceratus, & nullum aliū
excarcerandi modum habet, poteſt ſua
bona cedere.*

1 Domi-

1 DOminus, † & ſi de periurio periclita-
ret vaſſallus eum liberare non cogi-
tur, gloſ in verſ.amittere, & omnes Inter-
pretes ſi de feud. defunct.conuent.&c. & ſi-
gnanter ibi Iacob.de Bellouiſ.Iſern.num.1.
Bald.in princ.Laudenſ.nu.9. Aluarot.nu.4.
Præpoſ.& Raudenſ in princ.Afflict.num.5.
Schench. num.5.& alij, Iaſ.in prælud.feud.
num. 54 text.etiam,& gloſ.in cap.1.in fine,
in verſ.periurium,de alien.feud.pater.Bel-
uiſ.Iſern.num.5.Bald.ibi verſ.à morte,Al-
uarot.nu.2.& 3. Prępoſ.Rauen.Afflict.nu.4.
& alij,Raynaud.in cap.imperialem,§.firmi-
ter nu.47. de prohib.feud.alien.per Feder.
allegat Petr.Iacob.tit.de cauſ.ex quib.vaſ-
ſall.feud amitt. Iacobin. in inueſtit.verſ.qui
quidem inueſtiti num.77.verſic.cum pacto,
quod dicti nu.6.Curt.iun.par.4.num.9. Ziſ.
par.7.nu.47.Sonsbec.cap.10.concl.9.nu.17.
2 qui addit, quod † nec Domino expenſas li-
tis ſubminiſtrare tenetur,poſt Raymund &
Petr.Iacob.Blanc. lib.2.cap.1.num.42. Ia-
cobin.in verſ.& promiſerunt eidem Domi-
no nu.24. Artman.Piſtor.lib.1.q.20. Scrad.
d.par.9.cap.8.nu.9. vbi hoc limitat ſicut in
Dilucidatione pręcedenti,& par.6.cap 6.nu.
95. Schench.par.5.nu.123. Roland.a Valle
3 conſ.5.num.13.lib.3.& non † tenentur, nec
cogi poſſunt æs alienũ Domini vaſſalli ſol-
uere,Bald.in l.3.num.7.vbi & Salyc. C.de
action.& obligat.Iaſ.in l.ſi ex toto num.36.
ff.de legat 1. Math.Coler. in tract.de pro-
ceſſ.execut par.2.cap.3 num.332.Leonard.
de Piſant.in ſuo conſ.relato inter conſilia
Bruni 117. num.60. Scrader. in tract. feud.
cap.9.pat.8.num.9.& alij præcitati omnes,
& etiam ſi carceratus eſſet pro ære alieno,
Dominus pro eo liberando,vaſſallus nec fi-
deiubere, nec ſoluere tenetur, Iacobin. &
Aluarot.in d.cap.licet vaſſallus,ſi de feudo
defuncti contentio &c. num. 7. reprobans
opinionem Ardizz. contrariam volentis,
quem ſequitur Præpoſ.ibi num.3.Petr.Ra-
uenn.putat tamen Schench.num.6. eodem
4 † loco fideiuſſione ſaltim vaſſallum ſuccur-
rere debere, & plenius in cap.1. §.item ſi
delator num.10.quę fuit prim.cauſ.benefic.
amitt. Afflict.in cap.1.verſ.ſi à morte, de
alien feud.patern. Raynaud.in d.§.firmiter
num 46. Curt.iun.par.4.num.75. Iaſ.par.7.
num. 47. vbi communiter receptum dicit
Sonsbech.par.11.num.45.Vuſembec.d.c.9.
num. 17. Epiſc. Loazes in alleg. pro Mar-
chione Valez 171.num. 9. communem te-
ſtatur Clar.in d.§.feudum q.24.in princ.fa-
cit lex curatores, §.filium, ff.de admin.rer.
ad Ciuit.pertinent.Adde hic Didac Couarr.
variar.reſolut.lib.2.cap.1.num.4.vbi & tra-
dit eum, qui beneficium competentiæ, non
habet, incarcerari poſſe, Scrader. d.par.6.
cap.6.num.95.Scench.d.par.5.nu.123.Vult.
cap.10.num.36.vbi communem teſtatur, &
Vaſq. citat controuerſ.illuſtr. lib.1. cap.6.
nu.6 verſ.19.Kirkou.in commun.opin.lit.V.
concluſ.98. nu.3.centur.5.& ratio eſt, quia
feudum ſeruitijs perſonalibus, aut loco il-
lorum fructuum contributione cum fideli-
5 tate obnoxius,& pro quibus ex † forma fi-
delitatis vaſſallus obligatur Domino corpo-
ris,& ingenij viribus tam in pace.quàm in
bellis auxilium præſtare,vt ex tit. qual. iu-
rare deb. vaſſall. fidelit. cum tit. ſeq. & ibi
notatis hic finitur lex, Ardizz. in rubr. 69.
Borcolt.cap.1.nu.23.Vuſembec.cap.9 nu.10.
Vulteius cap.10.nu.21.lib.5.Scrader.par.6.
cap.6.num.1.2.& 3.& ſeq. Scheneid. par.5.
num.93.Petr.de Bellapert.in tract.feud.c.1.
Ferrar. in form.libell. quæ agitur ad reuo-
cationem feudi, verſ.coram vobis num.78.
Hartman.Hartman.in pract.obſeruat.tit.de
feud.54. obſeruat.30. lib.2. Curt.iun. par.4.
nu.5.Roſental.cap.8.concl.4.in addit.lit.A.
de quibus vaſſallorum ſeruitijs diximus ſu-
pra hac Parte Dilucid.1. cum ſeqq. quibus
ſi adimplere non poteſt, non parum eſt, ex
6 quo alijs † grauaminibus vltra in feudo
exiſtentibus, feudatarius onerandus non
eſt, bene conueniens eſt,quod hoc caſu vaſ-
ſallus opera, & diligentia ſua laborare de-
bet, vt poſſit Dominum alijs modis legiti-
mis liberare,vt dicunt Schench.in §.item ſi
delator,quæ fuit prim.cauſ.&c. & in d.cap.
licet, num.6. Iacobin.in d.verſ.qui quidem
inueſtiti num.77.Curt.iun.in d.par.4.nu.75.
ſed hoc conſuetum non ſeruari,in quo con-
tradicit Iul.Clar. in §.feudũ d.q.24. ſi vero
7 † Dominus ab hoſtibus captus fuerit, maxi-
mè ſi non ſua culpa ſe pro tuitione ſtatus
pro ipſius redemptione vaſſalli tenentur
adiuuare, Hoſtienſ. in ſumma de immunit.
Eccleſ Blanc.in ſumma feud.cap.1.qui hunc
caſum non laudat,nec approbat,ſi militiam
voluntariè ſuſcepit, Specul. in tit. de feud.
§.quoniã, verſ & nota quod vaſſalli nu.67.
Raynaud. §.firmiter nu.41. Iaſ.in l.placet
la ſeconda, nu.19.C de ſacroſ.Eccleſ. Afflict.
d.deciſ.265. num.54. Roſental. ex alijs in
cap.5.concl.76.nu.9.& in dictis literis E.G.
ſupra dictis vero caſibus, in quibus vaſſalli
Dominum adiuuare non tenentur. Iudex ſi
8 res aliæ Domini deficiunt,poſſet † credito-
ribus eius in ius,quod Dominus in vaſſallos
habet immittere, & verſ. id per ſecundum
decretũ adducere,ita vt in poſterum vaſſal-
li eos recognoſcere,& his iura ex feudis de-
bita præſtare cogentur, vt per Bald. in l.3.

C.de action. & obligat. & in l.liberti, liber-
tæq; num.4.C.de oper.libert. per notata in
l.pro hærede, §.ſi quid, de acquir. hæredit.
ſequitur Iaſ.in prælud.feud.nu.54. tradunt
communiter Doctores in cap.1.§.ſimiliter,
de cap.Corradi,quod vaſſallus, vel ius in
eum ob debitum Domini accipi pro execu-
cutione poſſit, Coler. dict. tract. de proceſſ.
exeq. par.2 cap.3.num.332.poſt Iaſ. in l.à
Diuo Pio, §. ſic quoque, num.1. vbi de de-
bitore penſionis loquitur,quod in eum exe-
cutio fieri poſſit,& ibidem, Alex. Roſental.
cap.8. concluſ.28.num.6.& in addit.lit.G.&
cum ſit communis Doctorum ſententia,
quod vaſſallus Dominum pauperem alere
non teneatur, vt in præcedenti Dilucida-
tione, & ſi eſt carceratus pro eo ſoluere,
nec fideiubere tenetur, vt prædictum eſt,&
3 † Dominus ſi æs alienũ ſoluere nullo modo
poteſt, ſed vt ne in carcere detrudatur ſibi
conſulere poteſt cedẽdo bonis, vt per Do-
ctores in d.cap.licet, nu.47. Vaſq. controu.
illuſtr.controuerſ.6.nũm.6.Kirxou.in verſ.
vaſſallum non teneri, lit.V. Vulteius cap.
10. num.36.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio XVII.

THEMA.

Si in inueſtitura nullum exprimatur ſernitium, tunc congruum ſeruitium debetur ſecundũ qualitatem rei,& perſonæ.

SVMMARIVM.

1 *Adobæ canonis, vel alterius ſolutionis, ſi expreſsè non ſit remiſſio non niſi annis 40. præſcribitur.*

2 *Feudum datum ſub conſueto ſeruitio recipiens, cogi poteſt de conſueto.*

3 *Feudum cum conſueto ſeruitio datum, intelligitur ſecundum medietatem valoris.*

4 *Feudum datum vt ſeruiat ſeruitium cõgruum ſecundũ rei, & perſonæ qualitatem debetur.*

5 *Seruitium quando non eſt taxatum, ſemper exigitur, adoba ſolita imponi in Regno.*

6 *Seruitiũ conſuetũ non accipitur, ſed ſecundum generalem cõſuetudinem in Regno.*

7 *Seruitij præſtatio vocatur adoba, ſiue ſubuentio in Regno.*

1 QVando Rex † dedit feudum non de-
terminato ſeruitio, an poſſit poſtea
imponi,& certè ſi de adoha,ſiue canone,vel
ſolutione aliqua expreſsè non ſit remiſſio,
non niſi 40. annis præſcribitur, vt in l.iu-
bemus, C.de fund.patr. lib.11. & dicit Gra-
mat.deciſ.100.num.21.& ſeq. quo modo di-
cimus,illam peti non poſſe etiam conſuetũ,
2 ita quod is, † qui recipit rem in feudum
cum præſtatione conſueti, vel alias debiti
ſeruitij eſt cogendus, vt in l.Domini, C.de
agricol. & cenſit. in gloſ. lib.11. ſed ſi dicit
3 † ſub ſeruitio cõtingenti,tunc videtur velle
magnũ cenſũ imponere medietatẽ, ſ3. valo
ris fructuũ feudi, quilibet imponit rei ſuæ,
l.quam vult.l.2.C.de noxal.dicit Iſer.in c.1.
quib.ex cauſ.feud.amitt.num.14.in fine, ſed
veritas eſt ſecundum Luc. de Penna in d. l.
iubemus,quod hæc vera ſunt, quando ſine
expreſſione ſeruitij certi, feudum fuit con-
4 ceſſum, fortius locum habebit, † quãdo da-
tum fuit,vt proinde ſeruiat; nam tunc ſer-
uitium congruum qualitatibus rei,& perſo-
næ penſatis rationabiliter exigatur, argum.
not. in l.in tradendis, ff.commun. præd. Ia-
cob.de Aiello in tract.de iure adohæ nu.51.
& Fritia in lib.2.de ſubfeud.auth.5.num.8.in
5 princ. dicit, quod † quando ſeruitium non
eſt taxatum tempore cõceſſionis feudi exi-
gitur, adoha ſolita imponi in Regno,& exi-
gi conſuetum in alijs feudis, & pro conſue-
to ſeruitio intelligitur cõceſſum, ſecundum
6 Loffred.in conſ.1.num.118.& † conſuetum
ſeruitium nõ accipitur, prout fuit ſolutum
à prædeceſſore, ſed ſecundum generalem
conſuetudinem Regni, ſecundum Afflict. in
cap.ſimiliter, de cap.qui cur.vend. nu.90. &
Luc.de Penna in l.1. C.de vendit rer fiſcal.
7 lib.10.& in † hac præſtatione ſeruitij, quod
in Regno vulgariter nuncupent *lo aduego*,
& ſubuentio a vaſſallis dicit Fritia dicto in
loco, in feudis prædicta loquens, ſed magis
congruè eſt dicere, quod quando ſeruitium
in conceſſione feudi non exprimitur, & di-
ctum ſimpliciter,quod ſeruiat tunc congruũ
ſeruitium,qualitatibus rei,& perſonæ pen-
ſatis exigitur,vt prædiximus.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XVIII.

THEMA.

Rex dãdo alicui tot annuos introitus,

tus,& nihil dicit in feudū adoha non debetur, etiam quod ſit intruſus, & aliæ clauſulæ extarent. ſed ſecus quando detur in feudū deciſum.

SUMMARIUM.

1 *Rex omnia, vt verus Regni Dominus infeudat, reuocat, & concedit excadentias, vt vult.*

2 *Papa omnes conceſſiones ab Imperatore Federico poſt depoſitionem cancellat.*

3 *Rex quid dans, non dicens in feudum de eo non ſoluitur adoha.*

4 *Rex dans annuam perceptionem ſuper baiulatione, & non dicit in feudum, etiam quod inueſtiat, non ſoluitur adoba.*

5 *Feudum cōceſſum, quod ſcribatur in quinternionibus, ſi aliundè non conſtat, non eſt feudum quaternatum.*

6 *Rei conceſſæ in feudum, ſoluitur adoba.*

1 DE iure verum eſt, quod † Rex omnia vt verus Dominus, infeudat, reuocat, & concedit excadentias, & de demanijs, & allodijs, vt ſibi videtur in feudum, vel in burgenſaticum diſponit, & ita ſeruandum eſt, l. minimè, & l. de interpretatione, ff. de legib. & voluit Iſern. in prohem. Cōſt. Regni col. fin. vbi dicit ad hoc facere text. in cap. ad Apoſtolicæ, de re iudic. in 6. vbi
2 † Papa cancellat omnes cōceſſiones, & inueſtituras factas à Federico Imperatore poſt depoſitionem, ergo ante depoſitionem nō negat ſibi licuiſſe, & licuit, & licet diſponere de omnibus feudis particularibus, vt comprobat Loffred. in conſ. 4. nu. 2. & dum
3 diſponit ad libitum † dando introitus, & nō dicens in feudum adoham ſolui non debet; & ita deciſum in Regia Camera Summariæ firmat Iacob. de Ayello in ſuo tract. de adoha num. 84. Io. Camill. Bilott. in alleg. 2. num. 3. & refert Thor. in compend. deciſ. in verſ. adoha an ſolui debent, circa finem.
4 Immo, & fortius † ſi Rex cōcedit ſummam tricentorum aureorum ſuper Baiulatione, cum verbo inueſtio pro te, & hæredibus ex corpore, & nulla facta mentione de feudo, nec de burgēſatico. Per Regiam Cameram Summariæ fuit iudicatum nō teneri ad adohæ ſolutionem, non obſtante quod in vniuerſali ſeruitio facto Regi per Regnum ſol-
5 uerit, & hoc licet in illo priuilegio † dicatur ipſum in quinternionibus deberi annotari, quia hæc verba nō faciunt feudum, Loffred. in paraphraſi feud. ad Iſern. in cap. 1. §. huius autem generis, ibi, maximè ſi dicat ex quib. cauſ. feud. amitt. per Regiam Camerā fuit iudicatum ad ſolutionem adohæ non teneri, Petr. Garſ. in dec. 55. & refert Thor. in compend. deciſ. verſ. adoha an debeatur
6 ex ſumma ducatorū tercentum, † ſed quando annui introitus dantur in excambium, vel alias, & dicitur in feudum, fuit per eandem Regiam Cameram deciſum: quod conceſſionarius teneatur adoha ſoluere, quia erat conceſſio in feudum, Conſ Io. Andr. de Georg. alleg. 3. actor prætendit ſub num. 10. Thor. in compend. deciſ. verſ. adoha an ſolui debeat &c.

PARTIS DUODECIMAE.

Dilucidatio XIX.

THEMA.

Feudum quando datur ſub adoha vnius paris chirothecarum accipitris, vel enſis, aut alterius rei argenteæ, vel auri, aut tanti piperis, vel alterius rei ita debet ſemper ſeruari, & non alterari, nec quidquid ex reditibus bonorum cedentium feudo poteſt quid remittere.

SUMMARIUM.

1 *Feudum datum cum adoha alicuius rei fuerit ordinatum vt ſoluatur integra adoha.*

2 *Adoha conuenta vt detur, ſeruatur.*

3 *Contractus, & infeudatio legem faciunt.*

4 *Inueſtituræ tenor eſt attendendus, etiam quod ſit contra feudorum conſuetudinem.*

5 *Rex ſeruitia maximè taxata augere non poteſt.*

6 *Baro nō poteſt minuere adoham ſui ſubfeudatarij.*

7 *Donare videtur, qui remittit, & donatio eſt prohibita.*

8 *Baro reditum vllum rei emphiteuticæ remittere non poteſt.*

9 *Reditus rerum emphiteuticarum quo ad Baronem ſunt feudales.*

10 *Baro*

10 *Baro ſeruitia augere poteſt, & minuere non poteſt.*

11 *Baro conditionem Domini meliorare poteſt.*

1 FEuda † data ſub adoha vnius par chi-
rothecarum, ancipitris, vel ęnſis, aut
alterius rei argenteæ, vel auri, aut tanti pi-
peris, vel alterius rei, licet antiquitus illud,
quod erat in prililegio ſoluebatur; tamen
poſtea tempore Regis Ferdinandi Primi, &
per ipſum Regem fuit mutata forma, & vo-
luit, quod non obſtante in priuilegio erat
expreſſa re pro adoha, fuit ordinatum, quod
adoha integra ſolueretur iuxta valorem
fructuum ſecundum taxàm ordinariam, di-
cit Iacob de Ayello de iure adohę num. 66.
ſubdens Ego tamen in quodam libro anti-
quo reperi adoham aliter taxatam quando
priuilegium illo modo loqueretur, vt ha-
beo in libro meo. Sed tamen quia naſcitur,
vnde illa taxatio ortum habuerit, ſeruatur
hodie in Camera vltima prouiſſo dicti Re-
gis Ferdinandi Primi, vt ſoluatur integra
adoha; hæc Iacob. de Ayello, ſed dico, ꝙ
hoc poterat eſſe tempore dicti Iacobi de
2 Ayello, quia † hodiè ſeruatur contrarium,
& ſoluitur adoha conuenta in priuilegio,
quando ſpecialiter eſt conuentum, vt detur
par chirothecarum, vel alia res, iuxta con-
uentionem, & ita expediuntur prouiſio-
nes per Regiam Cameram in dies, & hoc
cum ratione, quia debet fieri ſolutio con-
uenta inter Regem, vel alium, & ipſum Ba-
ronem, vel ſubſeudatarium inter eos maxi-
mè ſi in cõuentione inter Baronem, & ſub-
ſeudatarium regius interuenit aſſenſus, &
beneplacitum illud conuentum ſeruitium
3 præſtari debet, quia † contractus, & infeu-
datio ex ipſa partium conuentione legem
accipiunt, l. 1. § ſi conuenerit depoſiti, Iſer.
4 & alij in d. §. ſimiliter, nec † eſt recedendũ
à forma inueſtituræ, etiam quod ſit contra
feudorum conſuetudinem dixit Bald. in
cap. 1. §. præterea, quid ſit inueſtitura, &
alibi, ſi non ſeruatur pactũ reſcinditur quid-
quid eſt actum, ſecundum Bal. in l. cum te,
Afflict. deciſ. 335. infra num. 15. verſ non eſt
recedendum &c Fritia de ſubſeud. author. 5.
5 nu. 8. & ipſe † Rex non poteſt ſeruitia bo-
norum feudalium augere maximè antiquo-
rum, quæ magnorum fructuum, & redituũ
annuatim, modica tamen ſeruitia Regię Cu-
riæ præſtantia, ex Luc. de Penna in l. 1. C. de
ſuperindict. lib. 10. dicit Iacob. de Ayello in
6 d. tract. de iure adohæ num. 50. hæc † Baro,
vel alius dans feudum in ſubfeudum cum
adoha alicui, vel alterius ex prædictis rebus
datum inter eum, & ſubſeudatarium parti-
culariter conuentum, vt eſt dictum, nec in
totum, nec in partem remittere poteſt, quia
remiſſio eſt alienatio ſecundum Iſern. in
cap. 1. §. donare cõl. 6. qualit. olim pot. feud.
alien. per l. ſi mulier, de condit. ob cauſ. &
7 l. quærebatur, ad l. falcid. † quodammodo
videtur donare, qui remittit, quæ donatio
prohibita eſt, per cap. imperialem, de pro-
hib. feud. alien. per Federic. & per legem an-
tiquam vt in d. §. donare, & etiam quia ſer-
uitium pro feudis deſeruit oneribus Reipu-
blicæ, ideo ſine ſpeciali Principis diſpoſitio-
8 ne relaxari non poteſt, nec à Barone † re-
mitti reditus, qui debetur feudo pro re feu-
dali, ſecundum eundem Iſern. in Conſt. con-
ſtitutionem diuæ memoriæ propè finem,
& ſi deberetur vna gallina, piper, anſer, vel
quid ſimile, ex iſtis reditibus feudum conſti-
tuetur, ſit pingue, & feudatarius onera feu-
di ſupplet, ſi permitteretur, poſſe diminue-
re reditus, qui de feudo debentur de facili
9 feudum reduceretur ad nihilum, & † redi-
tus debiti ſuper bonis emphitheoneis, cen-
ſualibus, ſiue redititijs, vel allodialibus ſine
regio aſſenſu remitti non poſſunt, quia quo
ad Baronem habentur vt feudum quidquid
de feudo percipit ex corporibus feudi, quã-
uis rendèntes teneant vt emphiteuſim, vel
allodium, quod eſt notandum ad declara-
tionẽm eorum, quæ Iſern. dicit in tit. quæ
ſint regalia, verſ. angaria, & Afflict. in præ-
lud conſtit. q. 24. & refert Fritia de ſubſeud.
10 lib. 2. author. 5. num. 18. ſed † ſi Baro vult
augere reditum, aut ſeruitium, vt quia de
vno milite habeat duos ꝓ ſeruitio, vel dum
percipiebat decem modicos frumenti, per-
ciperet viginti, aut vltra quod poſſit, quia
in augmentum feudi fit, ex dictis per Iſern.
11 in d. cap. imperialem col. 6. † quia poteſt
conditionem Domini meliorem facere, vt
ex d. Conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ
in rub. & in nigro, & ex alijs per Fritiam
vbi ſupra col. 1. circa medium fol. 337. in
ſecunda impreſſione.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio X X.

THEMA.

Vaſſallus feudi reditus vntiarum vi-
ginti per annum pro militari ſer
uitio, renitens militare cum tri-
bus

bus equis, & duobus famulis te-
mulis tenetur ad adoham, quæ
eſt medietas fructuũ anni vnius,
& parum plus, ideſt pro ſingulis
viginti vntijs reditus, ſoluentur
vntiæ decem cum dimidia.

SVMMARIVM.

1 *F Eudatarius dicitur miles, & feudum equiparatur militiæ.*

2 *Vaſſalli electio eſt, vel de perſona ſeruire, vel per ſubſtitutum, vel in pecunia correſpondere pro adoha.*

3 *Regis eſt electio in hoc Regno in feudis quaternatis, quid de prædictis tribus voluerit.*

4 *Seruitium militare eſt vnius militis cum tribus equis, & duobus famulis pro feudo reditus vntiarum viginti.*

5 *Seruitium debet eſſe trium mẽſium expenſis proprijs ſequentibus menſibus ſi erit neceſſarium expenſis Domini.*

6 *Tempus prædictum currit à die luſtrationis, quod vulgo dicitur* la moſtra.

7 *Feudatarius Rege volente tenetur in pecunia. quæ dicitur adoha iuxta taxam.*

8 *Adoha licet ſit ſubrogata loco ſeruitij, tamen Dominus nõ cogitur accipere aliud pro alio inuito creditore.*

1 F Eudatarius † licet ſit miles, cap. 1. eum
ſimil. ſi de feud. controuerſ. fuer. & feu-
dum equiparatur militiæ, vt per Iſern. in
prælud. feud. & pro feudo pro militari ſer-
uitio debetur, & dari debet. Tamen in ſub-
2 ſidiũ pro annua pecunia, ſeù † quando ado-
ha generaliter indicitur in Regno, & ſit in
electione vaſſalli ſoluere alterũ de tribus,
vel de perſona ſeruire, vel per ſubſtitutum
ęquè habilem, vel in pecunia correſpectiuè
ad medietatem fructuum, Camerar. in cap.
imperialẽ, de prohib. feud. alien. per Feder.
§. firmiter fol. 92. poſt Iſern. & Doctores
3 ibidem, Capyc deciſ. 32. num. 2. tamen † in
Regno hoc eſt in electione Regis in feudis
quaternatis, vel cogendi vaſſallum ad ſerui-
tium perſonale per ipſum, vel per ſubſti-
tutum ęquè habilem quem recipere tene-
tur, vt per Camer. d. fol. 92. lit. P. & plurib.
ſeqq. cum electio Regis in hoc ſit ſecundum
quid, hoc eſt, ſi † iuſtè iudicauerit, ibidem
4 lit. V. quod † ſeruitium eſt vnius militis cũ
tribus equis, & duobus famulis actis ad pu-
gnam pro ſingulo feudo reditus vntiarum
5 viginti quolibet anno † tribus menſibus ex-
penſis proprijs, & ſi durauerit neceſſitas,
menſibus ſequẽtibus expenſis Domini Re-
gis, vt ex cap. Regis Caroli Secundi incip.
Item ſtatuimus, quod Comites, Barones.
6 quod † tempus à die luſtrationis, quod vul-
go dicitur *la moſtra* currere incipit, vt di-
xit Iſern. in Conſtit. Hoſtium col. 3. verſ. ſed
quæro, quando, & à quo tempore, quem ſe-
quitur Fritia de ſubfeud. auth. 3. nu. 14. Re-
gens Carolus Tapia in rubr. de conſt. Princ.
7 num. 62. vel tenetur † Rege volente in pe-
cunia, quæ dicitur adoha, iuxta liquidatio-
nem, & taxam cuiuſlibet feudi, vt ſpecialius
infra, & per Iſern. in cap. 1. §. ſimiliter, de
cap. Cortad. & in cap. 1. quis dicatur Dux,
Capyc. deciſ. 10. & in inueſtitura verſ. feuda
adohãt fol. 27. Camer. vbi ſupra fol. 93. Mo-
derni Campani in cap. Regni Nolumus, nu.
11. per eundem Capyc. & Iſern. in Conſtit.
Regni Quamplurimum, & in alijs locis Af-
flict. deciſ. 265. nu. 51. Bald. in l. 1. C. de oper.
libert. & habetur in d. Conſtit. Quampluri-
mum, Io. Anton. Leonard. conſ. 57. num. 5. &
8 ſeq. & quamuis † adoha loco ſeruitij per-
ſonalis à feudatario debiti ſubrogata ſit, vt
diximus, & omnes Doctores firmant, non
tamen Dominus aliud pro alio recipere co-
gi poſſe, quia aliud pro alio inuito creditore
non ſoluitur, l. 2. §. 1. ff. ſi certum petatur,
dicit Iſern. in cap. 1. §. ſimiliter num. 14. de
cap. qui cur. vend. & alibi, & ita iudicatum
fuit in cauſa Ioſeph. Caraccioli, cum Princi-
pe Sancti Seuerij, facta relatione in Colla-
terali Cõſilio ex Anello de Amato in conſ.
12. num. 8. Primogenitæ, refert Thorus in
cõpend. deciſ. verſ. adoha, ex alijs Io. Franc.
de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. de regal.
impoſit. §. 8. num. 25.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XXI.

THEMA.

Adoha dicitur medietas fructuum
vnius anni plus, & minus ſecun-
dum qualitatem feudorũ, iuxta
taxam feudorum, de qua infra.

SVMMARIVM.

1 *S Eruitium antiquis temporibus præſtabatur de perſona.*

2 *Seruitium perſonale poſtea fuit redactum in pe-*

in pecunia, & dicitur adoha ex cohadu-
natione feudatariorum.
3 *Adoha ſubrogata fuit loco ſubſidij nomi-*
ne doni.
4 *Pro ſingulis viginti vntijs fructuũ ſoluun-*
tur decem cum dimidia de feudis cum
vaſſallis.
5 *Adoha ſi reperitur minima pro feudis*
antiquis augeri nõ poteſt, ſed diminue-
re Rex poteſt.

1 ANtiquorum † Regum tempore ſerui-
tium pro feudis præſtabatur de per-
ſona, & vaſſalli deſcripti erant, pro quibus
militibus vno, vel medio milite tenebãtur,
& plures vaſſalli tenentes feuda minoris
reditus vntiarum viginti, vt de vno milite
2 ſeruirent, talis † præſtatio eſt poſtea reda-
cta in pecunia, ex quo dicitur adoha, quæ
hodie pro militari ſeruitio ſoluitur; & alio
modo ſimiliter dicitur adoha, quia omnes
feudatarij Regni cohadunantur, ad illa pro-
mittendum, ex Iſern. in cap. 1. in princ. 5. col.
de controuerſ. feud. apud par. term. Capyc.
in inueſt. feud. §. feuda adohant fol. 27. verſ.
& dicta eſt adoha, Conſ. Georg. in ſua repet.
3 feud. cap. 25. num. 12. quæ † adoha ſubroga-
ta eſt loco ſubſidij nomine doni, dicit Io.
Anton. Lanar. in conſ. 57. num. 9. & dicitur
adoha medietas fructuum vnius anni, & in
feudis nouis aliquid plus ſecundum Iſern.
in d. §. ſimiliter, cap. imperialem, de prohib.
4 feud. alien. per Federic. quia † pro ſingulis
viginti vntijs ſoluuntur decem cum dimi-
dia de feudis cum vaſſallis intellige, vt dixi-
mus. In feudis vero antiquis, prout cõſue-
uerunt, quia interdum caſtrum magni valo-
ris pro adoha quaſi nihil ſoluit, & idem di-
cit Iſern. in cap. 1. de vaſſall. decrep. ætat.
5 † Nec poteſt augeri ſeruitium in præiudi-
cium poſſidentis, maximè ſine ſua expreſſa
voluntate, per regulam, quod noſtrum eſt
ſine facto noſtro tolli non poteſt, diminuere
vero Rex poteſt, vt vult, quia ipſe eſt Do-
minus, & vt rei ſuæ moderator, & arbitrer
diſponit, vulgata l. in re mandata, C. man-
dat, ſed ſecus Baro vt infra in ſequenti Di-
lucidatione dicimus.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XXII.

THEMA.

De cõſuetudine, & ſtylo Regiæ Ca-
meræ Summariæ taxandi, & ſol-
uendi adoham, & Ritus ipſius
Cameræ.

SVMMARIVM.

1 *TErrarum, & Caſtrorum cum vaſſal-*
lis ſoluũtur vntiæ decem cum dimi-
dia pro quolibet milite, ſiue ſingulis vi-
ginti vntijs redituum.
2 *Vaſſalli contribuunt pro medietate, dum-*
modo non excedat medietatem collectæ
generalis, pro qua ſunt caroleni decem
pro foculare.
3 *Feudum ſi conſiſtit in territorijs inhabi-*
tatis adoha ſoluitur ad rationem duca-
torum ſex pro ſingulis viginti vntijs.
4 *Vaſſallus pro feudo plano, & de tabula*
ſeruiet per dies quadraginta expenſis, &
equis Baronis, niſi aliter ſit conuentum.
5 *Vaſſallus pro feudo conſiſtente in annuis*
introitibus ſuper functionibus fiſcalibus,
ſiue dohana ſoluũtur quinque, & quar-
to pro ſingulis viginti vntijs, & nu. 8.
6 *Vaſſallus pro feudo in territorijs ſoluit*
quinque, & quarto pro adoha pro ſingu-
lis viginti vntijs, ſi ſolutio eſt facta ſe-
parata à Terra.
7 *Conceſſione introituum facta cum Ter-*
ra, & vaſſallis ſoluuntur vntiæ de-
cem cum dimidia pro ſingulis viginti
vntijs.
9 *Adoha ſi fraudatur, & ſoluitur diminuta*
fraudans, ſoluit quadruplum, ſicut de
relevio, ſed ſecus ſi negauit in totum.

SEcundum cõſuetudinem Regni, & ſtylum
Regiæ Cameræ Summariæ ſoluitur, & ta-
1 xatur adoha hoc modo. † Pro Terris, &
Caſtris cum vaſſallis ad rationem vntiarum
decem cum dimidia pro quolibet milite,
id eſt pro ſingulis viginti vntijs redituum,
2 in quo ad hoc contribuitur per † vaſſallos
pro medietate, ita quod non excedat vaſſal-
lorum cõtributio medietatem collectæ ge-
neralis pro qua in Regno ſunt focularia,
ideſt decem caroleni pro quolibet focula-
rio, vt in cap. Regis Roberti incip. ſit mili-
tare. Ciuitas vero, vel Caſtrum, quæ debet
contribuere Baroni in adoha, ſi habet cen-
tum focularia, non poteſt contributio exce-
dere quinquaginta ducatos, quantumcumq;
adoha excedat etiam in maxima quantita-
te, puta ſumma mille centum ducatorum,
ſi adoha Caſtri cum vaſſallis foculariorum
centum eſſet, viginti ducatorum contribue-
ret. Caſtrum in ducatis decem tantum, ſi
3 autem

3 autem † feudum conſiſtit in territorijs ſine
vaſſallis inhabitatis ſoluatur adoha ad ra-
tionẽm ducatorum ſex pro ſingulis viginti
vntijs, ex quo ſibi non fit aliqua ſubuentio,
4 quando feudum † eſſet planum,& de tabu-
la, ſeruiet vaſſallus per dies quatraginta
expenſis,& equis Domini Baronis, niſi ali-
ter in inueſtitura ſit conuentum per cap.
Caroli Secundi,quod incip. Habuit ſubfeu-
datariorum,quod refert Affl in cap.1.§.nec
eſt alia iuſtior cauſa, Fritia de ſubſeud. in
5 d.author.5.num.9.quando autem † feudum
conſiſtit in penſionibus fiſcalibus, & annuis
redditibus pecuniæ ſuper aliqua dohana,ſiue
gabella fit ſolutio adohamenti ad rationẽ
quinque pro ſingulis viginti vntijs, quia
tunc non ſperat pro feudo vltra percipere,
6 ſicut quando conſiſtit feudum † in poſſeſ-
ſionibus, ſiue oliuetis, aut territorijs, cuius
fructus quandoque creſcunt, & decreſcunt
ad rationem dictorum ducatorum quinque
cum quarto ſoluetur pro iuribus foculario-
rum, & ſalis datis in feudum quando ſunt
conceſſi ſeparatim per Regiam Curiam,
7 † ſi vero illi introitus ſunt conceſſi ſimus
cum Ciuitate, vel Caſtro, & vaſſallis com-
putantur cum alijs introitibus, & ſoluitur
adoha ad rationem decem cum dimidia pro
ſingulis viginti vntijs, vt per Fritiam d.au-
thor.5.num.9 & licet Iſern.in cap.1. §.fir-
miter, de prohib.feud.alien.per Federic.di-
cat de feudo in pecunia ſolui ad rationem
8 quinque pro ſingulis viginti vntijs † con-
ſuetudo obtinuit, quod ſoluantur quinque,
& vno quarto, & ita communiter fuit taxa-
tum ſemper, & obſeruatur ſemper in Re-
gia Camera Summariæ, & credo,quod Iſer.
ſit ſcorrectio,& error, licet adoha taxatur
ſecundum morem, vt dicit idem Iſern. in
d.§.firmiter,& in cap.1. de vaſſall. decrep.
9 ætat. ſicut etiam de † releuio dicitur, quod
ſi fraudatur adoha, ſeù ſeruitiũ, & ſoluitur
diminutè tenetur fraudans ad quatruplum,
ſecundum cap.Regni 222. in cap. editis per
Regem Robertum Ducem Calabriæ, filium
Regis Caroli Secundi, & Iſer.in cap.ſi vaſ-
ſallus, ſi de feud.defunct.milit. controuerſ.
fuer. & in Conſtitut.Si vaſſallus, ſecus in
totum negauit ſeruitium,vt per Iſern.in di-
ctis locis, & dicit Iacobus de Ayello Regiç
Cameræ Summariæ Præſidens de iure ado-
hæ num.52. & vt dicta taxa, & ſolutio ma-
gis clareſcit, adduco Ritum Regiæ Cameræ
Summariæ à ſuo regiſtro fideliter exempla-
tum vulgariter vt iacet videlicet.

MODO DE TASSARE L'ADOHA.

Se dechiara come quando ſe fà alcuna taſſa de adoha d'alcuna Terra, che foſſe ſtata conceſſa, ouero venduta per la Regia Camera, e non ci foſſe patto di douer pagare conforme alla taſſa,la quale haueſſe tenuta lo predeceſſore, s'oſſerui in queſto modo videlicet.

Se piglia informatione di quello hà renduto per trè anni paßati, e ſi veda in che quantità aſcendano l'anniate, confuſe l'vn'anno per l'altro, e quello ſoprauiene à riuſcire l'entrate,ſe calcoli à raggione de docati 52. per cento, e ſe vede à detta raggione quanto viene ad importare la taſſa, e dopò ſe vede quanti fuochi è la Terra e ſe ne deduce la rata delli fuochi à raggione de carlini cinque per fuoco, pur che li detti fuochi alla detta raggione de carlini cinque non aſcendano alla mità della taſſa, perche quando aſcendeſſe la mità, non ſe li fanno buoni,& in queſto modo la taſſa reſteria à ragione delli docati 26.1.5.per cento, però ſe li fuochi non arriuaßero alla mità de la taſſa, ſe ne deduceria ſolamente quello ci caperia per lo numero delli fuochi, nelli quali ſteße taſſata la Terra. & in queſto modo ſtà oſſeruato. e s'oßerua de farſi detta taßa, e quando fatta vna volta la taßa, non s'altera più, ma reßa ſempre in vn modo.

E quando ſe dice, ſe è alla taſſa vecchia dalla noua, non oſtante, che per la taſſa vecchia pareße ſe paga manco aduoho, che in la taßa noua. noua. non per queſto è differente vna taßa dall'altra, perche si com è detto la taſſa ſe fà ſempre in vn medemo. ma la varietà procede, che vna taſſa foſſe fatta venti anni à dietro per figura in quel tempo la Terra rẽdeua aſſai manco di quello rende oggi, e perche tutte l'entrate ſono aumentate, ma quando ſe faceſſe oggi la taſſa de nuouo dalla medeſma Terra ſe verria à taſſare aſſai più, perche ſe farria conforme à quello rende oggi.

Quãdo ſi fà la taſſa d'alcuno feudo ruſtico sẽza vaßalli, e l'intrate ſe taßano alla raggione de 30 per cento, da quello rende il feudo.

E quando ſe fà da pagamenti fiſcali feudali, ò d'entrata certa, ſe taſſano alla raggione de vintiſei,& vn quarto per cento.

Nardus Antonius pro Notatore.

PARTIS

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio XXIII.

THEMA.

Quando feudum eſt dishabitatum, & remanſit vnus vaſſallus cum Caſtellano, & Caupone, adoha non ſoluitur vti de feudo habitato. deciſum.

SVMMARIVM.

1 *VAſſallus vnus, vel duo, non faciunt Vniuerſitatem, nec Populum.*
2 *Status præſens inſpicitur.*
3 *In fauorabilibus debēt eſſe tres ad minus.*
4 *Epiſcopus ſolus eligit, quando vocatis Canonicis, & ipſi non venerint.*
5 *Adoha tanquam de loco inhabitato ſoluitur, ſi adeſt vnus Caſtellanus, & Caupo.*

DE minimis, & tam paucis non eſt habenda ratio, vt per Bart. in l. ſi proprietarius,
1 ff. de damno infecto, & quia per hunc † vaſſallum nec per duos fit Populus, nec Vniuerſitas, Bart. & alij in l. Prætor, & dixit in princ. ff. vi bonor. rapt. & facit cap. pondus, & equum in argumentũ; nam quamuis feu-
2 dum alias habitatum fuiſſet, tamen † præſens ſtatus inſpicitur, l. pretia rerum, ff. ad l. falcid. l. 2. C. de reſcind. vendit. & l. 1. C. de ſentent. quæ pro eo, quod inter. & ſic per Regiam Cameram in cauſa Ioannis Franciſci Carrafę vtilis Domini certę Ciuitatis fuit iudicatum, quod ſoluat adoha tamquam de feudo inhabitato, dicit Loffred. in parafraſi feud. in cap. 1. quis dicatur Dux, verſic. ideo tantum die vltimo eiuſdem, & refert Thor. in comp. deciſ. verſ. adoha non debetur &c. fol. 18. & ſi Loffr. in d. loco dicit, vide gloſ. in cap. 2. de poſtul. Prælat. & Innocent. in cap. irrefragabili, de offic. ordin. & ſi d. gloſ. in verſ. pauciores, circa medium, dicit ibi: Tu dices, quod vnus ſolus poteſt eligere,
3 & in † conſecratione ad minus debent eſſe tres, loquitur in fauorabilibus, & ſic nihil ad noſtrum caſum, & Innocent. vbi ſupra loquitur, quod Epiſcopus poteſt eligere vocatis Canonicis, & non venerint, & ſi ob tēporis trāſcurſum, & ibi erant Canonici, qui
4 ob negligentiam non venientes, † Epiſcopus eligit, quod ſatis diuerſum eſt à noſtro caſu, vbi vaſſalli reducti ſunt ad vnum, & Vniuerſitatem non facit, vt diximus, &
5 habemus, quod † Terra, ſiue Ciuitas ad vnũ vaſſallum redacta, & ſi extat Caſtellanus, & Caupo fuit iudicatum, vt Baro ſoluat tanquam de feudo inhabitato, vt prædictum eſt, & ſi ita Loffred. in d. parafraſi in fin. dicat, quod ex quo in dicta Ciuitate fuit repertum Caſale habitatum per eandem Regiam Cameram fuit deciſum, quod ſolueret tanquam de feudo habitato, ex quo nihil ad noſtrā deciſam Dilucidationem, quod quando feudum habitatum reducitur ad vnum vaſſallum, Caſtellanum, & Cauponem ſoluitur tanquam de feudo inhabitato.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio XXIV.

THEMA.

Subfeudatarij de ſubfeudis planis, & de tabula, & ſeruitium cōuentum Baroni datur, de feudis vero quaternatis adoha, ſiue ſeruitium debetur Regi.

SVMMARIVM.

1 *FEudi, ſiue ſubfeudi quaternati, adoha, & ſeruitium debetur Regi, niſi fuerit conceſſum feudum immediatè à Barone.*
2 *Feudi plani, & de tabula, adoha, ſiue ſeruitium datur Baroni, & num. 6.*
3 *Baro poteſt mandare ſubfeudatario, vt ſibi præſtet ſeruitium ſub pœna priuationis feudi.*
4 *Pœna in non præſtante ſeruitium, eſt de iure communi.*
5 *Epiſcopus poteſt mandare, quod clericus debet, vt det ſub pœna priuationis beneficij, & priuare.*
7 *Seruitium ſi non eſt taxatum tempore conceſſionis feudi, exigitur vntiæ decem cum dimidia, pro ſingulis viginti vntij introituum.*

IN hoc eſt diſtinguendum, aut feudum eſt quaternatũ, aut planum, & de tabu-
1 la, ſi † quaternatum, tunc feudatarius tenetur Regi ſeruitium, & adoham præſtare, & non Baroni, ſecundum Iſern. in cap. 1. §. ſimiliter, de cap. Corradi, & in Conſtitut. Domini à vaſſallis, niſi ipſe Rex illud feudum cōceſſerit tenendum à Barone immediatè

diatè, & in capite, ſecundum eundem Iſern.
in Conſtit. Regni Poſt mortem, & per Mo-
dernos in cap. 1. §. fin. de cap. Corradi, & per
eundem Iſern. in cap. 1. 3. col. de controu.
feud. apud par. termin. feuda quaternata à
conceſſione feudi ſolēr generaliter excipi,
ideo non præſtatur Baroni ſeruitium, di-
cit Fritia in 5. author. num. 2. circa finem, ſi
2 † feudum eſt planũ, & de tabula, ſiue Actẽ-
naſia, tunc Domino immediato, qui eſt ipſe
Baro præſtabantur ſeruitium ipſi Baroni, &
non Regi, vt notat Iſern. in cap. 1. de con-
trouerſ. feud. apud par. termin. col 4. & in
cap. 1. de vaſſall. qui contra Conſtit. Lothar.
feud. alien. & in cap. 1. §. ſãcimus, quo temp.
miles, & in Conſt. Regni incip. Si vaſſallus,
3 & ideo † poteſt illi mandare, quod præſtet
ſibi ſeruitium ſub pœna priuationis feudi,
Innocent. in cap. cœterum, extra de iudic. in
fine, Io. Blanc. in ſum. in tit. quib. mod. feud.
amitt ſol. 18. Taurinenſ. in verſ dictiq; vaſ-
ſalli promiſerunt recognoſcere col. 4. quia
4 iſta † pœna eſt de iure communi in non
præſtando ſeruitium, cap. 1. §. ſed nec eſt
alia iuſtior, quę ſit prim. cauſ. benefic. amitt.
ipſe cum ſuo edicto, vel præcepto poteſt
concurrere cum diſpoſitione legali, ſecun-
dum Iſern. in cap. 1. colum. 2. de vaſſallo,
qui contra conſtitut. Lothar. feudum alien.
5 & ibi Afflict. num. 44. † idem in Epiſcopo,
qui ſic poteſt mandare ſuo clerico, ſecun-
dum Felyn. in cap. licet Heli, 4. colum. de
ſimonia, Loffred. conſ. 45 illi præcipit ſub
pœna ſanctæ obedientiæ, ſecundum Imol.
in clemenr. Paſtoralis, 4. colum. de re iu-
dicata, per text. in cap. ex tenore, de foro
6 competenti, & † Baroni deberi præſtari
ſeruitium de dictis feudis, decreuit Rex Ca-
rolus Secundus in capit. Regni incip. Co-
mitibus, & Baronibus, & per Fritiam in
dicta author. 5. num. 1. qui Baro exigit à
ſubfeudatario ſuo, prout eſt conuentum
inter ipſum Baronem, & ſubfeudatarium
in tempore dati feudi, vt dicit Scribentes
in præludijs feudorum, & in cap. 1. §. ſimi-
liter, vbi bona gloſ. de capit. qui cur. ven-
7 dic. ſed quando † ſeruitium non eſt taxa-
tum tempore conceſſionis feudi, exigun-
tur de ſingulis viginti vntijs, vntiæ decem
cum dimidia, & feudum eſt cum vaſſallis,
& alias vt diximus in præcedentibus Dilu-
cidationibus, & quando feudum eſt pla-
num, & de tabula, ſicut vaſſallus per dies
quadraginta expenſis, & equis Baronis, niſi
aliter in inueſtitura conuentum ſit per ca-
pit. Caroli Secundi, ſiue Regis Roberti,
quod incipit: Habuit ſubfeudatariorum,
& refert Afflict. in cap. 1. §. ſed nec eſt
alia iuſtior cauſa, colum. 4. quæ ſit prima
cauſ. benefic. amitt. & Fritia dict. author. 5.
num. 9. in principio.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XXV.

THEMA.

Si Rex remiſerit ſeruitium Baroni, niſi ſit etiam remiſſum reſpectu ſubfeudatarij, vaſſallorum Baro exigere adoham, & ſeruitium ab ipſis poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Dominus ſi remiſerit ſeruitium Baroni ipſe poteſt exigere integram adoham debitam per vaſſallos.*
2 *Subfeudatarij tenentur ſoluere adobam Baroni.*
3 *Seruitium, quod Barones exigunt à vaſſallis loco introituum Baronum eſt.*
4 *Solutiones, ſiue adoha ſubfeudatariorum ſunt ex vi pacti in inueſtitura.*
5 *Baro exigit ſeruitium à vaſſallis, niſi Rex expreſsè vaſſallis remiſiſſet, nec poteſt, quia tolleret introitus Baronis.*
6 *Rex dominium rerum nullius tollere poteſt ſine iuſta cauſa.*

1 SI Dominus † remiſerit ſeruitium Ba-
roni, ſeu adohã, Baro poteſt exigere in-
tegram adoham, & ſeruitium debitum per
vaſſallos ſubfeudatarios, niſi Rex remiſe-
rit etiam contemplatione vaſſallorũ, quod
in dubio non præſumitur ſecundum Iſern.
in §. ſed nec alia iuſtior cauſa, quæ fuit pri-
ma cauſ. benefic. amitt. & alias vt per Ia-
cobum de Ayello in ſuo tract. de iure ado-
2 hæ num. 60. fol. 6. 3. & † ſubfeudatarij te-
nentur ſoluere adoham Baroni, etiam ſi à
Rege fuerit remiſſa, vt per Iſern. in d. §. nec
alia iuſtior cauſa, Afflict. in Conſtit. Quam-
3 plurimum, ſuccedit enim † ſeruitium illud in
beneficium Baronum loco introituum ipſi
conceſſorum, & ſic poteſt dici ſeruitium
introitus de iure Baronum, cum in eorum
locum ſubrogatur, vt notatur in cap. Eccle-
ſiæ, vt lite pendente, & in l. qui id, ff. de do-
nat. & Ego vidi prouiſiones Regię Cameræ
Summariæ, in quibus adoha, ſiue ſeruitium
debitũ per ſubfeudatarios Baroni aſſignan-

tur pro introitus, ſicut & alij introitus Ba-
roniæ, vt eſt notum. Nec vnquam pòterit
tractari, quod ſolutio ſubfeudatariorũ va-
dat in releuamentum, & adiutorium Baro-
ronum circa adohã quam ipſi debent Regi,
immò dum ſunt introitus Baronales eorũ
4 adoha augetur, & tũc † ipſę ſolutiones, ſiue
adohamenta ſubfeudatariorum ex vi pacti
appoſiti in inueſtitura, adeo quod ſi Rex
remittit adoham, vel ſeruitium Baroni non
intelligitur remiſſa vaſſallis, & ſubfeudata-
5 rijs, & † Baro poteſt exigere, niſi expreſſe
Rex eiſdem vaſſallis remiſerit, quod nec
poſſet, quia tolleret ſolutiones adohæ, &
ſeruitiorum Baroni per ſubfeudatarios fa-
6 ciendarum; cum † Rex neminem dominio
rerum ſuarum abſque legitima cauſa pri-
uare poteſt, quia eſſet contra ius gentium,
Bal. in prohem. digeſtor. nu. 4. Doctores om-
nes communiter in cap. cum Eccleſiarum,
de conſtit. text. particularis in l. venditor,
§. ſi conſtat, ff. commun. præd. & ex alijs in
meo conſ. 5. num. 19.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio XXVI.

THEMA.

Remiſſa medietate adohæ, ſiue ſeruitij per Regem alicuius Terræ, ſiue feudi, & deinde deuoluti Curiæ, & reconceſſi reſeruato iure adohæ, Curiæ debitum media adoha debetur, & non vltra, & ſubfeudatarij tenentur ad ſeruitium debitum.

Quia breuis non opus alio Summario.

CVm in Regia Camera Summariç eſſet dubitatũ, an remiſſa medietate adohæ, ſiue ſeruitij per Regem alicui Baroni ſuæ Baroniæ, & deuoluta Baronia Regi, per quem poſtea fuit reconceſſa ſaluo ſuæ Curiæ iure ſeruitij, ſiue adohæ debitæ, & quia talis remiſſio debet intelligi ſolum de illa rata, quæ debebatur vigore primæ inueſtituræ, iuxta dicta per Angel. in l. omnes, C. de quatrien. prçſcript. per Regiam Cameram fuit mandatum, & ſic deciſum nõ exigi niſi medietas non remiſſa, & mota fuit principaliter per conſ. Paul. de Caſtr. 311. incip. circa id, ꝙ primo quæritur in ipſo quæſito &c. & in 2. col. ibi circa ſecundum, lib. 1. & fuit in anno 1512. refert Loffred. in parafraſi feud. in cap. 1. de vaſſall. decrep. ętat. in verſ. ibi ſi dicatur. quam deciſionẽ refert Thor. in compend. deciſ. verſ. adoha integra &c. fol. 18. col. 1. & aduerte, quod ſi Rex remittit Baroni ſeruitium ipſius contemplatione, ſubfeudatarij ſeruirent, nihilominus Comiti, & vaſſalli ſubuenient, qui pro ſeruitio tenentur omnino ſubuenire; vt dicit Conſtit. Regni Quamplurimum, quia remittere eſt donare, l. ſi mulier, de condit. ob cauſ. verba ſunt Iſern. in cap. 1. §. ſed nec alia iuſtior cauſa, quæ ſit prim. cauſ. beneſic. amitt. nu. 42. in addit.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XXVII.

THEMA.

Rex ob delictum, vel alias ſuccedẽs in Baronia quam recõceſſit, vel alteri dedit adoha de ſubfeudis etiam alijs conceſſis medio tempore debetur Baroni, maximè ſi reconceſſit cum feudis quaternatis.

SVMMARIVM.

1 *ADoba de feudis quaternatis regulariter debetur Regi, & non Baroni, niſi Rex conceßerit tenendum à Barone.*
2 *Verba de demanio in demanium, & ſeruitio in ſeruitium declarantur.*
3 *Feuda quaternata à conceſſione feudi excipi ſolent, pro quibus ſeruitium non præſtatur Baroni.*
4 *Feuda quaternata non veniunt in conceſſione generali facta à Rege alicui.*
5 *Baronia deuoluta Regi reconceſſa feuda medio tempore conceßa in capite, à Regia Curia adoba debetur Regi.*
6 *Rex non præſumitur concedere, quod eſt alterius.*
7 *Rex ſuccedens in Baronia Baronis tenebit ſub regulis, & cenſuris vt Baro tenebat.*
8 *Rex vicem perſona illius feudi tenebit.*
9 *Adoha ſolutio facta Regi medio tempore Baronia deuoluta ſtetit in poſſe Regis, eius feuda, & ſubfeuda nõ erũt quaternata.*

10 Rex

10 *Rex quando in conceſſione dicit, quod feu-*
da deſcribantur in quinternionibus crũt
quaternata:
11 *Baronia conceſſa cum feudis, & ſubfeuda-*
tarijs ſimpliciter non veniunt feuda qua-
ternata, niſi expreſsè dicatur.
12 *Quinterniones ſunt, in quibus notantur*
priuilegia feudorum. Cedularia, in qui-
bus notantur quantum feuda ſoluere
debent.

1 REgularitèr de † feudis omnibus qua-
ternatis ſeruitium, ſeù adoha præſta-
tur Regi, & non Baroni, ſecundum Iſern. in
cap. 1. ſ. ſimiliter, de capit. Corrad. & in
Conſtitut. Domini à vaſſallis, niſi Rex illud
feudum amiſerit tenendum à Barone im-
mediatè, & in capite ſecundũ eundem Iſer.
in Conſtit Regni Poſt mortem, & Moderni
in cap 1. ſ. fin. de cap. Corradi, & per eundẽ
Iſernin cap. 1. colum. 3. de controuerſ. feud.
apud par. term. vbi declarat ea verba, quæ
in priuilegijs apponi ſolita ſunt videlicet.
Concedimus N. Terram talem cum iuribus,
2 & pertinentijs ſuis, † quæ de demanio in
demanium, id eſt habeas vt feudatarius, &
teneas, & in demanium poſſideas, & de ſer-
uitio in ſeruitiũ id eſt, ac alij feudatarij non
tenentes feuda quaternata ſeruiant Baroni,
& in cap. 1. qualit. vaſſall. iurar. deb. Dom.
3 fidel. † feuda quaternata à conceſſione feu-
di ſolent generaliter excipi, & ideo pro illis
non præſtatur Baroni ſeruitium, ſed quan-
do in Baronia ſunt conceſſa feuda quater-
nata debetur ſeruitium Baroni, & nõ Regi,
ſolus Rex ea cõfert, licet à Barone tenean-
tur, ſecundum Iſern. ibi in 3. col. ſi collata
ſunt à Rege tenenda ſub Barone illi ſerui-
4 tium debetur, & in conceſſione generali fa-
cta à Rege alicui cum feudis feudatarijs, &
ſubfeudatarijs, non veniunt feuda quater-
5 nata. Et ſi Baronia ſit ob delictum deuoluta
Regi, & deinde reconceſſa, & deinde alteri
data, feuda medio tempore tenenda à Re-
gia Curia, & Regius Fiſcus prætendat, ex
quo tenebantur in capite à Regia Curia, &
erant annotata in cedularijs adohę pro Re-
gia Curia, & ſoluerũt ipſi Regiæ Curiæ, ado-
ham Baroni nõ deberi, maximè ſi tempore
reſtitutionis, vel nouæ conceſſionis Baroni
6 feuda erant penès tertium, quia † Rex non
præſumitur conceſſiſſe, quod eſt alterius, vt
notatur in l. nec auus neque etiam hoc poſ-
ſet ſine voluntate illius tolli, ſiue concedi,
argum. l. fin. C. de pact. ſed pro Domino Ba-
7 roniæ, & quando † Rex ſuccedit Baroni ob
delictum, vel alias dicitur ſuccedere in iure
Baroniæ, & tenere feudum prout Baro te-
nebat ſub eiſdem regulis, & cenſuris, vt per
Bal. in tit. de pace conſtant. in verbo inue-
ſtituram receptionis, Moderni in prælud.
Conſtit. Regni 25. quæſt. aliquid per Iſern.
in cap. 1. qualit. vaſſall. iur. deb. fidel. Dom.
& in Conſtit. Domini à vaſſallis, niſi aliter
8 ipſe Rex decernat ex poſt. In hoc † Rex
vicem perſonæ illius feudi repreſentat, &
habetur vt organum feudi illius, ſecundum
gloſ. in Conſtit. Conſuetudinem, quæ ex ſua
ratione militat etiam in Rege, Fritia de ſub-
feud. auth. 5. nu. 6. in fine, item Rex conceſ-
ſerat cũ feudatarijs, & ſubſeudatarijs, dum
ante deuolutionem erant ſubfeudatarij Ba-
ronis, & ab eo recognoſcebantur feuda; nõ
9 obſtat, quod † ſoluerunt Regiæ Curiæ, quia
cum ipſa poſſidebat, non poterant alij ſol-
uere, nec obſtat conceſſio, quod recogno-
ſcant in capite à Regia Curia, quia cum Ba-
ronia eo tempore erat Regis, non poterat
ab altero recognoſci, nec illa conceſſio ha-
bet mutare naturam feudorum exiſtente
Baronia penès Regem; quoniam illa alię-
nauit cum feudis, multa feuda venerant in
illa reconceſſione, vel alienatione, & illa
verba nihil operantur. Nec obſtat, quod
ſint poſita in cedulario Curię, quia cum ſol-
uerent adoham Regni, neceſſariò fuerunt
annotata in cedulario, vt ſciretur, quid ſol-
uere deberent, non autem vt mutaretur na-
tura feudorum, & efficerentur quaternata;
10 quando autem † Rex vult feuda, ſeù ſub-
feuda Baroniæ medio tempore conceſſi, al-
teri ſint ſeparata à Baronia; dicit, quod re-
giſtrentur in quinternionibus, tũc caſus eſt
clarus, quod feuda ſint quaternata, & ado-
habunt Regiæ Curiæ, & ita fuit iudicatum
in cauſa Comitis Cariati, & Ducis Ariani, &
multorum, & ex alijs comprobat Thor in
compend. deciſ. verſ. adoha ex feudo qua-
ternato &c. & hoc procederet quando in
priuilegio nouę confirmationis, ſiue conceſ-
ſionis, diceretur cum feudis, feudatarij, &
ſubfeudatarij ſimpliciter, ſi autem diceretur
11 † cum feudis quaternatis, tunc nõ eſſet du-
bium, quod eſſent quaternata, & in capite à
Regia Curia ſub Barone, quia venirent in
tali conceſſione, & adoha debetur Baroni,
& ita fuit iudicatum in cauſa Ill. D. Ferdi-
nandi de Aragonia Ducis Montis Alti, cum
Barone Cyghæ, vt dicit Iacob. de Ayello in
tract. de iure adohæ num. 87. & ſic etiam re-
leuium debetur Baroni iuxta prædictas ra-
tiones, authoritates, & deciſiones in prædi-
ctis caſibus, quod alio nõ eſt opus, cum fue-
rit in eiſdem terminis deciſum, & non omit-
12 tam dicere, quod † cedularium, & quinter-
niones inter ſe differunt; nam quinternio-

Aa 2 nes

nes dicuntur illi libri, in quibus notantur, & regiſtrantur priuilegia feudorum, cedularia vero ſunt libri illi, in quibus notantur feuda quantum ſoluunt pro adoha quando imponitur, & de quinternionibus eſt vnum officium in Regia Camera Summariæ, licet multi in hoc decipiuntur, qui pro vno, & eodem capiunt cedularia adohę, & quinterniones, & hæc differentia patet in cedulario adohæ tempore Reginæ Ioannæ, quod ſeruatur in Camera, in quo multis locis fit relatio ad quinterniones, vt refert Iacob. de Ayello in tract. de iure adohæ nu. 88.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio XXVIII.

THEMA.

Facta reſtitutione bonorum feudalium, ſi ob aliquod impedimentum reſtitutio non habuit effectum, ſed pecuniam aſcendentē ad valorem feudorum, & fructuum, tenetur ad ſolutionem adohæ.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus, naturam in cuius locum ſubrogatur ſapit cum omnibus qualitatibus.*

2 *Subrogata res poſſidetur, vti ſi res ipſa cuius locum ſubrogaretur poſſidetur.*

3 *Subrogata res, ſiue ſpecies eodem iure cenſetur.*

4 *Collectæ ſicut non ſoluuntur de fructibus feudalibus, ſic nec de permutatis cum ipſis fructibus.*

5 *Adoha ſicut ſoluitur de feudo, ita & de pecunia loco ipſius feudi data.*

6 *Pecunia ſoluta per primogenitum poſt patris mortem eſt feudalis, & in eo ſuccedit primogenitus.*

7 *Conceſſione feudorum facta, quæ haberi non poſſunt, datur pecunia loco ipſorũ, de qua ſoluitur adoha.*

1 Regulare eſt, ✝ quod ſubrogatus, ſiue res ſubrogata ſapit naturam, in cuius locum ſubrogatur, per text. in l. ſi cum. §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caution. vbi Bart. Iaſ. & alij, dixi in conſ. meo nu. 71. cum facta reconceſſione feudorum per Regem, quando conceſſionarius habere non poteſt, & loco ipſorum feudorum, & fructuum datur, & ſubrogatur pecunia, eſt eiuſdem naturæ, in cuius locũ eſt ſubrogata cum omnibus qualitatibus ſubrogantis, l. 1. §. hæc actio, ff. ſi quis teſtam. ipſe. ius fuer. & ex alijs in meo conſ. 93. num. 27. Bald. in l. alijs, §. ſin autem, C. de curat. furioſ. quod illud, quod dicitur in creatione habet locum in ſubrogatione, & idem Bal. in l. data opera, C. qui accuſ. non poſſ. quod ſubrogatum videtur ineſſe ab ipſo principio, & retroſingi-
2 tur, & quod ✝ res ſubrogata loco alterius dicitur poſſideri, ac ſi res ipſa propriè poſſideretur, allegando text. in l. item ſi fundi, §. ſeminarios, ff. de vſufructu, vbi frumentũ ſeminarium pertinet ad fructuarium, & tamen fructuarius debet alium ſubrogare, ita vt proprietario reſtituatur quaſi inſtrumẽtum agri, dicit Afflict. in deciſ. 395. num. 10. & ad propriam materiam, & caſum facit, quod dicit Iſern. in cap. 1. §. fin. num. 24. de cap. Corrad. qui dicit, quod quando vna
3 ✝ res, ſiue ſpecies ſubrogatur loco alterius, quod eodem iure cenſetur, & in cap. 1. §. & plauſtrorum, in tit. quæ ſint regal. num. 58.
4 quod ſicut ✝ feudatarius non tenetur ſoluere, nec eſt aſtrictus ſoluere collectas de fructibus peruentis ex rebus feudalibus, ita etiam de fructibus permutatis cum fructibus bonorum feudalium, cum illorum loco ſubrogentur; ex his, & notatis per Det. in conſ. 19. col. 3. & ex alijs per Tiraquell. in tract. de retract. conſang. §. 1. gloſ. in verſ. infra annum num 8. Hippol. conſ. 51. interrogatus, & per Fritiam de ſubfeud. q. 21. &
5 ✝ ſicut adoha ex feudo, & eorum fructibus debetur ita & de pecunia ipſorum loco ſubrogata ex prædictis apertum videtur maximè quãdo eſt pecunia ipſa à Rege poteſtatem habente data in locum feudorum, & fructuum, vt per Fritiam in d. q. 21. num. 3.
6 & circa finem. Amplius dico, ✝ quod facta per primogenitum poſt mortem patris affrancatione de feudo, vel introitibus feudalibus virtute pacti de retrouendendo appoſiti à patre, pretium prędictum dicitur feudale, & in eo ſuccedit primogenitus tēpore mortis patris, quo tempore non reperiebatur facta affrancatio, dicit Vrſill. ad Afflict. in d. deciſ. 395. num. 8. & 9. & in cauſa Pauli de Sangro, cuius Auus Carolus de Sangro obtinuerat à Rege Catholico priuilegium
7 bonorum feudalium, & quia bona poſſidebantur per Illuſtriſſ. Dominum Conſaluum Ferdinandum de Corduba magnum Capitaneum, quouſque Maieſtas Regis daret excambium

cambium dicto magno Capitaneo, fuit per Regiam Cameram deciſũ, quod Paulo ſolueretur tanta pecunia, quæ aſcenderet ad valorem fructuum feudorum, & quod Paulus ſolueret adohã, refert Loffred. in cap.1. §.ſeù verſ. ſi vero, in princ.de controuerſ. inueſtit. quia in tali caſu non eſt contractus inter ipſos principaliter initus de aliqua re allodiali, ſed ſolum de re, quæ datur loco fructuũ feudi, & ideo oportet, quod ſit eius naturæ, cuius loco hoc datum eſt, vt dicit Iſern.in eodem §.ſiue verſ.ſi vero, in princ. per iura, quæ ibi citat, & ex alijs cõprobat, & dicit Franc.de Amic.in ſuis reper. feudal. tit.de his,qui feud dar.poſſ. fol.208.col.1.in fine, & ſeq. de qua deciſ. teſtatur Thor. in comp.deciſ. verſ.adoha an ſit ſoluenda &c. col.1.& ex his præſens Dilucidatio firma, & deciſa remanet.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio XXIX.

THEMA.

Si Baro de menſe Auguſti deceſſerit,& eius hęres ſoluerit releuiũ, ſi eodem anno imponitur generalis adoha, vna ſolutio debetur ad electionem Fiſci. deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Releuium eſt medietas fructuũ anni, & adoha parum plus, ſi ambo ſoluerentur, feudatarius non haberet vnde viueret.*

2 *Solutio vnica fit releuij, vel adohæ eodem anno ad electionem Fiſci.*

3 *Adoha ſoluta eodem anno releuij, compenſatur cum releuio.*

4 *Annus emergens, & non naturalis attenditur.*

1 Releuium † eſt medietas fructuum illius
anni, in quo feudatarius moritur, &
etiam adoha regulariter medietas, & parũ
plus ſi vtrumque ſolueretur eodem anno
feudatarius non haberet vnde viueret, &
2 proinde † vnica ſolutio fieri debet releuij,
vel adohæ illud, quod eſt pinguius ad electionem Curiæ, nè feudatarius duplici onere grauetur, & haberet vnde viuat. Ad hoc bene facit ratio cap. Papæ Honorij, quod ſi vno eodemque anno cõtingat pluries caſus, in quibus licet collectã imponere, quod nõ poteſt imponi vna collecta eodem tempore, & hoc ſeruatur non ſolum in vna, & eadem perſona, ſed etiam in diuerſis perſonis, & non obſtante quod Baro obierit in alia indictione, & anno à Natiuitate Domini, & proinde per Regiam Camerã fuit deciſum: quod ad vnam tantum ſolutionem teneretur ad electionem Fiſci de menſe Iulij anni 1512. & fuit cõcluſum, quod in hoc caſu inſpicitur annus emergens, & non annus naturalis, in cauſa Marini de Leoniſſa Baronis Theleſij, & Torrecuſij, & eum primogenitus quõdam Aretuſij, ſiue Andruſij Pappacodæ ſoluit ius adohæ impoſitum de menſe Aprelis exigendum per totum Auguſtum, & de mẽſe Septembris poſtea obijt, ſucceſſitq; Frãciſcus frater in Caſtro Maſſafræ, & eodem anno de menſe Octobris in eadem Regia Camera fuit deciſũ, quod hic hæres non ſoluat releuium, niſi eatenus,
quatenus releuium eſt maius quam adoha,
3 & ſic in † releuio compenſetur, fuit quantitas per defunctum ſoluta pro iure adohæ
per rationes ſuperius adductas, nè duplici
4 onere grauaretur vaſſallus, & quod † annus
emergens, & non naturalis attenditur, ex alijs per Loffred. ex Iſern. ad ipſumq; in paraſraſi feud. in cap.1. §.his cõſequenter, verſ.quid ergo, in tit.hic finitur lex, Iacob. de Ayello in d.tract.de iure adohæ num.77. Thor.in d.ſuo compend.deciſ.verſ.adoha generalis, & in verſ ſeq.incip adoha an ſolui debet, dicit in Reg. Cam. Sum. ita obſeruatur, & practicatur ex Reg. Conſ. D. Carolo Tapia in rub.ff.de conſt.Princ.cap.4.nu.77.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio XXX.

THEMA.

Adohę onus nõ imponitur in damnum vitæ militiæ ſecundogeniti, nec paragij mulierum, neque pro rata, ſed in damnum primogeniti integrè deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Adohæ, & vitæ militiæ onus ad primogenitum ſpectat.*

2 *Adohæ ſolutioni, & ſi aliqui dicunt debere*

Digitized by Google

contribuere ſecundogeniti, fuit deciſum contrarium. & num.ſeq.

3 *Adoharum onus integrè ſpectare ad primogenitum.*

4 *Adohæ onus ſicut non minuit vitam militiam, ſic nec paragium.*

1 ONus † vitæ militiæ, & adohæ ad primogenitum ſpectare, & de fructibus feudi debentur, pluries diximus, & per Afflict. cum rationibus in deciſ. 252. ſed Paris de Puteo in ſuo tract. de reintegr. feud. in cap. vitam militiam clerico num. 17. fol. 77. dicit in Regno pro ſeruitio militari datur medietas fructuum vnius anni, in qua † ſolutione contribuunt ſecundogeniti pro illa rata de vita militia, & ſic præſtantur ſeruitia militaria pro parte, & dicuntur ſeruire, quæ allegat, & ſequitur Io. Anton. de Nigr. Campan. in cap. Regni Alienationis actus num. 11. ſol. 269. dicens, ſolum quod non eſt iuſtum, & nulla ratione fundantes, ſed contrarium tenet Afflict. in d. deciſ. 252. quam opinionem multis rationibus ſundans dicit, & licet non fuerit deciſum appareat de veritate, dicens etiam ipſemet Campan. d. nu. 17. pleniſſimè Loffr. in ſua parafraſi §. firmiter, de prohib. feud. alien. per Federic. Tiraquell. in tract. de primog. q. 74 vbi loquitur per eadem verba, quæ Afflict. vbi ſup. & Capye. in inueſtit. feud. verſ. feuda adohãt col. penult. verſ. & fratres, qui refert ita fuiſſe deciſum per Regiam Cameram Summariæ in cauſa filiorum, & hæredum Iacobutij de Alexandro, quam opinionem tenet etiam Ludouic. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 27. verſ. idque adeo verũ eſt nu. 9. ſol. 194. vnde referente D. Vincentio de Franchis per Sacrum Conſilium fuit deci-
3 ſum: † onus adoharum integrè cedere in damnum primogeniti, idem de Franch. in deciſ. 20. num. 11. & alij per Viſcont. ibidem citati, Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 7. §. 4. num. 30. Thor. in compend. deciſ. verſ. adoharum onus, Iacob. de Ayello in d tract. de iure adohæ num. 93. reiectis etiam contrarijs, ex alijs firmat, quod primogenitus nunquam potuit obtinere, quod ſecundogeniti contribuant in adoha per eorum vitam
4 militiam, ſubdens, quod ex hoc ſicut † adohæ onus non minuit vitam militiam, ſic nec paragium, vt ex multis adductis, & diſcuſſis, ac ita iunctis Dominis Conſiliarijs duarum aularum, deciſum per Sacrum Conſilium firmat Anellus de Amato in ſuo conſ. 11. quem ad hoc refert Thorus in d. compend. deciſ. verſ. adohæ onus an minuet &c. & communis obſeruãtia Regiæ Cameræ Summariæ eſt, quod nunquam in adoha eſt deducta vita militia ſecundogeniti, ſed ſoluitur integrè per primogenitum ſine aliqua deductione, aut cõtributione ſecundogeniti, vt ibi per eum in dicto loco.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio XXXI.

THEMA.

Feudatarius, & emptor nouus, ſi per vnum, vel duos menſes ante impoſitionẽ adohæ poſſidens, adoham dare tenetur, etiam quod deſierit, deciſum.

Quia breuis non opus alio Summario.

SI feudatarius, vel emptor per vnum, aut duos menſes ante impoſitionem adohę teneret feudum, licet deſinet habere, ad adoham tenetur, quia infra tempus ſtatutum alteri vendiderat, ad integram adoham tenetur, quia attenditur tempus impoſitionis, & nõ ſolutionis, prout ita per Regiam Cameram Summariæ deciſum, firmat Fritia de ſubſeud. author. 3. num. 26. in fine, refert Thor. in ſuo compend. deciſ. verſ. adoha an ſolui debeat, ad quod facit text. & ibi Bart. poſt gloſ. in l. incola, ff. ad municip. & quod notat Petr. de Antibol. in tract. de muner. & oner. in par. 3. quos adducit Fritia in d. loco, Iacob. de Ayello in d. ſuo tract. de iure adohæ num. 62. & etiam ſi poſt impoſitionẽ adohæ Rex vendiderit, vel conceſſerit feudum aliquod, feudatarius non tenetur ad adoham; ſed ſi emit ab aliquo Barone, cuius tempore adoha erat impoſita, feudum tranſit cum onere ſuo, poſſeſſor ſoluere tenetur, licet poſſet repetere à vẽditore, Iacob. de Ayello vbi ſupra num. 63.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XXXII.

THEMA.

Sclauones, & Albaneſes, qui in vno loco ſemper non permanent, ſi habitare non reperiuntur, non ſoluunt,

ſoluunt, nec contribuunt in adoha, ſi tempore impoſitionis diſceſſerant. deciſum.

Quia breuis non opus alio Summario.

CLarum eſt, quod Græci, Sclauones, & Albanenſes nõ ſolent in loco continuo permanere, ex quo ſingulis annis eorum focularia numerantur, & quando habitare repeꝛiuntur, ſoluũt carolenos vndecim pro quolibet foculare, quando vero non habitant, nihil ſoluunt, Iacob. de Ayello in d. tract. de iure adohæ num. 57. & adoha pro eis ſi tempore habitant in aliqua Terra, ſiue feudo ſit impoſita, ſolui debet, quia tẽpus impoſitionis inſpicitur, & tempus ſolutionis quo ſeruitium ſolui debet, non attenditur. Nam tempore quo imponitur ſeruitium feudum eſt in obligatione feudali conditione ex lege, non conſideratur tempus futurum, vt per gloſ. in Conſtit. Regni incip. ſiue reali, Bart. in l. 1 ff. ad municip. num. 5. in fin. ponit quæſtionem de ciue, cui eſt onus collectæ à ſua Vniuerſitate impoſitum, & poſtea à Ciuitate receſſo determinat, dicens: (& ideo ſi collectæ imponuntur his oneribus prouincialibus, nõ dicuntur ſubire illi, qui ſunt in Ducatu, & alibi commorantes) argum. text. & ibi Paul. de Caſtr. in l. ſi mulier, ff. ſolut. matrim. & per Iaſ. in l. cum ſeruus, §. hæres cogitur, ff. de leg. 1. ideo in Regia Camera Sũmariæ fuit deciſum, quod ſi tempore impoſitionis reperiuntur habitare, quod ſoluant ad rationem de feudis inhabitatis, & ſine vaſſallis, & ita fuit declaratum in cauſa D. Ferdinandi de Andrada Hiſpani, vtilis Domini Montis Miloni, & & Domini Nicolai Mariæ Caraccioli Domini Sancti Geruatij, vt per Loffred. ex Iſern. in paraſraſi feud. in cap. quis dicatur Dux in fine, vbi tractat de ſeruitio, ſiue adoha, Fritia de ſubfeud. lib. 2. auth. 2. nu. 26. auth. 3. n. 26. & auth. 5. nu. 11. Iac. de Ayello d. n. 57. Thor. in comp. deciſ. verſ. adoha an ſit Barone, ad ꝙ adduco tex. à nemine ad hoc tactum valdè ad propoſitũ in l. 1. §. cũ prędiũ, ff. de pignor. vbi legitur: (cum prędiũ pignorari daretur nominatim, vt fructus quoque pignori eſſent cõuenit; eos conſũptos bona fide, emptor vtili ſeruiana reſtituere nõ cogetur.) dum ipſi Sclauoni, Græci, & Albaneſes sũt in fructu Baronis quando extãt, ſi non reperiuntur habitare, & non extant, tũc vt fructus conſũpti proinde adoha, prout de feudo cum vaſſallis nõ debetur, & ſic merito vt prædiximus deciſum fuit.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XXXIII.

THEMA.

Adohę ſolutio ſpectat ad conductorem feudi ad longum tempus cũ aſſenſu, & nõ ad Dominum proprietarium. deciſum.

Quia breuis non opus alio Summario.

SI Dominus alicuius feudi, illud ad longum tempus locat cum regio aſſenſu, alias non valeret; nam in l. codicillis, §. inſtituto, ff. de leg. 2. reprobata gloſ. vbi cõmuniter Doctores concludũt tex. illum, dum vult, quod prohibita alienatione, non prohibeatur locatio non habere locum, ſi locatio ad longum tempus fieret, ita poſt alios Scribentes ibi tenuit Bal. in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Federic. col. 3. & in cap. 1. §. vidimus, de his, qui feud. dar. poſſ. col. 6. & idem in cap. aut ſi libellario, Ciuiliſtæ in l. fin. C. de reb. alien. non alien. & Canoniſtæ in cap. nulli, de reb. Eccleſ. nõ alien. Iſern. & omnes in Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ, Felyn. in cap. quæ in Eccleſiarum col. 37. vbi cumulat alios Camer. in cap. imperialem, de prohib. feud. alien. per Federic. fol. 18. lit. C. & D. quia quando vaſſallus vult locare ad lõgũ tempus, iuxta terminos l. 1. ſi ager. vectig. pet. ſic locando dicitur alienare, vt in l. antiquitas, C. de vſufruct. & in l. qui Romæ, ff. de verb. oblig. in gloſ. illud facere non poſſet, ſecundum Iſern. & Doctores in d. Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ, Camer. d. fol. 18. lit. G. ſi facit cum regio aſſenſu, licet penès Dominum remaneat proprietas, quia locator percipit fructus feudi, & habet ius in re per decẽnium pro tempore locationis ad ipſum locatorem ſolutio adohæ ſpectat, & ita in Regia Camera Summariæ deciſum fuiſſe, firmat Iacob. de Ayell. in d. tract. de iure adohæ num. 59. Thorus in d. compend. deciſ. verſ. adoha an ſolui debeat.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XXXIV.

THEMA.

Feudatarius reſpectu ſeruitiorum milita-

militarium,ideſt adoharum,non
exigit à vaſſallis niſi medietatem
dicti ſeruitij, & à ſingulis vaſſal-
lis vltra carolenos quinque.

SVMMARIVM.

1 *VAſſalli contribuunt pro ſeruitijs per Baronem præſtandis.*
2 *Barones,& feudatarij à ſuis vaſſallis non vltra medietatē ſeruitij exigere debent, & à ſingulis vaſſallis carolenos quinque.*
3 *Baro eodem anno vnam exactionem facere debet à vaſſallis.*
4 *Baro non ſoluens releuium, & non præſtans omagium, non poteſt partem adohæ à vaſſallis petere.*

1 PRo ſeruitijs à feudatarijs præſtādis vaſ-
ſalli contribuere debent, vt in Conſtit.
Quamplurimum,vbi Afflict.& in cap.Caro-
li Secundi incip.Comites,& Barones,in rub.
de ſubuentione vaſſalli, & dixit Iſern. in
cap.quis dicatur Dux,Marchio, &c. & quia
fortè vaſſalli in hac contributione graua-
bantur, fuit per eundem Regem Carolum
Secundum exactionis modus inductus, in
2 d.cap. † Comites, & Barones, & feudatarij,
vt ſcilicet non amplius quam dicti ſeruitij
medietatem exigere poſſent, nec à ſingulis
vaſſallis amplius quam carolenos quinque.
Ita quod ſi dictę taxę exactio propter exi-
guum vaſſallorum numerum ad medietatē
prædictam non aſcenderet, reliquum feu-
datarius ſuppleret: ſin autē ex maiori vaſ-
ſallorum numero exactio carolenorū quin-
que pro quolibet medietatē ſuperaret, mi-
nus diſtribueretur inter vaſſallos, adeo qđ
medietas tantum exigatur, vt diximus in
Dilucidatione 46. huius Partis, vbi ritus ta-
xandi adoham eſt inſertus, & ſi Baro ſoluit
Regi adoham,& pro eodem anno ipſe Baro
habuit ſubſidium à vaſſallis, non poteſt pe-
tere partē adohæ à vaſſallis, iuxta cap.Re-
gis Caroli Secūdi incip.Riccardus de Aqui-
4 la,& ſi † Baro non ſoluerit releuium Curię,
& non fecit omagium, nec poteſt partem
adohæ à vaſſallis petere,ſecundum cap.Re-
gis Roberti 272. incip.pro parte Vniuerſi-
tatis Vici, Iacob. de Ayello in d.tract. de
iure adohæ num.64.& 65.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XXXV.

THEMA.

Mulier tenens feudum pro dotario
tenetur ſoluere adoham, & vaſ-
ſalli ipſi tenentur ad ſubuentio-
nem,& ad contributionē adohæ.

Quia breuis non opus alio Summario.

MVlier tenens feudum pro dotario, an
ipſa teneatur ſoluere adoham, & cui 1
& an vaſſalli debeant contribuere? cap.Ca-
roli Secundi directum Comitiſſæ Marſici,
dicit,quod cum feudale ſeruitiū debeat prę-
ſtare,de iure eſt per ipſum feudi Dominum
iniungendum mulieri, quia Dominus feudi
ſoluit Regi, & illud recuperat à muliere,
quod tenetur ex cauſa dotarij, quod ſi mu-
lier ſubmonita illud nō præſtiterit exguar-
diri, & ab ipſo Domino diſſatiri de ipſo do-
tario, & vaſſalli interim ipſius dotarij exi-
ſtentes, tenentur ipſi mulieri ad ſubuentio-
nem: cum dictum ſeruitium ad ipſum per-
tineat, & hæc quantum ad contributionem
adohæ: quo vero ad alias ſubuentiones nō
tenentur mulieri, ſed Domino feudi,vt in
Conſtit. Regni Mulier quæ dotarium habe-
tur, & Iacob.de Ayello in d. ſuo tract. de
iure adohæ num. 56. poſt multa, quæ dixit
Iſern. in d.Conſtit.Mulier quæ dotariū, qui
hoc firmat per rationem ibi per eum, quia
mulier in dotario eſt plus quā vſufructua-
ria,& dicit Barthol.de Capua in Conſtit. Li-
centiam, quod mulier pro feudo, quod ha-
buit pro dotario, præſtet ſeruitium Regi,
debet ipſa habere ſubuētionem à vaſſallis,
argum. l.quæro,& l.actenus cum l.ſeq. de
vſufructu,ex hac ratione firmat Iſern. in d.
Conſtit. Mulier quæ dotarium, quod credi-
tor, qui poſſidet iure creditoris, ſi præſtet
ſeruitiū iure naturalis poſſeſſionis, & Con-
ſtit. Regni ſiue Regali dicit: (Ab illis feu-
dorum ſeruitia debita volumus exigi, qui
feuda ipſa quolibet titulo detinere noſcan-
tur.) vnde tamquam poſſeſſor poteſt habe-
re ſubuentionem à vaſſallis, quia ſi habet
onus, habet habere emolumentum, vt in
cap.cum ſecundum, extra de præbend. Fri-
tia de ſubfeud q.2.poſt q.17.verſ.hic quæro
nu.8 fol.308.in nouis,dum qui percipit fru-
ctus,tenetur ad ſeruitium,& qui facit ſerui-
tium,

tium,poteſt adiutorium petere,idem eſſe in tenēte feudum cum pacto de retrouendendo, qui percipit fructus, tenetur ad ſeruitiū petere, poteſt ſubuentionem, & poteſt etiā concedere excadentias,quæ facta retrouenditione non reuocatur,vt per Iacob.Anell. de Bott. in d.Conſtit. Mulier quæ dotariū, Addens.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XXXVI.

THEMA.

Feudum ſi creuit ex induſtria feudatarij, non poteſt augeri ſeruitium, ſiue adoha, ſicut nec minus præſcribi poteſt.

Quia breuis non opus alio Summario.

SEruitium,ſiue adoha iam taxata,vel taxanda minui non poteſt, vt in Conſtit. Regni Conſuetud.ibi ſeruitium deſignatum minorari nullo modo poteſt, ibique gloſ. & Doctores Iſern. in c.1.col.3.de vaſſall.decrep.ætat.& in cap.1. §.ſi quis de manſo, verſic. quod autem dicit ad alium, col.3.de controuerſ. inueſtit. ſi autem feudum diminuitur,& reperitur taxata adoha,non diminuitur ſeruitium, ſeù adoha per Regiam Cameram Summariæ, niſi ad literas, & ordinationes Regias,niſi pars feudi fuerit euicta, vel feudum, ſiue magna eius pars, caſmate perierit,aut notabile damnum habuerit,quo caſu etiam pro diminutione ſeruitij impetrantur Regiæ literæ,ad maiorem cauthelā dicit Iacob.de Auello in d.ſuo tract.de iure adohæ num.55.quod ſeruitium,ſiue adoha feudi nullo tempore poteſt præſcribi, dicit Conſtitutio Conſuetudinem, ibi (ex quibus præſcriptis nullam poteſt Reipoblicæ præiudicium irrogari, cum apud quemcumque reſideret ſeruitium deſignatum,& debitum, quod nō tàm perſonæ,quàm rei ipſo aſcriptum eſſe dignoſcitur, minimè remitti poterit) & ſic nullo tempore præſcribi, dicit ibi gloſ. vt hic,& in cap.de præſcript.triginta annorum, l.comperit.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XXXVII.

THEMA.

Fructus feudi ſi propter guerram, vel peſtem diminuuntur, non tamen adoha, vel ſeruitium minoratur, niſi pro Regni neceſſitate.

SVMMARIVM.

1 *PActa, & cōuentiones in feudis ſunt ſeruanda.*

2 *Adoha, & ſeruitium limitatum in feudis minui non poteſt.*

3 *Calamitas ſuperueniens non debet obeſſe Regi, ſiue Baroni.*

4 *Seruitium diſtinctum, & determinatum non creſcit, nec decreſcit.*

5 *Fructus, ſeù reditus ſeruitium, & adoha non augetur.*

6 *Emphiteutæ ob frugum ſterilitatem non fit remiſſio.*

7 *Emphiteutæ non fit remiſſio propter bellum, aut ſterilitatem.*

8 *Feudum, & emphiteuſim à pari procedunt.*

9 *Penſio quam ſoluit emphiteuta, eſt in ſignum recognitionis dominij, ſicut adoha pro feudo.*

1 DIximus,pacta,& conuentiones in feudis eſſe ſeruanda, & proinde quando
de diminutione promiſſorum eſt tractandū
tempus dationis in feudum inſpicitur, quo
2 tempore fuit limitatū † ſeruitium, vel adoha diminui non poſſe, l.ſi quis,ff.de reſcind.
vendit. vbi ceſſans ſoluere pro prædio tri-
butario cogitur vendere bona propria per
3 Fiſcum, vt ad literam, ibi gloſ. † calamitas
ſuperueniens, non debet obeſſe Regi, ſiue
Baroni, ſicut induſtria vaſſalli in augendo,
vt in l.2.C.de alluuion. Palud.Iſer.in cap.1.
col.2.de vaſſall. decrep.ætat. Luc.de Penna
in l.1.C.de ſuperindict.lib.10.& in l.1.C.de
vendit.rer.fiſcal. idem Iſern.in §.nauigia,
de ſtatut. & conſuetud. limitat pro Regni
neceſſitate hoc faceret, vel publica adeſſet
vtilitas, ſecundū Luc.de Penna ibi, Florian.
in l.item hæredi, §. hinc dicimus, de vſufr.
durum hoc videretur in Regno,niſi aliunde
ſuppleri non poſſet ex dominio Regis, &
quod remiſſio nullo modo fieri debet, ad-

duco

duco Primo, ſi ab initio conceſſionis fuit
4 † diſtinctum ſeruitium certum, & determinatum tunc nunquam creſcit, neque decreſcit, argum. eorum, quæ dicuntur de emphiteuta, per Salic. & Iaſ. in l. 1. C. de iur. emphit. maximè ſi feudum reperitur taxatum, & annotatum in regiſtris Regiæ Curiæ: & tunc ex quo ſemel reperitur taxatũ, & regiſtratum de mandato Superioris, illa vlterius non creſcunt, neque decreſcunt, licet
5 fructus, ſiue reditus feudorum Regni exinde quouis modo augeantur, vel diminuantur, Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par. 1. q. 11. in fine, quem traſcribit Cumia in cap. ſi aliquem, in verſ. ſeruitij conuenti nu. 87. Intrigl. de feud. q. 67. num. 9. dum præcitati Doctores dicunt, quouis modo augeantur, vel diminuantur, & ſic ob bellum, peſtem, & ſterilitatem, ſeruitium non minuitur.
6 Emphiteotæ † ob frugum ſterilitatem non fit remiſſio, vt clarè habetur ex tex. in l. 1. C. de iur. emphit. & ꝟ. fin. inſtit. locati, in quibus iuribus probatur, quod etiam ſi maior immo maxima pars rei emphiteutæ, caſu perimatur, nulla fit remiſſio mercedis, quãto minus fieri debet ob fructuum amiſſionem, cum ipſi fructus ſint pars rei, l. fructus pendentes, ff. de reiuendic. & videtur de hoc eſſe tex. in l. quicumque, C. de fund. patrim. lib. 11. ad idem tex. in ꝟ. fin. verſ. dudum, & ibi gloſ. in verſ. caſus, in auth. de non alien. quam opinionem tenet gloſ. in cap. potuit locati, & ibi Auton. de Butr. Imol. & Abb. & tenet Cyn. Bald. Angel. & Salic. in d. l. 1. C. de iure emphit. Specul. in tit. de emphit. ꝟ. nũc vero antiqua, verſ. 137. ita quod hęc eſt communis ſententia Scribentium in vtroque iure, à qua nullus diſcrepat, dicit, & reſpondit etiam cõtrarijs, ipſiſq; reiectis multis iuribus, authoritatibus, & rationibus firmat Natta in ſuo conſ. 49. per totum. & in conſ. 194. per totum, Clarus in ꝟ. emphiteutis q. 8. verſ. ſed numquid ſimiliter, teſtatur de communi, & Cornazzan. in deciſ. Lu-
7 cenſ. 53. num. 2. nec propter † bellum, aut ſterilitatem, emphiteutæ fit remiſſio, vt dicit idem Natta in d. conſ. 190. num. 6. & 7. & ſecundum Alexand. & Raphael. Cuman. in in d. l. interdum, ꝟ. quod ex naufragio, ff. de
8 acquirend. poſſeſſ. † feudum, & emphiteuſim ſunt eiuſdem naturæ, & à pari procedunt, Curt. in tract. feud. par. 1. cap 3. nu. 6. ex multis, ſi emphiteuta ob caſum fortuitum non fit remiſſio, ita nec fructuario,
9 quia † penſio, quæ ſoluitur per emphiteotam, eſt in ſignum recognitionis dominij, ſicut & adoha pro feudis, vt per Nattam d. conſ. 194. nu. 7. & 8. non propriè pro fructibus, colligitur ex d. l. 1. C. de iure emphit. & dicunt præcitati Doctores, & addens ad deciſ. Guid. Pap. 530. lit. B.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XXXVIII.

THEMA.

Feudatarius eſt vtilis Dominus feudi, & omnia pacta inueſtituræ ſunt ſeruanda, & per bellum non amittitur dominium.

SVMMARIVM.

1 *Pacta quæcumque, quantumcumque extranea in feudo ſunt ſeruanda, & in reliquis remanet contractus feudi.*

2 *Feudatarius eſt vtilis Dominus feudi, & habet ius in re.*

3 *Conductor rei conductæ non habet dominium, neque poſſeſſionem.*

4 *Feudatarius ſoluit adoham ad finem liberandi, & propter recognitionem directi dominij, & fidelitatis.*

5 *Feuda omnia emuntur cum aſſenſu directi Domini.*

6 *Feudum ſi propter bellum non poteſt liberari, & introitus non exigi, non perditur dominium, nec poſſeſſio.*

1 IN feudo † quæcumq; pacta, quantumcumque extranea ſeruanda ſunt, cap. 1. ꝟ. penult & fin. quæ ſit inueſtit. vbi Bald. dicit, quod tenor inueſtiturę derogat cuicumque naturæ feudorum, & propterea ſi aliquod pactum appoſitum fuit contra communem feudi rationem, & ordinariam eius naturã, pactum tale valet, & in reliquis remanet contractus feudi, & pro feudo habetur, cap. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud. ibi: (licet propriam naturam feudi non habeat, iure tamen feudi cẽſetur, & idem probatur in cap. feudum ea lege, ſi de feud. fuer. controuerſ. inter Domin. & agnat. Paul. de Caſtr. conſ. 311. circa id, quod tamen quæritur in dubio lib. 1. Roman. conſ. 70. viſis themate, & quæſtione propoſitis primo dubio, ſic in propoſito licet in inueſtitura adſit pactum de ſoluendo adoham, ſiue ſeruitium militare, etiam quod eſſet correſpectiuè ad fructus, non obſtante quouis caſu fortuito, belli, peſtis, & ſterilitatis adhuc debetur,

quia

4 quia † feudatarius eſt vtilis Dominus feudi, & habet ius in re, l.1.ꝟ.1.ſi ager. vectigal. vel emphiteuſ.l.1.§.quod ait de ſuperficiebus,& ad ipſum ſpectare fructus vti eorum vtilis Dominus per prædicta iura, & caſus fortuitus, vt ſunt belli, peſtis, & ſterilitatis ſpectant ad rei Dominum, eos nunquam debet excipere, l. quæ fortuitis, C. de pign. actio. l ſicut certo, §.nunc videndum in fin. ff commod.l.1.ff.depoſiti, cum alijs vulgatis,& iura,& authoritates,quæ in contrariũ adduci poſſent,non ſunt in caſu infeudatio-
3 nis,vel rei emphiteuticæ,ſed in † conductore,qui rei conductę non habet dominium, neque poſſeſſionem,l.non ſolet, ff.locati,& l.1.C.de vſucap. l.certè, §.is qui, ff.de præ-
4 car.& † feudatarius propter duo ſoluit adoham, vel ſeruitiũ. Primo, ad effectum liberationis conſequendæ. Secundo,ad recognitionem directi domini,& fidelitatis, ſecundum Bald.in l.acceptam in princ. C.de vſufructu,& ex alijs Natta d.conſ.194.n 7.& 8.
5 ſed quid in hoc vagandum hodie † feuda omnia emuntur cum aſſenſu directi Domini, & ſi aliquod donatur, ſi à Rege, ſiue ab alio cũ regio aſſenſu, & omnes vtiles actiones in re,& periculum rei venditæ,ſiue donatæ, tranſeunt ad emptorem, ſiue donatarium, l.neceſſario,l.id quod,ff.de peric.& comod.rei vendit.l 1.l.cum inter, C.eod.tit. Duen.in reg.203 ex alijs,& in terminis vendito caſtro,quod non obſtãte bello ad promiſſa teneri emptorem, firmat Ancharan.
6 conſ.151.nu.2 & ſi propter † bellum feudum non poteſt habitari, & introitus non exigi, nõ perditur dominium,nec poſſeſſio, per d.l.licet, C.de acquir poſſeſſ.& ex alijs, cum in d.ꝟ. ex naufragio,vnde quouis caſu fortuito extante feudatarij ad ſeruitium militare,& ad adoham tenetur.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XXXIX.

THEMA.

Releuium eſt medietas fructuum vnius anni poſt mortem cuiuſlibet feudatarij ab hęrede,vel ſucceſſore feudi,ſiue annuorum introituum datorum in feudum debetur de conſuetudine, in ſignum deuotionis,& reuerentiæ, ac pro noua inueſtitura obtinenda infra annum,& diem, ſed nõ debetur de alijs perceptionibus, & introitibus non datis in feudum. deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Feudatario mortuo, eius filius, vel ſucceſſor in feudo tenetur denuntiare mortem infra annum, & diem,& petere nouam inueſtituram.*

2 *Hæres,ſiue ſucceſſor in feudo debet ſoluere medietatem fructuũ feudi vnius anni in pecunia deductis expenſis aliquibus.*

3 *Releuium ſoluitur ſecundũ vſum Curiæ.*

4 *Releuium nõ eſſe onus feudi, ſed quadam præſtatio ex conſuetudine introducta.*

5 *Releuium non eſt nomen iuris, ſed ab vſu, & conſuetudine in hærede introductum.*

6 *Releuiũ dicitur, quia Dominum releuat, & adiuuat.*

7 *Releuium,quod dicitur ius ciuile appellat introitum.*

8 *Releuium præſtatur in ſignum deuotionis cenſus & reuerentiæ & quia Dominus facit inueſtituram.*

9 *Releuium ſoluitur in recognitionem directi dominij, & infra annum, & diem poſt mortem feudatarij.*

10 *Releuium habet actionem realem,& facta liquidatione in pecunia fit executio etiã contra tertium.*

11 *Feudo conceſſo feudatarius remanet obligatus ex lege inueſtituræ, ad quæ ratione feudi debentur.*

12 *Releuium præſtatur de feudis, & de ſubfeudis,& de annuis reditibus feudalibus.*

1 MOrtuo † feudatario, eius filius, vel ſucceſſor tenetur denuntiare mortẽ, dicendo Domino,vel eius Fiſco,ſi habet infra annum, & diem,& nouam inueſtituram obtinere,cap.1.in princ.quæ ſit prim.cauſ. benef.amitt. & ex alijs multis diximus in Parte quinta, Dilucidatione decimaſeptima
2 per totam, & † ſoluere, ſiue dare medietatem fructuum in pecunia illius, vel vnius anni,vt per Iſern. in Conſtitut. Regni poſt moraem col. fin. verſ.& quidem ſecundum extimationem poſtquam fuerint recollecti inh rreis, & non deducuntur expenſæ in cuſtodiendo Caſtrum, nec Ærarij exigentis intro ius ſecundum ſtylum Regiæ Cameræ Summariæ, ſed ſolum deducuntur expenſæ, quæ fiunt in cultiuando poſſeſſiones, &

& in

Digitized by Google

& in recollectione fructuum,& in molendi-
nis, expenſę ſcilicet, quæ fiunt in molis,&
aptatione palatarũ, habita ratione ad tem-
pus quo poſſit durare, Iacob. de Ayello in
3 in ſuo tract. de iure adohæ nu 70. † ſecun-
dum vſum Curiæ,& in cap.1. §.ſimiliter in
oſtenditijs col.1. verſ. ſunt etiam, vbi dicit
ſimpliciter eſſe medietatem fructuum,&
ibi Liparul.add.in verſ.medietas lit.O.alle-
gat concordantia, & vltra eum nouiſſimè
Addentes ad deciſ. Afflict.265. nu 91. verſ.
19. ac nouiſſimè Campani in c. Regni apud
Fogiam,Præſid.de Franch.deciſ.121 num.2.
quæ ſolutio releuium dicitur,& eſt de more
in hoc Regno Neapolitano,& non de iure,
vt dicit Iſern. in cap.1. §. ſed & res, col. 4.
4 per quos fiat inueſt.& ibidèm dicit, † non
eſſe onus feudi cum ſit quædam præſtatio,
ex conſuetudine introducta,& ide de Frãch.
in d.deciſ.121.num.6. & extra regulas feudi
idem Bald. in cap.quæ in Eccleſiarum, de
Conſtit.Præſtationem eſſe conſuetudine in-
troductã,& odioſam,ſequitur Albert.Brun.
in conſ.44. col 4. & idem Bald.in l.1. col.2.
de rer.diuiſ. Iſern.etiam ex improbo more
ſucceſſiſſe releuia dixit in d. cap.1. §.in ho-
ſtenditijs, de cap.Corrad. verſ. ſunt etiam
5 releuia,& quod releuium non ſit nomen iu-
ris, ſed ab vſu, & conſuetudine ſit in hære-
de introductum,de Franch.d.dec.121.nu.4.
6 & ſic nuncupatũ,& dicitur † releuium,quia
Dominum releuat, & adiuuat,& ſic à rele-
uando, ſiue liberando,& dicit Iuriſcõſultus
in l. vbi fideiuſſor, de ſolut. & declarat etiã
Iſern.in dictis locis,& verſiculis ſunt etiam
7 releuia, & quod † appellatur releuium ius
ciuile Romanum videtur appellare introi-
tum,vt in l.his verbis §.fin. ff.de leg.3. per
quam ſic dixit gloſ.in d.Conſtit. poſt mortẽ,
ſuper verſ.recepto, & ex alijs firmat Loſ-
fred. in d.cap.1. per quos fiat inueſtit.verſ.
non eſt ſimile,de releuio fol.23.ater.in fine,
col.1. Fritia de ſubfeud. author.3.num.3. ex
Oldrad.in conſ.24.dicit, releuij ſolutionem
eſſe legatam obligationi obnoxiam ſorte de
alio releuio intellexit,quàm de eo,quod da-
tur mortuo feudatario, vt eius hæres pona-
8 tur in poſſeſſionem,& † præſtatur releuium
in ſignum deuotionis cenſus, & reuerentiæ,
Albert.Brun.conſ.61.Soccin.conſ.66.col.8.
lib.3. & ideo præſtatur, quia Dominus facit
inueſtituram feudi nouo ſucceſſori in feudo,
qui ſucceſſit defuncto,vt ſcribit Taurinenſis
in ſua inueſtit. feud. verſ. qui quidem inue-
ſtiti fol.24 num.78.Fritia d author.3.num.3.
9 in fine,& quod † ſoluitur in recognitionem
directi dominij recipiendo inueſtituram, &
ſolui debet intra annum,& diem poſt mor-
tem feudatarij,ex alijs de Franch.d.dec.121.
10 num.7.pro quo ſicut in † adoha datur actio
realis contra omnes feudi poſſeſſores, ita
pariter pro releuio, & facta liquidatione in
pecunia, non autem in fructibus, fiat etiam
executio contra tertium, idem de Franch.
d.deciſ. num.11. & ita practicatur in Regia
Camera Summariæ, de quo late per Fritiã
in d.tract.de ſubfeud. lib.2. author.3.vbi,&
ſi tenet contrarium omnes difficultates per
11 cum factæ tolluntur; conſiderando † quod
eo ipſo, quod feudum conceditur, remanet
feudatarius obligatus ex lege inueſtituræ,
ad omnia onera,& obligationes, quæ ratio-
ne feudi debentur, & Fiſcus habet tacitam
hypothecam,ita quod in quamcunque feu-
dum trãsfertur,erit affectus prædictis obli-
gationibus, oneribus, & hypothecis, firmat
Io. Franc. de Ponte in ſuo tract. de poteſt.
Proreg. in tit.de regal.impoſit. tit.4. cap.1.
fol.140 qui bene hoc ſciebat,quia fuit Præ-
ſidens Regiæ Cameræ Summariæ,& deinde
Regens Supremi Italiæ Conſilij apud no-
ſtram Regiam Maieſtatem, & demum Col-
lateralis huius Regni Conſilij apud Prore-
gem Regens, ex quo omnia prædicta ſcire
12 poterat,& eſt † releuium medietas fructuũ
vnius anni, ſiue illud præſtandũ ſit Regiæ
Curiæ, ſiue Comiti,vel Baroni, tàm de feu-
dis, quàm de ſubfeudis, quia in hoc releuio
non eſt differentia ſecundum cap.Regis Ca-
roli Secũdi, quod ita declarat Comiti Mar-
ſici,& præſtatur nè dum de feudo, ſed & de
annuis introitibus feudalibus,ſed ſi daretur
annua perceptio ſuper iuribus ſalis, vel
alijs, & non dicitur in feudum releuium nõ
debetur, & ita decisũ Iacob. de Ayello vbi
ſupra num.83 refert Thor.in compend.de-
ciſ.verſ.releuium an debeatur de annua &c.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio X L.

T H E M A.

Releuiũ, ſi anno quo moritur feu-
datarius fructus nõ fuerint, quia
debetur de fructibus vnius anni
ſecundum meam opinionẽ de-
bent coaceruari fructus trium
annorum,& omniũ tertiæ partis
medietas capi, redacta in pecu-
nia, & pro releuio ſolui. deciſũ

SVM-

SVMMARIVM.

1 *R Eleuium ſoluitur, vt in inueſtitura eſt conuentum, quia contractus ex conuentione legem accipiunt.*
2 *Releuij quantitas ſi non eſt conuentum in inueſtitura, ſoluitur medietas fructuum anni mortis feudatarij.*
3 *Releuiũ eſt medietas fructuum vnius anni poſt mortem feudatarij.*
4 *Iſerniæ dictum deberi releuiũ illius anni mortis feudatarij proceſſiſſe ex errore impreſſoris comprobatur.*
5 *Authoris opinio eſt, quod coaceruatis fructibus trium annorum, capiatur medietas tertiæ partis pro releuio, ſicut de adoha fit.*

1 SI ex inueſtitura patet, quantum ſoluendum ſit pro releuio, ſtatur cõuentioni, quia contractus ex conuentione legem accipiunt, l. 1. ℱ. ſi conuenerit depoſiti, notatur in cap. 1. ℱ. ſimiliter, & ibi gloſ. de cap. qui cur. vend. ſed † vbi non apparet conuentum à principio, ſi dicatur pro releuio ſolui medietatem fructuum illius anni, quo feudatarius moritur, vt per Iſern. in d. Conſtit. poſt mortem, circa finem, in cap. 1. ℱ. ſimiter, de prohib. feud. alien. per Federic. & in cap. 1. ℱ. ſimiliter, de cap. Corrad. tamen Fritia in d. ſua author. 3. num. 5. fol. 314. aſſerit, quod in quodam cap. Regni, quod habeo
3 ad pœnam, † text. dicit: (vnius anni) & non illius, quo deceſſit feudatarius, ita quod ſi anno præcedente mortis fuiſſet fertilitas, & in anno mortis ſterilitas, & heres nullis, aut paucis perceptis fructibus ex feudo debitũ releuium ſoluere tenetur, & ſic alias fuit in Regia Camera Summariæ deciſum in anno 1506. cum voto Sacri Conſilij contra Comitem Palenæ; vt teſtatur ex alijs de Frãch. in deciſ. 121. num. 9. & ſecundum illam literam Curia potuiſſet capere medietatẽ fructuum anni præcedentis, & è contra, ſi anno præcedẽte fuiſſet ſterilitas, & in anno mortis eſſet vbertas, Curia perciperet, ſecundũ tempus mortis, poſtquam vnius anni habet medietatem pro releuio, Loffred. in d. cap. 1. per quos fiat inueſt. verſ. non eſt ſimile fol. 22. & ſeq. per plures columnas ex multis iuribus, rationibus, & authoritatibus hinc inde per eum adductis, inter alia dicit, quod
4 licet ex † communi impreſſione Iſern. in d. Conſtit. poſt mortem, dicit, quod releuiũ ſit medietas fructuum illius anni; veritas tamen eſt, quod illud ex errore impreſſorũ ſcriptum reperitur: quoniam ibi legitur illius vult dicere vnius anni, & ſic Ego in quodam antiquiſſimo, & emendato libro habeo, & in quodam alio antiquo Codice, qui fuit Domini Fuſci Seuerini viri nobilis, & eruditi, vnde concludit, & tenet Loffred. ibi, quod releuiũ debetur de fructibus vnius anni, & non illius anni mortis feudatarij, & ex dictis eiuſdem Iſer. in cap. 1. ℱ. ſi mulier, ſiue ſimiliter num. 3. in antiquis, & num. 14. in nouis, vbi ſimpliciter dicit, (ſunt autem releuia, quæ danthæredes vaſſalli Domini medietas fructuum, & de hoc releuio nihil ſcriptum inueni) & nihil dicit de quo anno debeatur, & dum de Franch. in d. ſua deciſ. 121. nu. 2. & 7. in finalibus verbis dicit releuium eſſe medietatem fructuũ illius anni, vel vnius anni, declarat eſſe vnius anni, quia ſi dictio, vel eſt alternatiua, poteſt capi pro
5 declaratiua. Sed † Ego dicerem, quod ſint in taxanda adoha coaceruatis fructibus triũ annorum capitur omnium tertia pars pro vno anno, & liquidatur adoha debita, & adeſt Ritus Regiæ Cameræ Summariæ, ſic fieri debere in ſolutione releuij, quod tertiẽ partis trium annorum fructuum capiatur medietas pro releuio ad ſimilitudinẽ liquidationis adohæ per dictũ Ritum Regiæ Cameræ Summariæ; vt diximus in hac eadem Parte Dilucidatione 46. ibiq; inſerimus Ritum prædictum.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio XLI.

THEMA.

Releuiũ ſoluitur, vt eſt moris quantitatem vntiarum decem non excedat. ſed ordinatum eſt, vt de omnibus feudis pro releuio ſoluatur medietas fructuum Domini, vt & in præcedenti Dilucidat.

SVMMARIVM.

1 *R Eleuium ſoluitur, vt eſt moris quantitatem decem vntiarũ non excedat.*
2 *Releuium debet eſſe illius à quo feudum tenetur, licet conceſſio ſpectet ad Regem.*
3 *Releuij, vel ſeruitij augmentum nõ datur.*
4 *Releuium quod debetur alicui Baroni, non debet excedere vntias decem, ſed Regia Camera ordinat, quod præſtetur medietas fructuum.*

5 *Feudi annuorum introituum releuium eſt quarta pars, ſed de omnibus feudis hodie præſtatur medietas fructuum, cuicumque præſtetur.*

VErba in fine Conſtit. Poſt mortem di-
1 ſtantia (recepto † verumtamen aliquo releuio, vt eſt moris quantitatem decem vntiarum non excedat pro aſſignanda poſſeſſione Terræ conceſſæ) vbi gloſ. in verbo aliquo dicit, & hoc eſt, quod dicitur, quod
2 † releuiũ debet eſſe ipſius Comitis, vel Baronis, à quo ipſum feudum tenetur, non Regis, licet feudi conceſſio ſpectat ad Regem, vt hic apertè dicitur, & ſi Additio de Bottis in d. Conſt. Poſt mortem, dicat numquid Comes, vel Baro, ex d. verſ. vt eſt mo-
3 ris poſſit prætendere † releuium, & ſeruitium ex augmento erit dicendũ quod non, quia conſuetum erat ſolui vnum ſeruitium; contrarium eſt verum, & ita Luc. de Penna in l. 1. C. de vendit. rer. fiſcal. col. 2. in princ. poſt Bartholom. de Capua ad intellectum dictæ Conſtitutionis Poſt mortem: aduertatur, quod Luc. de Penna non loquitur ibi de releuio, ſed tantum de ſeruitio militari, quod eſt adoha, vt ibi eius verba oſtendunt, & ſic etiam Bartholom. de Capua in d. Conſtitut. Poſt mortem, & idem D. de Bottis ibidem in d. ſua addit. dicit, quod Iſern. tenet contrarium ſui dicti, & non loquitur in releuio, ergo verba d. Conſtit. Poſt mortem, dum ſunt aperta & loquuntur, quod releuiũ non excedat ſummam vntiarum decem, Conſtitutio ipſa eſt attendenda, & ex his di-
4 co, quod ſi † Baro, ſiue Comes capit releuiũ alicuius feudi, ſiue Terræ non debet excedere vntias decem, vt ex relatis claris verbis dictæ Conſtitutionis, ſed Regia Camera ſeruat, pręſtari medietatẽ, & iuxta declarationem Regis Roberti, quę incipit: ſicut no-
5 uis hæredibus, ſi feudum conſiſtit in † annua præſtatione, ſeù prouiſione pro releuio ſoluitur tantum quarta pars, hodie autem pro omni feudo præſtatur medietas fructuũ, ſiue conſiſtat in vaſſallis, ſiue in poſſeſſionibus, territorijs, vineis querquetis, aut in annua perceptione gabellæ, quæ determinata eſt, & non recipit augmentum, neque diminutionem, & eadem eſt determinatio, & regula releuium, ſiue debeatur Regię Curiæ, ſiue Baroni, dicit Fritia in d. auth. 3. num. 5. ſubdens: licet Ego legerim in quocap. Regis Caroli Primi, minus præſtari de feudo plano, quam de quaternato, ac alia ſit taxa, quãdo ſoluitur Regi ad intelligentia dictæ Conſtit. Poſt mortem, habeo illud cap. pro Apocrito, cum de eo Doctores Regni mentionem non faciunt, neque habetur in capitulis Regni, neque ſit in Archiuio inſertum; hodie eſt eadem taxa, & regula, & non fit ſecundum adohamenti determinationem, quod præſtatur Regi, vel Baroni, & hoc iure vtimur, dicit Fritia in d. author. 3. num. 5. circa finem.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio XLII.

THEMA.

Releuium ob vitam militiam non minuitur, & integrè ſoluitur per primogenitũ ſecundogenitis. deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Releuium debitum eſt pro noua inueſtitura feudi.*
2 *Releuij onus feudi ſucceſſoris eſt abſque diminutione propter vitam militiam.*
3 *Releuium eſt integrum ſoluendũ per primogenitum.*

1 ONus † non reale, ſed extrinſecum feudatarij releuium eſſe pro noua inueſtitura obtinenda, & venit feudatarius obligatus ex lege inueſtituræ ad omnia onera feudi, dicit Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit. tit. 4. fol. 140. & ex alijs dictis infra hac eadem Parte Dilucidat. 49.
2 & proinde hoc † onus feudatario ſpectat, & ab eo integrè debetur abſque diminutione vlla reſpectu vitæ militiæ oneris, & ita deciſum firmat Iacob. de Ayell. in ſuo tract. de iure Adohæ num. 94. in fine, & eandem deciſionem ſi poſtea deciſam aſſerit Camill. Salern. in conſuet. Neap. incip. quod aliquis verſ. an ſecundogenitus, fol. 118. ipſoſq; citat Maſtrill. deciſ. Sicil. 112. nu. 12. Molſeſ. in comment. conſuet. Neap. par. 5. q. 6. nu. 23. Reg. de Ponte vbi ſupra in tit. de aſſenſib. Regijs §. 4. num. 30. Thorus in comp. deciſ. verſ. releuium an ſit minuendum, & eſt integrum ſoluendum per primogenitum decidit Afflict. deciſ. 352. Loffred. in cap. imperialem, §. firmiter, de prohib. feud alien. per Federic. Fab. Iordan. in Conſtit. Comitibus, cum alijs adductis per Maſtrill. in d. deciſ. Sicil. 112. num. 15. vbi num. 9. citat Nardum Liparolum in addit. ad Iſern. in cap. 1. §. ſed & res,

& res per quos fiat inueſtir. verſ. medietas
fructuum, dicente ita fuiſſe determinatum
in Camera de anno 1527. in cauſa Comitis
Sanctæ Seuerinæ, quod omnes Domini il-
lius temporis dicebant ſuiſſe ſemper ſerua-
tum, refert Thor. in d.comp.deciſ.verſ.re-
leuium an ſit integrum &c.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XLIII.

THEMA.

Si eodem anno moritur pater, qui
obtinuit, ſiue petijt inueſtiturã,
& deinde filius, qui ſimiliter ſuã
petijt inueſtiturã, releuium du-
plicatum debetur, & qualibet vi-
ce pro medietate fructuum, ſed
Ego crederem cum æquitate, ſed
ſi pater non petijſſet, ſimplex re-
leuium debetur.

SVMMARIVM.

1 *DVobus feudatarijs eodẽ anno defun-
ctis vnicum releuium deberi, & ſi
pater, & filius diſtingue, & deciſio vt ibi.*

2 *Hæres debet petere inueſtituram ſuam
non defuncti.*

3 *Releuium debet ſolui iuxta morem con-
ſuetudinis.*

4 *Durum videtur in vno anno duplex onus
dari.*

5 *Releuium onus feudi non eſſe, ſed deberi
pro onere dominij.*

6 *Releuium eo ipſo, quod inueſtitura pe-
titur debetur, & pater, & poſtea fi-
lius petunt inueſtituram, vtrumque
debetur.*

1 DVobus feudatarijs eodem anno defun-
ctis vnicum releuium deberi, vt decla-
ret Iacob. de Ayell. in tract. de iure adohæ
nu.78. verſ.quid autem, Fritia lib.2. auth.3.
verſ.ponit vnam nu.6.dicit Conſ.Rouit.in
addit.ad pragmat.2. de offic.Procur.Cæſar.
circa finem, & vt veritas de hoc videatur,
ponam quid dicit Fritia, qui Iacobum de
Avello refert in allegato loco, ibi, ſi eodem
anno moriatur pater, & poſtea filius ſi de-
beatur duplex releuiũ ipſe diſtinguit, quod
ſi pater petijt inueſtiturã, & obtinuit, ſi filius
petit ſuam, debetur vtrumque releuium,
quia cum duæ ſint inueſtituræ cõpletæ, vna
in perſona patris alia in perſona fillij non
inconuenit, duplex releuium ſolui, ſi vero
pater mortuus eſt ante habitam inueſtitu-
ram, & filijs poſt mortem patris petijt ſe
inueſtiri, cum non ſit niſi vna inueſtitura,
& de hoc dubitatum de æquitate per Regiã
Cameram fuit ordinatum, vt ſimplex rele-
uium ſoluatur, vt per Iacob.de Ayello nu.
78.Fritia dicit, quod Iacob. de Ayello nihil
allegat niſi prædictam rationem, ſed proba-
ri ex dictis per Iſern.in cap.ſãcimus il pri-
2 mo, col.1.quo tempore miles, cum † hæres
debeat petere inueſtituram ſuam non de-
functi, qui debebat in feudo ſuccedere, vt
notat idem Iſern.in cap.1. §.ſed & res, per
quos fiat inueſtit. & in cap.1. §. ſimiliter,
3 col.2. de cap. Corrad. & † iuxta morem
conſuetudinis debet releuium ſoluere, licet
pro inueſtitura defuncti fuerit ſolutum, &
& eodem anno alia ſolutio non releuat hæ-
redem, quia illud onus reſpiciebat defun-
ctum, & notatur in cap.Regni apud Fogiam,
4 ſed videbatur † durum eodem anno in feu-
do dari duplex onus, licet diuerſę ſint per-
ſonæ, ex quo feudum non debet eſſe inu-
tile feudatario, vt in cap.1. §.quia etiam
Epiſcop.vel Abbat. contrariorum eadem
debet eſſe diſciplina, cum eodemmet anno
Baro à ſuis vaſſallis non debet habere du-
plex ſubſidiũ, vt habetur in cap.Regis Ca-
roli Secundi incip.Riccardus de Aquila, &
& ſi habetur ſubuentionem eodem anno,
non petit à vaſſallis partem adohæ, habetur
in cap.Honorij Papæ, ita videbatur, quod ſi
pater, & filius eodẽ anno mortuus, & pater
habuiſſet inueſtituram, non ſolui releuium
à nouo ſucceſſore: cum feudum illo anno
ſibi remaneret inutile, & conſuetudo non
conſiderauit hunc caſum, ex quo videtur,
quod ſatis irrationabile pro illo anno gra-
uare feudatarium duplici onere, videtur ta-
5 men ex hoc probari, † releuium non eſſe
onus feudi, neque feudo ineſſe, ac extra
onus feudi annexo, ſed à perſona ſucceden-
te deberi pro onere dominij, qui iubet feu-
datarium in poſſeſſionem feudi immitti, aut
in veteri conſeruari, ſed qui petit inueſtitu-
ram ſoluit, conditio purificatur contra pe-
tentem. Nec refert eodem anno plures ſint
6 qui petunt, raro hoc euenit † eo ipſo, quod
petit ſe inueſtiri, quo ad Curiam quæſitum
eſt ius releuij, vt habetur perfecta inueſtitu-
ra nouus ſucceſſor ſuam petit cum defun-
cti pro completa habeatur, debetur vtrum-
que cum verum ſit, vtrumq; fuiſſe in feudo

inueſtitum, ſiue pro labore inueſtiturę, vel pro honore, aut pro rigore conſuetudinis, perſona ſuccedẽs aſtringitur, licet pro medidtate fructuum; ſed an fiat deductio fructuum pro medietate debitorum Curiæ, ita quod ſit quarta pars. & non medietas, fiſcales non admittunt, ſed exigunt totum, & integrum releuium, dicit Fritia in d. author. 3. num. 6. per totum, & à verſ. qui petit inueſtituram ſoluit, videtur ſcire, quod ſi filius petijt inueſtituram, tenetur ſoluere, cum actus ſit conſumatus, & mortuo filio, eius ſucceſſor petendo ſimiliter inueſtituram, vtrumque releuium debetur, vt ita in relato caſu Fritiam, & Iacob de Ayello tenere videtur, & Conſil. Rouitus opinionis dictorum eſſe dum dicit, vt declarant prædicti Iacob. de Ayello, & Fritia, & nõ ſimpliciter in tali caſu duplicatum releuium non deberi, cũ ipſe Fritia, & de Ayello dicant, ſi filius primus ſucceſſor petijt tantum inueſtituram, & eius ſucceſſor poſtea ſimiliter duplicatum releuium deberi, vt ex iam relatis patet.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XLIV.

THEMA.

Releuium ſolui debet infra annũ, & diem à die aditæ hæreditatis, alias antiquitus amittebatur feudum hodie ſoluitur duplicatum, vel componitur cum Curia, & ex cauſa excuſatur, & ſoluitur ſimplex releuium. deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Regis Roberti litera de his, qui ſeruitia regia adoha & releuia non ſoluerunt.*

2 *Morte feudatarij non denuntiata, & releuio infra annum, & diem non ſoluto, non amittitur feudũ, ſed tranſigitur cum Curia.*

3 *Rex munificus nõ debet anguſtare vaſſallos iuris ignaros, quando ſponte hæres cõparet, offerendo quod debetur.*

4 *Vaſſallus longo tempore tacens, & Curia præuenit, duplum debetur releuium, niſi ex cauſis excuſetur.*

5 *Hæres ignorans mortem feudatarij excuſatur, & quando non excuſatur.*

SI infra annum, & diem feudatarius non petit inueſtituram de iure feudorum, perdit feudum, vt habetur in cap. 1. de cap. Corrad. hodie in Regno quamuis ſit elapſum tempus non amittitur feudum, ſed ſoluitur duplicatum, ſiue tranſigitur cum Curia, dicit Iacob. de Ayell. in d. tract. de iure adohæ nu. 71. per ſequentia capitula Regis Roberti videlicet.

1 ROBERTVS ✝ Rex &c. ſignificamus vobis Mariano de Diano, Thomaſio de Salerno, & Roberto de Mileto militibus, quod ſicut accepimus fide dignè, nonnulli ſpiritu cupiditatis aſſumpti, & fraudes committere non verentes, præſertim contra Fiſcum noſtrum, qui eſt publicis vtilitatibus præcipuè pro bonis feudalibus, qui à Curia noſtra tenent; quemadmodum occupata, ſeù vſurpata, pro certis retroactis temporibus non præſtiterunt ſeruitium, ſeù adohamentum pro illis Curiæ noſtræ debitum, aliqui vero diminutè ſoluerũt quidam ſucceſſionis tempore nõ fecerunt pro illis homagium; nec præſtiterunt in Camera noſtra releuium, alij bona feudalia ſine aſſenſu noſtræ Curiæ vendiderunt, & in alios tranſtulerunt; tales, & alias fraudes ſimiles committendo. Nos autem volentes non ad priuationem Terrarum ipſarum in præmiſſis caſibus, ſed ex benignitate noſtra ad compoſitionem prouidere: fidelitati veſtræ tenore præſentium committimus, & mandamus quatenus in præmiſſis caſibus, & ſimilibus pro parte noſtræ Curiæ, cum vno ex theſaurarijs noſtris componatis, ſecundum ordinationem noſtræ Curiæ in his habitam, vel alias ſecundum conditionem, id eſt qualitatem negotij pro vtilitate noſtræ Curiæ ſupradicti nobis primitus referentes, non obſtante conceſſione, ſeù mandato noſtro contrario in præmiſſis. Datum Neapoli decima Nouembris decimæ indictionis.

Super eodem.

Item in alia petitione oblata dicto Domino Regi, quæ talis eſt, facta fuit talis decretatio.

Supplicat Mag. Reg. P. de Stella, cum annis iam ferè quinque vixerit Dominus Bartholomeus de Foſſa Ceca, tenens, & poſſidẽs à Curia noſtra, Caſtra, ſeù Caſalia mortuus fuit, & Nicolaus de Foſſa Ceca filius, nondum dictæ veſtræ Curiæ denuntiauit obitũ dicti Patris ſui, nec alij eius fratres, nec fecerunt inde homagium, nec ſoluerunt releuium, nec à dicto tempore mortis dicti pa-

tris

tris eorum fecerunt ſeruitiũ pro illis prædictæ Regiæ Curiæ debitum,ex quibus omnibus dicta Caſtra,atque Caſalia sũt ad manus ipſius Curiæ rationabiliter deuoluta, & ſuorum ſeruitiorũ intuitu,omne ius, omnemq; actionem, quod, & quæ dictæ Curiæ noſtræ cõpeterit dicto Petro de Stella concedere de gratia ſpeciali dignaremur,& mãdare Curiæ Vicariæ, quod ad reuocationem dictorum bonorum feudalium, & Caſtrorũ procedat, iuſtitia mediante. decretatio talis eſt.

Non intendimus, quod Barones Regni propter tales defectus bonis feudalibus priuentur, dummodo velint defectibus huiuſmodi emendare, & non in ipſis defectibus perdurare.

Reperiuntur etiam duæ literę Regis Roberti,quod de prouiſionibus in feudum cõſiſtentibus in pecunia, debeat ſolui releuiũ, ſecundum ordinem per eum factum, ſicut adoha videlicet quinqne, & vnius quarti pro ſingulis viginti; ſed de conſuetudine in Camera non ſeruatur: quia indiſtinctè pro quocumque releuio ſoluitur medietas fructuum illius anni, alias reperiatur ſeruatũ, ſecundum ordinationem prædictam.

Et quia prædicta ſatis conferunt ad materiam de qua agitur, & non ita de facili inueniuntur,volui hic inſerere, vt per Iacob. de Ayello vbi ſupra num.72.& 73.

2 Ex his ergo habemus, † quod ob non denunciationem mortis feudatarij, & non ſolutionem releuij infra annum,& diem, non amittitur feudum, ſed duplicatum ſoluitur releuium,ſiue cum Curia tranſigitur, & voluit Iacob. de Ayello vbi ſupra, Fritia in d. authorit.3.num.7. Vrſill. addens ad Afflict. deciſ.127. num.11. Præſ.de Franch.in deciſ. 121.num.15.& ita obſeruuatur in Camera, & hoc maxima ratione,& ęquitate,quando
3 non ex contemptu fiat, quia † Rex munificus nõ debet anguſtare vaxallos iuris ignaros, & illos laqueo, ac pœna afficere, dicit Fritia in d.num.7.poſt princ.vt duplicatum releuium non ſoluatur, limitat Gulielm. de Perno in notis feudorum, quando non longo poſt tempore, ſed ſpontè poſt veniſſet feudatarius ad Curiam, & petijſſet inueſtiri,
4 offerens ea,quæ debentur ex more, † ſecus ſi Curia præueniſſet,rigor cõſuetudinis ſeruari deberet,cum ex longo tempore tacens videtur Regem ſpernere, & contendere: quod non procederet, quando aliqua cauſa eum excuſaret,& defunctus perijſſet in longinguis partibus ſimplex præſtatur releuiũ, & non duplicatum,vt deciſum firmàt Fritia in d.auth.3.num.7. poſt medium, & admiſſa fuit ſimplex ſolutio poſt triennium, cum Curia punit contemptum,& dolum,non autem ignorantiã facti, quia feudatarius erat
5 mortuus, † hæres autem eius ignorans, excuſatur,vt per Bald.conſ.631.lib.3.& ſi petitionis inueſtituræ non erat idoneum, puta quia erat peſtis,vel hoſtilitas,omne id interuallũ deducitur,vt per Zabarell. conſ.128. col.3. Cagnol.conſ.132. Iaſ. conſ.64. lib.3. plura congerit requiſita pro amiſſione feudi quando non eſt infra annum, & diem petita renouatio inueſtituræ, Fritia d. num. 7. in fine,vel ſi ob litem non denuntiauit, aut non tenebatur, quia fortè ex contractu donationis, cum alijs pœnis feudalibus poſſidebat, ad releuium non tenetur, deciſum firmans Thorus in ſuo compend.deciſ.verſ. releuium ſoluere.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XLV.

THEMA.

Tempus anni, & diei ad petendam inueſtituram,& ſoluendi releuiũ non currunt à die mortis feudatarij, ſed à die hæreditatis aditæ, & poſſeſſionis ſuæ, non autem ſi poſſeſſio eſſet penès alium,& ſucceſſor non fuerit in culpa feudũ recuperãdi,& vnicum releuium deberi. deciſum.

SVMMARIVM.

1 *TEmpus anni petendi renouationem inueſtituræ, currit à die hæreditatiſ aditæ.*

2 *Hæres dum non poſſidet,non eſt in dolo in non præſtando ſeruitium,non perdit feudum.*

3 *Alienans feudum cum regio aſſenſu per verbum fiat,& tradita poſſeſſione marito, quia hæres non poſſidet,non tenetur, ſed emptor,& ita deciſum.*

4 *Succeſſor ſi eſt in culpa feudo reperto penès alium, & non recuperat ipſe ſoluit releuium.*

5 *Iudex bonus debet arbitrare qualitatem cauſæ, temporum, perſonarum, & ſi de iure feudum ſit apertum.*

6 *Renouatio inueſtituræ eſt petenda ab hærede.*
7 *Appendices ſunt pars rei, & acceſſorium regulatur à ſuo principali.*

1 TEmpus † anni,& diei neuouandæ inue-
ſtituræ,& ſoluendi releuium, non cur-
rit immediatè feudatario mortuo,ſed tantũ
à die hæreditatis aditæ, ſecundum Bald.in
cap.1.de cap.Corrad. Cardin.in cap.1. quæ
ſit prim.cauſ.benefic.amitt.Guid Pap.deciſ.
165. Albert.Brun.conſ.38.col.2.& per Bal.
conſ.361.dicit text.lib.3.& tunc incipit cur-
rere, quando feudum poſt mortem defun-
cti fuiſſet repertum in hæreditate, & ipſe
nouus ſucceſſor poſſideret feudum, Iſern.
ſentit in cap 1. §.inſuper, de prohib. feud.
alien. per Federic. ſi autem poſſeſſio feudi
eſſet penes alium,ſi non petijt renouationẽ,
& non ſoluerit releuium,non priuatur feu-
2 do,quia † dum non poſſidet,non videtur in
dolo, ſecundum Bald.in l.ſollemnibus, vbi
Salyc.C.de ræiuendic.in conſ.429.lib.1.&
conſ.466. Abb.Andreas feudatarius eodem
libro, Soccin.conſ.66.col.8.lib.3. Bertrand.
conſ.104.lib.2.notat Ancharan.conſ.74.de
vaſſallo non præſtante ſeruitium, quia non
poſſidet feudum,vbi abeſt dolus,non priua-
tur feudo feudatarius, ſecundum Bald. in
d l.ſollemnibus, Curt. in tract. feud. tit. ex
quib.cauſ.feud.amitt.& qui nõ poſſidet feu-
dum,non poteſt imputari dolus, quia ipſe
non percipit fructus feudi, neque videtur
ſpernere Dominum,cum non teneat id,per
quod adſtringitur ad onera feudi,non vide-
tur feudatarius, qui non poſſidet feudum,
3 quod poteſt exemplificari in † alienante
feudum cum Regis aſſenſu per verbũ fiat,
& tradita poſſeſſione moritur venditor eius
hæres non poſſidens,non denunciat,cum ad
eum non ſpectat emptor dum nõ defuncti
hæres,nec denuntiat,& dicens non eſſe feu-
datarium,& relaxãdo feudum, tanto minus
tenetur,item quando ex iuſta cauſa,non de-
nuntiaretur mors,pœna omnis ceſſabit,Fri-
tia de ſubfeud. lib.2.author.3. num.8. & de-
mum vbi non eſt culpa, nec pœna eſſe de-
bet; fuit deciſum venditorẽ teneri ad ſim-
plicem releuium, & emptor ad reſtituendũ
venditori, quicquid fuerit ſolutum Curię,
in caſu quo voluerit Terrã retinere, Anna
in alleg.95. Io.Bapt.Thor.in compend. de-
4 ciſ. verſ. releuium duplicatum &c. † ſed ſi
penès alium feudum reperitur, & ſucceſſor
eſſet in culpa récuperandi feudum,quod ab
alio poſſideretur,hęc mora non debet obeſ-
ſe Domino,ſed illi,qui poteſt feudum recu-
perare: ſua culpa ſibi,& non alteri erit no-
ciua, & ſic ad duplicatum releuium teneri;
ex adductis per Cæpoll.in conſ.25.colum.3.
nu.12. ita prædictam regulam limitantem,
5 quod quomodo procedat, † bonus Iudex
arbitrabitur ex qualitate cauſę,temporum,
& perſonarum,& ex iure, ſi eſſet apertum,
vel intricatum,vel ſi eſſet contentio cum
magno Domino,vt per Fritiam de ſubſeud.
6 lib.2.author.3.num.8. vnde † renouatio in-
ueſtituræ eſt petenda à poſſeſſore hæredi-
tatis, ſecundum Iacob.de Ardizz.in ſumma
verſ.quid ſi duo,fol.15.col.4. quia ante quã
adeat hæreditatem,non dicitur verè feuda-
tarius,neque Dominus feudi, & non adita
hæreditate ſibi non defertur feudum, cum
deſit qualitas adiecta in conceſſione feudi
pro ſe,& hęredibus,& ſicut repellitur à feu-
do ſic ab his, quæ à feudo dependent, & ex
7 feudo obueniunt: † appendices ſunt pars
rei, argum.l.talem, §.1.de hæred.inſtit. ac-
ceſſorium regulatur à ſuo principali; hæc
eſt vna ex limitationibus inter feudum hæ-
reditarium,& feudum ex pacto,& prouidẽ-
tia, & ſic annus,& dies non currit niſi à die
aditæ hæreditatis, ſi non fuit in culpa recu-
perandi feudũ, ſi in hæreditate non aderat,
vt eſt dictum.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio XLVI.

THEMA.

Pupillo minori, & prodigo datur reſtitutio, ſi mortem prædeceſſoris non denuntiarũt,& inueſtituram ſoluto releuio nõ obtinerunt, & ſoluũt ſimplũ, & debent ſoluere eo tempore,modo,& forma, prout maiores ſoluunt. deciſum.

SVMMARIVM.

1 *REleuium duplicatum,vt per minorem non ſoluatur ei datur reſtitutio, & ſic practicatum etiam in prodigo.*
2 *Decretum Regiæ Cameræ,& Sacri Conſilij, vt per minorem ſoluatur releuium, & quando ſimplum.*
3 *Releuium ſi dicatur vt ſuo tempore ſoluatur, debet ſolui ſicut de iure cõmuni.*

1 Vt

Digitized by Google

1 VT † duplicatum releuium non ſoluatur per minorem, ei datur reſtitutio, ſic fuit practicatum etiã in prodigo, vt per Bambacar. in cap. ſi minori quæſt.4. per tot. & adeſt deciſio Regiæ Cameræ, prout in libro notamentorum Regiæ Cameræ Summariæ anni 1544. ſub die 16. Iunij quam hic inſerere volui, vt quiſquis ſit certius: & talis eſt.

Super inſtantia ſępius facta in Regia Camera Summariæ per Mag. Regij Fiſci Procuratorem, quod pupilli ſoluant releuium eo modo, & forma, prout maiores ſoluunt, non expectato lapſu quatuordecim annorũ, prout alias fuit deciſum per dictam Regiã Cameram.

2 Viſo † decreto per eandem Regiam Cameram in perſonam Comitis Palenæ, pupilli vt ſolueret releuium non obſtante pupillari ætate, de quo decreto pro parte dicti Comitis fuit habitus recurſus ad Illuſtriſſimum Dominum Proregem, & ſua Illuſtriſſima Dominatio ordinauit, quod Sacrũ Regium Conſilium ſuper hoc dubio votaret. Sacrum Conſilium concurrendo cum dicta Regia Camera fuit voti, quod dictus Comes Palenæ ſoluat releuium non obſtante pupillari ætate; viſo etiam decreto lato per dictam Regiam Camerã die 15. menſis Maij 1521. & confirmato per eandem Regiam Cameram die 13. menſis Octobris eiuſdem anni in perſonã Ioannis Antonij Gagliardi pupilli, quo fuit prouiſum dictum Ioannem Antonium pupillũ debere ſoluere ſimplicem releuium non obſtante pupillari ętate, viſo etiam alio decreto lato per eandem Regiam Camerã die 16. Aprelis 1530. quo fuit prouiſum, quod Illuſtriſſ. Princeps Sulmonæ non obſtante pupillari ætate ſoluat ius releuij, & quod ſoluatur de pecunia reditus quos habet in Regia Dohana Ciuitatis Neap. viſis videndis, & conſideratis conſiderãdis, & de omnibus facto verbo per dictam Regiam Cameram referente Magnif. Domino Franciſco Reuerterio, Illuſtriſſ. Domino Proregi in Regio Collaterali Conſilio fuit per dictã Regiam Cameram communi voto prouiſum, & decretum, prout diffinitiuo decreto prouidetur, accedente etiam voto Excellentiam Dominorum Regentium Regiam Cancellam, quod pupilli teneantur ſoluere releuium Regiæ Cameræ debitum, non obſtante eorum pupillari ętate eodem tempore, modo, & forma, prout maiores ſoluunt hoc ſuum &c. Refert, & firmat Io. Aloyſ. Mormil. dictæ Regiæ Cameræ Præſidentem in ſuis ſingul. ad Conſt. Poſt mortem num.8. ac etiam Conſ. Rouit. in pagmat.2. num.4. de offic. Procur. Cæſar.

3 qui etiam ſubdit, & † ſi dicatur releuium ſoluendum ſuo tempore, circa hoc tempus obſeruatur ius cõmune feudorũ, per quod ſtatuitur annus, & dies, vt in cap. ſancimus, quo tempore miles, nec de iure Regni eſt aliquid innouatum, & à quo die numeratur, diximus in præcedenti Dilucidatione, & de prędicta deciſione, & de alijs teſtãtur Epiſc. Ricc. in collect. deciſ.2041. & Thorus in compend. deciſ. verſ. releuium an debeatur per pupillum.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XLVII.

THEMA.

Conceſſo aliquo Caſtro, ſiue feudo alicuius Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, vel Baronię cũ Regio aſſenſu in ſubfeudum mortuo Principe, vel alius eius filius, & ſucceſſor tenetur ſoluere releuium etiam pro Caſtris, & feudis ſubinfeudatis, deciſum.

Quia breuis non opus alio Summario.

SI Dominus alicuius ſtatus, vel Baronia, & concedit in ſubſeudum aliqua Caſtra, ſiue feuda cum Regio Aſſenſu, quòd ſint ſubfeudatarij, & recognoſcant in adoha, & releuio: mortuo Domino Barone, filius, qui petit inueſtituram, debeat ſoluere releuium de Caſtris alienatis, & in ſubſeudum datis, & prima fronte videtur dicendũ, quod non: quia interuenit Regius Aſſenſus, & quia releuiũ debetur de fructibus vnius anni poſt mortẽ feudatarij, cum nõ ſucceſſerit mors ſubfeudatarij tenentis feudum: in cauſa Illuſtriſſ. Principis Salerni fuit determinatum contrarium: quia accepit inueſtituram totius Baronię, & illius iuris, quod habebat contra ipſos Barones, qui feuda ab eo cognoſcunt, & illi adohant, & ſoluunt releuium, quando accidit caſus, & Rex ſibi non præiudicauit, quia conſentijt illis alienationibus ſaluis iuribus ſuis, & ſic non diminuendo adoham, nec releuium à Barone ſibi debitum, cum Baro illa exegit à ſuis ſubfeudatarijs, & ſic

fuit

fuit taxatum releuium etiam pro Terris,& Caſtris alienatis, ſiue in feudum datis,& ita Dominus Princeps ſoluit, vt refert Iacob. de Ayello in tract. de iure adohæ num. 85. faciunt prædicta, quæ infra dicuntur in ſequentibus Dilucidationibus.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XLVIII.

THEMA.

Feudo vendito cum pacto reemendi, mortuo venditore, ſi hæres, ſiue ſucceſſor reemit, non tenetur ad releuium. deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Alienato feudo, vel Caſtro cum pacto de retrouendendo, & Regio Aſſenſu non reempto, hæres ad releuium non tenetur.*

2 *Hæres emens feudum etiam de pecunia hæreditaria, ad releuium non tenetur, ſed contra, infra num. 5.*

3 *Pecunia facit feudum nouum, & in nouam cauſam licet reemptum.*

4 *Releuium ſucceſſor ſingularis non ſoluit.*

6 *Feudum reemptum quo ad ſolutionem releuij eſt nouum, quo ad præſtationem ſeruitij eſt antiquum, & Rex non debet diuerſo iure cenſeri.*

7 *Releuium feudi cum pacto de retrouendendo ab hærede redempti, concordantur deciſiones, & opiniones, quod ab hærede alienante releuium non debetur.*

1 Alienato † feudo, ſiue caſtro cum pacto de retrouendendo,& Regio aſſenſu,& non reempto per alienantem, ſed ipſo mortuo, ſucceſſor ad releuij ſolutionem nõ tenetur, quia pro iure competente ad feudum, releuium non ſoluitur; ſed tantum renouatione inueſtituræ, cum vaſſallus tenet,& poſſidet feudũ, vt diximus,& in præcedenti Dilucidatione. Conſuetudo de hoc non loquitur: cum tempore mortis feudatarius verè nõ poſſidet feudum, licet actionem habeat ad feudum, per regulam l. qui
2 actionem, de regul. iur. † hæres redimens ſua pecunia feudum, etiam quod eſſet hæreditaria, non debet ſoluere releuium, quia pecunia hoc caſu facit feudũ reuerti ad ipſum, quæ non eſt feudalis,& ipſe hæres poſſet pati labi terminum reemendi, conſuetudo reemendi, non porrigit vires in hoc, quia omiſſum ab ea,& ſtrictè intelligenda eſt, cũ ſit cõtra regulas iuris communis; & quamuis ex iure competente defuncto ſuper feudo, illud ius eſt ex contractu particulari, nõ ex iure ſucceſſorio vniuerſali,& fortè illud ius eſſet inutile, niſi adeſſet illa pecunia pro
3 reemptione; † pecunia igitur facit feudum nouum, & in nouam cauſam licet reemptũ, per text. in l. ſiue à me, ad leg. falcid. notat Soccin. in l. ſerui electione, ff. cum fundus, de leg. 1. de quo per Cagnol. in l. 2. C. de pactis inter empt. & vendit. & Curia tàm Regis quàm Baronis, hoc caſu non eſt in aliquo damno, ratione etiam dubij litis euentus; nam licet non habeat ab hoc hærede venditoris, fortè habebit ab hærede emptoris, qui interim decederet, & poſſet euenire venditorem ſuperuiuere, & emptorẽ mori, & etiam hæres pati labi tempus redimendi, & Curia non poſſet dicere fuiſſe factum in fraudem, neque etiam cogere ad reemendũ, cum nullo iure cautum reperiatur, hæres habet feudum per contractũ emptionis per ipſum factæ, & emptor non ſoluit releuium ſecundum Iſern. in cap. 1. ff. ſed & res col. 6.
4 per quos fiat inueſtit. neque enim † releuiũ ſoluit ſucceſſor ſingularis, puta legatarius, vt per Afflict. deciſ. 248. & largo modo legatarius hæres dicitur, ſecundum Iſern. in Conſtit. Regni Poſt mortem, licet ex iure defuncto cõpetente redimat hæres, re vera ipſe emptor eſt,& ex ſuo contractu habeat,
5 ac mediante pecunia. Sed † contra videtur text. in l. in ratione, & in l. Paulus, ad legem falcidiam, vt redimẽdo hæres videtur fuiſſe in hæreditate tempore mortis,& quod ſcribit Cagnol. in d. l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. vt ſit communis omnium hæredum, ac ſi ab hæreditate non fuiſſet diſtracta,& cum fiat ex neceſſitate pacti initi cum defuncto, puto feudum non cenſeri nouum, Alex. conſ. 28. col. 3. lib. 5. notat Bart. in l. in diem, de aqua plu. arcend. Dec. conſ. 38. conſ. 238. & conſ. 51. Caſſan. in conſuet. Burgund. fol. 202. tex. videtur hoc probare in l. ſequitur, ff. idem Labeo, de vſucap. & ſi ex iure competente defuncto feudum recuperat, fingitur feudum in hęreditate defuncti ſemper extitiſſe, & ſtatim ex iure defuncti reempto currit annus,& releuium ſoluet; inſuper Curia videtur aliquo damno affici,
6 cum † feudum reemptum quo ad ſolutionem releuij ſit nouum,& quo ad præſtationem ſeruitij, & ſucceſſionis remaneat antiquum, eadem res non debet iure diuerſo cenſeri,

Digitized by Google

cenſeri, l.eum qui edes, de vſucap. ſed de
vtroque datur ratio diuerſa:quia ius, quod
eſt in hæreditate quo ad ipſos hæredes eſt
hæreditarium defuncto competens,& non
ex perſona ipſius hæredis ſine aliquo facto,
vel contractu ipſius hæredis habens originẽ
ab ipſo defuncto, & illud inficiari nõ poteſt,
& ad oculum demonſtratur, in releuio non
eſt eadem ratio : tum quia non debetur ex
iure particulari, tum quia requiritur nouũ
factum ipſius hæredis, & cum ſuo onere ha-
bendi pecuniam, fortè oportet illam cape-
re ſub vſuris, & eſſet irrationabile grauare
hęredem redimentem ad releuium,& ad in-
tereſſe pretij, quod excludit alteri pro re-
demptione feudi, conſuetudo omiſit hunc
caſum reſtringi debet, vbi hæres poſſidet
feudum,vel ex iure ſucceſſionis competen-
te defuncto,feudum venit ad hæredem ſine
alio onere, etiam ſi tranſigat aliquo dato
7 ſtudio, fuiſſe alias † determinatum in Ca-
mera pro hac parte, ſed non legi rationem
decidendi, fuit de facto cum Illuſtriſſ. Prin-
cipe Salerni ſeniore,& de iunioribus Præſi-
dentibus Magnanus dixit Fritia pridiè Ca-
merã in alio caſu determinaſſe, vt per eun-
dem Fritiam in d.auth.3. num.14. in fine,
quam deciſionem Principis Salerni adducit
Iacob. de Ayello in d.tract.de iure adohæ,
d.nu.85.& num.86. ſequitur dicens,& in di-
cto Principe fuit deciſus caſus: pater eius,
ſiue eius anteceſſores alienauerunt aliqua
Caſtra cum Regio Aſſenſu, & pacto de re-
trouendendo, filius poſt mortem patris re-
demit illa Caſtra, an de eis teneatur ſolue-
re releuium? fuit determinatum,quod non:
quia illa habebat ex emptione, & ſic ex cõ-
tractu,non autem ex conceſſione, ſiue ſuc-
ceſſione : licet illud ius redimendi haberet
ex ſucceſſione. Redemptio enim ex illo iu-
re fuit ex cauſa onerosa,& ſoluto pretio,&
ex his habemus noſtram Dilucidationem
bis deciſam,refert Fritia,& breuius deciſio-
nem,& rationes affert Iacob.de Ayello per
relata verba, & in d.num. 86. & miror de
Ioanne Baptiſta Thoro laborioſiſſimo Do-
ctore, qui in ſuo compend.deciſ.in verſ.re-
leuium an teneatur ſoluere hæres, qui re-
emit feudum:dicat fuiſſe bis deciſum in Re-
gia Camera, quod debeatur, ex Fritia de
ſubfeud. in eadem 3. author. num.14. cum
Fritia per ferè omnia, quæ dicit in d.nu.14.
& in fine ſupra verbum,conſuetudo omiſit,
concludit nõ deberi,& dum dicit audio fuiſ-
ſe determinatum pro hac parte intelligitur
de vltimis dictis per eum,& ſequens in cau-
ſa Principis Salerni fuiſſe deciſum, quod in
caſu non debeatur releuium,clareſcitur de-
ciſiones adductas per Frititiam eſſe in caſu
prædicto nõ deberi, & ad corroborationem
huius veritatis adduximus deciſionem per
Fritiam adductam, & per Iacob. de Ayel-
lo Regiæ Cameræ Præſidentem relatam,
qui tanquam de re in ſuo Tribunali acta,
melius omnium ſcire poterat,& licet Tho-
rus in dicto ſuo compendio aliter ſentire
videtur, tamen ex prædictis patet noſtram
Dilucidationem, quod feudum per præde-
ceſſorem cum pacto de retrouẽdendo alie-
natum ab hærede, ſiue ſucceſſore, deinde
reemptum ipſum reemptorem ad releuij
ſolutionem non teneri.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XLIX.

THEMA.

De releuij eſſentia quomodo,quan-
do,& quibus ſoluatur, & de qui-
bus rebus ex qua cauſa, & quod
loco inueſtituræ fit, quod alia
non indigetur poſt vltimi feu-
datarij mortem, niſi quod ſucceſ
ſor ipſum ſoluat.

SVMMARIVM.

1 *Releuij nomen barbarum eſſe.*
2 *Releuium eſt, quod ſit, vnde deriuatur, & quo iure ſit introductum.*
3 *Releuium dictum eſt à releuando, eo quod releuat eum, cui præſtatur.*
4 *Releuium dici poteſt etiam, quia vaſſallum releuat, dum mortuo prædeceſſore per inueſtituram feudum reaſſumit.*
5 *Feudi acquiſitio eſt plus facti, quam iuris, & opus animo, & corpore, vt apprehendatur.*
6 *Feudi antiqui dominium in ſucceſſorem abſque inueſtitura tranſire, feudi noui per inueſtituram.*
7 *Poſſeſſionem duplicẽ eſſe, habitu, & actu, quo ad habitualem qualitatem filium poſſidere dicitur, & quo ad actualem non niſi apprehendatur.*
8 *Succeſſor neceſſe non habet, vt inueſtiatur, ſed petat, & inueſtitur, & de feudo antiquo petat renouationem inueſtituræ.*
9 *Succeſſor in feudo non habet neceſſe petere inueſtituram infra annum, & diem, quia*

rele-

releuium eſt loco inueſtituræ.

10 *Releuium debetur per ſucceſſorem in feudo pro renouatione inueſtituræ obtinenda, & debetur etiam de feudo Baroni ſubinfeudanti.*

11 *Releuij vnica ſolutio acquirit ius ipſius directo Domino.*

12 *Releuium ex iuris diſpoſitione non deberi, ſed ex conſuetudine, vel pacto, & vbi conſuetudo, & pactum non eſt, nõ deberi.*

13 *Releuium vt non præſtetur, poteſt ex conſuetudine induci.*

14 *Releuium de feudo refutato, vel per contractum proximo ſucceſſuro dato, non deberi per rationem ibi.*

15 *Releuium ex refutatione deberi quando eſt in fraudem.*

16 *Refutatio à Domino directo pro releuio non impeditur, ſi non eſt in fraudem.*

17 *Refutatio, ſiue donatio omnium feudorũ in proximum ſucceſſurum, eſt in fraudem, & refutatarius debet releuium ſoluere.*

18 *Refutatio feudi à Regia Curia non admittitur, retempto vſufructu, & vtili dominio vita durante.*

19 *Patre donãte feudum filio patre mortuo, releuium ſoluitur.*

20 *Conſuetudine ſoluendi releuium ſublata oporteret, quod Dominus faceret inueſtituram gratis.*

21 *Releuij ſolutio induceit aditionem hæreditatis.*

22 *Tempus ſoluendi releuium eſt annus, & dies, numerandus à die mortis vltimi poſſeſſoris feudi, dummodo ſucceſſor ſuperuiuat per integrum annum, & diem.*

23 *Succeſſor in feudo ſi infra annum, & diem ipſe etiam decedat, tunc ſucceſſor habebit alium annum, & diem diuerſum, quo caſu vnicum debetur releuium.*

24 *Succeſſor euitat pœnam duplicati releuij, denuntiãdo mortem prædeceſſoris, petendo inueſtituram, & offerendo ſoluere releuium.*

25 *Releuium non ſoluitur à non poſſeſſore feudi.*

26 *Releuium non ſoluitur ab emptore feudi, non à muliere pro dotario, & aſſecuratione dotis, nec pro prima inueſtitura quando conceditur.*

27 *Prælatus ſucceſſor in Eccleſia non ſoluit releuium de feudo Eccleſiæ.*

28 *Releuium non ſoluit Vniuerſitas de feudo habet.*

29 *Releuium non ſoluit feudatarius effectus monacus.*

30 *Mortuus vt quis dicatur maximam, vel medium capitis diminutionem pati debet quam monacus non patitur, ſed per minimam non amittit.*

31 *Monaci cum licentia Superioris ferunt teſtimonium dignitatem retinet, & habet fructus feudi vita durante, ſi feudum non eſt cum titulo principatus, vel alterius.*

32 *Releuium non ſoluit, qui per delictum fuerit foriudicatus.*

33 *Iuriſdictio criminalis conceſſa in feudum, cenſetur conceſſa ſecundum conſuetudinẽ Regni, & ſic cum onere releuij.*

34 *Inueſtitus quiſquis de iuriſdictione criminali, ſe ſubinueſtit ad onera de cõſuetudine feudi, & ſic ad releuium.*

35 *Iuriſdictionem ciuilem, qui habet, dicitur Dominus, & non qui criminalem, & num. ſeq.*

36 *Iuriſdictionem criminalem habens, non habet ſubuẽtionem à vaſſallis, nec ei iuramentum præſtatur, nec emolumenta feudalia.*

37 *Prouentus, & ſi dicuntur eſſe in fructu, re vera non ſunt, & procedunt facto hominis à labore, & induſtria officialis, & pecunia pro labore compenſatur.*

38 *Releuij in ſolutione nõ habetur ratio prouentuum criminalium per Regiam Cameram Summariæ.*

39 *Releuij exactio à pupillis relaxabatur vſq; ad pubertatem.*

40 *Releuij exactio non retardatur feudi propter ætatem minorem deciſum.*

DE releuijs vltra iam dicta ea plenius
1 explicando dico † releuium nomen
hoc eſſe barbarum, vt per Iſern. in cap. 1.
2 §. ſimiliter num. 14. de cap. Corrad. & † eſt
quædam præſtatio extrinſeca a feudo, quæ
non ineſt feudo, & fuit inducta per mortem
prædeceſſoris præſtanda à ſucceſſore, vel
herede, Iſern in cap. 1. §. ſed & res num. 11.
per quos fiat inueſtit. & imponitur hæredi,
idem Iſern. in cap. 1. num. 21. verſ. de impoſitis,
de cap. Corrad. ibique Iſern. declarat,
quo iure ſit introductum, vnde ſit deriuatũ,
& in quo cõſiſtat, & poſt Iſern. videas Loffred.
in cap. 1. §. ſed etiã res, col. 1. & 3. per
quos fiat inueſtit. Fritia de ſubfeud. lib. 2. author.
3. & D. Conſil. Rouit. in pragmat. 2. de
3 offic. Procur. Cæſar. num. 13. † quod releuiũ
dicitur à releuando, eo quod releuat eum,
cui præſtatur, & ſoluitur. Fritia de ſubfeud.
lib. 2. auth 3. num. 3. Loffred. conſ. 14. num. 14
Affl. in cap. 1. §. ſed & res num. 21. per quos
fiat inueſtit. Scheneid. par. 5. nu. 60. vel fortè
4 quia † hoc ipſum præſtando releuat, quia

per

Digitized by Google

per inueſtituram reaſſumit feudum quaſi
iacens, dum per mortem prædeceſſoris ſui,
qui ipſum tenebat vacat;nam & ſi multi di-
cunt ſucceſſionem,immò poſſeſſionem feu-
di ipſo iure tranſire ad ſuum hæredem, ta-
5 men quia † acquiſitio ipſius eſt quid facti,ac
plus facti,quã iuris, dum nõ apprehenditur
feudum vacare,& iacere videtur; cum ani-
mo,& corpore apprehendatur,vt expreſsè
firmat Martin.Laudenſ.in cap.1.nu.8. verſ.
Alexander ſolus, quib. mod. feud. conſtit.
pote. etiam in ſuo hærede,quod etiam velle
videtur, in cap.1. §.ſciendum num.20. dum
6 ait: † feudi antiqui dominium quidem abſq;
inueſtitura in ſucceſſorẽ tranſire, feudi ve-
ro, dominium, & poſſeſſionem per inueſti-
turam acquiri,& ſic ibidem num.5.in fine,
quem ſequitur Præpoſ.clarius Afflict.num.
18.in fin. de feud.cognit.Eguinar.Bar.in fin.
Iacob.Raynaud. in cap.imperialẽ, §.ſi quis
inueſtitus nu.5.in fin.de prohib. feud. alien.
per Federic. Iacobin.de Sancto Georg. in
verbo ita quod ipſi inueſtiti habeant nu.13.
per ea,quæ tradit Bal.in cap.1.num.23.quid
ſit inueſtit. Zaſ.optimè in ſuo epitom. feud.
7 par.6. nu.41. & ſeq. † inquiens: (poſſeſſio-
nem defuncti tripliciter conſiderari, aut in
actu,aut in habitu, quo ad habitualem qua-
litatem,filium quidem pro poſſeſſore habe-
ri,non quo ad effectualem poſſeſſionem,quã
nõ niſi apprehendatur habet) quod elegan-
ter,& ſubtiliter Bal.ſenſiſſe putat in cap.1.
verſ.quęro ſi poſſeſſio &c. dum declarando
dicit cõtinuationem poſſeſſionis intelligi in
qualitate habituali, nõ in ſubſtantia poſſeſ-
ſionis, de content.inter maſcul.& fœmin.ac
ſe ita conſuluiſſe,& obtinuiſſe refert nu.44.
idem Zaſ.conſ.10.incip.cum quidam nu.10.
& ſeq.vol.1. vbi communem dicit, & con-
traria diſcutit idem conſ.30.num.8.eodem
vol.1.Tiraquell.in tract.le mort.ſeq.le viſ.
in 4.declarat.præfationis per totam, Afflict.
deciſ.299. hanc meliorem,& ſaniorem ſen-
tentiam eſſe ex alijs pluribus communibus
opinionibus, & deciſionibus firmat Roſent.
8 de feud.cap.7.concluſ.17.in gloſ.lit.D. † ſic
ſucceſſor vt feudum habitu, & actu obtineat
neceſſe habet,inueſtituram habere,& vt in-
ueſtiatur, & de feudo antiquo renouationẽ
ab hæredibus Domini directi, ſiue primi
feudum acquirentis,ſiue habentis in ſuo di-
recto dominio, dicit Io.Raynaud. in d.cap.
imperialem, §. præterea ſi quis infeudatus
num.36. Iacobin.de Sancto Georg. d.verbo
qui quidem inueſtiti præſtiterunt num. 58.
Capyc.in inueſtit. feud. cap.feudorum inue-
ſtituræ col.3. §.pro inueſtitura an aliquid,
Fritia lib.2.de ſubfeud. auth.3.num.2.& 16.
Siluan.de feud.recognit.q.20.num.1.& plur.
ſeqq. Thom. de Marin. de gener. & qualit.
feud.tit.2.par.2.num.61. Caſſan. in conſuet.
Burgund.rub.3.des fies, §.on ala perſonne,
verſ.item quærο, num.34. allegans Bald.in
cap.quæ in Eccleſiarum,de conſtit. Io. Fab.
in §.adeo, inſtit.locati, Guid.Pap. conſ.213.
num.5.& ex alijs Roſental. cap.6. concl.66.
9 in gloſ. lit.A. & † talem inueſtituram ſuc-
ceſſor in feudo,mortuo prędeceſſore,neceſ-
ſe non habet,infra annum,& diem petere,
cum concorditer fuit reſolutum in Regno
non eſſe neceſſariam inueſtiturã, quia loco
inueſtituræ ſucceſſit ſolutio releuij, vt per
Iſern.in cap.1. poſt num.6.de feud. cognit.
Capyc.in cap.imperialem fol.55. nu.14. fir-
mat D.Conſ.Rouit. in pragm.4.de feud. nu.
89. & ſeq. & ipſum releuium conſiſtere in
medietate fructuum illius anni, quo decedit
feudatarius, vt alibi diximus, & ſi non ſol-
uatur infra annum,& diem,ſublata penitus
pœna deuolutionis, & amiſſionis feudi, ma-
ximè in hoc Regno, quæ erat impoſita de
iure communi feudorum, vt per Iſern. in
c.ſancimus,& loco dictæ pœnæ ſoluitur du-
plicatum releuiũ, Iacob.de Ayello de iure
adohæ num.71.& ſeq & etiam Afflict. in d.
cap. ſancimus nu.4. & latius explicat Fritia
d.auth.3.firmat D.Rouit.d.loco nu.91.quod
10 † releuium à ſucceſſore in feudo debetur
pro renouatione inueſtituræ, & inueſtitura
ipſa iuxta conſuetudinem loci vbi hoc ſer-
uatur,vel à principio eſſet pactum præſtan-
di ex conſuetudine, vel ex pactis talis rele-
uij præſtatio induci poteſt,vt omnes præci-
tati Doctores num.7. firmant; & releuium
debetur etiã Baroni, à quo feudum in ſub-
feudum tenetur. declarat Iſern. in Conſtit.
poſt mortem, col.fin. verſ.ſuſcepto aliquo,
& in cap.1. §.ſimiliter in oſtenditijs nu.14.
verſ.debetur releuium etiã Comiti, de cap.
11 Corrad.& nota,quod ius releuij habẽdi per
vnicam ſolutionem ipſius acquiritur dire-
cto Domino, quod non tollitur etiam,quod
poſtea ſolutio non fuerit amplius facta, fir-
mat Reg. de Ponte in ſuo conſ.72. num.2.
vol.2. dicens de hoc latè Iſern. in d. cap.1.
§.ſimiliter in petendis, de cap. Corrad. in
addit.& in cap.1. §.ſed & res, per quos fiat
inueſtit. & conſuetudine, pacto, & acquiſi-
tione iuris releuij conſequendi non deberi,
12 cum non præſtatur † ex iuris diſpoſitione,
ſed ex quadam cõſuetudine, & introductio-
ne in Regno,& vbi eſt conſuetudo non prę-
ſtandi releuia,ipſa non præſtantur, Iſern.in
cap.1. §.ſimiliter in oſtenditijs,de cap.Cor-
rad.poſt num.14. verſ.& hoc releuium, &
in cap.1. §.ſed & res, per quos fiat inueſtit.
num.7.

num.7.ad Primum reſpondetur, cum in his
ſpectant conſuetudo, dicit idem Iſern. in
Conſtit.Regni Poſt mortem, col.penult.in
fine, & propterea Fritia in d.auth.3. dum
ponit caſus in quibus releuium non præſta-
tur,dicit ibi num.27.quod ſicut ex conſue-
tudine eſt introducta præſtatio releuij, ita
13 † poteſt contraria conſuetudine tolli, D.
Reg.de Ponte conſ.30.num.39.& ſeq. lib.5.
& non debetur à ſucceſſore in dominio di-
recto feudi, ſed à ſucceſſore feudi ſeruien-
tis, dûm Iſern.in cap.5. §.ſed & res num.7.
& 10. ſe reſtringit in ſucceſſore feudi ob
mortem vaſſalli &c. & Afflict. poſt eum
ibidem nu.22 verſ.in inueſtitura &c. idem
Afflict.deciſ.248.& 265. Siluan. vbi ſupra
14 q.20.num.4.& ſeq. ſi † pater, vel alius in
vita ſua refutat feudũ filio, & proximo ſuc-
ceſſuro,tunc releuium non deberi, idẽ Iſer.
d.num 7.& ſeq. Afflict.poſt num.22.d.verſ.
in contrarium tamen, & ſeq. vbi huius rei
adducit argumenta Siluan. d.q.20.num.7.&
q.90.num.4. Fritia d.auth.3. num.17.& 18.
Thom. de Marin. de gener. & qualit. feud.
tit.2.de feud ex pact.& prouid. par.2.nu.67.
Alex.conſ.5.nu.3.lib.5.Brun.conſ.43.nu.55
qui alios adducunt,& ratio nõ ſoluendi eſt,
quia in tali feudo non venit per ſucceſſio-
nem, ſed per refutationem acquirit,& talis
conſuetudo eſt ſtrictè interpretanda, & non
poteſt extendi, vt tali caſu ſoluatur rele-
15 uium; niſi † talis refutatio in fraudem Do-
mini fiat,quod præſumeretur, ſi omnia feu-
da vaſſallus refutaret, argum.legis, quæ in
fraudẽ, l.omnes, §.Lutius, ff.quæ in fraud.
credit.ex quo Afflict.in d.§.ſed & res,nu.5.
ſi plura feuda quis haberet, & vnum feudũ
alienaſſet in proximum ſucceſſurum, talis
fraus non præſumeretur,& patet,& ex eius
16 dictis, † quod talis refutatio à directo Do-
mino pro eius releuio impediri non poteſt,
niſi fiat in fraudem releuij,vt eſt dictum,ſed
17 quando † feudatarius refutaret omnia ſua
feuda,quæ poſſidet, tunc ex tali alienatione
omnium ſuorum bonorum feudalium præ-
ſumitur fraus, & animus fraudandi directũ
Dominum ſuo releuio, & non obſtante tali
alienatione in vita facta, mortuo refutante,
ſiue alienante, in proximum ſucceſſurum
feudatatius tenetur releuiũ ſoluere,vt aper-
tiſſimè dixit Iſern. in d.§.ſed & res num.7.
verſ. hoc iuſtum eſſet, & num.10. verſ. ſed
quando omnia donat, cuius dictum admiſe-
runt in Regno noſtro Afflict. in d.§.ſed &
res num.25. verſ.primus niſi alienatio eſſet
facta in fraudem,Capyc.in d.cap.imperialẽ,
§.præterea ſi quis in fraudem col.23. verſ.
& pater refutaret, Iacob. de Gello d.tract.
de iure adohæ num. 74. Fritia de ſubfeud.
d.auth.3.num.17.lib.2. in fine, & paſſim re-
liqui omnes quem viderim nemine contra-
dicente, quod eſt maximè importantiæ, &
fiſcales noſtri temporis bene aduertunt, &
hoc procedit, ſiue feudatarius omnia ſua
feuda traſferat ſuo immediato ſucceſſori in
vita per contractum refutationis, ſiue per
alium contractum alienationis, vt ſunt ex-
preſſa verba Iſern. ibidem paulò inferius
poſt d. num.7. verſ.verius videtur, ibi, vt ſi
pater vendat,vel alienat non omnia bona
feudalia, vt ſupra dicitur &c. & refert D.
Rouit.in pragm.2. §.item volumus,& man-
damus &c. de offic. Procur.Cæſar.num.10.
& idem eſſet,ſi aliquis refutaret,ſiue dona-
ret feudum retempto vſuſructu vita duran-
18 te, etiam quia † Regia Curia non admittit
talem reſutationẽ vſuſructu, & vtili domi-
nio reſeruato,quę Regia Curia reſeruet ſibi
releuium ſoluendum adueniente caſu mor-
tis ad tollendas fraudes, & iuris peritorum
dubitationes,vt ibi per Fritiam,& præſtatio
releuij per mortem reſutatarij feudi non
debetur, niſi ex conſuetudine, vel ex pacto
eſſet, quod dẽbeatur, & quod in omni caſu
translationis feudi in alium, ſiue per cõtra-
ctum,ſiue per ſucceſſionẽ releuium per ac-
cipientem feudum ſoluitur, firmat Afflict.
d.loco num.25.& idem ſentijt Iſern.& Sil-
uan. in cap.1. de feud. cognit. q.20. num.7.
Thom.de Marin.d.tit.2.par.2.num.67.citant
19 l.1.dde oper.libert. de fendo donato à pa-
tre filio,ipſo patre defuncto filius ſucceſſor
tenetur releuium ſoluer, vt ordinatum eſt
per Regiam Pragmat.7. de feud. in fine, &
prædicta intellige exiſtente conſuetudine,
vel pacto, aut lege releuium ſoluendi,dixi-
mus, ſed ſublata tali cõſuetudine,pacto,vel
20 lege,releuium non præſtatur, & † oporte-
ret Dominum directum inueſtituræ reno-
uationem gratis agere, Bald.in cap.quæ in
Eccleſiarum num.36. de conſtit Iacob.de
Sancto Georg. in d.verb.qui quidem inue-
ſtiti num.58.Henning Goed.conſ.25.cent.5.
21 Scrader.de feud.par.6.c.3.nu.24.& ſi † quis
petierit inueſtituram, obtulerit releuium,
& in poſſeſſionem feudi ſe poſuerit, inducta
eſt aditio hæreditatis, decidit Bald.in cap.1.
an agnat. in terminis illius text. notab. 24.
confirmat Reg. de Ponte conſ.69. num.39.
vol.1.& releuium ſoluere tenetur hæres,&
ſucceſſor, ex alijs Fritia d.auth. 3. num. 3.
22 in fin. ſi feudum poſſidet; † circa tempus
releuium ſoluendi nos habemus Regiam
Pragmaticam ſecundam de officio Procura-
toris Cæſaris,vbi dicitur: releuium eſſe ſol-
uendum ſuo tempore,& ſic in hoc cum de
iure

Digitized by Google

iure Regni nihil ſit innouatum, ſeruandum
eſt ius commune feudorum,per quod ſtatu-
tus eſt annus,& dies,vt in cap.ſãcimus,quo
tempore miles, qui annus numeratur à die
mortis vltimi poſſeſſoris feudi, dummodo
tamen is,qui ſuccedit, ſuperuiuat per inte-
23 grum annum, & diem, alias ſi † ſucceſſor
infra hunc annum,& diem ipſe quoque de-
ceſſerit, tunc alius,qui ei ſuccedit, habebit
aliud annum,& diem,à die quo ab hac vita
deceſſit ille, qui ante ipſum ſucceſſerat, &
ſic diuerſum ab illo anno, qui competebat
primo ſucceſſori,vt bene declarat Iſern. in
d.cap ſancimus nu.1. verſ.vel vaſſallus, qui
debebat hoc petere, & iterum poſt num.2.
ibi, ſicut ſucceſſor ſucceſſoris, & hoc caſu
vnicum deberetur releuium: licet ſint duo
vaſſalli mortui.vt declarat Iacob. de Ayel-
lo in ſuo tract.de iure adohę,cap.& ſi in vno
nu.78.verſ.quid autem, Frit.d.auth.3. nu.6.
verſ.ponit vnam lib 2.de ſubfeud.& ſi dixi-
mus pœnam amittendi feudum, non facta
denuntiatione mortis feudatarij infra annũ,
& deinde eſſe ſublatam, & loco ipſius pœnæ
eſſe inductam,& ordinatam ſolutionem du-
24 plicati releuij,vt diximus ſupra nu.8. † ad
euitandam talem duplicatam ſolutionem
eſt cauthela.quod poſſeſſor,& ſucceſſor feu-
di intra dictum annum denuntiet mortem
poſſeſſoris vltimi decedẽtis: vt petat inue-
ſtituram,& offerat releuiũ, nec requiritur,
quod cum effectu ſua ſponte ſoluat, vt de-
clarat Iſern. in d cap.ſancimus, quo temp.
miles num.10 & hoc releuium vltra prædi-
ctos caſus à pluribus non ſoluitur.
25 Primo, à † non poſſidente feudum, vt ſi
mortuo vltimo poſſeſſore feudi, & feudum
reperitur,penès alium, & nõ poſſidetur per
ſucceſſorem, non ſoluitur niſi recuperata
poſſeſſione Afflict.in §.firmiter in fine, ibi,
(ita non tenetur ſoluere releuium, de pro-
hib.feud.alien.per Federic. pro qua opinio-
ne eſt text. in l.forma, §.ſi cum ergo, ff.de
cenſib. D Rouit.in pragmat.2.de offic.Pro-
cur Cæſar.num.11.
26 Secundo, † releuium non præſtatur ab
emptore, non à muliere pro dotario, vel
quando aſſecuratur, nec pro prima inue-
ſtitura, quando de nouo feudum concedi-
tur, vt declarat Iſern. in d.cap.1. num.14.
verſ.in hoc releuium,de capit.Corrad.Fritia
d.auth.3.num.41.D.Conſ.Rouit.d.pragm.2.
de offic.Procur.Cæſar.num.15.
27 Tertio, † Prælatus nouus ſucceſſor in
prælatura de feudo Eccleſiæ releuium non
ſoluit,cõcludit Iſern. hanc quæſtionem am-
pliſſimè tractando in cap.1.à nu.15.vſque
ad nu.21.verſ.de impoſitis, de cap. Corrad.
quia de Prælatis conſuetudo non induxit;
nec vſitatum eſt, & licet ſit ſucceſſor non
tamen eſt Dominus, ſed adminiſtrator, &
hæc culpa non nocet Eccleſiæ,Bal.in cap.1.
3.col.de alien.feud. & Luc. de Penna in l.2.
de fund.patrim.C.lib.11. Prælatus non ſuc-
cedit in feudo iure hæreditario, vt in c. qui
ſucceſſ.ten. num.14. de hoc ſucceſſore con-
ſuetudo non grauauit releuium ſoluere,niſi
aliud actum ſit tempore dationis feudi, vel
Curia eſſet in quaſi poſſeſſione exigẽdi, exi-
git tunc ſaluo iure proprietatis, ſecundum
Abb.in conſ.23.2.vol.& Roman.conſ.22.in
fin. firmat Fritia de ſubfeud.d.auth.3.nu.39.
& ex Iſern. & alijs prædicta firmat D. Ro-
uit.in d.pragm.2.de offic.Procur.Cæſ.nu.16.
28 Quarto, † Vniuerſitas releuium nõ ſol-
uit per eaſdem rationes diximus de Præla-
to, cum Vniuerſitas nunquã moritur ſicut
Eccleſia, quamuis mutentur adminiſtrato-
res, firmat Fritia in d.loco num.40.
29 Quinto, † releuium non ſoluit feudata-
rius ſi fuerit effectus monacus, ex pluribus
rationibus cõcludit idem Fritia in d.auth.3.
num.22. nam verum eſt,releuium præſtari
per, & poſt mortem feudatarij poſſeſſoris,
& diſpoſitio quælibet cõcepta in caſu mor-
tis, procedit tantũ in morte naturali, iuxta
receptam doctrinam Bart. in l.Gallus, §.&
quid ſi tantum, ff.de liber.& poſthum.& in
l.ex ea parte,de verb.obligat.Caſtill.copio-
sè lib.1.de vſufruct.cap.67.nu.18.latè Præ-
ſid.de franch.deciſ.562.& quęcumque bona
reſtitutioni ſubiecta, intelligitur de morte
naturali,non ciuili,ex prædictis, & alijs fir-
mat Reg.de Ponte conſ.159.num.21. vol.2.
cum mortis, & vitæ appellatione intelligi-
tur de naturali, ad text. in l.Statius Florus,
§.Cornelio Fœlici, de iure Fiſci,vbi Bart.&
ibi omnes firmant,mortem ciuilem natura-
li non comparari, niſi caſualiter eueniat, vt
per Archidiac.in cap.placuit 16.q.1.vel ex-
preſsè à lege ſit dictum, ſtatuto, vel con-
ſuetudine obſeruatum; nam licet monacus
profeſſus pro mortuo habetur.per tex.Deo
nobis, C.de Epiſc.& cler. & facta profeſſio-
ne bona venire ad ſucceſſorem ab inteſtato,
vt in Authent. ſi qua mulier, C. de ſacroſ.
Eccleſ. vbi Scribent. & monacus pro mor-
30 tuo ciuiliter dicatur,tamen vt † quis mor-
tuis ciuiliter prætendi poſſit, neceſſe eſt, vt
maximam, vel mediam capitis diminutionẽ
eum paſſum eſſe habeat, ex quibus omnia
ciuiliter perderet,per text.in §.fin.inſtit.de
vſufructu,monachus profeſſus nullam ma-
ximam, ſiue mediam capitis diminutionem
patitur, ſed minimam, vt firmant Bald. &
omnes in authent. ſ tamenta puberum,

C. de ſacroſ. Eccleſ. aſſignando rationem,
31 quia † ferunt teſtimonium cum Superioris
licentia, Ciuitatem, & dignitatem retinet.
Immò monacus intrans monaſterium, ha-
bet fructus feudi ſua vita durante, niſi feu-
dum ſit cum titulo Principatus, vel alio, ſe-
cundum cõmunem aliquorum, gloſ. in cap.
ſcripſit nobis 27 q. 2. Taurinenſ. in ſua inue-
ſtit. verſ. quid ſit Rex, Alberic. in authent.
ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. Laudenſ. in
tract. de Princ. notab. 91. & nu. 284. Afflict.
deciſ. 265. 15. ſall. & Fritia de ſubfeud. lib. 3.
fol. 435. verſ. 31. nu. 5. col. 1. & dum retinet
fructus ad releuij ſolutionem non habetur,
nec pro mortuo cenſeri; ex prædictis con-
cluditur.

32 Sexto, † releuium nõ deberi, ſi pro de-
licto quis per ſententiam eſſet, foriudicatus,
quia ſupra in monaco profeſſo inter alia
fundatum eſt releuium deberi per ſucceſſo-
rẽ, poſt mortẽ prædeceſſoris ſui, & neceſſe
eſt, quod mors vera, & naturalis interueniat,
& non ficta, & mors ciuilis; morti verè, &
naturali nõ æquiparari, vt in prima prædixi-
mus de monaco profeſſo, & ex dictis Fritia
in d. auth 3. & ex alij d. loco adductis non
repetam.

Septimo, releuium de prouentibus iuriſ-
dictionis criminalis an debeatur? hanc quæ-
ſtionem diſcutit Fritia lib. 2. de ſubfeud. in
d. author. 3. num. 42. per vltra columnam
fol. 327. dicit prima fronte videtur deberi.

33 Primo, quia † Rex concedendo Iuriſdi-
ctionem criminalem in feudum, ſecundum
conſuetudinem Regni conceſſam eſſe vide-
tur, vt per Odofred. Beneuent in ſum. feud.
car. t. per l. ſi fundus, de euict. & l. ſemper in
ſtipulationibus, de regul. iur. dum in Regno
ſucceſſores ſoluunt releuia in conceſſione
iuriſdictionis criminalis tacitè illud ſoluen-
di actum videtur, & maximè, quod ſit ſoli-
tum, argum. l. ſi prius, ff. recta placuit, de
aqua plu. arcend. & in l. fin. C. de fideiuſſ.

Secundo, quia releuium ſoluitur per re-
nouationem inueſtituræ prædeceſſore mor-
34 tuo, vt diximus, & † eo ipſo quis inueſtitur
de iuriſdictione criminali, & eam recipit in
feudum videtur ſe ſubmittere ad omnia
onera, quæ ex regula, vel ex conſuetudine
feudi debentur, & ſic de prouentibus iuriſ-
dictionis criminalis deducta prouiſione of-
ficialis, cum ſine officiali iuriſdictio exerce-
ri non poſſit, releuium ſolui debet; his, &
ſimilibus, quæ pro hac parte adduci poſſent.
contrarium de iure eſſe verum credo ex ſe-
quentibus.

Primo, nam licet iuriſdictio illa ſit con-
ceſſa in feudum, & ex natura feudi, vtile do-
minium ſit in feudatarium translatum, vt
notatur in cap. 1. de cap. Corrad. & in cap.
beneficium, ex quib. cauſ. feud. amitt. tamen
35 certũ eſt, † in ea terra, & loco, in quo alius
habet iuriſdictionẽ ciuilem Dominum eſſe,
& non qui criminalem, vt bene diſcutit, &
ex alijs firmat Fritia de ſubfeud. auth. 2. nu.
21. per tres ferè col. fol. 267. & ſeq. & illa
iuriſdictio criminalis magis videtur cohære-
re officio, quam feudo: licet ipſa detur in
feudum erit feudalis, quo ad alia capita
feudalia, & ſub regulis feudalibus, præter quod
ad hoc Fritia in d. auth. 3. nu. 42. col. 5. verſ.
idemquia.

36 Secundo, quia † habens iuriſdictionem
criminalem, nõ habet ſubuentionem à vaſ-
ſallis; Rex Alphonſus Aragoneus decla-
rauit: habentẽ iuriſdionem ciuilem eſſe verũ
Dominum de anno 1443. & per Fritiam d.
auth. 2. num. 2. col. 2. cum ipſe non ſit Domi-
nus vaſſallorum, neque ei præſtatur ſacra-
mentum aſſecurationis, non habet emolu-
menta feudalia, non debet ipſe ſentire one-
ra feudalia, quæ non procedunt ab ipſo feu-
do, ſed à conſuetudine, & conſuetudo eſt
optima iuris interpres eorum, quæ in facto
occurrunt.

37 Non obſtat, quod ipſe percipiat † pro-
uentus, qui & ſi dicuntur eſſe in fructu, vt
per Bart. in l. fin. ff. ſolut matr. & per alios
Scribentes. Nam re vera ipſi non ſunt in
fructu, cum non naſcũtur, neque renaſcun-
tur; procedunt tamen ex ipſa iuriſdictione
facto tamen hominis ex delicto, & ex con-
tumacia, ac compoſitione officialis, hoc eſt
quid extrinſecum, ab ipſo corpore prouen-
tus nomen largius eſt, quam fructus, vt di-
ſcutit Paris de Puteo, ſub hoc verbo plenè
Caſſan. in conſuet Burg. fol. 184. dependet
à labore, & induſtia officialis, qui illam iu-
riſdictionem exercet, ea induſtria facit pro-
uentum. Labor eſt in fructu principaliter,
Pecunia, quæ procedit pro labore, compen-
ſatur, l. Seyo, de ann. legat. & ſi plus perci-
piatur ex prouentibus, quandoque illud eſt
ex accidenti, à caſu dependens, incertum
eſt, an fiat prouentus: cum nulla occurrunt
delicta, neque contumaciam contrahi, & de
ſuo Dominus iuriſdictionis cogeretur exol-
38 uere. Ideo in † ſolutione releuij nõ habe-
tur ratio prouentuum, iuriſdictionis crimi-
nalis, quia cedunt lucro officialis, qui iuriſ-
dictionem exercet. Regia Camera Summa-
riæ non computat cum introitibus Terræ,
ex ratione prædicta dicit Fritia in d. auth. 3.
num. 42. per totam, & in d. auth. 2. multa ad
materiam,

39 Vltimo, † & ſi releuij ſolutio in pupillis

erat

erat indultum vſque ad pubertatem de iure
communi feudorum,per cap. 1.quo tempo-
re miles, cap.ſi minori,& cap.ſi quis ſucceſ-
ſerit, ſi de ſeud.defunct.milit.controu.fuer.
& per cap.imperialem, de prohib.feud.alie.
per Federic. & confirmatum de iure Regni
per cap. apud Fogiam , alius in nomine Dei
Æterni tamen Rex ſi voluerit exigere à pu-
pillis releuiũ poteſt, vt per Capyc.in d.cap.
imperialem , §. ſi quis infeudatus colum. 3.
verſ.prima concluſio fol.50.qui non loqui-
tur in impubere , & in maiore annorum 14.
40 & minore 18.annis , ſed per † Regiam Ca-
meram fuit pluries deciſum hęredes debe-
re ſoluere releuium , non obſtante eorum
minori ætate , & deciſiones affert D.Conſil.
Rouit.in d.pragmat.2. num.3 & ſeq. de of-
fic.Procur.Cæſar.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio L.

THEMA.

Feudo conceſſo duobus inſolidum , quod vnus ſuccedat alteri , & ſic ſuperſtis morienti ſuccedendo , vel iure accreſcendi habens releuium, non ſoluit. deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Releuiũ de feudo à Domino duobus inſolidum vno mortuo, alter debere videtur.*

2 *Frater vigore inueſtituræ pro deſcendentibus eſt excluſus.*

3 *Releuium de feudo habito ex gratia ſucceſſor ſoluere tenetur.*

4 *Ius accreſcendi nõ habet locum in feudis, & num. ſeq.*

5 *Ius accreſcendi habet locum in conceſſione à Principe,& eſt opinio communior, & receptior.*

6 *Frater habens feudum iure accreſcendi,nõ opus inueſtituram renouare, pro qua per ſucceſſorem hæredem ſoluitur releuium.*

7 *Releuium non ſoluit ſuperſtis ſocius donatarius ,ſiue cõceſſionarius de parte ſocij quam habet diſcuſſum in ſtatu Comitiſſæ Caſerta mea conſanguinea.*

8 *Releuiũ in tali caſu Præſidens Regiæ Cameræ non deberi inclinabant.*

9 *Releuiũ de feudo perueniente per ius accreſcendi, aut non decreſcendi, & non titulo ſucceſſorio non debetur.*

10 *Inueſtitura noua pro augmento feudi non petitur, quia iure primeuo habet, niſi ſit banes.*

11 *Releuium pro prima inueſtitura non ſoluitur.*

12 *Releuium de feudo duobus conceſſo non deberi in alia cauſa deciſum.*

1 IN hac dilucidatione ſi de † feudo con-
ceſſo duobus inſolidum, vt ſuperſtis pri-
mo morienti , ſuccedat per mortem primi ,
an debeatur releuium ; & ſi videtur dicen-
dum deberi,quia ſucceſſorio nõ accreſcendi
iure feudum habere videtur,per text.in l.s.
ſi liber.Imper.ſocius C. lib. 10. & ex vi pri-
mæ conceſſionis duobus factæ habere vide-
tur eo contractu, in quo ius accreſcendi lo-
cum non habet,l.ſi mihi & Titio,ff.de verb.
obligat. vbi Doctores omnes, & in l recon-
iuncti, ff.de contrahend empt. & iſte frater
ſuperſtis,aut non habet feudum, ſed Domi-
nus directus dum in feudo nouiter acquiſi-
to pro ſe,& liberis ex corpore legitimè de-
2 ſcendentibus , † frater vigore inueſtituræ
eſt excluſus, quæ ſemper eſt attendenda,vt
per Bald.in præled.feud.in cap.1. de duob.
fratrib. à cap.inueſtit.& ex alijs per Afflict.
3 & Addentes in deciſ 293. nu.2. † & ſi feu-
dum habeat ex gratia Regia huic Ciuitati,
& Regno facta, videtur habere iure ſucceſ-
ſionis,& ſic tanquam ſucceſſor, mortuo poſ
ſeſſore feudi , ſiue portionis ſuæ frater, vel
ſocius ad releuij ſolutionem tenetur,vt per
Iacob.de Ayello in ſuo tract. de iure ado-
hæ, ex Iſern.& alijs nu.7.& diximus ſupra
4 in dilucidat. 43. maximè, quod † ius accre-
ſcendi non procedit in feudis, cum diſpoſi-
tio d.l.1. ſi liber.Imper. ſocius procedit de
iure Romano in allodialibus,non in feudis,
& ſentire videtur Iſern.in d.cap.1.de duob.
fratrib.à cap.inueſtit.Cyn.& Salyc.in l.1.C.
quando non petent.part.idem Iſern.in c.1.
de benefic. fratr. Aluarot.& Præpoſit.in d.
cap.1.de duob.fratrib.à capit.inueſt.& cum
talis lex ſit ius Romanum,& quando in iu-
ribus feudalibus non reperitur aliquid con-
tra ius Romanum ordinatũ , ſeruari debet ,
vt in cap.s.vbi gloſ.& Bal.in cap.1.de grad.
ſucceſſ.in feud.in cap.1.de feud.cognit.idem
Bal.in l.2.C.de ſuis,& legitim.ſed dum iure
feudorum diſpoſitum eſt , quod inter duos
feudatarios ius accreſcendi locum non ha-
beat, vt in cap.1. de fratr. de nouo benefic.
inueſtit.l.1.ſi liber.Imper.ſocius lib.10.non
non habet locum in feudis, & dum iure ac-
creſcendi non habet,neceſſe eſt ſucceſſionis

Iure habere, & vti ſucceſſor ad ſolutionem
releuij tenetur, vt prædictum eſt.
Sed his non obſtantibus contraria opinio
5 eſt verior, quando ſumus in † conceſſione
à Principe ſuperiorem non recognoſcente,
vel cũ eius aſſenſu facta duobus inſolidũ, vt
in Rege noſtro, & in Regno noſtro, vt ſuo
loco diximus Bald. in l. vnic. §. in primo, C.
de caduc. tollen. dicens, quod ius accreſcen-
di procedit in pluribus, qui à Principe in
eadem inueſtitura feudũ conſecuti fuerunt:
& ideo ſubdit, quod ſi duo fratres eſſent fa-
cti Marchiones, Duces, vel Comites vnius
Prouinciæ haberet inter eos locum ius ac-
creſcendi, d. l. vnic. iuncto cap. 1. quis dica-
tur Dux, Comes, vel Marchio: eandẽ opi-
nionem tenuit idem Bal. & ſentit Iacob. Al-
uarot. in d. cap. 1. de duob. fratrib. à capit. in-
ueſtit. Raphael Cuman & Paul. de Caſtr. in
d. l. ſi mihi; & Titio, ff. de verb. oblig. ibique
Alex. & in conſ. 30. incip. quoniam omne
datum, & conſ. 24. incip. ponderatis his, quæ
in themate narrantur lib. 5. Franc. Curt. ſen.
conſ. 49. memoriç col. 12. verſ. ſexto proba-
tur, Iacob. de S. Georg. in tract. feud. in verſ.
Princeps Pedemontium col. 6. verſ. 5. Grat.
reſponſ. 4. num. 54. lib. 1. Gozzadin. conſ. 26.
num. 37. Iaſ. in l. recitanti nu. 223. col. 4. verſ.
tertium principale, & in conſ. 117. in cauſa
col. 6. verſ. & tenendo lib. 4. ex alijs firman-
do dicit, quod hæc eſt communior, & rece-
ptior opinio, quam in conſulendo, & iudi-
cando ſequi debemus, refert, & ex alijs cõ-
probat Tiraquell. in tract. de nobilit. c. 37.
num. 54. & opinionem magis communem
eſſe firmat Curt. in tract. feud. par. 2. fol. 18.
num. 3. poſt Iſern. in cap. 1. num. 2. de duob.
fratr. à cap. inueſt. & in cap. 1. in princ. col. 1.
de duob. fratrib. de nouo benefic. inueſtit. &
ex alijs firmat Afflict. in Conſt. Hac edictali
num. 10. & in d. deciſ. 293. vbi Vrſill. ex alijs
6 comprobat, & † frater dum habet feudum
iure accreſcendi, non opus habet inueſti-
turam renouare, pro qua per ſucceſſorem
hæredem ſoluitur releuium, vt per Iſern. in
cap. 1. §. ſimiliter, de cap. Corrar. Iacob. de
Ayello in d. tract. num. 70. qui frater iure
ſucceſſorio non venit, ſed ex pacto in pri-
ma conceſſione, & inueſtitura, vt vnus poſt
mortem alterius habeat, de quo caſu con-
ſuetudo non loquitur, vt per Fritiam de
ſubſeud. lib. 2. auth 3. num. 25. & ex his patet
7 quod † ſuperſtis, qui defuncti partem feudi
habet ad releuij ſolutionem non tenetur;
prout in terminis conſuluit Loffred. in conſ.
15. in cauſa Illuſtr. Andreç Matthei Aqua-
uiuæ Ducis Adriæ, cũ Regio Fiſco pro ſo-
lutione releuij de feudis Comitatuum Ciui-
tatis Caſertæ, Ciuitatis S. Agathæ Gotho-
rum Terræ Ebuli, & de aliorum feudorum
ſibi obuentorum, quæ ſibi obuenerunt per
mortem Illuſtriſſ. Dominæ Catherinæ de
Laratha meæ conſanguineæ eius coniugis
Duciſſæ Adriæ, & Comitiſſæ prædictarum
Ciuitatum, & aliorum feudorum, quæ per
mortem Franciſci de Laratha ſine filijs, eius
fratris ad eam peruenerant. quæ defuncto
Don Cæſare Aragoneo Regis Ferdinandi fi-
lio eius primo viro, renubens cũ dicto Illu-
ſtriſſ. Duce Adriæ, & Dñus Iulius de Lara-
tha meus pro auus, & eius frater tertius, vt
alibi dicitur ſm̃ iura Regni ad dictas Ciuita-
tes, & feuda non erat in gradu ſucceſſibili,
& alium proximiorem legitimum ſucceſſo-
rem non habebat, ad Regiam Curiam per-
ueniebant, oblatis ipſi Curiæ ducatis trigin-
ta quatuor millibus, quorum contemplatio-
ne Sereniſſima Catholica Maieſtas de nouo
concedendo, præſtitit aſſenſum dictis Duci,
& Comitiſſæ in pactis matrimonialibus, vt
quod altero ex eis præmoriente Comitatus
Ciuitates, Terræ, & feuda ipſius Comitiſſæ
ſuperſtiti inſolidum applicarentur, vt te-
ſtatur Loffred. in d. conſ. 15. nu. 1. & per to-
tum, & Iacob. de Ayello in d. tract. de iure
adohæ num. 82. dicit, quod in dicta cauſa
Ducis Adriæ fuit multum altercatum, &
hinc inde allegatum, & nihil deciſum, atta-
8 men † Regiæ Cameræ Præſidentes inclina-
bant ad abſolutionem Illuſtriſſ. Ducis, qui
poſtmodum obtinuit gratiam de nõ ſoluen-
do aliquid pro cauſa prædicta, & releuium
in caſu prædicto non deberi iudicandum
erat vltra prædicta maxima ratione, quia
feuda veniunt ad ſuper viuentẽ iure accre-
ſcendi, quod habet locum in feudis à Prin-
cipe datis, ſiue conceſſis, vt prędiximus; vn-
9 de ſi † venit per ius accreſcendi, aut non
decreſcendi, & non titulo aliquo ſucceſſo-
rio, ſed per tranſmiſſionem, nulli dubiũ eſt,
ſuper viuentem ad ſolutionem releuij non
teneri, nec ad aliquid aliud, vt clariſſimè
hoc deciditur per Iſern. in d. cap. 1. §. ſed, &
res, per quos fiat inueſtit. colum. 3. vbi dicit,
quod quando feudatarius habet ius accre-
ſcendi, nõ eſt neceſſè de eo, quod accreſcit
petere inueſtituram, quaſi ſufficiat de ſua
parte feciſſe fidelitatem; & idem dicit in
cap. 1. §. fin. in fin. quæ ſit prim. cauſ. benefic.
10 amiſſ. & † pro augmento feudi ſi ſit auctũ,
non patitur inueſtitura noua; & quod ac-
creſcit ſit idem cum re, cui accedit incre-
mentum, l. inter ſocerum, §. cum inter, de
pact. dotal. & ſubdit in ſeq. col. quod etiam
illi, qui petere debent inueſtituram, non te-
nentur ſoluere releuium, niſi ſint hæredes;
vt di-

Digitized by Google

vt dixit idem Iſern. in cap. 1. in §.ſimiliter,
de cap.Corrad.dum in tali caſu ſuperſtis nõ
venit vti hæres, nec vti ſucceſſor, ſed iure
quo prima pars habita fuit, ad quam ſecun-
da accedit, vt dicit d.l.inter ſocerum, §.cum
inter, ff de pact. dotal. quam allegat Iſern.
in d.§.ſed & res,& Bald.in d.l.1. q.7. verſ.
quartæ quæſtionis,facit lex ſi ex toto, ff.de
leg 1. & l. etiam, de iure dotium, & dum
11 † releuium non præſtatur pro prima inue-
ſtitura, quando feudum de nouo cõceditur;
& dicit Iſern.in d.§.ſimiliter cum ſuperſtis,
ex prima acquiſitione feudi cum Regio aſ-
ſenſu fuit inueſtitus inſolidum cum præde-
functo ad releuij ſolutionem non tenetur, &
ex his, & alijs etiam contrarijs reiectis, &
exemplis firmat Loffred.ind.conſ 15 per ro-
tum,& dictã cauſam Illuſtriſſ. Ducis Adriæ
de ſtatu dictæ Illuſtriſſ.Catherinæ de Lara-
tha Duciſſæ eius vxoris, commemorando ex
alijs etiam cum exemplis firmat Fritia in
auth.2.num.15. ex his ergo Dilucidatio no-
12 ſtra,quod de † feudo duobus inſolidũ con-
ceſſo, ita quod vnus ſuccedat alteri, quolibet
defuncto ſuperſtite, cui feudum perueniat,
ſiue accreſcit, releuium non ſoluitur, & ita
deciſum, & iudicatũ firmat Io. Bapt. Thor.
in cauſa Illuſtriſſ.Artalis de Cardona in ſuo
compend.deciſ. verſ.releuium non ſoluitur
ab eo, cui accreſcit &c. Io. Vinc. de Anna
ſing.434.ſequitur Ricc.in collect.deciſ.585.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio L I.

THEMA.

De feudo donato cum clauſula ex nunc poſt mortem, & cum Vniuerſitate bonorum debetur releuium, ſi vero cum clauſula ex nunc pro tunc, vel vnum feudũ tantum donatur, releuium non debetur. deciſum.

SVMMARIVM.

1 *RElenium debetur quando pater omnia ſua feuda donat filio, ſed de vno feudo donato filio proximo ſucceſſuro nõ, & adeſt aſſenſus directi Domini.*

2 *Releuium qui ex contractu venit, non ſoluitur.*

3 *Clauſula ex nunc pro tunc, ſecuta morte cum conſtituto, & præcario, facit actum ab initio perfectum.*

4 *Conſtitutum, & præcarium loco traditionis habetur.*

5 *Donatio cum clauſulis ex nunc pro tunc, ſecuta morte cum conſtituto, & præcario ab initio eſt perfecta etiam retento vſufructu releuium non ſoluit.*

6 *Succeſſor nihil habens, & nihil reperiens in hæreditate, cum ex contractu habet feudum.*

7 *Releuium de Caſtro donato, etiam retenta adminiſtratione per donatarium non ſoluitur.*

8 *Titulo donationis contemplatione matrimonij fraudem Dominis excludit.*

9 *Releuium de omnibus feudalibus contemplatione matrimonij donatis nõ debetur, ſed reſeruata aliqua quãtitate proprietatis pro ea parte deberi.*

1 SI † pater donat feudum, & omnia bona
filio, mortuo patre, debetur releuium,
talis donatio cenſetur facta in fraudem, ſi
vero donat vnum feudum ex pluribus, non
ſoluitur releuium, quia tunc habetur ex cõ-
tractu; ita Iſer.in cap.1.per quos fiat inueſt.
quem refert Iacob. de Ayello in ſuo tract.
de iure adohæ num. 74. vbi etiam dicit ita
fuit iudicatum in cauſa Ducis Ariani, qui
diuiſit omnia feuda inter filios; & fortius ſi
donatur feudum cum Regio Aſſenſu, reſer-
uato vſufructu donanti, non debetur rele-
2 uium morte ſequuta, † cum feudatarius ve-
niat ad feudum ex contractu, & non ex ſuc-
ceſſione, & ipſe habeat dominium feudi in
vita, licet alius ſibi retineret vſumfructum:
tunc videtur tradere per l. quiſquis, C. de
donat. quæ habet locum in feudis, nè dum
in allodijs, quando in eo cõtractu adeſt Do-
mini conſenſus, ex notatis per Iſern.in c.1.
qui ſucceſſ. teneant. il ſecondo, contractus
eſt perfectus in vita donantis, licet executio
ſit dilata poſt mortem, per l. & ſi cum mo-
riar, de condit.indeb. Alexan.conſ.80.lib.2.
Detius conſ.247. & in l.contractus, de reg.
iuris, Ripa lib.2.reſponſ. cap.vlt. plenè Ti-
raquell. in ſuo tract.de conſtitut. & quando
3 adeſt clauſula ex nunc pro tunc, ſecuta
morte cum conſtituto, & præcario, vt in om-
nibus ſimilibus contractibus apponi ſolet,
dictæ clauſulæ virtus, & effectus, facit actum
ab initio eſſe perfectum, Iſern.in cap.ſanci-
mus vt nemo miles, colum. fin. verſ.& hoc
quando, in verſ.vbi ergo Rex, quo tempore
miles, & tempus præſens trahitur ad futu-
rum, & futurũ ad præſens, iuxta plenè tra-

dita per Ang. Imol.Caſtrenſ. Alex. & Scri-
bentes in l.huiuſmodi 2.de verb.oblig.Bart.
Bald. Angel. & omnes in l. ſi ita ſtipulatus
fuero 6. ff.eodem, Boer.deciſ.38.num.33. &
ſeq. eo maximè ſi cum clauſula ex nunc
pro tunc,conſtituto,& præcario,quæ omnia
translationem dominij operare à die initi
contractus donationis pro indubitabili per
vtrumque Collaterale ſcilicet, & Capuanũ,
ſiue Sanctæ Claræ Conſilium fuit habitum
Præſ. de Franch.in deciſ.213.num.1.Oldrad.
conſ.114.nu.3. Neguſant.de pign. 2.memb.
2.par.num.5. Tiraquell.de conſtit.. par.3. li-
mit.2.num.15.&alij innumeri per prędictos
3 omnes coaceruati, & amplius † conſtitutũ,
& præcariũ habetur loco traditionis, Alex.
in l.3.§.incertam,ff.de acquiren.poſſeſſ. vbi
Iaſ.num.16.de communi opinione teſtatur,
quam latè ſequitur Tiraquell. vbi ſupra
ampliat.32.num.1. Afflict.in deciſ.40.nu.20.
& hoc etiam ſi non eſſet clauſula è contra
5 † donationem in contractu feudi fuiſſe
perfectam ; deciſum fuit in cauſa Federici
Tomacelli,cum Regio Fiſco, dicit Reg.de
Ponte in præłud.feud. lect.2.num.53. & hoc
nedùm ſi ſit facta retentio vſusfructus : ve-
rum etiam ſi in vita donans ſibi retinuerit
vſumfructum,& dominium; nam cum ipſe
moriens, detinet eſſe Dominus, & alius oc-
cupet feudum ex contractu, non habet locũ
conſuetudo ſoluendi releuium , quæ loqui-
tur in eo,qui ſuccedit morienti,vt in bonis,
& feudo illius tunc quæſitis,capit feudi do-
minium, vt ex tunc quando donatio facta
fuit,non ex nunc quando donans interijt,vt
ex prędictis authoritatibus,cum eo morien-
te ius ſuum finitur, per l.vxor patrui; C. de
6 legat. † non dicitur ſucceſſor aliquid acqui-
rere, eum nihil in hæreditate reperiat , non
debet in aliquo grauari, ex quo per mortem
in aliquo non honoratur,non percipit emo-
lumentũ, vt hæres honeſtum eſt, ipſum ali-
quod onus non habere , per regulam iuris à
contrario ſenſu dicit Fritia ex alijs in d. au-
thor.3.nu.17.& Iacob.de Avello in d.tract.
num. 80. qui ambo dicunt fuiſſe dubitatum
donatione facta per Dominam Catherinam
de Laratha Comitiſſam Caſertæ,de quodam
Caſtro Franciſcu Gambacurtæ,quia non ex
ſucceſſione veniebatur ad feudũ, prout re-
quiritur , ſed ex contractu donationis non
debetur releuiũ; & de anno 1515 pro quo-
dam Nobili Terræ Idruntinæ , cui ab eius
7 amita † fuerat donatum quodam Caſale ,
retenta ſibi adminiſtratione Caſalis, & vſu-
fructu, ac exercitio iuriſdictionis vaſſallorũ.
deciſum, & releuium non fuiſſe ſolutum, &
non legit decretum propter exemplum, &
ad euitandã fraudem, dicit Fritia in auth.3.
eodem nu.17. quando tractatur de fraude
præſumpta,& donat pater proximo ſucceſ-
ſuro, ipſo remanente in effectuali poſſeſſio-
ne reſpectu fraudis præſumptæ fuit valdè
altercatũ,& Ego ſemper tenui, proùt teneo
8 contra Fiſcum , ſi eſt † verus titulus dona-
tionis, & ex cauſa pro qua eſt facta , puta
contemplatione matrimonij, vel alias, quæ
etiam hominis fraus venit excluſa per titulũ
inter viuos,dicit Reg.de Ponte in d.præłud.
feud. eadem lect.2.num.54. & de feudo do-
nato cum Regio Aſſenſu reſeruato vſufru-
ctu non deberi releuium, idem de poteſtate
Proregis fol.8. num.3. & in fine refert fuiſſe
deciſum in cauſa Principis Melphiæ , & in
9 cauſa Comitis Sinopolis , † releuium non
deberi ex bonis feudalibus omnibus donatis
contẽplatione matrimonij,ſed quando ineſ-
ſet reſeruatio in donatione alicuius quanti-
tatis , fuit deciſum in Regia Camera in cau-
ſa Ducis Magdaloni , qui poſt reſeruationẽ
ducatorum centum mille quos donauerat
Sanctæ Mariæ Annuntiatæ eſſe ſoluendum
releuium pro medietate, ideſt pro quarta
parte introituum, Molleſ.in conſuet.Neap.
par.3. q.8.num.7. Ricc. collect.deciſ.1337.
Thorus in compend. deciſ. verſ.releuium
an debeatur ex feudo donato alteri &c.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio L I I.

T H E M A.

De feudo donato cauſa mortis cum aſſenſu Regio,releuium non ſol-uitur . deciſum.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio cauſa mortis vltimæ volun-
tati ęquiparatur, & ſic releuium
deberi videtur, tamen quia initium ha-
bet ex contractu non debetur.*
2 *Reuocatio contractus , quia non eſt facta
à lege, vel ab homine à principio eſt ir-
reuocabilis, & puras.*
3 *Releuium ex donatione cauſa mortis non
debetur.*

1 Donatio † cauſa mortis vltimæ volun-
tati ęquiparatur, l. illud generaliter ,
de donat.cauſ.mort.& videtur ſucceſſor ha-
bere ex vltima voluntate videtur releuium
deberi,

Digitized by Google

deberi, ſed quia ius habendi feudum radica-
tum vt ex contractu, & poſt mortem dona-
tarius eſt habiturus feudũ donante in vita,
& non ex ſucceſſione defuncti, qui tempore
mortis ſuæ deſiuit habere dominium feudi,
& in eo non habet hæredem, neque ſucceſ-
ſorem, in quo caſu ceſſat cõſuetudo ſoluen-
di releuiũ, nec inſpicitur natura contractus,
quę reuocabilis eſt, vt in l. 1. de donat. cauſ.
mort. ſed ius, quod ex contractu oritur, ſi
eſt conditionale, vt in §. ex conditionali, in-
2 ſtit. de inutil. ſtipulat. † quando non eſt fa-
cta reuocatio vel à lege, vel ab homine,
perinde eſt, ac ſi à principio contractus do-
nationis fuiſſet irreuocabilis, purus, & per-
fectus quo ad Regem, & Curiam Regis, ſeù
Baronis, parum prodeſt conſiderare effectũ
contractus, ſit purus, an conditionalis, an ex
cauſa mortis, vel inter viuos: iſta reſpiciũt
partes, & commoditates ipſarum, & quo ad
releuium non attenduntur, quo ad alios ef-
fectus remanent reliquiæ contractus, & ip-
ſius natura in hoc nihil remanet immutatũ,
& rationes decidendi quo ad releuium tantũ
procedunt alia in ſuo naturali conſiſtunt, &
3 ſic ex † donatione cauſa mortis cum Aſſen-
ſu Regio ad releuij ſolutionem nõ tenetur,
quia ex contractu non ſucceſſione habet, &
deciſum eſſe dicere poſſumus, vt ex prædi-
ctis, & deciſionibus relatis in præcedẽti Di-
lucidatione, & per Fritiam in d. 3. authorit.
num. 18.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio L I I I.

THEMA.

De feudo refutato, vel donato per
patrem filio, ſiue per fratrẽ fra-
tri, & deinde ob mortem refuta-
tarij, ſiue donatarij re vera ad
patrem, ſiue fratrem, releuium
debetur, deciſum.

S V M M A R I V M.

1 *REleuium de feudo à patre filio, vel à fratre, donato fratri non deberi.*
2 *Donatarius quamuis feudum poſſideat ad releuium non tenetur, etiam ſi ſucceſſor videatur, quia non vniuerſalis ſucceſſor eſt.*
3 *Releuium à patre, cui feudum per mortem filij reuertit, non ſoluit, contrarium infra numeris ſeqq.*
4 *Releuium ſoluit, qui nunquã poſſedit feudum, vt Dominus ſed de nouo admittitur.*
5 *Releuium de feudo reuerſo ad patrem, ſiue fratrem, iure veteri non debetur.*
6 *Releuium de feudo reuerſo refutatum, vel donanti, ſi iure ſucceſſionis venire videtur deberi.*
8 *Dominio tranſlato in refutatarium, ſiue donatarium, quando reuertit refutanti, vel donanti ipſi vt hæredes ſui rediũt, & ad onera tenentur.*
8 *Perſona ex qua quis capit lucrũ, & damnum capere.*
9 *Lucrum de ſui ſentit factum defuncti approbare debet.*
10 *Releuium de feudo reuerſo ad donantem, vel refutantem debetur deciſa reſoluta contrarietate Fritiæ.*

IN hoc prima facie videtur dicendum,
1 † de feudo refutato per patrem filio, vel
per fratrem fratri releuium non deberi, vt
dicunt Feudiſtæ, quod magi videtur habere
feudum iure reuerſionis, quam iure ſucceſ-
ſionis, vt Iſern. in cap. 1. in fin. verſ. ſed con-
tra, de cap. Corradi, & in cap. 1. col. 3. verſ.
ſed in feudo antiquo, de natur. ſucceſſ. feud.
feud. & ibi Afflict. in 2. not. idem Iſern. in
Conſtit. Si quando, Fritia de ſubfeud. d. au-
thorit. 3. num. 19. Ardizz. in ſumma tit. de
ſucceſſ. feud. col. 2. verſ. aſcendentes vero,
quia conſuetudo ſoluendi releuiũ, non pro-
ſpexit hunc caſum, quando pater filio, vel
frater fratri feudum refutat, vendendo, vel
donando, raro hoc euenire ſolet, & conſue-
tudo prouidit ad ea, quæ frequentius acci-
dunt, non dixit in ſpecie, nec venit in gene-
2 re, & eſt contra rationem, & ideo † non de-
bet tunc præſtari releuium, quamuis enim
poſſeſſor feudi ſit in rem ſucceſſor, non ta-
men eſt vniuerſalis ſucceſſor, ſed eſt parti-
cularis ex contractu, ex verbis Iſern. etiam
ſi eſſet vniuerſalis, minimè teneretur quan-
do certum eſſet, refutationem non eſſe fa-
ctam in fraudem: quia debet ſucceſſor ha-
bere vt hæres, & titulo hæreditario, cum
de hærede loquitur conſuetudo licet non
habeatur in ſcriptis, quod eſt notabile ver-
bum, & reſtringit totam materiam releuij.
3 † Primo caſu in patre ſuccedente filio, quia
iure quodam primęuo dicitur ad patrem
feudum reuerti, & præter votũ, & regulam
feudalem non debet ipſe ſoluere: cum ipſe
ſit aſcendens, & non deſcendens, aut colla-
teralis, procedens ex primo deſcendente, &

de

de aſcendente ſuccedente inos,& conſuetu-
do non loquitur: quia hoc per raro eſt, &
quamuis eadem ratio eſſet, non attenditur,
quia iſta ſolutio prætrr rationem procedit,
ſicut dicitur de plauſtro vini,vt debeat ſol-
ui, & tamen non ſoluitur de plauſtro olei;
4 gloſ.in l.1. C.quæ ſit longa conſuet. † ille
ſoluit releuium, qui nunquam poſſedit feu-
dum,vt Dominus,ſed de nouo admittitur in
feudo, & fit ſibi inueſtitura veluti de nouo
feudũ tenenti, & habetur ex dictis per Iſer.
in Conſtitut. Regni Comites,vel Barones, à
fratre etiã ſuccedente non debet ſolui pro-
pter memoriam veteris dominij, quod ipſe
habuit in feudo ante donationem, vel refu-
tationem factam fratri, & quia conſuetudo
non loquitur de his ſuccedentibus in feudo,
qui prius fuerint Domini, licet eſſe deſie-
rint, cũ raro eueniat hoc fratrẽ fratri feudũ
refutare, non cogitauit hunc caſum ad ipsũ
non debet trahi, ar um. l.qui cũ tutoribus,
5 de tranſact. † redit feudum ad fratrem iure
vrteri,vt in cap.1.qui finem fecit agnat.no-
tat Iſern.in cap.1.de vaſſall.decrep.ætat.&
in §.& ſi liuellus, de alien.feud.patern.& in
cap.1.Imperator Lotharius,vt per Fritiam
d. num.19. Io.Vincent. de Anna in repetit.
cap.1.de vaſſall.decrep.ætat.nu.151. vbi ex
alijs firmat, feudum à patre, ſiue à fratre
refutato,mortuo filio, ſiue fratre,feudum
peruenire ad donantem, ſiue refutantẽ iure
reuerſionis,& ſic eius dictis videtur dicendũ
tali caſu relruium non deberi.

His non obſtantibus contrariam ſenten-
tiam videtur rſſe veriorem; nam & qui di-
6 cunt feudum reuerti ad patrem,ſiue fratrẽ,
vnde exiuit,intelligendi ſunt,vt feudum re-
uertatur ad aſcendentes, ſiue collaterales
iure ſucceſſionis, & ita intelligitur text.in
§.hoc quoque, de ſucceſſ.feud.in verbo re-
uertatur, quod verbum intelligitur ibi in
ſucceſſione, & quãuis lex vtatur verbo re-
uertatur, tamen intelligitur iure ſucceſſio-
nis, Neapod.in conſuet. ſi mulier nupta, in
1.gloſ.& per alienationẽ permiſſam in pro-
ximè ſucceſſurum, transfertur in eum do-
minium, text.in cap.1.de alien.feud.patern.
vbi loquitur per verbũ alienatio,cuius ver-
bi natura rſt, vt intelligatur de omni actu,
per quem dominium transfertur, l.1. C. de
fund.dotal. ſi ergo transfertur dominium,
quando moritur donatarius, ſiue refutata-
rius, ſi ſuccedit donator,ſiue refutans,habe-
tit titulo ſucceſſionis hoc dominium, quod
erat penès donatariũ, & perſona ipſius do-
natarij, & vt hæres eius, & poſtquam a do-
nante, ſiue refutante, eſt ſemel abdicatum
lege refutationis, vel donationis in proxi-
mo ſucceſſuro permittẽte, vel cum aſſenſu,
habere non poteſt; & dum à donante,ſiue
refutante,& nihil penès ipſum remanſit,ſed
dominium, & omnia fuerunt tranſlata in
donatarium,ſiue refutatarium,quid ad eum
7 redibit, & † ſi dominium eſt tranſlatum in
filium,ſiue fratrem,redibit dominiũ ad pa-
trem, ſiue fratrem vti hæredem, & ex quo
ſucceſſio haber oculos infra in feudis, ſecũ-
dum ordinẽ naturæ, Iuris periti ad hoc tol-
lendum vti ſunt,verbo reuertatur, eo quia
ſemel fuit penès refutantem,ex verbis Aſ-
flict.in d.2.not.& Io.Blanch.in eius ſumma
tit. par.3. ex quibus, & alijs Sacrum Conſi-
lium iunctis Dominis Conſiliarijs duarum
Aularum,decidit in feudo refutato,ſiue do-
nato,refutãtẽ,ſiue donantẽ,venire vti hęre-
dẽ ſucceſſorẽ,& ad onera teneri, dicit D.de
Franch.deciſ.3.per totam,& in fine,& Ioan.
Vincent.de Anna vbi ſupra nu.356. dicit ex
opinione Iſern. in cap.1. verſ.illud quid iu-
ris ſit, vbi dicit: ſicut feudum refutatum
agnato, ſi ſucceditur illi, cui eſt rrfutatum,
habebitur ex perſona eius,cui ſucceditur,&
non erit ſicut prius fuerat, per quod verbũ
8 habetur ex perſona; nam ex qua † perſona
capit lucrum, capit damnum, l.ex qua per-
ſona, ff.de regul. iur. quem allegat Iſern. in
cap.1.§.ſi vaſſallus,de feud.ſuo.col.2.ſi de
feud.defunct.milit. vbi loquitur in hærede,
9 qui † alicuius lucrum ſentit, drbet appro-
bare eius factũ, quod idem eſt dicere, quod
tenetur approbare factum defuncti, l. cum
à matre, C.de reiuend.dicta doctrina Iſern.
nõ eſt mirabilis,pro illis verbis ſucceditur,
vt quidam minuti Frudiſtæ cõſiderant;nam
in feudo etiã ex pacto dicitur ſuccedi,immò
propriè dicitur edictum ſucceſſorium, ſed
eſt mirabilis propter illud verbum ex per-
ſona ſupra ponderata. Nec illa vrrba re-
uerſi faciũt pro contraria parte: nam non
intelliguntur reuerſi eo iure, ſẽd reuerſi ad
aſcendentem, vel collateralem, a quo feu-
dum diſceſſerat ſunt verba magiſtralia
ſummę propter illud commune votũ,quan-
do reacquiritur, dicunt reuerſi,& pondera,
quod nec sũma dicebat ſimpliciter reuerſi,
ſed dicunt potius reuerſi quam ſuccedere.
Et ideo iſta deciſio Iſern.eſt euitabilis,dicit
Anna ibidem, ex alijs etiam contrarijs re-
iectis noſtram Dilucidationem firmat di-
ctumq; de Franch.deciſionem,ad hoc etiam
adducens,& in terminis in cauſa Ill.Princi-
pis Biſiniani, qui ſtatum, & feuda ſuo vnico
filio refutauerat, quo mortuo ſine filiis, ad
eundẽ feudis reuerſis, quia in Camera abſq;
10 controuerſia recepta eſt illa † vera opinio,
quod de feudis refutatis,ſiue donatis,poſtea
reuerſis

reuerſis ad donantem, ſiue refutantẽ, quod ſoluatur releuium, iudicatum fuit ſecundum veram Iſern. & communem opinionem in ℱ. ſed & res num 9 in fine, per quos fiat inueſtit. & cap. 1. nu. 8. in fin. de alien. feud. patern. dicit Octau. Bambacar. in cap. ſi minori, ſi de feud. defunct. num. 23. Thorus in compend. deciſ. verſ. releuium an debeatur à patre, & miror de Fritia in d. num. 19. dicente, quod Iſer. in d. ℱ. ſed & res, arguat ad partes, & concludit tali caſu non deberi, cum Iſern. ipſe ibi, & in fine nu. 9 expreſſe dicat, ſi moritur filius non relicto filio, quo caſu reuertitur ad patrem eundem refutatorem, ſeù donatorem; nam pater ſuccedens filio, infra de natur. ſucceſſ. feud. in princ. tunc pater, vel alius frater, vel agnatus ſuccedẽs, ſimiliter ſoluet pro ſua ſucceſſione releuiũ ex feudo, & erraſſe Fritiã ita dicẽdo, aduertit Liparul. ad Iſern. addens in d. ℱ. ſed & res &c. dicens Iſerniam non diſputaſſe ad partes, vt dicto loco, ſed ipſe, & Afflict. diſputaſſe, an ille, cui facta ſit refutatio, ſoluere habeat releuium, vt patet in verſic. ſed tunc quæritur, & verſ. ad primum, & reſoluit releuiũ nõ deberi, niſi donarẽtur, vel refutarentur omnia feudalia bona in fraudẽ, ſed ibi Iſer. præſupponit clarè de feudo refutato, ſiue donato, & reuerſo releuium deberi, & ex alijs prædictis etiã ad onera teneri, & ſic noſtra Diluc. firma, & deciſa remanet.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio L I V.

T H E M A.

Si imponatur, & debeatur adoha, & releuiũ vnica ipſorum pinguior ad electionẽ Fiſci fit ſolutio. deciſum.

S V M M A R I V M.

1 *Feudatario mortuo, & releuio ſoluto, ſi eodẽ anno imponitur adoda, & ſeruitium Camera petit vtrumque onum debetur vno anno, & aliud anno ſequẽti.*

2 *Onus vtrũque deberi poſſet, quãdo vtrumque onus eſſet à lege, vel à conſuetudine, vel ab homine.*

3 *Onus duplex eodem anno imponi non poteſt, nè feudum remaneant inutile feudatur.*

4 *Onera plura vno anno, ſi aliquis dicat deberi, ſed exactio differri, tamen contrarium, ideſt vnicum totum deberi.*

5 *Donatio dependet ex voluntate, & nemo præſumitur donare.*

6 *Rex per intermedias perſonas exponendo ſuas neceſſitates petit donatiuum, & ſubuentionem.*

7 *Rogatio maiorum ſpecies eſt violenta iubendo.*

8 *Onus omnium deberi; ſi eodem anno imponitur releuium, & adoha, ſed pinguius ad electionem Curiæ, & num. 10.*

9 *Collecta ſi occurrit imponi eodẽ anno vna tantum imponitur.*

1 SI † eodem anno quo decedit feudatarius, & ſucceſſor ſoluit releuium, & imponitur adoha, & præſtitit ſeruitium, ſiue adoham Regia Camera prætendit vtrumq; debitum: vno tamen anno exigere ſeruitiũ, alio ſequenti releuium, nè feudum eo anno ſit penitùs inutile feudatario, hoc enim pro-
2 cederet, poſſet quando † vtrumq; onus debetur à lege, aut ex conſuetudine feudi, vt per Loffred. in cap. 1. hic finitur lex, ſi vero vnicũ onus eſſet impoſitum à lege, & aliud ab homine voluntariè, vtputà quando eodẽ anno per Proceres, & Magnates Regni, aut etiam totum Regnum faciunt donatiuum Regi, quia vnum onus eſt impoſitũ à lege, & debetur ex neceſſitate, aliud per donatiuũ debetur ex voluntate, quia fuerunt concordes in donando Camera, & Fiſcus prætendebat vtrumque exigere, quia capit ex diuerſis cauſis, quæ ad inuicem patiuntur, & ceſ-
3 ſat lex Regni, quod † eodem anno non poſſit duplex imponi, aut exigi onus, nè feudum remaneat inutile feudatario, & donatiuum non videtur datum animo compenſandi, arg. eorum, quæ habentur in l. ſi conſtante, ℱ. ſi pater ſolut. matrim. & in l. creditorem, de legat. 2. & Franciſc. de Amic. in repet. cap. 1. ℱ. & pro iſta pluries fol. 126. de
4 his, qui feud. dar. poſſ. dicit, quod † onera licet plura, ſi vno anno obueniunt, omnia debentur, ſed exactio vnius oneris differtur in tempus promiſſum. Contrarium tamen fuiſſe in eadem cauſa iudicatũ pro Illuſtriſſ. Principe Biſiniani, teſtatur Fritia, & ita ſuũ genitorem obtinuiſſe, vt vnum tantum debeatur onus, dicit in d. author. 3. num. 26. per rationem iam dictam, nè feudum ſit inutile illo anno feudatario, quia verum eſt eodem anno in feudo duo onera ineſſe non poſſe, & eadem eſt ratio in vtroque, ſiue vtrumque ſit debitum à lege, vel ab homine, & in dubio debet teneri ea pars, quæ excludit onus,

vt dicit

vt dicit Petr. de Antibol. in tract. de muner. & hon. in 4. par. verſ. ſed iuxta prædictum,
5 & quamuis † donatiuum dependet ex voluntate nemo præſumitur donare, l. cum de indebito, de probat. † Rex per intermediā perſonam, ſeu Curia eius quærit à Baronibus, & ante ponit neceſſitatem Regis, & pericula in Regno occurrentia, vt illos regat pro ſubuentione beneuola, quā deuoti ſubbiti erga Regem ſolent exibere nemo cum veritate ex cauſis mouentibus, cōſueuit reſiſtere ſaltim offerre pro poſſe, quæ poteſt offerre Regi, & illi obijcet in oblatione omnes ſuas neceſſitates, & calamitates ad exculpationem deuotiſſimi animi ſui, quæ vis
7 eſt † cum rogatio maiorum ſpecies eſt violentā iubendi, gloſ. in l. 1. quod iuſſu, Iſern. in cap. ſi quis miles, de feud. ſine culp. non amitt. notat Bald. in l. ſi mandator, C. quod cum eo, Fritia ibidem ſubdens, credo id hodie ſeruari in Camera, & ratione, & æquita-
8 te † vnicum onus deberi, vel releuium, vel adoha ad electionem Curiæ, quod eſt pinguius, ne feudatarius duplici onere grauetur, & habeat vnde viuat, cum enim releuiū ſit medietas fructuum vnius anni, & etiam adoha regulariter ſit medietas, & plus, ſi vtrumque ſolueret eodem anno, non haberet feudatarius vnde viueret, & bene facit ratio capit. Papæ Honorij, quod ſi in vno
9 † eodemq; anno contingat plures caſus, in quibus licet collectam imponeretur, quod non poteſt imponi niſi vna collecta, & hoc ſeruatur in vna, & eadem perſona, ſed etiā in diuerſis perſonis, & etiam ſi ſoluta ſit adoha, quia tanto minus ſoluet in releuio, & ita iudicatum in filijs Mag. Andreutij Pap-
10 pacodæ de Neap. † nam viuente filio primogenito Artuſij, qui ſucceſſerat in feudo Caſtri Maſſafræ, fuit impoſita adoha de menſe Aprelis 1512. ſoluenda integrè per totum menſem Auguſti, & ſic ille ſoluit ſolum adoham ſibi cōtingentem, mortuus eſt de menſe Septembris, & ſine filijs, & ſucceſſit frater ſecūdogenitus, & dum vtrumque onus prætenderetur, fuit declaratum, quod ad vnum tantū teneretur quia eodem anno, & quia releuium erat pinguius adoha quod ſolueret releuium computata in dicto releuio, adoha per fratre ſoluta, teſtatur Iacob. de Ayello d. Reg. Cam. Sum. Præſidens in ſuo tract. de iure adohæ num. 77 & idem deciſum affert Afflict. in cap. 1. quo temp. mil. num. 15. in fin. in cap. 1. ſimiliter num. 7. de cap. Corrad. & in conſtit. ſi quando, nu. 6. & ex alijs Thor. in compend. deciſ. verſ. releuium an teneatur ſoluere &c.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio L V.

THEMA.

Caſtro, vel feudo per ſocrum genero pro dote filiæ dato dominio, & vſufructu vita durante reſeruato, ſocro mortuo, & feudo peruento genero releuium non deberi, non fuit deciſum, & Fiſcus ſe concordauit pro medietate releuij, & adducūtur deciſiones aliæ non deberi.

Quia breuis non opus alio Summario.

IN hoc caſu quando ſocrus donat feudum genero reſeruato dominio, & vſufructu vita durante, Iacob. de Ayello in ſuo tract. de iure adohæ num. 79. dicit, quod hoc fuit dubitatum in Camera in cauſa Mag. Ioannis Baptiſtæ Pignatelli, cui Dominus Angelus Effrem, qui dederat hoc modo Caſtrum in dotem ſecuta morte dicti Angeli, pro parte Regij Fiſci petebatur releuium, quia in Caſtro ſuccedebat filius: pro parte Io. Baptiſtæ dicebatur, quod ipſum erat dotale, & ipſo viuente non debebatur releuium niſi poſt mortem ſuam, quando feudum reuertebatur ad vxorem, tandem poſt multa reluctante Aduocato Fiſci fuit concordatum, quod ſolueretur medietas releuij, ſed contra Fiſcum dicerem tale releuium, & nihil pro eo deberi, nonne fuit ſupra in Dilucidationibus 51. & 52. quod donato feudo ex nunc pro tunc ſecuta morte donantis alicui cum Regio Aſſenſu releuium nō deberi, quia ex contractu habetur, licet traditio dilatetur poſt mortem, & non ex ſucceſſione, & ita deciſum fuiſſe in cauſa Principis Melfiæ, refert Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 8. num. 3. & ex alijs deciſionibus, & alijs adductis ſupra in d. Dilucidat. 51. quę multū hic conferunt, & adeo quod ratio diuerſitatis nec dari poſſet, dum gener ex cauſa matrimonij ei datur feudum per contractum vt ex tunc, quamuis executio fiat poſt mortem ſoceri dantis, & ex cauſa matrimonij oneroſi, non in fraudem, ex quo ex adductis, & deciſionibus in dictis Dilucidationibus relatis dicerem tali caſu releuiū

non

Digitized by Google

non deberi, & Fiſci Patronus ſapiens fuit in
concordando pro medietate releuij, alias ſi
cauſa bene defendebatur, amittebat cum
non deberi, iudicandum erat rationibus iu-
ribus, & deciſionibus vbi ſupra relatis.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio L V I.

T H E M A.

Feudo per vxorem cum Regio aſ-
ſenſu in dotẽ dato mortuo viro
releuium debetur, ſed ſi aſſenſus
non fuerit expeditus per mortẽ
vxoris, & ſic vnicum deberi re-
leuium. deciſum.

S V M M A R I V M.

1 *Feudo per vxorem dato in dotem cum aſſenſu mortuo viro ſoluitur releuiũ, ſi aſſenſus nõ eſſet expeditus, ſoluitur per mulierem.*

2 *Aſſenſu expedito, vel non in feudo dato in dotem, releuium indiſtinctè per vxorem ſoluitur.*

3 *Maritus, ſiue eius hæres feudi dotatum, releuium non ſoluit.*

4 *Aſſenſus ſuper datione feudi in dotem, extenditur quo ad reſtitutionem dotis.*

5 *Viro, & vxore mortuis de feudo dotali vnicum releuiũ deberi, deciſum per Regiam Cameram Summariæ.*

1 QVando † vxor dat in dotem ſuo viro
Caſtrum, ſiue feudum, ſi in hac datio-
ne fuit expeditus Regius Aſſenſus, tunc ſol-
uitur per mortem viri, ſecus ſi nõ eſſet ex-
peditus, quia ſolueretur per mortem vxo-
ris deciſum, ita dicit Io. Vinc. de Anna in
alleg. 95. num. 10. ſed ipſe indiſtinctè tenet,
2 † quod aut ſit expeditus aſſenſus, aut non,
ſoluatur per mortem vxoris tantũ, & nun-
quã viri, præmortuo ipſo, quia licet ſit ex-
peditus aſſenſus, tamen legis miniſterio re-
tranſit dominium in poſſe vxoris, l.in rebus
C.de iur.dot. & fingit lex, quod dominium
præambula hora mortis reſtituatur, ita qđ
3 † maritus nullum releuium ſoluere habeat
tanquam ſubiectum reſtitutioni; cum aſſen-
ſus regulatur a iuris, & legis diſpoſitione,
vt per Ifern.in cap.imperialem, de prohib.
feud.alien.per Federic.col.2.allegat.tex.in
l.ſi extraneus, ff. de condit. ex cauſ. vbi Ca-
4 merar.fol.58.colum.3.dicit, quod † aſſenſus
præſtitus ſuper datione feudi in dotem, ex-
tenditur ad dotis reſtitutionem, allegat Ro-
man.in l.vſufructu, ff.ſolut.matrim.tandem
cum hoc exitaretur in Regia Camera Sum-
5 mariæ inter Regium † Fiſcum prætenden-
tem duo releuia annuorum introytuum
feudalium in dotem datorũ per Iſabellam
Sances Ferdinando Capano eius viro, vnum
ob mortem dicti viri, & aliud ob mortem
vxoris, expedito aſſẽſu ſuper capitulatione,
& datione in dotem; fuit deciſum vnum tan-
tum deberi, referente D.Antonio Caſtillo
Præſidente Regiæ Cameræ Summariæ die
5. Decembris anni 1556. Actuarius Rapa-
rius, dicit de Anna in d.alleg.95.num.10. &
ſeq.& in repet.Conſtit.conſtitutionem diuæ
memoriæ num.22.Pellicc.in conſuet.Auer-
ſæ, in add.ad cap.10.incip.adde quod ſi mu-
lier, Ricc. collect.deciſ.585.Thor. in com-
pend.deciſ.verſ.releuium an ſit ſoluendum.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio L V I I.

T H E M A.

Si per longam conſuetudinem re-
leuium non ſoluendi, non ſolui-
tur, & feudum datum ea lege, vt
releuium non ſoluatur, nec ſol-
uitur; vel quando feudum datur
vt ſingulis annis aliquid ſolua-
tur, releuium non debetur.

S V M M A R I V M.

1 *Vetuſta conſuetudine releuio non ſoluto, non debetur.*

2 *Feudum datum ea lege, vt releuium non ſoluatur, non ſoluitur.*

3 *Feudum datum, vt de eo nõ præſtetur ſeruitium, dicitur feudum francum.*

4 *Conſuetudinem tollere magis eſt, quam aliquid derogare natura, & regula feudali.*

5 *Feudum datum ſub aliqua annua præſtatione, de eo non ſoluitur releuium.*

6 *Species derogat generi.*

1 Quan-

1 QVando † vetuſta conſuetudine eſſet releuium non ſoluendi, non ſoluitur; nam hæc præſtatio cum ſit à conſuetudine introducta, eadem conſuetudine contraria poteſt aboleri per regulam iuris; & quia ſit reductio ad ius commune, arg. l. ſi vnus ex argentarijs, §. pactus nè peteret, de pact. Fritia de ſubfeud. auth. 3 num. 27. Tiraquell. in l. ſi vnquam, verſ largitus, C. de reuoc. donat. Alciat. in par. cap. 21. nu6. lib. 1.
2 & ſi accidit, quod † feudum ſit datum ea lege, vt ſucceſſores releuium non ſoluant, quia hoc non eſt contra ſubſtantiam feudi, & remitti poteſt à principio, vt in cap. 1. §. nullum, per quos fiat inueſt. notat Iſern.
3 in §. ſed neceſt alia iuſtior, vbi † feudũ poteſt dari, nè teneatur ad ſeruitium, quod aliqui Feudiſtæ in præludiis, & tale feudum Doctores vocant Francum, vt diximus in
4 par. 7. Dilucid. 47. magis enim † eſt tollere conſuetudinem ſuper hoc releuio introductam quam aliquid derogare naturæ, aut regulæ feudi, dicit Fritia in d. auth. 3. eodem num. 27. verſ ſecundo &c. & cum ita ſit, releuium non ſoluitur, & ſi † aliquod feudũ ſub aliqua annua præſtatione concedatur, de eo releuiũ non debetur, quia aliud annus non eſſet præſtandum, ex notatis per gloſ. in cap. 1. §. ſimiliter, de capit. qui cur. vend. poteſt ſic à principio concedi, vt dicit Iacob. de Ardizzon. in ſumma fol. 19. Doctores in cap. 1. §. firmiter, de prohib. feud. alien. & in d. cap ſimiliter eo impoſito aliud non debetur; vt diſcutit Albert. Brun. in conſil. 32. contractus dedit certã legem in feudo, quæ eſt regula ipſius feudi, quo ad hoc nõ ſubijcitur regulis iuris communis, cum alijs cen-
6 ſeatur eſſe derogatum, & † ſpecies derogat generi, Fritia d. num. 27. verſ. tertio.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio LVIII.

THEMA.

Poſt mortem feudatarij feudo perueniento ad Regiam Curiam, & deinde conceſſo, ſiue vendito, conceſſionarius, ſiue emptor non tenetur ad releuium.

Quia breuis non opus alio Summario.

SI poſt feudatarij mortem, & feudum peruenit ad Regem. vel ad Baronem, antequã releuium debitũ ſolueretur Rex, vel Baro cum Regio Aſſenſu alteri vendidit poſſeſſor ad releuium non tenetur; quia cum feudum peruenit ad Regem, vel Baronem, illud onus releuij, vel ſeruitij fuit extinctum. vt notat Iſern. in cap. 1. §. huius autem generis, 3. col. ex quib. cauſ. feud. amitt. & in c. r. col. fin. de controuerſ feud. apud par. term. liberum intelligitur venire ad nouum feudatarium, etiam quod ſeruitium, vel releuiũ eſſet ſoluendum per plures annos, quia inſpecto tempore impoſitionis feudatarius nõ erat poſſeſſor, ſed alius Baro, vel Curia cui ſucceſſit, & eo tempore quo deberetur exigi, feudum reperiebatur liberum ex mutatione perſonæ, in quo onus à lege fuit extinctum, l. 1. C de fund. rei priuat. & l. 1. C. de præd. & omnib. reb. nauic. quæ iura ad hoc allegat Rebuff. in l. fin. C. de fide inſtrum. & & iure haſtæ fiſcal. ex cauſa antiqua habet non ex voluntate feudatarij, arg. l. lex vectigali, de pign. l. ſi fundus, de condit. & demonſtrat. & in l. locatio, § fiſcus, de public. notat Petr. de Antib. in d. tract. par. 2. verſ. in diem fol. 10. ſecus ſi ex noua cauſa, vt in l. Diuus, de iure Fiſci d. nu. 27. verſ. quarto &c. alia ponit de releuijs Fritia in d. auth. 3. per totam, Iacob. de Ayello in d. ſuo tract. de iure Adohæ, & Thorus in compend. deciſ. in pluribus verſiculis releuium.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio LIX.

THEMA.

Primogenitus ſucceſſor in feudo, vitam militiam pro feudo alijs fratribus ſecundogenitis dare tenetur. deciſum.

SVMMARIVM.

1 *PRimogenitus præcapiendo feudum totam hæreditatem, vel maiorem partẽ conſequitur, debet legitimam, ſiue vitam militiam alijs fratribus pro alimentis dare.*

2 *Conſuetudo non præſtandi neceſſaria fratribus ſi adeſſet, foret diabolica.*

3 *Vita*

3 *Vita militia datur fratribus propter ex-
cluſionem feudi .
4 *Primogenitus nè dum ſuccedit in feudis di.
gnitatũ, ſed omnibus alijs de iure Fran-
corum abſque diſtinctione .*
5 *Vita militia erat ante Conſtitutiones de
Iure Francorum .*
6 *Primo, vitam militiam eſſe legitimam,
ſiue loco legitimæ ſubrogatam .*
7 *Secundo, vitam militiam eſſe quodam ius
ſeparatum deriuatũ à legitima alimen-
tis, & loco partis hæreditariæ .*
8 *Tertio, vitam militiam eſſe alimenta, ſeù
alimentis æquiparari per primogenitum,
ſecundogenitis præſtari ſecundum poſſi-
bilitatem feudi .*
9 *Vitã militiã eſſe alimenta , quia vna cum
vita finitur .*
10 *Secundogenitus pro vita militia , ſeù ali-
mentis tenetur Domino feudi ad expen-
ſas arma, & equos fratri primogenito.*
11 *Feudi natura, & fauor publicus facit , vt
detur vita militia. nè feudum ſcindatur,
quod eſt indiuiduum , & non habet à
genere .*

1 PRimogenitus ✝ præcapiendo feudum ,
totam hęreditatem, vel maximam eius
partem conſequitur , & ſi legitima ex ipſo
feudo alijs fratribus ſecundogenitis non
debeatur,tamen loco legitimæ vita militia,
ſiue alimenta debentur per Conſtit. Regni
Comitibus,& de iure communi, vt per Do-
2 ctores in cap.licet,de voto, quod ſi ✝ frater
de iure francorum ſolus ſuccederet in feu-
do , & non præſtaret neceſſaria alijs fratri-
bus , talis conſuetudo eſſet diabolica, & ir-
rationabilis,dicit Abb.in d.cap.licet,de vo-
to , quia fratres priuarentur alimentis, &
3 vita militia ✝ quam habere debent ob eorũ
excluſionem à ſucceſſione portionis feudi
omni iure ſecundogeniti ſemper habuerunt
portionem feudi, & quo ad ſucceſſionem
Regni,quæ ſtrictior fuit,& de Iure Franco-
rum , & de Iure communi ſecundogenitis
dabantur alimenta ; ita omnes Canoniſtæ in
d.cap.licet,& Tiraquell.de primog.q.4. ve-
rum in feudis nõ regalibus,etiam quod ſint
feuda dignitatum; & Conſtitutio Comitibus
nihil aliud fecit, niſi quod ampliauit ius cõ-
mune, §.præterea Ducatus , ſcilicet vt non
4 ſolum ✝ primogenitus ſuccedat in feudis
Ducatus,& aliorum,& aliarum dignitatum,
ſed in omnibus , in quibus Iure Francorum
viuitur ; ergo ſicut in feudis dignitatũ tàm
in illis ex pacto , & prouidentia, quam in
feudis hæreditarijs debetur ſecundogenitis
vita militia intelligendo ſimpliciter ſine di-
ſtinctione , proùt erat de iure communi ,
cum lex non diſtinxit,nec nos diſtinguere
debemus, l. depræcatio , ff. de publician. &
& Loffred.põderat expreſsè gloſ.in d.Con-
5 ſtit. Comitibus, ad hoc quod ✝ ante ius con-
ſtituta erat de Iure Francorum vita militia,
vt per eum in d cap.1.§.præterea Ducatus,
de prohib. feud. alien. per Federic. in addit.
verſ.confirmantur etiã prædicta,immo pon-
derat tex. Conſtit.Comitibus, qui dicit mi-
litiam debitam, & ſic ante Conſtitutionem.
Vita militia quid ſit inter Regnicolos, ma-
gna eſt differentia,& controuerſia.
6 Quidã dicunt, ✝ vitã militiã eſſe legitimã,
ſiue legitimæ ſubrogatã, vti Loffred. in c.1.
verſ.quid ergo col.2.de inueſtit.de re alien.
fact Paris de Puteo in cap.de defin.feud. in
cap.antepen.nu.25. Gulielm.Pern. conſ.11.
num.11. Can er.in cap.imperialem, de pro-
hib.feud.alien.per Federic.fol.101.col.1.li-
tera G. verſ. ſi tamen inſtitueretur, Capyc.
deciſ.vlt. num 3 Tiraquell. de iure primog.
q.95. num.8. Franch deciſ.20.num.9.& 61.
nu.4 Regens de Ponte conſ.79.nu.11. Fab.
de Anna conſ.6. nu 4.
7 Alterã opinionẽ eſſe ✝ vitã militiã nõ eſſe
legitimã,nec alimenta,nec eorũ loco ſubro-
gata,ſed quodam ius ſeparatũ, & deriuatũ à
legitima , alimentis , & portione, quæ loco
partis hæreditariæ feudalis , in qua Iure
Longobardorũ fratres ſecundogeniti ſuc-
cedere debebant æqualiter cum primogeni-
to,vt ponderat Isern.in d.Conſt.Comitibus,
quem ſequitur Minad. in conſ.1.nu.67 verſ.
ex his omnibus , & in Conſtit. In aliquibus,
fol.17.num.7.& cum ſit debitum in paternis
bonis ſecundogenitũ in eo hæreditario iure
ſuccedere, Minad.d.loco, Afflict.in d.Conſt.
Comitibus, Io.Vinc.de Anna alleg.23.nu.5.
de Franch. d.deciſ.20.nu.1.& deciſ.61.nu.2.
Par.de Put.vbi ſupra c.4.nu.15.vſque in fin.
Tertia opinio , quæ verior mihi vide-
8 tur eſt, ✝ vitam militiam eſſe alimenta,ſeù
alimentis æquiparari,& alimenta eſſe,decla-
rat gloſ.in ipſa Conſtit. Comitibus, ibi (fra-
ter maior ſecundum poſſibilitatem feudi,&
rerum feudalium præſtare alimenta, & mi-
litiam fratribus minoribus) & paulò infra
verſ. ſed quis ipſa gloſ.dicit : & quis decer-
net alimenta talia illis nobilibus ; reſponde
Prætor,ſiue Iudex competens,qui habet iu-
riſdictionem in eo, l.ſi quis per ſolum, ff.de
liber.agnoſc.& l.2.vbi pupill.educ.deb.Pa-
ris de Puteo de defin feud.cap.antepen.nu.7
q.22.Afflict.in d.Conſtit. num.6.verſ & ideo
de neceſſitate num.11.& 12.& in deciſ.256.
nu.1.Fritia de ſubfeud. d.different.19.nu.2.
Cannet. in comment. extrauag. ſi aliquem ,

Digitized by Google

verſ.pariformiter fol.33a. Petr.Gregor.in
tract.de vita militia q.1.nu.1.vbi dicit, quod
9 vita punitur † de per ſe pro alimentis, quia
vna cum vita finitur, l.cum hi, §.modus, ff.
de tranſact. & militia ponitur pro ſeruitio
10 militari, † quod præſtare tenetur Domino
feudi, prout dicit gloſ. in d.Conſtit.Comiti-
bus, quam ſequitur Afflict. deciſ.138. & de-
ciſ.252. & ex alijs Maſtrill.ad Petr.de Gre-
11 gor.in d.loco addens, † hoc facit feudi na-
turam, quod eſt indiuiduum,& fauor publi-
cus nè ſcindatur in plures,non quod habeat
à genere præcipuum, neque eſt ſucceſſoris
dignitas, ſed rei natura, aut Domini fauor.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio L X.

THEMA.

Vitam militiam nõ eſſe paragium, neque portionẽ feudi, ſed onus feudi, quod debetur de fructibus feudi per primogenitum ſecundogenito loco alimentorum.

SVMMARIVM.

1 *Vitam militiam non eſſe paragium, neque legitimam portionem, vt dicit Reg.de Ponte, ſed alimenta probat Author.*

2 *Legitima nõ datur, nec detrahatur à feudo.*

3 *Vitam militiam non eſſe portionem iure naturæ, ſed introducta iure ciuili excludente ſecundogenitum.*

4 *Frater ſecundogenitus, quod habet à fratre primogenito non eſſe portionem feudi, nec legitimam, ſiue paragium.*

5 *Legitima eſt de iure naturæ, & eſt quota bonorum.*

6 *Vita militia eſt onus feudi, & ſoluitur de fructibus feudi.*

7 *Legitima detrahitur de corporibus hæreditarijs vita militia de fructibus feudi.*

8 *Alimenta cum vita finiuntur.*

9 *Vita militia loco alimentorum, & hoc eſt verum, quæ cum vita extinguitur, & nõ accreſcit alteri fratri, ſed primogenito.*

EX dictis in præcedenti Dilucidatione,
1 pateat mihi † authoritas tantorum vi-
rorum, & maximè Regentis de Ponte in d.
conſ.69.num.6. & ſeq. dicentium non poſſe
argui de vita militia ad alimenta, ſed bene
de vita militia ad paragium in omnibus ſe-
cundũ legitimam iudicari, nec quia præſta-
tur ex fructibus, & cum vita extinguitur,
propterea alimentis ęquiparabitur; nam ſi
eſſet paragiũ, vel legitima portio, quæ com-
petit filijs ſuper omnibus bonis hæredita-
rijs, & ab eis detrahitur, Capyc. dec.2.nu.2.
& per Duen.in reg.78.& eſt quota bonorũ,
l.Papinianus, §.quarta, ff.de inoffic.teſtam.
Afflict.deciſ.382. quam non poſſet habere
2 de feudo, & † legitimam de iure naturæ nõ
propriè dari in feudo, voluit Camerar. in
d.cap.imperialem fol.101.lit.V.proinde his
non allegatis Minad.d.conſ.1.num.64.dicit:
3 † vitam, & militiam non eſſe portionem
iuris naturæ, immò eſſe introductam à iure
ciuili, excludente ſecundogenitos contra
naturam ex reg.maximum vitium, de liber.
præter. quia diuideretur contra eius natu-
ram, & non detrahitur à bonis feudalibus,
nec ab emphiteuticis, Mantua in auth. no-
uiſſima, verſ.ſeptimo dubitari contingit, C.
de in offic.teſtam. Caſtrenſ.conſ.244. lib.2.
Barth.Soccin conſ.30.num.46. Capyc.d.de-
ciſ.2. num.1. vbi addent. ex quibus rationi-
4 bus colligitur, quod † illud datur fratri ſe-
cundogenito non ſit loco portionis feudi, à
quo ipſe excluditur propter primogenitũ,
neque pro legitima, ſiue paragio, quia cum
totum feudum ſit legitima ipſius primoge-
niti, non poteſt ſecundogenitus portionem
quotam, aut legitimam ſuper feudo prętendere,
& cum ipſe excludatur à proprietate
feudi, non poteſt dici, quod ſit portio valo-
ris, gloſ.& Iſern.in d.Conſtit.Comitibus, in
repet. quod procedit quando in feudo ſuc-
cedit primogenitus, ita Pariſ.alios congerẽs
in conſ.17. num.30. lib.3. nec Dominus in
bonis Regni Ducatus, Marchionatus, Faber
in d. auth. nouiſſima num.73. & ibi Mantua
verſ. octauo dubitare, Pariſ. ex alijs multis
d.cons.17.num.3. Cæſar Fiumagiol.in repet.
l.in quartam num.321.ff ad l.falcid. item
5 quia † legitima eſt de iure naturæ, & eſt
quota bonorum, l. cum à matre, C. de rei-
uendic. l.fin. §.in computatione, C.de iure
6 delib. ſed † vita militia eſt onus feudi, e xol-
uendum de fructibus, vt in d.Conſtit.Comi-
7 tibus, vbi Iſern.declarat, item † legitima
detrahitur ex corporibus hæreditarijs, l.ſci-
mus, §.repletionem, C.de inoffic.teſtam. ſed
vita militia detrahitur ex fructibus feudi, vt
diximus, item legitima eſt perpetua, & tran-
ſitoria ad heredes, d.auth.nouiſſima, de inof-
fic. teſtam. & deciſum firmat de Franch. de-
ciſ.618.& ex alijs Thor. in compend. deciſ.
in verſ. paragium debitum per fratres fol.
378.

378. col. 2. & vita militia ad hæredes non transfertur, & cum morte ſua extinguitur, vt in d. Conſtit. Comitibus, & expreſsè in in proprio caſu dicit gloſ. in dict. Conſtit. Comitibus, ipſamq; vitam militiam alimenta ſimiliter vocando, ibi (prædicta quibus alimenta non debent præſtari, niſi in vita
8 minorum;) nam & † alimenta, cum vita finiuntur, l. cum hi, §. modus in fin. C. de tranſact. Fab. de Anna d. conſ. 6. in fin. dicente pars debita, propterea dicitur legitima, quæ alio nomine debitum bonorum ſubſidium appellatur, l. ſi totas, C. de inoffic. donat. ſic vitam militiam legitimè comparari, etiam quia ad inſtar legitimè taxatur; nec obſtat, nam vitam militiam eſſe alimenta, & eorũ loco debita clareſcitur etiam per gloſ. in d. Conſtit. Comitibus, ibi (ex debito ſimiliter tenetur ad alimenta, & ad mercedes præceptorum, vt artibus inſtruatur, vt ff. vbi pupill. edue. deb. l. qui filium) & cum à portio-
9 ne feudi ſecundogenitus excluditur, † ideo vita militia ei loco alimentorum datur, quæ extinguitur cum vita ipſius fratris ſecũdogeniti, & portio illius vitæ militiæ, non accreſcit alijs fratribus, ſed tantum Domino, qui eſt primogenitus, per tex. qui non allegatur ibidem à ſcribentibus in l. Dominus, §. fin. & ibi gloſ. de vſufruct. Fritia differ. 19. num. 2. & ex alijs expreſsè ita voluit Petr. de Gregor. in tract. de vita militia q. 4. nu. 8. quod vita militia militia loco alimentorum ſucceſſit, & licet aliqui DD. in hoc variauerint, & reijcimus vt diximus. Hæc opinio verior mihi videtur rationibus, & authoritatibus prædictis.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio L X I.

THEMA.

De feudo legato de quo primogenitus ſoluit extimationem legatam, debet ſecundogenitis vitam militiam.

Quia breuis non opus alio Summario.

IN hoc eſt diſtinguendum, quando teſtator habet plura feuda legando vnum bona fide ſi primogenitus ſoluit extimationem, quia primogenitus fuit grauatus in toto feudo, videtur quod ſecundogenitus poſſit in parte feudi grauari, quia ſuper alijs feudis poteſt habere vitam militiam, non habebit ſuper iſto feudo legato, ſed quando teſtator non habet niſi vnum feudum, tunc & ſi primogenitus grauatur in extimatione, ſecundogenitus debet habere vitam militiam, quæ erit deducenda ab extimatione danda legatario, & primogenitus ſoluit vitam militiã ſecundogenito, etiam quod ſoluerit extimationem legatario; nam in extimatione non computantur fructus iuriſdictionis prouentus adiutoria à vaſſallis per Conſtit. Quamplurimum, & habet multa præcipua, & vtilia, & in ſolutione tertiariæ, vel quartariæ, & in aliquibus locis decima ſoluitur, quando alienatur aliquid per vaſſallos adoha, & releuia ſubſeudatariorum, & ſubuentionis, quæ omnia cum non ſint ſubſeudatariorũ, & cum reditibus ordinarijs feudi non veniunt in eius extimatione, etiam ſi vendantur, vt per Fritiam lib. 2. de ſubſeud. auth. 2. q. 15. num. 2, & de prouentibus iuriſdictionis criminalis, auth. 3. nu. 42. & 43. & deducitur pretium vitæ militiæ, quæ onus feudi eſt, vt pluries diximus ſecundogenitus ipſam vitã militiã habere debet à primogenito, ſi pretium vniei feudi, quod pater habebat legatum ſit, vt ex ſuperius dictis patet.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio L X I I.

THEMA.

Primogenitus habens iuriſdictionẽ criminalem in feudũ, an teneatur dare vitam militiam ſecundogeniti.

S V M M A R I V M.

1 *IVriſdictio criminalis conceſſa in feudum, non dicitur hærere territorio.*
2 *Iuriſdictionis criminalis conceſſionarius eſt, vt Iudex delegatus Domini Regis.*
3 *Iuriſdictionis criminalis conceſſionarius cognoſcit de delictis in quouis territorio, quia ſequitur perſonam.*
4 *Iuriſdictionis criminalis conceſſionarius dicitur Dominus ſecundum quid, & impropriè.*
5 *Verba debent capi in potiori ſignificatu pro habente omnem iuriſdictionem in Terra.*

6 *Verba capi debent ſecundum quod idiotæ canunt.*
7 *Iuramentum aſsecurationis pręſtari debere iuriſdictionem ciuilem habenti.*
8 *Iuriſdictionem criminalem habens, non dat vitam militiam.*
9 *Iuriſdictionis criminalis Dominus habetur loco Iudicis perpetui deputati à Regia Curia.*
10 *Iuriſdictionem criminalem hobènti, non datur ſubuentio.*

1 IVriſdictio † criminalis quando conceditur in ſeudum, non dicitur hærere territorio, quia nullum ei conceſſum eſt territorium, ſed perſonis in alieno territorio degentibus, vt notatur in ſimili in cap. contin-
2 git, de foro compet. & † ipſe conceſſionarius talis iuriſdictionis criminalis erit, vt Iudex delegatus Domini Regis in cauſis criminalibus illarum perſonarum, ſecundũ Iacob. Butrig in l. 1. de officio Præfecti Pręthorio, quem refert Afflict. in cap 1. col. 4.
3 qual. vaſſall. iurar. deb. fidel. † cognoſcit de delictis commiſſis in quouis territorio cum ſua iuriſdictio non terminatur territorio non procedit, l. fin. de iuriſd. omn. Iudic. ſequitur perſonam ſubditam quocumq; vadit ſicut lepra leproſũ caracter iuriſdictionis animæ ſubditorum imprimitur. Hęc iuriſdictio delegata eſt, non ordinaria, licet
4 data ſit in feudum, & dicitur † Dominus ſecundum quid, & non ſimpliciter; item impropriè dicitur Dominus, & non verè denominatur, quãdo diuerſis rẹſpectibus quis poſſet denominari Dominus, vt per Bart. in l. ſi quis poſtulauerit, §. penult. de adulter. in l. in venditione, de bon. auth. Iudic. poſſid. Alex. in l. ſi poſſeſſori, §. item ſi iurauero, de iure iur. Luc. de Penna in l. 1. de capit. ci-
5 uium cenſib. eximend. C. lib. 11. † verba debent capi in potiori ſignificatu pro eo feudatario, qui habet omnem iuriſdictionem in terra, Caſſan. in prohem. conſuet. Burg. fol. 4. col. 4. num. 1. & ſecundum ſubiectam materiam, vt idem Caſſan. diſcutit eandem conſuetudinẽ in tit. de foreſta fol. 373. col. 1. num. 1. in materia cauſarum criminalium appellatione Domini ſolus ille intelligitur, qui de illis cognoſcit non Dominus Terræ; item in tit. de iuſtitia, & in materia feudali
6 Dominus feudi tantum † verba tamen ſumi debent, ſecundum quod idiotę canunt, notat Bald. in cap. 1. in princ. de ſucceſſ. feud. gloſa eſt in l. quod ſi nepotes, de teſtam. tutel. niſi proferantur à viro prudente, per l. ſi dictũ, & qood habens iuriſdictionem ciuilem, ſit Dominus Terræ cauſa cognita cum conſilio virorum ſapientum, declarauit Rex Al-
7 phonſus Primus pronunciãdo iuramentum aſſecurationis præſtari debere, habenti iuriſdictionem ciuilem pro Abbate Sancti Ioannis Baptiſtæ in Lamis, cum Vniuerſitate, & hominibus Sancti Ioannis Rotundi die 25. Ianuarij anni 1443. anno nouo Regni huius, refert Fritia d. auth. 2 num. 21. circa finem
8 fol. 268. quod † habens iuriſdictionem criminalem, non dat vitam militiam ſecundogenito; quamuis in feudum ſit conceſſa, ratio eſt, quia qui habet iuriſdictionem criminalem in aliqua Terra, non dicitur habere Terram, & feudum, ſed iuriſdictionem in aliena Terra; verba iuriſdictionis Comitibus non habent locum in his, & eſt diuerſa ratio, quia non eſt Dominus Terræ, & potius Iudex perſonarum quam Dominus,
9 quamuis teneat in feudum. Nam † Dominus iuriſdictionis criminalis habetur loco Iudicis deputati à Regia Curia, eſtque Iudex, & Officialis perpetuus, à quo quando grauatur, poteſt à Rege facilius releuari, ſecus quando omni anno mutant Officialẽ, non ita exaudiuntur, docet experientia, vt per Fritiam in d. author. 2. num. 26. fol. 272.
10 vbi † concludit habenti iuriſdictionem criminalem ſubuentio non datur, & ex his vitam militiam, ſecundogenitis dare non tenetur.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio LXIII.

THEMA.

Iuriſdictionem ciuilem habens, tenetur ad vitam militiam fratribus ſecundogenitis, & non qui criminalem.

SVMMARIVM.

1 *IVriſdictionem ciuilem tantum habens, dicitur Baro, & Dominus Terræ, illiq; iuramentum aſſecurationis vaſſallorum præſtatur.*
2 *Iuriſdictio criminalis, quo ad ſubuentionem, & adiutorium nihil operatur.*
3 *Iuriſdictio ciuilis cohęret territorio, ſicut nebula ſuper paludibus, & venit ex ſimplici conceſſione territorij.*
4 *Iuriſdictio criminalis quando conceditur in feudum, non dicitur cohærere territorio.*

torio, quia non habet territorium.

5 *Vniuerſitas quãdo congreat populum pro ſuis negotijs debet interuenire officialis iuriſdictionis ciuilis.*

6 *Iudex criminalis præcedit Iudicem ciuilem.*

7 *Iuriſdictionem ciuilem habens, tenetur ad vitam militiam ſecundogenitis, quia habet ſubuentiones, & eſt onus reale, & ſequitur rem, & tertium poſſeſſorem.*

1 IVriſdictionem † ciuilem tantum habẽs, dicitur Baro, & Dominus Terræ, illique iuramentũ aſſecurationis per vaſſallos præſtari debet, vt determinatum firmat Fritia, vt in præcedenti parte diximus, ac Præſ. de Franch. in deciſ. 131. num. 3. & ſeq. dicens quod ipſe erit Dominus, & Baro, etiã quod iuriſdictionem criminalem non habeat, quæ
2 † criminalis iuriſdictio in materia adiutorij, & ſubuentionũ nihil operatur, poſt Capyc. in deciſ. 27. plenè Fritia de ſubfeud lib. 2. author. 2. num. 20. verſ. quando in vna Terra fol. 169. & † iuriſdictio ciuilis eſt, quę cohę-
3 ret territorio, ſicut nebula ſuper paludibus, dicit Bal. in cap. 1. de allodijs, Angel & alij in l. 1. de iuriſd. omn. Iudic. iuriſdictio ciuilis venit ex ſimplici cõceſſione facta alicui alicuius Terræ, vt Iſern. dicit in §. præterea ſi quis infeudatus ineſt inconcreto, & eſt inſeparabilis ab ea poteſtate cohærendi, quæ cohæret territorio, vt dicitur in §. territoriũ, notat Bal. in l. fin. de conſt. Princ.
4 at † iuriſdictio criminalis qñ conceditur in feudũ, nõ dr̃ adhærere territorio, quia nullũ territoriũ ei cõceſſũ eſt, ſed pſonis in alieno territorio degentibus, & habitanſibus, vt diximus, & proinde habens iuriſdictionem ciuilem, dicitur Baro, & Dñus, vt per Franch.
5 loco iam dicto, in parlamẽtis quãdo † Vniuerſitas vult congregare populum, debet interuenire Capitaneus cauſarum ciuilium, Capyc. d deciſ. 27. in 5. dubio, Io. Anton. de Nigr. in Capit. ſiue Pragmat. Regni Illuſtr. Viceregi num. 41. fol. 240. & in nundinis vexillum portat officialis ciuilis, Capyc. in d. deciſ. 27. in dubio 11. Campan. in d. cap. nu. 48
6 & quamuis † Iudex criminalis præcedat ciuili, vt per Foller. in Conſlit. Regni Iuſtitiarij nomen, nu. 18. & ita in Tribunalibus, ſeù Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ huius fideliſſimæ Ciuitatis ſeruatur, ſed cauſa vt habens iuriſdictionem ciuilem, teneatur vitam militiã ſoluere ſecundogenitis eſt, quia habet ſubuentionem, & alia, quæ clarè hoc
7 demonſtrant, & quia † vita militia eſt onus reale, & ſequitur rem etiam tertium poſſeſſorem, vt per Iſern. in Conſtit. in aliquibus, col. 6. verſ. quid ſi deſinet habere feudum, Pet. de Gregor. in ſuo tract. de vita militia q. 11. nu. 4. & debetur de bonorum feudalium fructibus, vt in d. Conſt. Comitibus, vbi Afflict. in 6. q. verſ. quinto not. & Petr. Greg. in d. tract. q. 5. num. 1. & ſeq. & ſi ex iuriſdictione criminali proueniunt prouentus non propriè fructus ex bonis feudalibus, ex quibus ad vitam militiam nõ tenetur, quod eſt ſecus in iuriſdictione ciuilem habentem, qui ad vitam militiam fratribus tenetur.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio LXIV.

THEMA.

De Caſali, ſiue Terra iure emphiteuſim conceſſa pro aliquo Canone primogenitus ſuccedẽs ad vitam militiam, ſecundogenitis non tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus ad vitam militiam tenetur quando ſuccedit in feudis, non quando in allodijs.*

2 *bona conceſſa in feudum abſque ſeruitij, cenſentur francã, & non exigit adiutorium à vaſſallis, quia ipſe non ſeruit.*

3 *Conceſſio ſi ſit in emphiteuſim, licet quo ad Baronem non ſit feudum quo ad vaſſallos ſunt burgenſes, & ideo tenentur præſtare adiutorium.*

4 *Vaſſalli burgenſes tenentur iurare Domino Terræ.*

5 *Conſtitutio quamplurimum, vocat illos, qui tenentur adiutorium præſtare.*

6 *Adiutoriũ debetur Domino Terræ ratione dominij.*

7 *Natura, & origo rei perſpicitur contra, qua non currit præſcriptio.*

HOc caſu videtur dicendum, vitam militiã non deberi, cum Conſtitutio Comitibus,
1 loqui videtur de feudis, quando † primogenitus ſuccedit in feudis, ſed non in allodijs, & ſi conceſſio ſit facta abſque onere adohæ Caſale, ſiue Terra videtur libera, vt per Iſern. cap. 1. §. huius autem generis, in addit. ex quib. cauſ. feud amitt. & ibi per add. lit. X. maximè ſi conceſſio ſit in Eccleſijs, vel ab Eccleſijs, vt per Afflict. in Conſt. quamplu-

rimum,

Digitized by Google

2 rimum, not.9. quia † non præſtando ſerui-
tium, videtur feudũ francum, quo caſu Ba-
ro, ſiue Dominus non exigit adiutorium à
vaſſallis, ea ratione, quia ipſe non ſeruit,
ſic in ſpecie dixit Bal. in cap.1. in princ. col.
vlt. de cap. qui cur. vend. quem ſequitur Ca-
pyc. verſ. feud. adiut. col. pen. verſ. & quan-
3 do, nam & ſi † cōceſſio ſit in emphiteuſim,
vt per Iſern. in Conſtit. Iuſtitiarij nomen,
Marian. Soccin. in cap. verum colum. fin. in
cap. conqueſtus, not. 2. de foro compet. mul-
ta Felyn. in cap. ſolitæ, de maior. & obedient.
nihilominus licet apud Baronē, quo ad Re-
gem non ſit feudum, tamen quo ad vaſſal-
los ſunt burgenſes; & ideo tenentur præſta-
re adiutorium, vt optimè Iſern. in Conſtit.
quamplurimum, col. fin. vbi ad literam, &
idem in cap.1. verſ. vt autē æquitas, de pace
iuram. firm. & in cap.1. §. extraordinaria col-
4 latio col.2. quæ ſunt regal. † & tales vaſſal-
li tenentur iurare Domin. Terræ, vt idem
Iſern. in cap.1. qual. vaſſall. deb. iur. fidelit.
5 inſuper Conſtitutio Regni Quamplurimũ,
vocat illos, qui tenentur præſtare adiuto-
rium homines, & gloſ. ibi primo vocat ſub-
ditos, & inferius vocat villanos, & in verſ.
moderatè vocat vaſſallos, vnde cum con-
ceſſio in emphiteuſim ſint homines ſubditi,
6 & vaſſalli Baronis tenentur ad adiutorium,
quod debetur Domino ratione dominij, vt
dicit Fritia in 2. author. in verſ. poteſt etiam,
in fin. ſufficere petentem eſſe Dominũ, dum
præſtātur adiutorium, & ſubuentiones, vt in
ſimili fuit deciſum per Sacrum Conſilium
referente de Franchis cum exemplis alijs,
& multa pro iſta adiutoria in deciſ.131. per
totam, etiam quod cōceſſio ſit ab Eccleſia,
in qua non cadunt adiutoria pro matrimo-
7 nijs filiorum, nec pro militia, quia † natura,
& origo res perſpicitur, vt in l. Attilicinius
ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. contra quæ nec
currit præſcriptio, vt ex alijs per Franch. in
d. deciſ.131. num.34. dum adiutoria, & ſub-
uentiones, quæ pro vita militia etiā ſoluun-
tur, teneo de Terris, & Caſalibus taliter cō-
ceſſis vitam militiam ſecūdogenitis deberi;
nam qui vult antecedens, vult & neceſſario
conſequens.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio L X V.

THEMA.

Vita militia an detur in feudis ex pacto, & prouidentia, vel hæreditarijs, aut Iuris Francorum.

S V M M A R I V M.

1 *PRimogenitus ſuccedens in feudis, tenetur alimēta præſtare fratribus minoribus, quorum loco eſt vita militia.*

2 *Hæreditate ex ſtatuto, vel conſuetudine delata primogenito tenetur fratribus minoribus ad alimēta iuxta facultates.*

3 *Primogenitus ſuccedens in feudo dignitatis hæreditario, vel non, tenetur ad alimenta ſecundogenitis.*

4 *Conſuetudo, ſeù lex nullam æquitatem cōtineret, ſi filij mendicare cogerentur, eſſet iniqua, & ſic extirpanda.*

5 *Conſtitutio Regni ampliat diſpoſitionem iuris communis, quod in omnibus feudis primogenitus ſuccedit, tenetur ad alimenta, ſeù ad vitam militiam ſecundogenitis.*

6 *Lex non diſtinguens, nec nos diſtinguere debemus.*

7 *Leges ſi ordinet primogenitum ſucceſſorem in feudis, quibus res præſtare alimenta ſecundogenitis ab eis non eſt recedendum.*

ET ſi de hoc aliquid prædiximus plenius
1 explanando dico, † Doctores in cap. li-
cet, de voto, dicunt de iure communi in
feudis dignitatum, in quibus ſolus primoge-
nitus ſuccedit, ipſe debet dare alimenta ſe-
cundogenito, & vita militia eſt loco alimen-
torum: non debemus recedere à iure com-
muni, niſi quatenus tangit ratio decidendi,
l. præcipimus, C. de appellat. & in tantum
eſt ratio, quod tām in feudo hæreditario,
quàm in feudo ex pacto debeatur vita, &
militia, Io. Andr. in reg. ſine culpa, de reg.
iur. in 6. in mercurialibus quem refert, &
ſequitur Abb. in d. cap. licet, num.10. in fin.
2 de voto, dixit, quod † ſi hæreditas ex con-
ſuetudine debetur primogenito, tunc debet
ſubuenire ſuis fratribus iuxta facultatem
hæreditatis alias eſſet irrationabilis; in ſta-
tutis enim ſemper fieri debet interpretatio,
vt minus recedatur à iure communi, quan-
do fieri poteſt, Abb. in cap. dilectus, col. fin.
3 de conſuet. † ſed in feudis dignitatum, in
quibus de iure communi ſolus primogeni-
tus ſuccedit, debet ipſe dare alimēta ſecun-
dogenito nulla habita ratione, ſi eſt feudum
hæreditarium, vel ex pacto, ita in caſu ſta-
tuti, ex Conſtitut. noſtra Comitibus, ſemper
quod primogenitus ſuccedit, debet dare vi-
tam, & militiam, non diſtinguendo in feudo
ex pacto,

Digitized by Google

ex pacto, intelligitur in omnibus, & prout ius commune diſponunt ſtatutum, ſeù lex noua recipit interpretationem paſſiuam, ſecundum iuris communis diſpoſitionem l. 1. §. lex falcidia, ff. ad l. falcid vbi Bart. & DD. Oldrad. conſ. 224. col. 7. in fine, Det. in conſ. 35. col. 3. ſed de iure communi vt ſupra dictum eſt, in quibus primogenitus ſuccedit in feudis dignitatum, tenetur ad alimenta, item dicta Conſtitutio dat vitam, & militiam ſecundogenito ſic in feudo ex pacto, ſicut in hæreditario, & idem eſt de iure communi in
4 alimentis, & iſta † conſuetudo, ſeù lex nullam æquitatem contineret, ſi filij mendicare cogerẽtur, & eſſet iniqua, & irrationabilis, & ſic tollenda tanquam corruptela, per text. in authent. vt nulli Iudic. §. nulli vero, verſ. malè enim, Iſern. in Conſt. in aliquibus, in princ. Apoſtillantes conſuet. Neapol. fol. 221. lit. E. & ſi de iure communi in feudis dignitatum primogenitus dat alimẽta ſecundogenito egenti, vt non cogetur mendicare Conſtitutio Comitibus, ſi dat diuiti, & non egeat, & etiam pro vita militia prætexta, prout in ea dicitur non ex hoc eſt exci-
5 tandum, quia † Conſtitutio ipſa ſolum ampliat diſpoſitionem iuris communis, §. præterea Ducatus, vt non ſolum primogenitus ſuccedat in feudis dignitatum, ſed in omnibus, in quibus Iure Francorũ viuitur, ergo ſicut in feudo dignitatũ tàm illis ex pacto, & prouidentia, quàm in feudis hæreditarijs primogenitus dabit vitam, & militiã quando ad inſtar, §. præterea. Conſtitutio ampliauit in omnibus feudis, & etiam dat vitã, & militiam, intelligendum eſt indiſtinctè, & ſimpliciter, prout erat de iure communi, & in omnibus feudis Iuris Francorum abſque
6 diſtinctione, cum † lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l. de pretio, ff. de
7 public. cum vulgat. & † ſi lex feudalis dat alimenta, vt in §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Federic. & in d cap. licet, de voto, docent Doctores in feudis dignitatum, Conſtitutio Comitibus ſuperueniendo ampliauit omnibus feudis, in quibus primogeniti ſuccedunt, ſiue ſint ex pacto, & prouidentia, ſiue hæreditaria, vel Iuris Francorum, maximè quod DD. qui de feudis ſcripſerunt in hoc nulla datur differẽtia, vt Frieia in 1. different. & ſic ab Ordinarij à legibus non recedendum.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio LXVI.

THEMA.

Vitam, & militiam in linea tranſuerſali, vtputa quando moritur frater, poſſeſſor feudorum, & alij fratres minores eam petũt à fratre maiore ſuccedente in feudis non deberi. deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus de Iure Regni ſucceſſor in feudis, tenetur dare vitam militiam fratribus ſecundogenitis.*

2 *Iurium prouiſio, quæ dat vitam militiam ſecundogenitis, intelligitur de filijs ſecundogenitis deſcendentibus, non in collateralibus.*

3 *Cap. conſiderantes, ſi introduxit primogenituram inter collaterales, non dedit inter eos vitam militiam dari.*

4 *Ius Francorum, & lex Regni introduxit primogenituram, nè feuda diminuerentur.*

5 *Vita militia fuit introducta, nè ſecundogeniti in totum excluderentur.*

6 *Secundogeniti excluduntur per ius Francorum, ſed eis dantur alimẽta, ſiue vita militia.*

7 *Rationes ex quibus frater ſecundogenitus ſuccedens fratri primogenito in feudo tenetur dare alimenta alijs fratribus poſt eum natis.*

8 *Dotata de bonis paternis, non excluditur ſuccedere bonis fraternis, ad quod plures adducuntur deciſiones.*

9 *Soror dotata de bonis patris, excludit ſororem in capillo, quando fuit dotata de bonis fratris, ſecus ſi de bonis patris.*

10 *Conſtitutio Comitibus, & cap. alienationis actus, loquuntur in filijs deſcendentibus, & nulla alia lex in collaterali loquitur.*

11 *Deciſiones adducuntur in linea collaterali, licet non in fratre.*

12 *Caſus nouus per Principem interpretandus, & per eum dirimi, aut confirmari, & confirmata habet legis vigorem.*

13 *Conſtit. Comitibus nullo modo fuit exercitata in linea collaterali.*

14 *Vita militia non dari in caſu in conſtitutione Comitibus non comprehenſa.*

15 *Ratio-*

15 *Rationes, quod vita militia per ſecundogenitum ſucceſſorem fratris primogeniti in feudo paterno nõ dari vltimis genitis.*
16 *Res ſemel decimata, non debet iterum decimari.*
17 *Res eadẽ non debet duplici onere grauari.*
18 *Alimenta in eadem perſona non duplicantur.*
19 *Fauoris quod eſſet in odiũ retorqueretur.*
20 *Paupertas, & tenuitas introytuum faceret, deficere eques, & alia ad ſeruitium Domino redendum neceſſaria.*
21 *Vitam militiam à fratre maiore ſucceſſo in feudis fratris primogeniti, alijs minoribus non deberi, deciſum.*
22 *Vitam militiam à fratre de feudis ab alio fratre habito alijs fratribus non deberi, multis authoritatibus comprobantur.*
23 *Opinio, quod frater fratri de quo feudo, & quando ad vitam militiam tenetur.*

1 EX † regula, quæ oritur ex Conſtitutione Comitibus, & ex cap. Regni alienationis actus, in quibus vitam militiam à
primogenito fratre dari alijs fratribus ſecundogenitis feudo paterno primogenito
collato ex Iure Francorum quo vtimur in
in Regno vigore Conſtitutionis Vt de ſucceſſionibus, ſecundogenitis fratribus, & ſororibus excluſis; ita vt feudum totum dicatur legitima primogeniti, vt prædiximus in
Dilucid. 26. & iſtis ſecundogenitis fratribus
ex Iure Francorũ, ex lege Regni, & ex forma inueſtituræ prouidet dicta Conſtitutio
Comitibus, & cap. Alienationis actus, & ſic
leges Regni dari vitam, & militiam, imponendo onus feudis, & paternis, ac communis
patris, ibi (occaſione eorũ, quæ a communi
patre, frater maior habere dignoſcitur quilibet tempore militiam ſibi debitam) vt ex
2 tex. d. Conſtit. & cap. ſecundum, quæ † prouiſio de vita, & militia eſt ſolum filijs, & deſcendentibus, non autem in linea tranſuerſali, ſiue collaterali, & ita intelligunt Iſern.
ibidem in Conſtit. Comitibus, & Aff. nu. 20.
& clarius Iſern. in Conſtit. Vt de ſucceſſionibus, num. 80. circa finem, vbi dixit, quod
non datur primogenitura in linea collaterali, qui intelligendus eſt ad finem dandi vitam militiam, vel legitimã portionem alijs
fratribus, & de Iure Conſtitutionum Affl.
in cap. 1. §. omnes filij num. 6. ſi de feud. fuer.
controuerſ. & in d. Conſtit. Vt de ſucceſſionibus num. 18. & ſi Rex Carolus Secundus
3 poſt Conſtitutionem iam dictam per † cap.
conſiderantes, introduxit primogenituram
in linea collaterali, non dedit vitam, & militiam ſecundogenitis, nec ex dicto capitulo
nec ex d. Conſtit. Comitibus, non enim curauit Carolus Secundus de vita militia in
linea collaterali, quemadmodum fecerat iũs
Francorũ in linea deſcendenti, nec ex vlla
alia iura Regni vita militia datur niſi per
dictam Conſtitutionem, & cap. Alienationis
4 actus, & † Ius Francorum cum introduxit
primogeniturã ex cauſa rationabili, nè feuda per diuiſionem redderentur ad nihilum,
ſed conſeruetur vnitum per primogenitũ,
per quem repreſentatur dignitas familię, vt
per Socc. conſ. 47. nu. 6. lib. 3. Pariſ. conſ. 72.
5 num. 81. lib. 4. vt † ſecundogeniti non eſſent
in totum excluſi, à quo eis debetur, & feudum erat indiuiduum filijs maſculis, dedit
vitam, & militiam, per d. Conſt. Comitibus,
& fęminis paragium, vt per Regnicolas ibidem in Conſt. Vt de ſucceſſionibus, & Conſtit. in aliquibus, & hæc eſt vera ratio introductionis, vitæ, & militiæ, & vltra iam dicta
voluit Camer. in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus fol. 102. de prohib. feud. alien.
per Federic. & prædixerat Iſern. in d. Conſt.
Comitibus lin. 80. ibi ęquiparantur lex, &
mos idem Loffred. in d. §. præterea col. 7.
fol. 61. in princ. & idem Iſer. in eadem Con-
6 ſtit. Comitibus, dicit, † excluditur à ſucceſſione minor Iure Francorũ loco partis ſibi
debitæ, à qua excluditur, quia dantur ſibi
alimenta, & militia, ſicut paragium dotis ſorori excluſæ, & ſi aliqui dicunt vitam militiam dari ſecundogenito loco portionis, quę
7 ſibi competeret ſuper illo feudo, nec † ratio procedit tàm in prima vice, quàm in
ſecunda, dum tractatur de ſucceſſione fratris, ſicut enim de Iure communi fratres
ſecundogeniti nè dum ſuccederẽt pro rata
pretij morienti, ſed etiam in portione, in
qua ſucceſſit vnus ex filijs deinde morienti
ſuccederent reliqui fratres ſuperſtites, ita
etiam dicendum erit, quod frater ſecundogenitus, qui ſuccedit fratri primogenito in
feudo, debet fratribus minoribus dare hanc
vitam militiam, quæ debetur pro alimentis
loco dictæ portiones, à qua ipſi excluduntur, & ſimiliter ſoror, quæ habuit paragium
de bonis paternis, non poteſt habere nouũ
paragium ſuper bonis fraternis, vt per Afflict. in deciſ. 248. & cum conſtitutio excludit fœminas propter dotationem illa cenſetur excluſa à ſucceſſione illius, de cuius bonis fuit dotata, iuxta tex. in l. quoniã nouella, C. de inoffic. teſtam. & in l. vt liberas, C.
de collat. & dicit Afflict. in d. deciſ. 248. nu. 6.
Soccin. in conſ. 127. num. 5. lib. 4. in 1. memb.
ſuæ diſtinctionis, & hanc dicit eſſe communẽ
opinionem Afflict. in Conſt. Regni in aliqui-
8 bus, num. 21. & 22. hinc eſt, quod † dotata
de pa-

Digitized by Google

de paternis bonis, non excluditur à ſucceſ-
ceſſione fraterna, quamuis frater non ha-
buerit alia bona, quam ea, quæ ſibi obuene-
runt ab hæreditate paterna, quia mutatio-
ne perſonæ mutatur conditio rei, l.Paulus,
alias incipit per Procuratorẽ, ff. de acquir.
hæred.l.fin.in fin ff.de inoffic.teſtam. Angel.
conſ.52.incip.Dominus Gilius, Rom. conſ.
168.in primo dubio, Aret. in l.1. §.veteres
num.72.ff.de acquir.poſſeſſ.& ibi Iaſ nu.21.
Io.Vinc.de Anna in alleg.70.à nu.30.vſque
ad num.36.& ita fuit iudicatum in cauſa Il-
luſtriſſ. D.Iſabellæ de Aragonia, cum Illu-
ſtriſſ. Duce Montis Alti, vt idem de Anna
refert in alleg.70. nu.77. & iterum in cauſa
illorum de Iaſio, vt idem dicit in alleg.34.in
fine, & in allegat.81.num.1. firmat, & ex hac
ratione iunctis ſupremis Tribunalibus Sa-
cri Regij Cõſilij, & Regiæ Cameræ Summa-
riæ fuit pluries vniformiter determinatum
Primo in cauſa illorum de Sorianis. Secun-
do in cauſa Ioannis Franciſci Comi. Tertio
9 in cauſa illorum de Venatis, quod † ſoror
dotata à patre, dum tractatur de ſucceſſio-
ne fratris in feudo, quod peruenit ad fratrẽ
ab hæreditate patris excludat ſororem in
capillo, intelligendo conſtitutionem vt de
ſucceſſionibus, procedere quãdo fuit dota-
ta de bonis fratris, ſecus ſi de bonis pater-
nis, vt per Franch. deciſ.328. hæc vltima, &
ſi videntur in aliquo rationem dare, vitam
militiam deberi in linea collaterali, tamen
ex ſuperius dictis, & ſi ſunt eliſa, nullo mo-
10 do ſubſtineri poſſunt. Primo, quia † nulla
Conſtitutio, vel cap. Regni comprehẽdit, &
loquitur de vita militia, maximè in linea
collaterali, & Conſtitutio Comitibus, & cap.
alienationis actus, loquũtur in linea deſcen-
denti, ad lineam collateralem extendi non
poſſunt cum ſit ſtricti iuris, & ex identitate
rationis ad ſimilia, & conſequentia nõ pro-
cedunt, & à verbis eorũ non recedi, & quod
non dixerunt, noluerunt, & ſi pro ſecundo-
genito petente vitam, & militiam à fratre
de feudo alterius fratris mortui, & ſic in
11 † linea collaterali poſſet adduci deciſio Sa-
cri Conſilij per Capyc. quæ eſt vltima, &
opiniones Afflicti, Loffredi, & Minadoi te-
nentium in ſucceſſione auunculi deberi vi-
tam, & militiam, & ex eis in linea collatera-
li deberi, Io. Andr. Georg. in alleg.8. nu.21.
ergo idem in ſucceſſione fratris per dictam
deciſionem Capycij, quæ in hoc interpreta-
tionem generalẽ induxit; aduertatur, quod
Iſern. in d.Conſtit. Comitibus, de patruo, &
12 nepote loquens, quod tanquã † caſus nouus
per Principem erit interpretandus, vel ad
eum, qui interpretari habet dubia, allegat
tex. in l.cum de nouo, C de leg. quæ
ſecundum Bald. ita ſumantur, quod dubita-
tio ſuper noua lege nouiter emergẽs, debet
dirimi per interpretationem cõditoris, ſub-
dit poſtea non intelligas, quod non poſſit di-
rimi per Iudicem, cauſæ inter litigantes, ſed
inter vniuerſos debet dirimi per condito-
rem, & tunc habet vim legis generalis, ad
quod eſt tex. ſimilis in l.humanum, eod.tit.
C. de leg. vbi quando contigit caſus nouus,
ſuper quo oportet ſtatui, recurritur ad Prin
cipẽ, ſi Princeps procedendo cum ſuis Pro-
ceribus, ſtatuit per ſcripturam, lex tunc pro
omnibus promulgata erit, deciſio Capycij
ſi fuit remiſſa ad Cæſaream Maieſtatem, &
per eum non fuit proceſſum, ſed negotium
remiſſum ad Iudices ordinarios, non fuit in-
terpretatio generalis, ſed deciſio particula-
13 ris in illo caſu, & nullo modo dictã † Con-
ſtitutionẽ Comitibus fuiſſe enixam in linea
collaterali, expreſsè dicit Minad. in repet.
Conſtit. in aliquibus, num.12. ſubdit, quia
ex tali reſcripto nullo modo videbatur, poſ
ſe obtinere quãdo ſuccederetur collaterali,
oportuit, quod pro ſuo clientulo oſtende-
ret ſucceſſionem illam deberi inter deſcen-
dentes ab aſcendente primo acquirente.
reſcriptum enim Imperatoris (inquit ipſe)
per quod voluit non dari extenſionem in
collaterali, fecit legem, allegat tex. in l.ſed
quod Principi, inſtit. de iure nater. gent. & ci-
uil. & antea num.7. dixerat, quod hæc ſunt,
quæ fuerant repetita per Loffred. pro eodẽ
ſecundogenito, & omnia patent ex dictis
eiuſdem Minad. in conſ.1. in fine, enim con-
cludondo dicit, quod in illo caſu currenti
ſumus in feudo aſcendentis, & ſic prædictus
Dux, & fratres ſuccedũt dicto Comiti Alia-
ni vt deſcendentes primi inueſtiti, ergo de-
betur legitima per iura vulgaria, & per ſu-
perius allegata laus Deo, & ſubdit, fuit iudi-
catum in fauorem mei clientis parentis vi-
tam militiam, & fuit res mirabilis omnibus,
& Capyc. in d.deciſ.num.5.dicit, & cum iam
Sacrum Conſilium iudicauit in hoc eſſe dan-
dam vitam militiam, ex quo eſt ad inſtar le-
gitimæ, & ſic patet vita militia fuit tanquam
legitima data: quia erat inter deſcendentes,
cui nihil erat alias datum, alias obſtabat re-
ſcriptum Imperatoris anni 1530 relatum
14 per Minad. in d.nu.12. dictantem, quod † vi-
ta militia non præſtaretur in caſu, in conſti-
tutione non comprehenſo, nec de extenſio-
ne aliqua tractari debere. Cuius cõcluſionis
15 † rationes vltra iam dicta eſſe poſſunt.

Primo, Doctores tenentes contrarium,
non bene fundãt eorum intentionem, adeo
quod eorum opinio non ſubſiſtit.

16 Se-

16 Secundo, † Res ſemel decimata, non de-
bet iterum decimari, cap.paſtoralis, de de-
cimis.
17 Tertio, nam † eadem res duplici onere
grauaretur, l. Nauis onuſto, §.1.ff.ad l.Rod.
de iactu, Iſern.in cap.1.§.& plauſtrorum,
in fin. quæ ſint regal.
Quarto, ſi hac vita militia datur pro ali-
18 mentis, vt prædixi † alimenta in eadem,
perſona non debet duplicari, vt per Cyn.in
l.cum quæſtio,in fin.C.de legat.Bar.in l re-
coniuncti nu.42.ff.de leg.3. vbi Iaſ. nu.174.
qui communiter allegant tex.in l.alimenta,
§.Baſilicæ,de aliment.& cibar.legat. ibique
etiam Doctores.
Quinto, quia ex hoc fraudaretur intentio
Regis Caroli, & Iuris Francorum, vt plus
haberet primogenitus, & per eum conſer-
uaretur dignitas familiæ, vt diximus. Nam
ſi plures eſſent fratres, & ex morte cuiusli-
bet ſæper detraheretur vita militia, ſecun-
dogenitus plus haberet in pretio, & in tot
vitijs militijs, quam primogenitus, & ſic
19 † quod in fauorem primogeniti introductũ
eſſet, retorquerentur in odium, contra text.
in l.quod fauore, ff.de leg.
Sexto, quia ſeruitium Regis directi Do-
mini perſonale, quod habere debet, iuxta,
notata per Iſern.in cap.Imperialem, §.fir-
miter, de prohib.feud.alien.per Federic. ob
20 eius † paupertatem deficerent equi, & alia
neceſſaria ad ſeruiendum ſuis expenſis, vt
per Iſern.in cap.1.§.ſi quis dicatur Dux, &
in Conſt.Regni Hoſtici, & in cap.Regni Itẽ
quod Comites, & Barones, reale etiam ſer-
uitium ob tenuitatẽ introytus propter tot
vitas militias, vnde cum tractatur de dimi-
nutione ſeruitij ipſius Domini, dicta Conſti-
tutio nec ex æquitate extendi poteſt, & pro-
inde iuſtiſſimè per Sacrum Conſilium refe-
rente Cõſiliario Domino Horatio Marche-
21 ſio die 4. Octobris 1592. † fuit deciſum vi-
tam militiam petitam per fratrem minorẽ
ab alio fratre maiore, qui ſucceſſerat in feu-
dis primogeniti fratris defuncti non deberi,
22 pro qua deciſ. † vide Conſ. Fab.de Anna,
cõſ.6.qui latè ſcripſit pro Marchione Cam-
paneæ primogenito; ex Cannetio in cap. ſi
aliquem fol.33.num.53. quam deciſionem,
& alias refert Reuerendus Pater Molfeſius
in ſuo conſ.9.num.6.ac Thorus in compend.
deciſ.verſ.vita, & militia debita per primo-
genitũ fol.579.col.1.allegat Mart.in tract.
de iuriſd. inter Iudicem laicũ, & eccleſiaſt.
exercend.par.4.caſu 24.num.35. dictamque
deciſionem pro, & contra refert Conſil.Ni-
col.Ant.Gizzarell.deciſ.77.per totam, quod
23 in hoc alio opus non eſſet, † & contraria,
opinio poſſet forſan ſubſtineri, nõ in feudo
paterno, ſed in feudo fratris, vel alterius
cõiuncti, cui fratres omnes ab inteſtato ſuc-
ceſſerit, & primogenitus tunc temporis feu-
da caperet ex conſuetudine.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio LXVII.

THEMA.

Vita militia an detur de feudo re-futato à patre ad ipſum reuerſo.

SVMMARIVM.

1 *Pater in feudo à patre donato venit iure reuerſionis, & aſcendẽs ſuccedens in feudo antiquo, & dicitur vera ſucceſſio.*

2 *Pater in feudo filio donato, ſiue refutato, ſuccedat vti deſcendens à primo acquirente.*

3 *Pater ſuccedẽs filio ad onera hæreditaria, & ad ſolutionem releuij ad vitam militiam fratribus tenetur, ſiue alijs ſuis filijs.*

4 *Conſtitutio Comitibus, & cap.alienationis actus, non proſpexerunt de patre ſuccedente filio præmortuo, & prouidet ad ea, quæ frequenter accidunt.*

5 *Poſſeſſor feudi quamuis ſit in rem, ſucceſſor non eſt vniuerſalis heres, ſed particularis ex contractu, ex quo contractu non tenetur ad vitam militiam.*

6 *Conſtitutio non loquitur de aſcendẽtibus, ſed eo, qui nunquam poſſedit feudum, qui vitam militiam ſoluere debet.*

7 *Conſtitutio non loquitur de his, qui ſuccedunt in feudo, qui prius fuerint Domini.*

8 *Succeſſio in feudis non eſt per ſaltum, ſed per gradum, & ſucceſſiuè per lineas.*

9 *Tranſuerſalibus nõ datur ſucceſſio, donec ad tunc deſcendentes, & aſcendentes.*

10 *Collateralis non excluditur à portione, à aſcendentibus, vel deſcendẽtibus exiſtentibus, quia nulla eſt ei debita dictis exiſtentibus.*

11 *Feudum non dicitur fraternum, ſed potius paternum, & ad ipſum patrem reuerti, ceſſante cauſa refutationis.*

12 *Fratres ſecũdogeniti in feudo reuerſo vitam militiam habere non debent.*

13 *Patre refutante, mortuo refutatario, excludit*

cludit omnes alios, opinio indubitabilis
eſt, & deciſum.

14 *Refutationes præſententur in Regia Ca-*
mera infra quindecim dies ex pragma-
tica.

15 *Patre ſucceſſo filio in feudo refutato, fra-*
tres vitam militiam non habent, quia
non debetur niſi mortuo aſcendente.

16 *Qualitas iuncta verbo, debet regulari ſe-*
cundum tempus verbi.

17 *Secundogeniti rationes non ſubſiſtunt, &*
& indubitatum eſſe patrē de feudo refu-
tato, et reuerſo ad vitam militiam non
teneri.

ISta quæſtio dependet ab alia, nempè ſi pa-
ter in feudo refutato filio habeat iure re-
uerſionis, vel habeat tanquam hæres, & iure
ſucceſſionis, Iſern. tangit hanc difficultatem
in cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud. nu. 8. & in cap. 1.
verſ. & filius fratris col. 3. num. 5. Imperator
Lotharius, & in cap. 1. in fine, de eo, qui finē
fecit agnat. num. 3. & in cap. 1. nu. 9. per quos
fiat inueſt. & in cap. 1. num. 8. de alien. feud.
patern. in quibus locis videtur concludere
1 Iſern. † patrem ſuccedere ſaltim iure re-
uerſionis, & notant Aluarot. & Præpoſ. in
d. c. 1. de nat. ſucceſſ. feud. ſed D. de Franch.
in deciſ. 3. num. 2. bicit, quod aſcendens ſuc-
cedendo deſcendenti in feudo antiquo, di-
catur vera ſucceſſio, per text. in cap. 1. de
eo, qui finem fecit agnat. de feud. patern. ibi:
(vult ad ſucceſſionem venire, & in fine po-
nitur verbum ſuccedat, ad idem tex. in Con-
ſtit. Regni Foriudicatorum Baroni, vbi gloſ.
in verſ. aſcendentes, & in Conſtit. ſeq. verſ.
ſanè, & in vtroque loco Iſern. loquitur per
verbum ſuccedere, & ex alijs hoc firmat D.
2 de Franch. in d. deciſ. 3. d. num. 4. † & ſucce-
dit pater filio cui facta fuit donatio, ſiue re-
futatio tanquam deſcendens primi ex Iſer.
in d. cap. 1. §. præterea, pen. col. verſ. potius
diceretur, quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt. &
alijs, & ita iunctis aulis fuit iudicatum, quod
3 † pater teneretur ad onera hereditaria pro
concurrenti valore feudi, vt in fine deciſio-
nis prædictæ, & ſic tenetur ad ſolutionem
releuij, & ad alia, vt per Fritiam de ſubfeud.
in 3. author. num. 19. 20. & 21. fol. 319. & 320
latè. Nam licet iura, & DD. dicant reuerta-
tur, intelligitur per viā ſucceſſionis, vt per
D. de Franch. in d. deciſ. & ſic ex iſta conclu-
ſione, quod pater ſuccedat tanquam hæres
filio in feudo refutato, reſultat regula gene-
ralis in Conſtit. Comitibus, quod pater qui
excludit filios à ſucceſſione primogeniti
præmortui dabit vitam militiam alijs filijs;
ſed in contrarium multa adducuntur.

4 Primo, quod Conſtitutio Comitibus, &
cap. alienationis actus, qui de vita militia lo-
quuti fuerunt, non proſpexerunt hunc caſū,
quando pater ſuccedit filio in feudo refuta-
to, quia hoc raro euenire ſolet, Conſtitutio
prouidet ad ea, quæ frequenter accidunt, l.
nam ad ea, de legib. non dixit in ſpeciē, nec
in genere venit.

5 Secundo, † poſſeſſor feudi quamuis ſit in
rem ſucceſſor nō tamen eſt vniuerſalis hæ-
res, ſed eſt particularis ex cōtractu, ex ver-
bis, & mente Iſern. in §. ſed & res, & in §. ſi
liuellam. loquendo in releuio, & etiam ſi eſ-
ſet ſucceſſor vniuerſalis, nec tenetur quan-
do refutatio nō eſſet facta in fraudem, quia
ſucceſſor ad hoc vt ſoluat vitam militiam,
debet ſucceſſor habere vt hæres, & titulo
hæreditario, cū de hærede intelligitur, ſicut
dicitur de releuio, per Fritiam in d. 3. auth.
num. 19. in princ. fol. 320.

6 Tertio, de † aſcendente Conſtitutio non
loquitur, cū hoc per raro accidit, & quam-
uis eſſet eadem ratio non attenditur, ſicut
dicitur de plauſtro vini, vt debeat ſolui, &
tamen non ſoluatur plauſtrum olei, gloſ. in
l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo, ille ſoluit,
& ſoluere debet vitam militiam, qui nun-
quam poſſedit feudum vt Dominus, ſed de
nouo admittitur in feudum, & fit inueſtitu-
ra, veluti de nouo feudum tenenti, ſicut di-
xit Fritia de releuio, quando feudum reuer-
titur ad patrem, vel ad fratrem in d. 3. auth.
num. 19. fol. 320.

7 Quarto, † Conſtitutio non loquitur de
his, qui ſuccedunt in feudo, qui prius fuerāt
Domini, licet eſſe deſierint, non cogitauit
hunc caſum, cum raro eueniat ad ipſum nō
debet trahi, l. qui cum tutoribus, de tranſa-
ctionibus.

8 Quinto, † ſucceſſio in feudis non eſt per
ſaltum, ſed per gradum, Iacob. de Franch. in
verb. feud. rub. de his, qui feud. dar. poſſ. c. 1.
§. hoc autem, num. 27. & ſucceſſiuè per li-
neas, quarum prima eſt aſcendentium: ſe-
cunda deſcendentium: tertia collateralium;
9 nam † ſicut non datur ſucceſſio tranſuer-
ſalium, donec ſuperſunt deſcendentes, &
illi ſoli ſuccedunt, iuxta text. in d. cap. 1. de
natur. ſucceſſ. feud. in princ. vbi gloſ. & Iſer.
in cap. 1. de gradib. quo caſu non teneretur
deſcendens vitam, & militiam ſoluere col-
laterali, quia non excluditur à portione ſibi
debita, cum nulla debeatur deſcendentibus
exiſtentibus, ſic etiam ſuccedunt aſcenden-
tes, & nō collaterales, vt per Afflict. in cap.
ſi quis miles num. 12. Imperator Lotharius,
quod procedit in feudo tàm antiquo, quàm
nouo, nulla data diſtinctione, ex alijs Reg. de
Ponte

Digitized by Google

Ponte de poteſt. Proreg. tit. de refut. feud.
cap.1.num.27.Fritia de ſubfeud. lib.2. q.12.
num.7. lib.3. auth.3.num.19.& nulla datur
ſucceſſio collateralibus aſcendentibus exi-
10 ſtentibus, quia † collateralis non excludi-
tur à portione ſibi debita, ſed aſcendenti-
bus exiſtentibus; ſic cum in feudis non ha-
bear locum, text.in auth. defuncto,& aſcen-
dentes de iure communi ſunt prælati colla-
teralibus in ſucceſſione,& donec illi ſuper-
ſunt collaterales, ſunt excluſi,& hoc idem
Iſern.in cap.1.de gradib.quod pater ſucce-
dit in feudo refutato excluſo fratre, quia
proximior: vt per Molfeſ. in conſuet.Neap.
par.4. q.36. num.5. ita quod non poteſt di-
cere frater, quod excluditur à portione ſibi
alias debita, quia nulla eſt ei debita deſcen-
dente, vel aſcendente ſuperſtite, vt per Re-
gentem de Ponte in tract. de poteſt. Proreg.
tit. de refutat. feud. num.43. quem ſequitur
Molfeſ.in conſuet.Neap. par.4.q.36 nu.13.
11 Sexto, † feudum non poteſt dici aliquo
modo fraternum, ſed potius dicitur pater-
num,& conſequenter non tractatur de ſuc-
ceſſione filij, ſed potius dicitur ad ipſum
patrem reuerti, ceſſante cauſa refutationis,
vt probauit Iſern.in cap.1.de natur.ſucceſſ.
feud.præcipuè ex regula tex.in l.filio quem
pater, ff.de liber & poſthum. Franch. dec.3.
poſt Annam, & Fritiam Reg. de Ponte vbi
ſupra num.27.Pern.conſ.17.& ideo alij fra-
tres non poſſunt ius aliquod ad feudum ipſũ
prætendere, & ita determinauit Sacrum
Conſilium pluries præferendo refutantem
fratribus refutatarij præmortui, vt teſtatur
Præſ.de Franch. deciſ.591.& Reg de Ponte
loco citato, præcipuè ſub num.36.verſ.vnde
manifeſtè decidit, Andr.fol.365. col.1. &
quia in ſolo illo verſiculo diuerſis particu-
laribus deciſionibus Andr.& aliorum, quæ-
ſtionem iſtam determinat, videri poteſt, &
12 ex his fratres ſecundogeniti vitam militiam
in feudo reuerſo aſcendenti obtinere non
debent.
13 Septimo, in Regno, quod † pater refutãs
tanquam proximior agnatus fratres,& om-
nes alios excludat in Regno, eſt opinio in-
dubitabilis, maximè vigore capitulorum Ci-
uitati,& Regno conceſſorum, per quæ pro-
uidetur,& ſic ſupplicatum, quod feuda per
refutationes minimè fiant noua, ſed ſemper
ſub natura antiqui feudi refutata intelligan-
tur,& in illis ſuccedant, qui alias ſuccedere
deberent ſecundum naturam antiquorum
feudorum,& refutationes nõ fiunt omninò,
& liberè, ſed ſub reſeruatione ſucceſſionis
in defectum refutatarij, eiuſque deſcenden-
tium, & pater tanquam proximior agnatus
fratribus, & alijs excluſis,& proinde Sacrũ
conſilium ſecundum hæc decidit, præferen-
do matrem refutantem, ſorori refutatarij,
vt ex d deciſ.de Franch.591.& ex alijs Re-
gens de Ponte vbi ſupra ſub d. nu.36. & 37.
& hæc militant etiam in auo, vel alio aſcen-
dente refutantibus, qui quod præferantur
fratribus refutatarij determinat Reg.Prag-
14 matica, per quam mandatur, quod † præ-
ſentatio refutationum fiat in Regia Camera
infra quindecim dies, dum in ea dicitur:
*ch'haueſſero fatta refutatione de feudi à lo-
ro figli, ò altri ſucceſſori*. & compilatores
pragmaticæ ſecuti fuerũt opinionem, quod
in bonis donatis ab aſcendentibus, ipſi ſoli
ſuccedant in defectum deſcendentium, &
quibuſcumque præterantur; ex reg tex.in
l.quod ſcitis, C.de bon quę liber.& reiectis
etiam contrarijs firmat Reg.de Ponte dicto
15 in loco nu.38.& 39. vnde dum † pater ſuc-
cedit filio in feudo ab ipſomet refutato, alijs
filijs vitam militiam ſpectare non poteſt,
quia non dum venit tempus, vt eis debea-
tur, cum adhuc viuit pater, ſiue aſcendens
Dominus feudi, & vita militia non debetur
niſi tempore mortis patris, ſiue aſcenden-
tis, à cuius ſucceſſione ſecundogenitus ex-
cluditur per primogenitum ſuccedentem
in toto feudo, & ſicut debetur dos de para-
gio loco legitimæ tempore mortis patris,
vt in l.cum quæſitum,& auth nouiſſima, C.
de inoffic. teſtam. eodem modo debetur vi-
ta militia fratri ſecundogenito tempore
mortis patris, à cuius ſucceſſione fuit ex-
cluſus à feudo per primogenitũ ſucceden-
16 tem in toto feudo, quia † qualitas iuncta
verbo regulari, debet ſecundũ tempus ver-
bi, l.in delictis, §.ſi extraneus. ff.de noxal.
& ita ſemper ſeruatum fuit in Sacro Conſi-
lio, vt refert Reg.de Ponte in conſ.79. nu.
14.lib.1.& Præſ.de Franch.in dec.61.nu.10.
Petr.de Gregor. in d.ſuo tract. de aliment.
quæſt.6.& ibi Maſtrill. addens, vnde ſtan-
tibus tot Authoribus rationibus ad viuum,
17 & deciſionibus † rationes pro ſecundoge-
nito adductæ, & quæ adduci poſſunt in iſto
caſu militare non poſſunt, & pro patre in-
dubitatum eſſe opinionem de feudo refuta-
to per eum ſibi reuerſo ad vitam militiam
alijs filijs non teneri.

PARTIS

Digitized by Google

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio LXVIII.

THEMA.

Per filium primogenitum, vel alias cui à patre eſt feudum refutatū, pluribus rationibus hinc inde adductis, & diſcuſſis tandem cōtra primogenitum concluditur, ſcilicet vitam militiam alijs fratribus de feudo refutato deberi, plures adducūtur deciſiones Sacri Neapolitani Cōſilij, & ſupremorum aliorum externorū Tribunalium in fine.

SVMMARIVM.

1 *FRancorum mos introduxit, quòd primogenitus ſuccedat in feudo, & ſecundogenitis vitam militiam præſtet.*

2 *Frater ſecundogenitus Francorum iure viuens, quia excluditur à ſucceſſione feudi datur vita militia.*

3 *Conſtitutio Comitibus loquitur in ſuccedentibus in feudis cum in refutatis non extendatur.*

4 *Vita militia eſt onus feudi, ſicut paragiū, & nō ſoluitur niſi per ſucceſſorem, & de feudo refutato non debetur.*

5 *Vita militia danda de feudo refutato nulla lex loquitur, ſed ſolū in feudis per ſucceſſionem.*

6 *Integram præbendam impetrans, non poteſt obtinere dimidiam.*

7 *Conſtitutio, & capit. dum non loquuntur in feudo refutato ad alium caſum trahi non debet, & de caſu ad caſum extendi.*

8 *Vita militia in feudo ex contractu non debetur.*

9 *Primogenitus capit feudum ex contractu refutationis vitam militiam non dat fratribus, ſecus quando ſuccedit.*

10 *Feudo dato fratribus, vt vnus ſuccedat alteri, altero per fellonìam culpante, feudum non habet Dominus, ſed frater ſuperſtis.*

11 *Natura rei attenditur in feudo, ex qua oritur actio.*

12 *Frater, qui ſuccedit ex pacto, verè non dicitur ſucceſſor in feudo, vt ex hæreditate, ſed ex cōtractu, & vitam militiam præſtare non tenetur.*

13 *Prouiſio in vno caſu nō extenditur nec ad ſimilem.*

14 *Clarum quando aliquid non eſt, debemus eſſe proni ad abſoluendum.*

15 *Patre refutante feudum ſi ſit proximo ſucceſſuro, non tenetur ad vitam militiam, niſi refutaſſet omnia feuda.*

16 *Vita militia datur ſecundogenitis, quia excluduntur à ſucceſſione patris, ſed in feudo refutato habent ex contractu non datur.*

17 *Viuentis non eſt hæreditas.*

18 *Patre viuente nullum ius formatum habēt filij, nec ſpes ſuccedendi cōſiderari debet.*

19 *Patre viuente, nulla actio quæritur filijs quibus ſit efficax ad agendum.*

20 *Pater refutādo feudum facit, quod ei permittitur, & num. 26.*

21 *Pater per refutationem transfert feudum in eius vita, quo caſu nulla cōpetit actio ſecundogenitis, ſicut ſi vēderet extraneo cum aſſenſu.*

22 *Pater quærit feudum ſibi, & filijs ordine ſucceſſiuo ſeruata ſexus, & ætatis prærogatiua, & ſic conditionalis.*

23 *Refutatio permittitur à lege, & ius, quod pater à principio quæſiuit vitam militiā ſecundogenitis, & paragium fœminis.*

24 *Pater in feudis ſtipulatur ſibi, & filijs, ſicut in hæredibus ſuis, & ſic pater prius ſibi, & deinde filijs proſpexit.*

25 *Actio, & obligatio ante dies euentum non naſcitur.*

27 *Vita militia debetūr poſt mortem patris, & non in vita, ſecundogeniti pro ea viuente patre non agunt.*

28 *Obligationis natiuitas ſi nō impeditur ex appoſitione dies, tamen ex diuerſitate perſonarum impeditur.*

29 *Sine actione nemo experitur.*

30 *Rationes pro ſecundogenitis vt vitam militiam habeant à primogenito de feudo refutato.*

31 *Ratio eſt anima legis, quæ comprehendit omnes caſus, in quibus militat eadem ratio, ſicut genus quamlibet ſpeciem.*

32 *Ratio, quæ aſſignari poteſt in ſtatuto, ſcilicet quia excluditur, tunc habetur pro expreſſa.*

33 *Ratio, quod vita, & militia detur ſecundogenitis eſt, quia excluduntur à feudis; eadem ratio militat in feudo refutato, ergo &c.*

34 *Ratio vna, & eadem in vno caſu, decidit omnes ſimiles.*

35 *Statutum quod nō determinat, ſtatur iuri communi.*

36 *Primogenitus ſuccedens in feudo dignitatis, & Iuris Francorum tenetur ad alimenta ſecundogenitis, & paragium ſororibus.*

37 *Vitam militiam non dari ſecundogenitis, eſſet expreſſum in ſtatuto non valeret, quia priuaret filium legitima, & alimentis.*

38 *Vitam militiam, & alimenta non dari, eſt contra legem diuinam, ius naturale, & æquitatem.*

39 *Naturali iure, quæ ſunt, non poſſunt tolli.*

40 *Vocatus in aliquo comodo, vel emolumento ſub conditione, debet parere cōditioni.*

41 *Primogenitus habendo feudum, videtur contrahere cum ſecundogenitis fratribus de vita militia, & cum ſorore de paragio, & num. 44.*

42 *Ius aliquod in quo eſt annexus onus, habens ius cēſetur obligās ad onus annexū.*

43 *Actum aliquē quis faciens videtur aſtringi legi de illo actu loquenti.*

45 *Pater nō poteſt facere vt filius primogenitus non ſuccedat in feudo, & ſecundogenitus non habeat vitam militiā niſi per exhæredationem.*

46 *Fœmina & ſecundogeniti non excluduntur totaliter à feudo, ſed cōditionaliter ſi maritetur, & maſculus ſi nō habuerit alimenta.*

47 *Pater quærit feudum ſibi, & filio primogenito cum onere dotandi ſororem, & dando vitam militiam ſecundogenitis.*

48 *Feudum ad quemcumque vadit ex ſucceſſione, vel ex contractu eſt obligatum ad vitam militiam, & ad paragium.*

48 *Pater quærit feudum ſibi filijs, & hæredibus ordine ſucceſſiuo, gradus, ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata, & ſic primogenito cum onere feudum tranſiuit.*

50 *Ius, & actio ſecundogeniti pro vita militia, & ſororis pro paragio naſcitur ab initio, & in vita patris in ventre, eſt creditor cum cōditione poſt patris mortem, & ſic verus creditor.*

51 *Secundogenitus creditor pro vita militia cum conditione, quæ cum ſit onus feudi intrinſecum aduenient conditione agit contra primogenitum, & poſſeſſorem feudi.*

52 *Secundogeniti, & fœmina habent ius ſuccedendi in potentia ſuſpenſum, donec adeſt primogenitus.*

55 *Secundogenitus, & fœmina ius eorum habent in ſuſpenſo, & in pendenti, pater refutans feudum cū illis oneribus tranſit.*

54 *Refutatio facit tranſire feudum obligatum ſecundogenito pro vita militia, & fœmina pro paragio, & pro eis agere poſſunt.*

53 *Verba debito & debita in Conſtit Comitibus importans neceſſitatem omni tempore, ſiue feudum per ſucceſſionem, ſiue per refutationem vita militia debetur.*

56 *Lex quando ſpecificè non prouidet, tunc idem iudicandum eſt de refutatione, ſicut de ſucceſſione.*

57 *Lex feudalis æquitatem reſpicit.*

58 *Ratio generalis ampliat dictum per extenſionem paſſiuam de ſucceſſione ad refutationem, & ſic de feudo refutato debetur vita militia.*

59 *Argumentum de toto ad totum, & de parte ad partem valet, & pater non poteſt donare feudum vni, quando omnibus contingit, nec quādo vni, omnibus dare.*

60 *Secundogenitus pro portione feudi, & pro vita militia eſt verè Dominus, & pater non poteſt ei præiudicare.*

61 *Vita militia in ſubſtantia potius alimentis quam legitima comparatur.*

62 *Patre mortuo, alimentatio filiorum debet procedere de bonis patris cum ſit de iure naturæ, & naturalia ſunt immutabilia.*

63 *Naturalia iura ſunt fortiora accidentalium, & alimenta ſecundogenitorum cum ſint naturalia fortiora iuris primogeniti habētis feudum per refutationem accidentaliter.*

64 *Vita militia per refutationem non tollitur ſecundogenitis.*

65 *Leges veteres dātes quartam partem tantum filijs pro legitima, Imperator crudeles appellat.*

66 *Refutatio ſi vitam militiam ſecundogenitis auferret crudeliter, & inhumanior eſſet.*

67 *Primogenitus filius per refutationem habens feudum, & non daret vitam militiam fratribus, pater eſſet in electione ſua priuare ſecundogenitos de vita militia, quod valdè iniquum eſſet.*

68 *Refutatio fratris, vel agnati in filium, aut agnatum, eſt ad inſtar vltimæ voluntatis, quia ſoluitur releuium, vita militia, & paragium.*

69 *Refutationibus adeſt ſuſpicio fraudis vitæ militia ſecundogenitis, & alimenta ſunt fauorabilia naturalia immutabilia.*

70 *Vitam militiā de feudo refutato proximo ſucceſſuro deberi ſecundogenitis, adducuntur plures deciſiones Sacri Neapolitani Conſilij, & aliorum ſupremorum externorum Tribunalium.*

In hoc

Digitized by Google

IN hoc Doctores variè ſcripſerunt, & pro
primogenito, quod ad vitam militiã fratri-
bus de feudo refutato non teneatur, faciunt
omnes rationes in ſequenti Dilucidat. pro
patre donante, ac etiam aliæ poſitæ ibidem
pro filio donatario feudi paterni, quas hic
non repetam, ſed ad libitum videri poſſunt,
& amplius dico

1 Primo, quod † mos Francorum intro-
duxit, vt primogenitus ſuccederet, vt in cap.
omnes filij, dicit Iſern. ſi de feud. defunct.
milit.controuerſ.ſit, in cap. 1. §.& quia, de
his, qui feud. dar.poſſ. & fratribus de feudo
vitam militiã primogeniti ſuccedentes præ-
ſtant; quam Canoniſtæ in cap.licet, de voto,
alimenta vocant, quæ vita militia in feudo
refutato ceſſat, vt in Conſtit.Comitibus, ex
qua primogenitus tenetur præſtare eam oc-
caſione eorum, quæ habuit à patre.

2 Secundo, † frater viuens Iure Francorũ
excluditur à ſucceſſione feudi, quia datur
vita militia loco portionis debitæ, nec præ-
ſtat de ſuo frater maior, ſed loco partis, à
qua excluditur, quæ pars non contingit mi-
nori, niſi poſt mortem patris, idem Iſern.
in Conſtit.Dignum, primogenitus debet ſe-
cundogenito tantũ vt viuat, idem in cap.Re-
gni Alienationis actus, ibi ex paterna ſucceſ
ſione tenebat, vt per Io.Vinc. de Anna in
alleg.23. per totam, dum primogenitus non
ex ſucceſſione, ſed ex refutatione habet feu
dum ad vitam militiam fratribus non te-
netur.

Tertio, vt Conſtitutio ipſa non extenda-
tur vltra expreſſa in ea, adeſt particulare
reſcriptum Cæſareæ Maieſtatis Caroli V.de
anno 1530. de quo teſtatur Minad.in repet.
dictæ Conſtit. In aliquibus, num.12. & cum
3 † Conſtitutio ipſa non loquatur niſi in ſuc-
cedentibus in feudis non autem in refutatis,
primogenitus ad vitam militiam ipſam non
tenetur, cum de extenſione tractari non de-
bet, idem Minad.d.num.12.

4 Quarto, † vita militia eſt onus feudi,
ſicuti paragium, vt expreſſè habetur in d.c.
alienationis actus, non poteſt tractari de
onere feudi ſine lege, aut Domini permiſſu,
cap.1.§.profectò, qual.olim.feud.alien.pot.
cap.Imperialem cum ſimil.de prohib.feud.
alien. per Federic. dum per dictam Conſtit.
Comitibus, & per d. cap. alienationis actus,
nec per vllam aliam legem eſt ordinatum,
quod de feudo refutato, & alias quam per
ſucceſſionem peruento, vita militia ſolua-
tur; primogenitus ipſe ad vitam militiam
pro feudo ſibi refutato non tenetur.

Quinto, in caſu in quo lex non loquitur,
ceſſat legis fauor cum Conſtit.Comitibus, &
5 cap. alienationis actus, nec † vlla alia lex
loquuntur de danda vita militia per primo-
genitum alijs fratribus ſecundogenitis de
feudo refutato, & dicta duo iura loquuntur
deberi in caſu ſucceſſionis tantum talium
iurium fauor ceſſat, vt de diſpoſitione, auxi-
lio, vel fauore legis, eſt caſus in l. ſi furioſi,
C.de nupt.de diſpoſitione, auxilio, & diſpo-
ſitione hominis, in c.cui de non ſacerdotali,
de præb in 6.in 2.& 3.reſp.refert, & ſequitur
Bal.in l. quod fauore, C.de legib.& tenuit Paul.
de Caſtr.in l.nulla eodẽ, hinc dicit ibi tex. quod
6 ſi † impetro præbendam integram, non
poſſum obtinere dimidiam, quia licet de
integra ſit ſtatutum, & prouiſum in fauorẽ,
& auxilium impetrantis, tamen ſuper dimi-
dia præbenda nullus eſt hominis, vel legis
fauor, auxiliũ, diſpoſitio, nec ordinatio, ideo
non poteſt obtinere; refert, & ſequitur Gu-
lielm.de Monte Ferrat. in tract. de ſucceſſ.
Reg in reſponſ. ad primum dubium, nu.12.
ſic in propoſito noſtro iura prædicta Regni
dant vitam militiam ſecundogenitis, quan-
do primogenitus ſuccedit, non quando ei
refutatur, & proinde tali caſu non deberi.

7 Sexto, † Cõſtitutio, & Capitulũ prædicti
non cogitarunt iſtum caſum, vt primogeni-
tus ſoluat vitam militiam ſecũdogenitis de
feudo refutato, ad caſum ipſum non debẽt
trahi, argum.l.qui cum tutoribus, C.de tran.
ſact.iniquum eſt enim incogitatum agere, &
hoc ſtrictè debet interpretari, ſeù intelligi,
arg.l.quidquid aſtringẽdæ, de verb.oblig.eſt
omiſſum poſtquam non reperitur prouiſũ,
ideo in tali caſu omiſſo, & non prouiſo, vita
militia præſtari non debet; cũ ex vno caſu
non debet inferri ad alium, qui non eſt ex-
preſſus, neque dictus, aut cogitatus ſaltim
in genere, Fritia in 3.author.nu.15.fol.317.
in nouis.

Septimo Afflict. in cap.1. col.2. qui ſuce.
ten. dicit, quod vbi a Rege conceditur feu-
dum Titij viuentis, qui eſſet ſine hærede
deceſſurus, & Bal.in cap.moribus, ſi de feud.
fuer.controuerſ.nuncupat feudum ob capa-
8 citatem ſucceſſoris, eo caſu: quia † decedit
Titius ſine hærede, non ſoluitur releuium,
non dicitur verè deferri per ſucceſſionem,
ſed ex contractu inito in vita, idem Afflict.
in Conſt.Poſt mortem, in 5.not. ſentit Iſer.
in cap.1. de duob. fratrib. de nouo benefic.
9 inueſt. idem in caſu noſtro, quia † primo-
genitus capit feudum ex contractu refuta-
tionis, & non ex ſucceſſione ad vitam mili-
tiã fratribus ſecundogenitis non tenetur, cũ
ſoluere habet in caſu ſuccedit in feudo, vt
dicit gloſ.in d. Conſt. Comitibus, ibi (maior
frater ſuccedit in feudo, verũ tenetur præ-

ſtare alimenta, & militiam alijs fratribus,&
in d.cap.alienationis actus, ibi (ex paterna
ſucceſſione tenebat) & Iſern.in d.Conſt.di-
cit: excluditur frater minor viuens Iure
Francorũ ſucceſſione feudi: quia datur vita
militia; dum primogenitus eam ſoluere te-
netur,quando ſuccedit,& non in alio caſu,vt
ex prædictis patet.

Octauo, Iſern in cap. 1. §.& quia, de his,
10 qui feud. dar.poſſ. dicit: quando † feudum
datum eſt fratribus cum pacto, quod vnus
alteri ſuccedat, altero per ſelloniã culpan-
te,feudum non debet pertinere ad Dominũ,
ſed ad fratrem; quia delictum vnius non
debet nocere alteri, qui ex pacto, & proui-
dentia venit magis quam ſucceſſione, acci-
piendo verbũ ſucceſſionis in propria ſigni-
ficatione, quia eſſet alias cum poteſtatis de-
linquendo excludere fratrem, & in cap. 1.
ſi vaſſall.feud.priu.& ibi gloſ.& in cap. 1. in
glo.magna,de ſucceſſ.feud.attendit ibi Iſer.
ius competẽs poſt mortem deberi ex pacto,
& non ex vera ſucceſſione, de qua erat di-
ctum in inueſtitura; mors tamen eſt cauſa,
quare capit feudum, & non ipſa regularis
11 ſucceſſio, in † feudo attendi debet rei na-
tura,ex qua oritur actio,quæ ſi ex pacto al-
teratur,& contra regulam ſuam, in aliam
ſpeciem transfunditur, argum. l.vbi ita do-
natur, de donat. cauſ.mort. de qua per Iaſ.
conſ.6.& 60. lib.3. quando aliquod validum
reſultat, ſecus ſi nullum eſſet, ſecundum
Paul.de Caſtro ad illam l. conſ.75.lib.2. Ti-
raquell.in conſuet.picto.fol.20.num.34.Caſ-
ſan. in conſuet.Burg. fol.342. Ruin.conſ.51.
12 num.14.lib.1. † frater, qui ſuccedit ex pa-
cto,verè non dicitur ſucceſſor illius,ſecun-
dum Bal.in prælud. feud. & ibidem Afflict.
not. fol.14. & ideo non tenetur primogeni-
tus ad vitam militiam alijs fratribus de feu-
do refutato,quia ex contractu habuit,& non
ex ſucceſſione, per quę ita ad releuium non
teneri, dicit Fritia in d.auth.3.nu.15.fol.318.
col.1. poſt medium, verſ.idem Andreas in
cap.1.&c.& col.2.ſubdit:quia verè non ſuc-
cedit in feudo,veluti ex hæreditate morien-
tis, ſed ex contractu inter viuos; cuius effe-
ctus fuit poſt mortẽ collatus, quo caſu ceſ-
ſat conſuetudo, & attenditur ius commune,
ex quo nõ legitur aliquod onus releuij, lau-
demij, aut oſtenditiũ præſtari deberi,vt per
Fritiam ibi,ſic in fortiori,quam in caſu no-
ſtro,quia ibi habuit feudum poſt mortem,
ſed per refutationẽ capit in vita, ex quibus
primogenitus ad vitam militiam fratribus
alijs præſtandam non tenetur.

Nono,per dictam Conſtitutionem Comi-
tibus,& per d.cap alienationis actus,non di-
citur primogenitum præſtare debere vitam
militiam alijs fratribus de feudo refutato,
& quando certam non habemus legem, nec
13 conſuetudinem † prouiſio in vno caſu non
habet locum in eo, qui eſt ſibi ſimilis, cum
omiſſum ſit, non debet ſuppleri ad perniciẽ
alterius,ſatis erat in eo caſu ſecundogenitis
eſſe conſultum, per l.ſi tutori, C. de negot.
geſt. quam Iſern.allegat in cap. 1. in fin. de
duob fratrib. & in cap.1. §.ſcriba vero,de
prohib.feud.alien.per Federic. concluditur
primogenitum ad vitam militiam fratribus
de feudo refutato non comprehenſo in di-
14 ctis iuribus nõ teneri, & † cum non ſit cla-
rum illã deberi promptiores debemus eſſe
ad abſoluendum,per l.Arianus,de action.&
oblig. ex quibus Fritia vbi ſup. paulo ſupra
num. 16. concludit quando ſucceditur ex
contractu,releuium nõ deberi, ſic in noſtro
caſu vt diximus.

15 Decimo,quando † pater refutat feudum
filio, qui eſſet ei ſucceſſurus immediatè, ex
dictis per Iſern.in d.cap. 1. §.ſed & res,per
quos fiat inueſt. nu.10. in fine, niſi eſſet re-
futatio vniuerſalis, quo caſu haberetur pro
hærede,& in fraudem facta,argum. tex.in
l.omnes,§.Lucius,de his,quæ in fraud.cred.
quia filius nõ dicitur habere feudum,vt hæ-
res patris, cum ex refutatione facta in vita,
titulo accedente, iuxta notata per eundem
Iſer.in cap.1.§.& ſi libellus, col.2.de alien.
feud. patern non vendicat ſibi locum con-
ſuetudo, ſiue mos in contractu, ſed in ſuc-
ceſſione; prout de releuio dicit Fritia in
d.author.3.num.17. in fin. item,& ad vitam
militiam ex refutatione, quæ eſt contractus
primogenitum non teneri.

16 Vndecimo, † vita militia ideo datur ſe-
cundogenito, quia excluditur à ſucceſſione
patris,vt pluries diximus,& per Iſern. in
d.Conſt.Comitibus,ſed in feudo refutato fi-
lius non dicitur habere feudum, vt hæres
patris eum habeat ex refutatione facta in
vita titulo accedente, iuxta not. per Iſern.
in cap.1.§.& ſi libellus, col 2.de alien.feud.
patern Fritia d auth.3. nu.17.in fin. fol.319.
venit enim ad feudum ex contractu,non ex
ſucceſſione,& habet dominium feudi in vi-
ta patris,& Conſtitutio Comitibus, & Capi-
tulum Alienationis actus non loquuntur de
hoc,ſed quando habet ex ſucceſſione,prout
communiter intelligitur, & viuens verè nõ
17 habet hæredem, nec ſucceſſorẽ,& † viuen-
tis, non eſt hæreditas,l.2.§.1.de vulgat.&
pupill.ſubſt.Fritia in d.auth.3.num.24.circa
medium fol.321.

18 Duodecimo, filijs † omnibus tàm primo-
genitis,quàm ſecundogenitis,nec re,nec ſpe
inſal-

inſallibili, ius aliquod formatum, ſeù aliter
quæſitum eſt patre viuante vt in l.fin.C.de
pact.& ibi Antõ.de Alex.Iaſ.& Det. qui de-
fendunt,Bart.in l.Gallus,§.& quid ſi tantũ,
col.fin.ff.de liber.& poſthum. nec ſpes ſuc-
cedendi conſiderari debet, quam lex dete-
ſtatur, l.poſt emancipationem, ff.de libert.
leg.l.1.§.ſi impuberi, ff.de collat.bonor. l.
conſenſu, §.filium,de appell. Roman.conſ.
122. licet contrarium ſentiat in ſimili quæ-
ſtione Gemin. in cap.quamuis, de pact. in 6.
col.fin.& Io.Andr.in regula ſine culpa, de
regul.iur.in mercurialibus; Barr.in l.1.§.pa-
ter, ff.de acquir.hæred. ſuper quo diſtinguit
Claud.in l.qui Romæ,§.duo fratres col.3 ff.
de verb.oblig.& in ſimili quæſtione reſpon
det Det. in l.de quæſtione, col.7. C.de pact.
latè Tiraquell. de vi huius ſpei ſucceſſionis
in lib.de leg.connub. gloſ.2. num.36. & per
hoc faciunt ea, quæ in ſimili quæſtione di-
ſtinguendo dixit Aſtenſ.in pen.col.ſui tract.
de ſtat.exclud.fœmin.& de legitimatione in
præiudicium filiorum,vel agnatorum in d.l.
Gallus, §.& quid ſi tantum, & per Felyn.in
cap.quæ in Eccleſiarum, & in præiudicium
ſubſtituti conſuluunt Soccin.conſ.120.lib.3.
Minad.in d.Conſt. in aliquibus, in 5.notab.
num.62.& ſeq fol.64 & ſeq.&.ſi ius aliquod
in vita patris ſecundogenitis non eſt quæſi-
tum per refutationem eorum ſpes fuit re-
ſoluta vitam militiam habere non debent à
primogenitis.

19 Decimotertio,in † vita patris nulla actio,
neque ius competit ſecundogenitis,nec pri-
mogenito eſt quæſitum, quod ſit efficax ad
agendum. & in iudicium deducendũ, vt per
Loffred.conſ.1.nu.155.in princ.fol.13. ma-
ximè in feudo hæreditario, vt ſunt omnia
ferè feuda in hoc Neapolitano Regno, vt
diximus; cum poſſit præmori, & pater poſ-
ſet vendere feudum, vel delinquere in Do-
20 minum, & poſſit priuari feudo; ergo † pa-
ter refutando facit, quod ei à lege permit-
titur,vt in cap.1. de vaſſall.decrep ætat. vbi
21 Iſern.& in alijs locis,per iſtam † refutatio-
nem traſfert feudum in eius vita, quo caſu
nulla naſcitur, nec competit actio ſecundo-
genitis,ſicut pater venderat feudum extra-
neo, quod poterat facere cum Regio aſſen-
ſu, vt eſt notum, & in dies tenentes feuda
antiqua, vel noua, ſi habent ſucceſſores ad
libitum alienant,quibus volunt.

22 Decimoquarto, † pater quærit feudum
ſibi,& filijs ordine ſucceſſiuo ſeruata ſexus,
& ætatis prærogatiua, &.cũ onere dotandi
maritandi fœminas,& minores nõ ſunt ex-
cluſi, niſi conditionaliter, ſi non adſit pri-
mogenitus, ſic etiam & fœminæ, ſi nullus
adſit maſculus, cap.1.§.filius,de ſuce. feud.
exiſtente maſculo primogenito, ius ſecun-
dogeniti,& fœminæ reſoluitur, l.neceſſario,
§ ſi pendẽte, ff.de peric.& comod.rei vend.
& tanto magis reſoluitur,quia non eſt ius de
præſenti, & in vita patris nihil debet habe-
23 re,& † lex permittit refutationẽ ius, quod
pater à principio acquiſitionis, & inueſtitu-
ræ feudi acquiſiuit ſecundogenitis pro vita
militia, & fœminis pro paragio, quod erat
in ventre, & eis non erat nata aliqua actio,
nec habebant ius aliquod formatum,vt dixĩ
fuit reſolutum, & extinctum per refutatio-
nem,& fuit factum abortum; nam abortiua
eſt voluntas, quæ non dum venit in lucem,
demortua eſt,& abſque aliquo iuris effectu:
ſicut partus,qui non eſt in lucem editus; vt
in l.quædam cum filius,de hæred. inſtit. &
ibi notat Bal.& per Fritiam de ſubfeud.for-
mula 1.num.7.lib.3.fol.388.

24 Decimoquinto, in † feudis pater ſtipula-
tur ſibi,& filijs,ſiue hęredibus ſuis,& ſic pa-
ter prius ſibi, & poſtea filijs proſpexiſſe vi-
detur,quia vna,& eadem res duobuſ inſoli-
dum acquiri poteſt, arg.l.Sticchum,§.quæ-
ſitum,& l.ſi vt certo,§.duobus vehiculum,
ff.commodati,ex quo nullum ius, ſeù nullã
actionem filio in vita patris quæſitam fuiſſe
ex eo, quod ad diem incertam, ſcilicet poſt
mortẽ patris ſtipulatio relata eſt, quo caſu
25 † ante diei euentum,nec actio, nec obliga-
tio naſcit, cum incertum ſit, quando pa-
ter moriatur,ita videtur tenere gloſ. in l. in
omnibus,ff.de regul.iur.Dyn.in l.ſi pupillus,
§.qui ſub conditione,ff.de noua. ibiq; Imol.
in §.penult. Bart.in l.ita ſtipulatus, in 2. q.
ff.de verb.oblig. Caſtrenſ.in l.ſtipulatio iſta,
§.incertam, & in l. quodcumque, § penult.
ff.de verb. oblig. & videtur tenere Salic.in
l.1.C.vt ab hærede,& contra hæredem dum
26 medio tempore † pater alienat, ſiue refu-
tat feudum primogenito, quod facere po-
teſt,cum quilibet in re ſua ſit moderator,&
arbiter, l. in re mandata, C.mandati, & dum
27 † vita militia poſt mortem patris debetur,
& non in vita,per d.Conſtit.Comitibus, &
cap.alienationis actus, & hoc eſt clarum,
etiam quia quãdo quis ſtipulatur poſt mor-
tem ſuam hæredi ſuo, concurrit tempus, &
diuerſitas perſonarum, licet non poſſint ex
28 † appoſitione diei impediri natiuitas obli-
gationis, tamen ex diuerſitate perſonarum
impeditur; vt dixit Claud.Seyſell. in d.l.ita
ſtipulatus,col.fin.ff.de verb.oblig. proinde
ſaltim ratione perſonæ filij, qui non pote-
rat habere actionem ad vitam militiam pa-
tre viuẽte cum medio tempore, & in patris
vita feudum fuerat diſtractum primogenito

Digitized by Google

per contractum refutationis ad vitam militiam, primogenitus ipſe ſecūdogenito actione carenti non tenetur, & ipſe pro ea agere
29 non poteſt, cum ei deficiat actio, & † ſine actione nemo experitur, l. ſi pupilli, ꝟ. videamus, ff negót.geſt. l.quoties, ꝟ. itē ſi temporali, ff.de admin. tutor. cum alijs per me dictis in meo conſ. 109. num.59. & ad iudicium admitti non debet, Matheſil. ſingul.7. vbi add. & Iudex carentem actione ex officio expellere debet, iuxta tex. in l.a. ff.de dot.priuil.& ex alijs in conſ.meo 108.nu.18

30 Pro † ſecundogenitis aliæ afferuntur rationes, vt vita militia de feudo refutato eis per primogenitum debeatur.

31 Prima † ratio eſt anima legis, cum ratio Conſtitutionis Comitibus,& Cap. Alienationis actus dantium vitam militiam ſecundogenitis eſt, quia excluduntur à feudo, eorumq; portione per primogenitum, ſi per refutationem,& quomodocumq; priuantur debitæ portionis vita militia eis debetur, quia ratio legis comprehendit omnes caſus, in quibus militat eadem ratio, ſicut genus quamlibet ſpeciem. Bal.in l.de quibus, ff.de legib.col.6. Caſtrenſ. conſ.337.& eſt illa, quæ ampliat,& reſtringit dictum, l.cum pater, ꝟ.dulciſſimis, ff.de leg.2. dixi in conſilio
32 meo 92. nu.37.& quādo vna † ratio poteſt in ſtatuto aſſignari, ſcilicet quia excluditur; tunc habetur pro expreſſa gloſ.notabilis in l.quamuis, C.de fideic. notat Bal. in l.fin. C. de liber.& poſthum. & in l.nominatim, per
33 illum tex.ff.de liber.& poſthum. † ratio aſſignatur, quia excluditur, ei, datur vita militia; ſed ſi ratio iſta fuiſſet expreſſa in Conſtitutione, nonnè fieret extenſio etiam ad refutationem; & ſic ad caſum vbi eſt eadem ratio, gloſ.in clem.1.verſ.eligatur, de elect. Bal.in auth.quas actiones, C.de ſacroſ.Eccl. cum alijs allegatis per Natt. in tract. cap. quamuis ſtatutum excludit fœminas, q. 3. nu.64.& 65. in tract. de ſtatuto,& tunc non dicitur fieri extenſio de caſu ad caſum, ſed
34 quando † in pluribus caſibus eſt eadem ratio, tunc vna, & eadem ratio, in vna decidit omnes ſimiles caſus, ita Bal. in l.de quibus, ff.de legib.poſt Petr.& Cyn.in l.iura non in ſingulis, ff.eodem, nō per extenſionem, ſed ſicut genus comprehēdit ſpeciem, ſic generalis diuerſas ſpecies cauſarum emergentium determinat,& comprehendit; & Cyn. poſt Petr.in l.quod vero contra, ff.de legib. dicit, quod vbi eſt eadem ratio numero, non dicitur fieri extenſio, ſed virtute, l. & ſtatuti directò determinatur, licet deficiant verba, facit l. de pupillo, ꝟ. ſi quis ff. de oper. nou.nunc.cū alijs alleg.p Natt.vbi ſup.n.66

Secunda, per rationem ſtatuti, quæ eſt vnica, eſt deciſus iſte caſus; nam aut ſtatutum nō cogitauit, aut ſolum in caſu ſucceſſionis tantum deberi. Primo caſu, ſi eadem ratio, quæ eſt vnica, hæc decidit caſum habemus intentum, & omnino fiet extenſio, ſed virtute ſtatuti directa terminatur; vt di-
35 ximus, aut † ſtatuentes, ſtatutum condendo non cogitarunt, & relinquerunt diſpoſitioni iuris communis, vt in l.commodiſſimè ff.de liber. & poſthum. l.ſi extraneus, ff.de cond.ob cauſ. l.ſi cum dotem, vbi latè DD. ff. ſolut. matrim. Alberic. lib. 1. ſtatut. q.9. num.25.fol.3. aut cogitarunt,& ſolum prouiderunt in caſu ſucceſſionis, & alios caſus relinquerunt indeciſos in diſpoſitione iuris
36 communis, cum de iure cōmuni in † feudis, in quibus primogenitus ſuccedit, vt in feudo dignitatum tenetur ad alimēta ſecundogenitis, prout latè Canoniſtæ, & Abb. in d.cap.licet, de vot.num.10. ergo debent habere alimenta ſecundum qualitatem perſonæ, prout gloſ. Iſern. & alij latè declarant in d.Conſt.Comitibus,& ſic vita militia, quæ in ſubſtantia eſt in vicem alimentorum, & loco ipſorum,& ſuperius pluries dictum eſt.

37 Tertio, ſi † non dari vitam militiam ſecundogenitis eſſet expreſſum in ſtatuto non valeret, quia priuaret filium legitima,& alimentis, ſed ſtatutum non poteſt tollere, ſed diminuere legitimam,& regulariter ſemper quod ſtatutum filium, vel filiam excludit à ſucceſſione, non tamen excludit ab alimentis, Albert.Brun. in tract. ſtatut. exiſt.
38 maſcul.art.1.nu.5.& 12. in fin. † & negare alimenta, vel vitam militiam eſt contra legem diuinam, & ius naturale æquitatem, & nutritiuum peccati, vt ibi per eum. Ratio eſt, quia ius alimentorum eſt quid ſepara-
39 tum à ſucceſſione,& ſunt de † iure naturæ, quæ tolli non poſſunt, l.naturalia, inſtit.de iur.natur. Alber.Brun.vbi ſupra, Natt.art.9. q.2.num.43.44.& ſeq.& ideo dicit Bal. in l. cunctos populos, C.de ſumma Trinit.& fide cathol.& in tract.ſtatut. in verſ.ſuccedere, num.1.dubitans, ſi ſtatutum quod primogenitus ſuccedat; concludit, quod valet, dummodo alijs excluſis poſt eum natis habeant alimenta, ſequitur Mart.Laudenſ.in tract.de primog. verſ. quæro an valeat conſuetudo, idem eſt de mente Ant. de Roſell. in arbor. Albert.Brun. in tract.ſtatut.exclud.fœmin. art.1.nu.53.& 14.

40 Quarto, is, † qui vocatur ad aliquod cōmodum, ſiue emolumentum ſub conditione, vel ſub modo: ante omnia debet parere conditioni, vel adimplere modum, l.3. ff.de ſtatu liber. l.Meuius, & l.quæſitum, ff. de condit.

Digitized by Google

condit.& demonſtr. cum ſimil. vel per eum
non ſtare,quominus adimpleat, d.l.3. §.nõ
ſolum,& l.hæreditas, eod.tit.& l.qui filium,
ff.de manumiſſ. teſtam. cum ſimilib. & iſte
41 † primogenitus habendo feudum, videtur
quaſi contrahere cum fratribus ſecundoge-
nitis pro vita militia,& cum ſorore pro pa-
ragio, & ſe obligare fratribus pro vita
militia debita per dictã Conſtitutionem Co-
mitibus, & cap. alienationis actus, & ſorori
pro paragio,iuxta Conſt.In aliquibus,& di-
cit Minad.in d.Conſt.In aliquibus,notab.7.
num.15 fol.144. quod eſt rationabile, nam
42 eo ipſo, quod alicui conceditur aliquod † ius,
ſeù priuilegium, vt eſt iſta primogenitura,
& illi iuri eſt annexum aliquod onus, ſi ac-
ceptat aliquod ius ſibi competens,obligatur
ad onus annexum; caſus eſt in l.ſi duo, ff.de
acquir.hæred.§.ſed & hi, inſtit. de hæred.&
qualit. different. vbi poſtquam primus ab-
ſtinuit,alter ſe immiſcuit ſe,tenetur ad one-
ra non ſolum portionis ſuæ, ſed totius hæ-
reditatis, & ſic pariter etiam ſi abſtinetur,
& per hęc verba iuris,aut rationẽ,qui enim
ſcit, aut ſcire potuit illo abſtinere ſe oneri-
bus forè implicitum, ea conditione adire
videtur, & per illum text. not. Bald. quod
43 † quando aliquis facit aliquem actum, vi-
detur ſe aſtringere legi loquẽti de illo actu,
& dicit gloſ. quod iſta eſt probatio, quæ nõ
recipit probari in contrariũ,vt per Minad.
in conſ.1.num.32.& ſeq. idem eſt dicendum
in caſu noſtro,ſi primogenito eſt conceſſum
44 † ius, & priuilegium habendi feudum eo
ipſo,quod acceptat,obligatur oneri ſoluen-
di vitam militiam, quæ eſt onus annexum
feudum, vt d.cap. alienationis actus, prout
in indiuiduo in vita militia Minad. d.nu.32.
vſque ad 35. fol.263.& ſeq.& obligatur etiã
ſorori, & adeundo in totum hęreditatem
videtur quaſi cõtrahere cum ſorore,& fra-
tre,& ſe illis obligare ſecundum formam
dictarum Conſtitutionum, & de ſorore, idẽ
Minad.in 7.not.num.15.fol.144.
45 Quinto, pater † non poteſt facere quin
filius primogenitus non ſuccedat in feudo
niſi exhæredando, & priuando primogeni-
tura, prout concludit Ioan. Lecier. de pri-
mogen.q.3.lib.2.Felyn.in cap.prudentiam
de offic.ordin.col.2.in fine,& aliter pater in
teſtamento diſponere nõ poteſt, per l. ne-
mo, ff. de leg. 1. ſic non poteſt priuare ſe-
cundogenitum vita,& militia,niſi per exhę-
redationẽ, vt ex prædictis, ſi cauſam exhæ-
redationis non habet,non poteſt facere ali-
quid,cuius prætextu per legẽ, vel per con-
tractum inducatur priuatio, ſecundum Bal.
in l.hac edictali, C.de ſecund.nupt. in l.ea
lege,verſ.tertio quęro,C.de condit.ob cauſ.
& in l.1.vlt.quæſt.C.qui admitti,& Bart.in
l.peto, §.fratre,ff.de leg.2.& in l.codicillis,
§.matre,per illum tex. ff eod.tit. de legat.2.
ergo non poteſt per indirectum, & ſic per
refutationem priuare ſecundogenitũ vita,
& militia, quæ omni iure maximè cum pro
alimentis debetur.
46 Sexto, Afflict. † in Conſt.Regni In aliqui-
bus, nu.25.dicit, quod fœmina non eſt ſim-
pliciter à ſucceſſione excluſa, ſed conditio-
naliter ſi dotetur; item & ſuſpenſa à ſucceſ
ſione,vt latè Minad.conſ.1.num.28.& 29.&
Conſt.In aliquibus,eſt facta in fauorem pri-
mogeniti,quæ dictat,dummodo debeat ma-
tare,& dotare de paragio. Idem & præfer-
tur ſecundogenitis,dummodo eis alimenta,
ſiue vitam militiam præſtare debeat, & ſic
conditionaliter, & ſub modo,& præceptiuè
ſi vult præferri debet maritare ſororem, &
ſi vult excludere ſecundogenitos, debet eis
vitam militiam præſtare, Afflict.in d.Conſt.
In aliquibus,nu.27. ergo ſemper,quod vult
vti pręrogatiua primogenituræ,quæ condi-
tionaliter dat priuilegium habendi feudum,
debet implere conditiones, quæ debentur
47 propter priuilegium,maximè quia † pater
quæſiuit feudum ſibi, & filio primogenito
cum onere dotandi ſorores de paragio, &
dandi vitam militiam ſecundogenitis,& hoc
eſt onus feudi, vt diximus, quod erat vela-
tum, incipit eſſe apertum,vt dicit Fritia in
alio propoſito in differ. 26. feudi hæredita-
rij,& ex pacto,& prouidentia fol.455. nu.2.
& hoc onus ineſt feudo in eius acquiſitione,
cõſtitutione,& erectione ex pacto, & teno-
re inueſtituræ; ergo omni tẽpore,quod pri-
mogenitus vult exercere ius primogenitu-
turæ excludẽdo eum (cum hoc à principio
ſit conuentum, & non debet de eius natura
per pactum) tenetur ad onus appoſitum, &
in eo ineſt,ſiue habeat per contractum,ſiue
per ſucceſſionem.
Septimo, illi, qui dicunt Conſt. Comiti-
bus, debere intelligi quando per ſucceſſio-
nem, & non per contractum; quæ eſt ratio,
48 quod † tertius poſſeſſor ad quem peruenit
feudum per contractum ex titulo oneroſo,
tenetur ad vitam militiam ſecundogenitis,
ſeù vt melius dicam,feudum remanet obli-
gatum,& quod tranſeat in tertium poſſeſſo-
rem, per cap.alienationis actus, non poteſt
reſpondere aliud,niſi quod ſit onus feudi,&
ad quemcunq; vadit feudum, vel ex ſucceſ-
ſione, vel ex contractu, ſemper feudum eſt
obligatum pro vita, & militia ſecũdogeniti;
ergo ſemper, quod feudum tranſit in ali-
quem, tranſit cum onere ſoluendi vitam
militiam,

Digitized by Google

militiam,quia feudum eſt affectum onere,
ſiue per ſucceſſionem, vel per contractum,
& quæ eſt ratio diuerſitatis. quod ſi feudum
peruenit in tertium, & extraneum per con-
tractum,& ſi venit ad primogenitum fratrẽ
per refutationem,quod ſecundogenitus non
habeat vitam militiam, cum magis,magiſq;
tenetur primogenitus fratribus ſecundoge-
nitis, quam tertius, & extraneus, ergo cum
ſit maior ratio, debet intelligi Conſtitutio
iſta ſic generaliter occaſione patris quando
dicitur: vt intelligatur in omni contractu
modo,& tempore, ſiue per ſucceſſionem,
prout communiter, ſiue per refutationem,
vel quemlibet alium contractum.

49 Octauo, quando † Pater quærit feudum
ſibi,& filijs hæredibus, qui omnes vocantur
ordine ſucceſſiuo gradus, & ætatis præro-
gatiua ſeruata,& hoc ex tenore inueſtituræ,
item quærit pro ſe, & primogenito, & hoc
cum onere dotandi ſorores de paragio, &
ſoluendi vitam militiam, quod onus, vltra
quod ſit onus feudatarij per legem inueſti-
turæ eſt onus intrinſecum feudi, & rei ſicut
debetur paragium; ex omnibus bonis vide-
tur dicendum, quod fœminis pro paragio,
50 ſecundogenito pro vita militia quodã † ius,
ſeù actio naſcitur etiam ab initio tempore
acquiſitionis, & etiam dum feudum penès
patrem, iſta actio eſt in ventre, & dormit,
in vita patris, dum feudum eſt penès ip-
ſum, nec ius aliquod eſt quæſitum in re,
quod ſit efficax, & quod in iudicium poſſit
deduci, ſicut dicitur de primogenito, Loffr.
conſ.1. num.155. fol.13. licet ſecundogeni-
tus videtur quaſi creditor cum conditione
de vita militia, & creditor ſub conditione
verè creditor eſt; vt per DD. in l.1. ſi certũ
petatur,& iſta vita militia eſt ſub conditio-
ne debita;tamen per refutationem actio,ſeù
ius,quod erat in potentia, in ventre,& dor-
miebat,nec erat nata, nec erat debita: tunc
incipit deberi naſcitur, & expergiſcitur, &
quaſi excitat à ſõno,vt dicitur in quæſtione
de Lazaro reſuſcitato,& tunc incipit debe-
ri, & eius exercitium permitti, quamuis à
principio fuit nata; ſicuti in ſimili dicit tex.
ſingul.in l.non putaui,ff.à primo,de bonor.
poſſeſſ.ſemel natam competere,ff.de bonor.
51 poſſeſſ. cõtra tabul. † filius ſecundogenitus
creditor eſt feudi, & feudatarij pro vita mi-
litia cum ſit onus intrinſecum feudi, & feu-
datarij, vt in d. cap. alienationis actus, ſub
conditione moriente patre, qui per refuta-
tionem in primogenitum facit,vt iura con-
ditionalia ſecundogeniti, quæ erant in ven-
tre,& dormiebant, nec erat nata,& in lucẽ
prodita,nec erat efficacis, eueniente condi-
tione per refutationem exercentur contra
primogenitum,& in quem tranſiuit feudum
cum onere intrinſeco affectum, & ſobmiſsũ
à principio iſtius oneris.

52 Nono, † filij in feudo patris habent ius,
& potentiam ſuccedendi licet non habeant
actum,& effectum, ſicut dicitur de filia, Mi-
nad.in repet.d.Conſt.In aliquibus, in 2.not.
nu.27.fol.72. ergo ſola potentia,& ius con-
ſideratur,& non effectus ſucceſſionis; faciũt
omnia dicta per Minad. vbi ſupra à nu. 24.
cum plurib.ſeqq.fol 71.& ſeq.ſufficit enim,
quod in potentia naturali habeant,quia na-
turaliter poſſunt, l.cum ratio,de bon.dam-
nat. & de filia in ſimili ſtatuitur, ipſam ex-
cludi per maſculos, tamen habet ius ſucce-
dendi in potentia,licet non in actu; tenet,&
declarat Soccin in conſ.150.col.13.verſ po-
ſtremo hãc partem lib.1. quem allegat Mi-
nad. vbi ſupra num 47. iſte ſecundogenitus
habet ius ſuccedendi ſuſpenſum, donec ſu-
pereſt primogenitus, vt in filia quando ſu-
pereſt maſculus, dixit Afflict. in cap.1. de
grad.ſucceſſ.num.5. Minad.num.48.ſol 76.
vbi ſupra,& quod filia habeat ius ſuccedẽdi
in potentia,licet non in actu,Minad.in d.nu.
47. & in multis caſibus ſola potentia,& ha-
bitus abſque effectu, vel actu in iure habet
effectum denominãdi, & operandi in exem-
plis per Minad.num.48.49.50.& ſeq.fol.76.
53 & iſtud † ius ſuccedẽdi eſt in pendenti, do-
nec habeat vitam,& militiam, ſicut ius ſui-
tatis filiæ eſt in pendenti, donec à maſculo
dotentur, vt per Minad. vbi ſupra num.60.
fol.78.iſtud ius ſic conſideratum in ſola po-
tentia licet ſit ſuſpenſum in ſuſpenſo, & in
pendenti, ſi pater refutat feudum filio pri-
mogenito, transfert cum iſto onere feudũ,
& ius, quod habebat ſecundugenitus in po-
tentia, in pendenti,& in ſuſpenſo,quod erat
ante velatum, nunc incipit eſſe apertum,&
deberi, & actio,quæ erat in ventre dormie-
bat, & non erat efficax ad agendum, & non
poterat in iudicium deduci, (quamuis erat
nata in potentia) expergiſcitur, & actio ſic
54 nata contra primogenitum per † iſtam re-
futationẽ, per quam traditur feudum obli-
gatum ſecundogenito pro vita militia prius
in potentia,nunc in actu,quod feudum ſem-
per habuit onus à natiuitate ſecundogeniti,
& onus intrinſecum, Minad. conſ.1.nu.28.
& 29. & ad quemcunque vadit,tranſit cum
onere ſuo ſicut leproſũ, quod onus eſt im-
poſitum in erectione,conceſſione,& forma-
tione feudi,& inueſtituræ, quæ ſecundum
leges Regni iudicari,& interpretari debent,
& ipſi ſecundogenito pro vita militia,& fœ-
mina pro paragio agere poſſunt per præ-
dicta

dicta iura, & authoritates.

Decimo, Conſtitutio Comitibus loquitur
35 per verbũ neceſſitatis, dum dicit † ex debito
teneatur, & poſtea militiam debitam,
quæ verba important neceſſitatem omni
tempore, per tex. in l.prætor in princ. ff.de
edendo, l.1.§.1. ff.quod quiſque iuris, l.debitor,
ff.de verb.ſignific. Bart.in l.creditor,
C.de pignor. Io. Thom.de Marin. de gener.
feud. nu.39.fol.8. & ergo ſiue primogenitus
ſuccedat in feudo, ſiue habeat per refutationem,
quia militia eſt debita ſecundogenito,
ſemper habere debet.

36 Vndecimo, quando † lex aliquid ſpecificè
non prouidet, tunc idem iudicandum eſt
de refutatione, ſicut de ſucceſſione, argum.
eorum, quæ dicit Iſern.in cap.1. §. & ſi libellum,
de alien.feud.patern. Io. Vinc. de
Anna in cap.1. de vaſſall.decrep.ætat. num.
179. ſed in materia refutationis non repetitur
aliquid in ſpecie ordinatum ſicut in
ſucceſſione, ſequitur, quod eadem ratione;
37 vt idem ius ſtatui debet; cum † lex feudalis
æquitatem reſpiciat, Io. Vinc.de Anna ibidem
num.176. nam idem poteſt refutare
feudum ex pacto, & prouidentia, ſicut feudũ
hæreditarium, idem in nouo, ſicut in paterno,
& antiquo, ſic vitam, & militiã, quæ debetur
per ſucceſſionem, debetur etiam per
refutationem, cum aliquid non ſit in ſpecie
prouiſum, ex paſſiua extenſione ab æquitate,
& cõgrua ratione regulare debet; vtrum-
38 que caſum comprehendit, quia † ratio generalis
ampliat dictum per extenſionem
paſſiuam, Io. Vincent.de Anna in d.cap.1.de
vaſſall.decrep. ætat. num.103. ſed iſta ratio
generalis ampliat dictum, & extendit non
ſolum ad ſucceſſionem, ſed etiam ad refutationem,
Conſtitutio iſta cum ſit eadem ratio,
& non diuerſa, nec in contrarium eſt in
ſpecie ſtatutum tantum refutationis etiam
comprehendit, & ſic primogenitus ad vitam
militiam; de feudo refutato tenetur ſecundogenito.

39 Duodecimo, de † toto ad totum, & de
toto ad partem, argumentum valet. l. quæ
de toto, ff. de rei vendic. cum ſimil. ſed pater
non poteſt donare vni filio feudũ, quod
omnibus contingit; quando Longobardorũ
Iure viuitur, vel alteri, ſi de Iure Francorũ
ſit ſine aſſenſu, Io. Vinc.de Anna in cap.1.de
vaſſall.decrep. ætat. nu.184. ſed ſi in feudo
refutato, vita militia non deberetur, eſſet in
poteſtate patris dare partem feudi primogenito;
præſuppoſita tamen opinione, quod
vita militia ſit pars feudi, vel ſecundum aliã
opinionem eſſet in poteſtate patris fraudare
ſecundogenitos vita militia, & dare primogenito
feudum liberum abſque onere
intrinſeco ipſius feudi, & primogeniti, vt
prædiximus, & ſic non poteſt.

60 Decimoterzo, † ſecũdogenitus eſt verè,
& propriè Dominus pro portione, vel vita
militia ſua feudi, vt refert, & ex alijs firmat
Apoſtill.ad conſuet.Neapol. fol.218. lit.G.
ergo refutando pater non videtur, quod
poſſit in præiudicium vitæ militię ſecundo-
61 genitis; item † vita militia in ſubſtantia
potius alimentis in effectu, quam legitimæ
comparatur, & alimentatio filiorum ſicut
debet fieri à patre ipſo viuente, vt in l.1. §.
hinc deſcendit, ff.de inſtit.& iure, ita etiam
62 poſt mortem patris alimẽtatio debet procedere
de bonis patris, §.1. & §. prohibemus,
in auth.de trient.& ſemiſſ. & ideo cum
debeatur alimenta iure naturæ, ſequitur ꝙ
tolli non poſſunt, maximè quod ex principio
acquiſitionis feudi per patrem fuerunt
quæſita ſecundogenitis alimenta, ſiue vita
militia, & cum iure naturæ debeantur naturalia
ſunt immutabilia, l.3.ff.de teſtam.tut.

63 Decimoquarto, iura † naturalia ſunt fortiora
accidentalium, d.l.3. ff.de teſtam. tut.
cum ſimil. cum ergo ius filiorum ætate minorum
in conſequendis alimentis, ſiue vitã
militiam, quæ idem ſit naturale, & ius primogeniti
ad excluſionem omnimodã aliorum
ſit accidentale, prout ex ſtatuto, vel
particulari contractu refutationis introducitur,
ergo fortius erit ius filij ſecundogeniti,
qui agit de damno vitando, primogenitus
autem de lucro captando: & ita etiam fauorabilior
erit ſecundogenitus ætate minor
64 quam primogenitus, & quod † vita militia
à ſecundogenito per refutationem tolli non
debet; adduco ſententiam Imperatoris in
auth. de trient. & ſemiſſ. in princ. vbi dicit
Imperator (quod frequentèr miratus eſt,
quomodo beneuolis, & legitimis filijs pro
quibus gratias Deo parentes agunt: & quibus,
quod relinquitur, iam erat debitum: ſolum
quarta pars, ſeù triens deberetur; vnde
contigebat ſæpè filios, qui patre viuente,
erant idonei, & opulenti; mortuo patre, remanere
pauperes, cũ neceſſario dicta quar-
65 ta deberent eſſe contenti.) & ideo † tales
leges veteres ſtatuentes quartam partem
tantum pro legitima crudeles appellat Imperator,
vt in tit.de trient.& ſemiſſ.§.prohibemus,
& §. hæc nos, ex quo Imperator
auxit legitimam filijs, vt eorum numerum,
vt in eadem auth, & in auth.nouiſſima, C.de
66 inoffic. teſtam. ex quibus † refutatio ipſa
ſi vitam militiam ſecundogenitis auferret
crudelis, & inhumana, multo fortius eſſet,
& de ea nullam rationem haberi; vt in

ſimili

Digitized by Google

ſimili dicit Soccin.conſil.155. & ex alijs fir-
mat Io.Lecirier.de primogen. lib.2.cap 16.
à nu.4.vſque in finem, de legitima,quæ pro
alimentis debetur,tolli non poſſet, maximè
cum fauorabilior ſit vita militia quam legi-
tima, de Franch.deciſ.20 nu.9 ex alijs.
67 Decimoquinto, & Vltimo, † ſi filius pri-
mogenitus per refutationem patris haberet
feudum, & nō teneretur ad vitam militiam
ſecundogenitis fratribus eſſet in electione
patris, filios etiam alimentis priuare, quod
valdè iniquum eſſet ; nam filius minor pri-
uaretur vita , ideſt alimentis, & onus dire-
ctus feudi non haberet ſeruitium militare,
ad quod ſecundogenitus tenetur pro vita
militia expenſas equos,& arma,quæ primo-
genitus pro feudo fratri minori præſtare
tenetur, vt dicit gloſ.in d.Conſt.Comitibus,
quā ſequitur Affl.in deciſ.138.& deciſ.252.
68 inſuper actus † refutationis,qui fit per pa-
trem filio, ſiue per agnatum , alteri agnato
proximo ſucceſſuro eſt ad inſtar vltimę vo-
luntatis,cum ſit quædam præuentio, & reti-
net omnes qualitates vltimæ voluntatis ;
quia ſoluitur releuium,vita militia,& paca-
gium ſororum,licet fiunt inter viuos,vt latè
per Io.Vinc.de Anna in allegat.23.qui dicit
ſic fuiſſe deciſum contra ipſum patrocinan-
tem in cauſa Magnifici Fabij de Geſualdo,
& idem dicit in repet. cap.5. de vaſſall. de-
crep.ætat. nu.224.& ſeq. refert Io.Hieron.
de Mauro addens in alleg. 35. Marcelli ſui
patris num.10.& 11.
His rationibus hinc inde adductis, quia
69 in † reſutationibus ſemper adeſt aliqua ſu-
ſpitio fraudis,vt per Ifern.in cap. 1. §.ſed &
res , per quos fiat inueſtit. vbi communiter
omnes ex tex. in l. omnes, ff. quæ in fraud.
cred. & hic eſt clara pro priuādo, fraudan-
do ſecundogenitos de alimentis, quorum
cauſa eſt fauorabilis,& ſunt de iure naturæ,
& naturalia ſunt immutabilia, partes mino-
rum ſunt magis amplectendæ , & fauendæ
rationibus,& cauſis iam dictis,& nō obſtan-
tibus ſuperius pro primogenito adductis ,
quæ & ſi videantur aliquid aſtringere,re ve-
70 ra non obſtant, & proinde per † Sacrum
Conſilium fuit deciſum de feudo reſutato
vitam militiam fratribus alijs deberi,penès
de Capua Actuarium Sacri Conſilij, de qua
deciſione teſtatur Io. Vinc.de Anna in d.al-
leg.23.& in repet.d.cap.1.de vaſſall.decrep.
ætat.num.224. Moliei.in comment.ad con-
ſuet.Neap.tit.de renunc. q.1.nu.7 dicit de-
beri poſt mortem patris,& pro ſecundoge-
nitis de feudo refutato deciſum in cauſa
Mag. Fabij Geſualdi in prima,& ſecunda
inſtantia, & ſic bis deciſum , quia refutatio
dicitur quædam præmatura ſucceſſio, & ha-
betur ac ſi eſſet mortuus pater, vel alius re-
futans , & retinet omnes qualitates vltimæ
volūtatis,vltra ſuperius dicta tener ex alijs
Freda de ſubfeud.lib.2. ad Conſt Diuæ me-
moriæ limit.17.fol.mihi 159. nu.45. Reg.de
Ponte conſ.12.num.4. ex Bald. in conſ.30.
lib.2. & in prælud.feud, lect.2. num.55. Ma-
ſtrill.in deciſ.1.num.10.per binas ſententias
ita iudicatum firmat Mtianenſ.deciſ.8.num.
286. lib. 1. ex alijs Io Bapt. Thor. in comp.
deciſ. verſ.vita,& militia fol.578. colum.2.
in princ.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio LXIX.

THEMA.

Vita militia de feudo donato non debetur.

SVMMARIVM.

1 *FEuda omnia antiquitus de iure communi feudorum erāt diuidua,& omnes fratres æqualiter ſuccedebant.*
2 *Feuda de Iure Regni omnia ſunt indiuidua, & in eis primogenitus tantum ſuccedit.*
3 *Feuda non venire ad primogenitos ordine teſtatoris,ſed vigore Iurium Regni.*
4 *Feuda eſſe indiuidua,& venire ad primogenito de Iure Regni, confirmatum eſt per Ius Siculorum.*
5 *Filijs ſecundogenitis loco eorum portione feudi eis tangenti datur vita militia.*
6 *Alimenta, ſiue vita militia datur fratribus minoribus iuxta qualitatem fructuū feudi, & numerum filiorum ſicut legitimam.*
7 *Feudo quoties quis priuatur,ex eius fructibus habere debet alimenta,quæ ſunt vita militia.*
8 *Primogenitus tenetur ad vitam militiam fratribus minoribus quādo habet feudū iure ſucceſſionis, non quando per donationem, & per contractum.*
9 *Clauſulæ ex nunc pro tunc, conſtituti,& precarij faciunt à principio contractum perfectum, & dominium tranſlatum in donatarium, deciſum.*
10 *Succeſſor non dicitur aliquid acquirere, quando nihil adeſt in hæreditate, & ſic grauari non debet.*

11 *Feu-*

Digitized by Google

11 *Feudo donato cauſa mortis vita militia, nec releuium debetur.*
12 *Feudo habito per contractum, ceſſat ſolutio releuij, & vitam militiam.*
13 *Feudum ſi vendatur emptor ad vitam militiam, nec ad releuium tenetur.*

1 REgulariter † antiquitus omnia ſeuda
erant diuidua,& in eis ſuccedebãt om-
nes filij, ſiue fratres æqualiter, de Iure cõ-
muni feudorum, per tex. in cap. 1. §. omnes
filij, ſi de feud. fuer. controuerſ. inter Dom.
& agnat. & in cap. 1. §. 1. verſ. ſed cum hoc
iure, de his, qui feud. dar. poſſ. ſucceſſit po-
2 ſtea † ius Conſtitutionum Regni, quod fe-
cit omnia feuda indiuidua,& quod minui,&
diſmembrari non poſſint; vt in Conſt. Con-
ſtitutionem diuæ memoriæ, de reuoc. feud.
in Conſt. Vt de ſucceſſionibus, de ſucceſſio-
ne nobiliũ in feudis, in Conſt. In aliquibus,
de fil. Comit: quæ diſpoſuerunt, vt in feudis
ſuccedant primogeniti tantum, & non alij,
quod in dictis locis omnes Scribentes fir-
mant,& ita de conſuetudine eſſe, dicit D. de
Franch deciſ. 4. nu. 13. Reg. de Ponte conſ. 3.
nu. 47. Conſ. Georg. in repet. cap. 4. verſ. qui
autem tenet,& num. 9. per Sacrum Conſiliũ
deciſum fuiſſe firmat, & idem per Collate-
rale Conſilium dicit Reg. Conſtant. in l. 1. C.
de Conſul. lib. 12. per dicta iura,& fuit am-
pliatum etiam in linea collaterali per cap.
conſiderãtes, ibi (primogenituræ ſexus prę-
rogatiua ſeruata) ibique Neapodan. num. 7.
3 dicit: † feuda non venire ad primogenitos
ordine teſtatoris, ſed vigore præſentis cap.
conſiderantes, vbi Niger nu. 30. ex alijs fir-
mat,& Conſ. Georg. alleg. 21. nu. 9. allegan-
do dictam Conſt. Diuæ memorię, dicit, quod
Ius Regni induxit indiuiduitatem feudo-
rum, & pariter prætulit primogenitos per
d. cap.& ex alijs ibidem per eum, quod cap.
debet ſeruari pro lege, vt in ſpecie ad illius
intellectũ dixit Iſern. in d. Conſt. Vt de ſuc-
ceſſionibus, penult. col. verſ. ſimile quærunt
fiſcales fol. 288. quod ius fuit exinde confir-
4 matum per † ius Siculorum tam ex teſta-
mento, vt in cap. volentes, ibi (feudo ipſo
integro, atque indiuiduo perdurante) in tit.
de alien. feud. quam etiam ab inteſtato, in
quo ſucceſſit ius Francorum tàm in feudis
nouis, quàm in antiquis ratione prorogati-
uæ ſexus,& primogenituræ, vt in cap. ſi ali-
quem, & in cap. conſtitutionem, de ſucceſſ.
feud. verum, quia ſatis iniquũ fuerat, ſi fra-
tres nati minores ſine eorum culpa priua-
rentur ex diſpoſitione legis legitima por-
tione feudi cuilibet eorum competenti, ex
diſpoſitione iuris cõmunis feudorum pro-
5 pterea † loco portionis feudi, à qua filius
ſecundogenitus excluditur per primogeni-
tum ſuccedentem in toto feudo indiuiduo,
introducta fuit hęc vita militia, per text.
in d. Conſt. Comitibus, per quam filius pri-
mogenitus tenetur fratri ſuo ratione exclu-
ſionis portionis feudi, ei alimenta præſtare
6 de fructibus feudi; † iuxta qualitatem feu-
di,& numerum liberorum, ſecundum com-
putationem, quæ fit de legitima portione
filiorum ſuccedentium parentibus ab inte-
ſtato in bonis allodialibus, iuxta diſpoſitio-
nem Auth. nouiſſima, C. de teſtam. vt ſi ſint
quatuor fratres, aut pauciores, quilibet fra-
ter habebit tertiã, tertiæ portionis ſibi con-
tingentem pro legitima, ſi ſunt vltra qua-
tuor, legitima erit medietas, & ſi etiam vita
militia erit medietas medietatis: ita decla-
rat Afflict. in d. Conſt. Comitibus, col. 1. in
2. quæſt. Petr. de Gregor. in d. tract. de vita
militia, q. 7. num. 4. & hanc rationem exclu-
ſionis ſecundogeniti à feudo aſſignat Iſern.
in d. Conſt. Comitibus, in 1. lectur. in princ.
7 col. 1. & alia ratio aſſignari poteſt, † quia
quotieſcumque quis priuatur feudo ex di-
ſpoſitione legis ſine eius culpa, etiã ex ipſo
feudo deduci poteſt tanta quantitas fructuũ,
ſeù redituum, quæ ſibi ſufficiant ad alimen-
ta, dicit Petr. de Gregor. in d. tract. de alim.
q. 1. nu. 15. ponens exempla in muto,& alijs,
vt ibi per eum loquendo in caſu noſtro, ſi
per donationem factam à patre filio primo-
genito, vel alio cum Regio Aſſenſu reſer-
uato vſufructu donanti eius vita durante,
quia alij filij priuãtur ſucceſſione feudi, de-
8 bent habere vitam militiam; ſed † in con-
trarium adducitur hoc eſſe verum, quando
filius primogenitus haberet feudum ex ſuc
ceſſione, quod non eſt in feudo donato ei ex
contractu donationis peruento, & ipſe ha-
bet feudũ in vita, licet alius tenuerit vſum-
fructum: non videtur tradere, per l. quiſ-
quis, C. de donat. quæ habet locum in feu-
dis, nè dum in allodijs; ex notatis per Iſer.
in cap. 1. qui ſucceſſ. ten. il ſecondo,& dicit
Fritia in caſu talis donationis releuium non
deberi, ſubdens, quod contractus eſt perfe-
ctus in vita donantis, licet delata ſit execu-
tio poſt mortem, per l.& ſi cum moriar, de
condit. indeb. Alex. conſ. 80. lib. 2. Dec. conſ.
247. & in l. contractus, de regul. iur. Ripa
lib. 2. reſponſ. cap. vlt. plenè Tiraquell. in
ſuo tract. de conſtit. & hoc procedit nè dum
ſi ſit facta retentio vſusfructus, verum etiã
ſi in vita donans, ſibi retinuit vſumfructum,
& dominium; nam cùm ipſe donãs, deſinat
eſſe Dominus, & alius occupet feudum ex
contra-

contractu, non habeat locum Conſtitutio, quæ loquitur in eo, qui ſuccedit morienti, vt in bonis illius tunc quæſitis capit feudi dominium, vt ex tunc, quando donatio facta fuit, non vt ex nunc, quando defunctus interijt, cum eo moriẽte ius ſuum finitur, per l. vxor patrui, C. de leg. maximè ſtantibus
9 clauſulis ex † nunc, prout ex tunc, conſtituti, & præcarij, quarum clauſularum virtus facit actum ab initio perfectum, Iſern. in cap. ſâcimus, vt nemo miles, col. fin. verſ. & hoc quando vbi ergo lex, quo temp. mil. & dixi in meo conſ. 70. num. 18. ex quibus à die contractus cenſetur translatum dominium in donatarium, per tex. in l. quod meo, in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. l. quædam, ff. de reſuendic. Guid. Pap. in deciſ. 268. & pro indubitabili per vtrumque Collaterale, & Sanctæ Claræ, ſiue Capuanæ Conſilium fuit habitum, & deciſum, vt ex pluribus firmat Præſ. de Franch. in deciſ. 213. num. 1. & plur. ſeqq. & donatio à die contractus effectum habuit, & ex tunc in donatarium tranſlata, & ius donantis extinctum ex prædictis, &
10 per d. l. vxor patrui, † non dicitur ſucceſſor aliquid acquirere, cum nihil in hæreditate reperijt, & ex ea nihil recipit, in aliquo grauari non debet, & ex quo per mortem in aliquo non honoratur, & non percipit emolumentum; honeſtum eſt illum aliquod onus non habere per regulam iuris à contrario ſenſu, vt per Fritiam in d. author. 3. num. 17. ex alijs, & deciſionibus firmat, de feudo donato releuium non deberi, immo
11 & fortius in feudo donato † ex cauſa mortis, quæ vltimæ voluntati æquiparatur, l. illud generaliter, de donat. cauſ. mort. & videtur ſucceſſorem habere ex vltima voluntate, minimè etiam debet releuium ſolui, ex quo ius habendi feudum poſt mortem radicatur ex contractu, licet poſt mortem donatarius habiturus ſit, feudum donante inuito, & pœnitere poterat, & non ex ſucceſſione defuncti, qui tempore ſuæ mortis definit habere dominium feudi in eius vita donati, & per clauſulas prædictas in donatariũ tranſlati, & in eo non habet hæredem, neq;
12 ſucceſſorem, & etiam in hoc caſu † ceſſat conſuetudo ſoluendi releuium, nec inſpicitur natura contractus, quæ reuocabilis eſt de donatione cauſa mortis loquendo, vt in l. 1. C. de donat. cauſ. mort. ſic ex prædictis ceſſare Conſt. Comitibus dandi vitam militiam ſecũdogenitis per donatarium feudi, dum habuit per contractum, & non per vltimam voluntatem, nec vti ſucceſſor, vt latius per Fritiam in d. author. 3. num. 18. & ſeq. fol. 319. in vlt. impreſſ. dicens, vt dixi-
13 mus, † non dicitur ſucceſſor aliquid acquirere. cũ nihil in hæreditate reperiat, nõ dẽt in aliquo grauari, ex quo à Dño per mortuũ in aliquo nõ honoratur, nõ percipit emolumentum, honeſtum eſt ipſum aliquod onus non habere per regulam iuris à contrario ſenſu per aliam rationem, quia poterat ven-
14 dere, † & ſi venderet, emptor ad vitam militiam non teneretur, ſic nec donatariũs, qui ex contractu habuit, idem autem in ſuo tractatulo dicit fuiſſe in facto in Regia Camera Summariæ, quando Domina Catherina de de Laratha Comitiſſa Caſertæ donauit quodam Caſtrum Domino Franciſco Gambacurtæ, & obtinuit vita militia de feudo donato non ſolui, nec releuium; vt ex prædictis patet.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio LXX.

THEMA.

De feudo per filium, vel alium ſucceſſorem poſt mortem prędeceſſoris reempto, an debeatur vita militia alijs fratribus, vel parte pretij.

SVMMARIVM.

1 *Feudum antiquum alienatum cum pacto de retrouendendo, & reemitur remanet antiquum.*
2 *Feudum nouum ſi reemitur remanet nouũ.*
3 *Feudum ex noua cauſa, & nouo titulo, eſt nouum feudum.*
4 *Conſtitutio Comitibus loquitur vitam militiã deberi de feudo peruento ex ſucceſſione, nõ quando primogenitus reemit de propria pecunia.*
5 *Primogenitus ſuccedit in actione redimendi feudum, ſi redimit etiam de pecunia hæreditaria ad vitam militiam fratribus non tenetur.*
6 *Primogenitus habens feudum ex cõtractu, & ſoluit pecuniam, & cũ intereſſe reſtituere, à quo fortè accepit, ad vitam militiam non tenetur.*
7 *Vitam militiã Conſtitutio Comitibus ideo dat ſecundogenitis, quia eos excludit à ſucceſſione feudi.*
8 *Conſtitutio Comitibus non loquitur de feudo à patre cum pacto de retrouẽdendo alienato*

Digitized by Google

alienato,quia tempore mortis non poſſidebat.

9 *Primogenitus licet habeat actionem redimendi feudum, redimendo vitam militiam ſecundogenitis non ſoluit, deciſum.*

10 *Conſtitutio Comitibus loquitur quando primogenitus habet feudum ex ſucceſſione.*

11 *Actio ad redimendum, iudicatur feudalis quam habens & exercere poterat ad libitum, feudum habere dici poſſet.*

12 *Primogenitus non niſi vt heres & ſucceſſor patris, feudum reemere non poteſt, redimendo ad vitam militiam fratribus tenetur.*

13 *Defunctus, & heres pro vna perſona reputantur.*

14 *Venditio, & retrouenditio multum inter ſe differunt.*

15 *Feudum reemptum non dicitur tranſlatum ad primum venditorem, ſed reuerſum ad eius propriam naturam antiquam, & non iudicatur vt de nouo quaſitum.*

16 *Feudi ex pecunia competente defuncto à filio, reempti per filium relevium, & vita militia ſoluitur.*

17 *Patrem non vendentem feudum liberè in hæreditate remanere voluiſſe, & reëpto, ac ſi nunquã ab hæreditate diſceſſiſſet, & ſucceſſiuè primogenitus habet, & ad vitam militiam tenetur.*

18 *Primogenitus pecuniam quam ſoluit pro redimendo feudo paterno, poteſt repetere à fratribus ſecundogenitis, & ad vitã militiam tenetur.*

IN hoc eſt diſtinguendum, ſi feudum ſit antiquum, ex antiqua cauſa redemptum, aut
nouum ex noua cauſa peruentum. Primo
1 caſu, quando † feudum eſt antiquum, quia
fuit alienatio non libera, ſed cum pacto de
retrouendendo, & tunc ſi eo durante contingat fieri reemptionem, eo caſu feudum
remanebit antiquũ, prout erat ante, vt latè
hoc ſcribit Fritia lib.2.de ſubfeud. author.5.
2 num.20.fol.337. Secundo caſu, ſi † feudum
eſt nouum, vt quando pater liberè cum aſſenſu alienauit feudum abſque vllo pacto
de retrouendendo, vel cum pacto de retrouendendo; tunc licet illud reemet, attamen
abſque dubio in eius perſona feudum eſt
nouum, & ita procedunt dicta per Iſern. in
cap.1.num.3.verſ.alienaui, de content. inter
me, & Dominum, de por.feud.fratr.mei, &
in cap.1. num. 4. quid iuris ſit ſi vaſſallus,
Alex. conſ.23.num.1.lib.1. quod conſilium
fecit Alexand. in cauſa Ioannellæ Tomacellæ Neapolitanæ, Loffred. conſ. 52. nu.2.
3 & 3. quibus in locis concluditur † feudum
nouum eſſe, quia ex noua cauſa, & nouo titulo habitum, argum. not. per gloſ.& Bart.
in l.ſi à me, ff.ad l.falcid. Io.Thom.de Marin. de gener. feud. tit.de feud ex pacto, &
prouid.num.20.verſ.quarto vlterius, fol.71.
4 & quoad † vitam militiam fratri non tenetur, cum Conſtitutio Comitibus loquatur in
feudo remanſo ex ſucceſſione, deberi vitã
militiam, & non in eo acquiſito per primogenitum de ſua propria pecunia, & ex particulari contractu in feudo cum pacto de
retrouendendo alienato, & à primogenito
reempto quamuis ſit antiquum, & ex cauſa
antiqua reemptum primogenitum ad vitã
militiam fratribus non teneri ex pluribus.

Primo, quamuis ipſe tanquam primogenitus ſuccedat in hoc iure reemendi feudũ,
& iſtud ius remanſit in hæreditate, in quo
iure cum ſit actio quæ feudalis eſt, ex Bald.
conſ.349. qui litem habebat lib.2.quem refert, & ſequitur Fritia in 18.limita ad Conſt.
diuæ memoriæ, & plenè Camer. in cap.Imperialem fol 15.& 16. ex alijs Vincent. de
5 Franch. deciſ.75 num.3.vbi num.4. † dicit,
quod in actione redimendi feudum primogenitus ſuccedit, & ipſe redimit feudum
etiam de pecunia hæreditaria, quia pecunia
eſt burgenſatica, & non feudalis, & ipſe poteſt pati labi tempus redimendi, vel non
redimere, & quamuis redimat ex iure competente de futuro per eum exercẽdo ſuper
feudo, & illud ius eſt ex contractu, non iure
ſucceſſorio vniuerſali, & fortè illud ius eſſet inutile, niſi adeſſet pecunia pro reẽptione, pecunia igitur facit feudum licet reemptum, & ſi ex iure defuncti reemit hæres,
tamen eſt emptor, & ex ſuo contractu habet, ac mediante pecunia ad vitam militiam
alijs fratribus non tenetur, & quia Conſtitulo loquitur quando ex ſucceſſione patris,
vt diximus in feudo refutato, & per Ioann.
Vinc.de Anna alleg.23.

6 Secundo, † Primogenitus habet hoc feudum ex contractu ſuo particulari cum ſuo
onere ſoluendi pecuniam, & fortè oporteret habere ſub vſuris, & eſſet irrationabile,
ipſum duplici onere grauari ad intereſſe
pretij, quod ſolueret pro redemptione feudi, & ad vitam, & militiam, contra l.nauis
onuſta, & ad legem Rhodiam de iactu, ideo
7 † Conſtitutio Comitibus dat vitam militiã
ipſum grauando, quia excludit ſecundogenitos, vt per Iſern.& DD. in ipſa Conſtit. &
ideo debet dare vitam militiam, quia poſſidet feudum iure ſucceſſionis, & feudum
venit ad primogenitum ſine alio onere, merito

rito Cōſtitutio ipſa de eo loquitur, ergo &c.
8 Tertio, Conſtitutio † Comitibus, de hoc iure redimendi feudum non loquitur, cum tempore mortis feudatarij, ſeù pater
9 verè non poſſidebat feudum, licet † actionem habebat ad feudum, & eum redimendi, l. qui actionem, l. 3. de regul. iur. Conſtitutio omiſit hunc caſum reſtringi debet; & ſtrictè eſt intelligenda, vel conſulenda regia mandata, ad ea reſolui, alias primogenitus ad vitam militiam ſecundogenitis non teneri, ex quibus, & alijs Fritia in ſuo lib. 2. de ſubfeu. author. 3. num. 14. diſputando articulum, ſi debet ſolui releuium de feudo à patre vendito cum pacto de retrouendendo, & à filio reempto; firmat deciſum, quod non, quam opinionem ipſe ſequitur folio 316. & 317. d. num. 14.

Pro ſecundogenito, q; in feudo reempto ei vita militia debeatur ſuperius dictis non obſtantibus, ſequentes rationes adſunt.

Primo, nam licet eotum pater non poſ-
10 ſedit feudum tempore mortis, & † Conſtitutio Comitibus loquitur: quando filius primogenitus ſuccedit in feudo, & dicit Ioan. Vincent. de Anna d. alleg. 23. & ex alijs ſuperius dictis, & quod tempore mortis pater verè non poſſidebat feudum, nihilominus
11 habebat † actionem ad feudum, quo caſu cum actio iudicatur feudalis, vt diximus ex de Franch. & alijs in ſua deciſ. 75. & ex ſua voluntate dependebat reemere ipſum feudum in eius poſſe adeſſe dicere poſſumus.
12 Secundo, † primogenitus tale feudum non niſi vt patris hæres, & ſucceſſor redimere non poterat, & ſi ita redemit ad vitam militiam fratribus tenetur, quia feudū peruenit ad hæredem ex contractu inito cum defuncto in hæreditate remanſo, redijt in primam cauſam, Dec. conſ. 78. ex alijs multis expreſsè firmat, quod filio feudum redimente ex pacto, & tempore iam pendente, perinde eſt, ac ſi feudum nunquam receſſiſſet à defuncto, & fingitur ſemper in hæreditate fuiſſe, argum l. qui actionem habet, de regul. iur. & hic hæres nihil facit de ſuo, ſed tantum exequitur, quod à prędeceſ-
13 ſore defuncto recepit, vtraque † perſona defuncti, & hæredis pro vna reputantur, l. fin. C. de impub. non poteſt ex eodem facto formato cū defuncto diuerſo modo iudicari cum defuncto, quam cum hęrede, quia ratio diuerſitatis non adeſt, idem ius ſtatui debet.

Tertio, iſta non eſt emptio, quia venditor voluntariè non vendit, vel ex ſua voluntate diſtrahit: ſed eſt reemptio naturæ ſuę vo-
14 cis, & ſignificationis hoc exibet; & † venditio à retrouenditione multum differt: illa voluntariè hæc coactè, & eſt magis quædam reſtitutio, quam noua emptio, vt ex notatis in l. 2. C. de pact. inter empt & vend. vbi Cagnol. ſit tantum reſolutio iuris ipſius venditoris, qui reuendendo non promiſit de nouo emptionē, & eo reuendente omnes obligationes per eum contractæ extinguentur, vt not. Bart. in l. in diem, & in l. 3. §. Marcellus, de in diē adiectione, & habetur plenè in l. ab emptione, de pact. per Bal. nouell. & Tiraq. de vtroque retract. §. 19. gloſ. 2. num. 4. l. ſi vnus, §. pactus nè peteret, ff. de pact. num. 4. lex Diui Gulielmi prouidet Domino terram ementi dari ſubuentionem, de redimente nihil dixit, & ex alijs Fritia de ſubfeud. d. lib. 2. author. 5. num. 20. fol. 338. &
15 non dicitur † feudum translatum in primū venditorem, ſiue eius filium primogenitum; ſed reuerſum, vt dicitur in l. filio quem pater, ff. de liber. & poſthum. & ex alijs Tiraq. dicto in loco num. 4. & 5. quia retrouenditio neceſſaria fuit ad eius propriam naturam antiquā reuertitur, vt in l. ſi vnus, §. pactus nè peteret, ff. de pact. Bar. in l. decem, per illum tex. ff. de aqua plu. arc. & non iudicatur tanquam de nouo quæſitum, vt late Dec. conſ. 88. col. 2. & conſ. 238. in 5. dub. num. 4. prope finem, & num. 5. & latiſſimè Cagnol. in repet. l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.
16 num. 125. & in indiuiduo in † feudo etiam de pecunia primogeniti reempto, tenet Fritia in 3. author. num. 14. ibi (ſi ex iure competente defuncto feudum recuperet, & tunc annus currit, & releuiū ſoluet, fol. 316. col. 2. ſic debet ſoluere vitam militiam.

Ex his etiam contraria ſuperius adducta reiecta videntur, & nō obſtant, & ſignanter, quod feudum nō poſſidebat tempore mortis, quia habebat actionem, quæ remanſit in hæreditate, & feudum habere videtur, vt diximus.

Nec obſtat, quod ex contractu particulari, nam ſi ius hoc reemēdi remanſit in hæreditate, ergo iure ſucceſſorio reemit, vt ſimiliter ſupra fundatum eſt.

Item nec obſtat, quod pater poterat vēdere feudum liberè, & ſic non remanebat ius nullum in hæreditate. Nam ex hoc, quod
17 † non vendidit liberè iudicatur, quod pater voluit, vt feudum redimeretur, & ſic ex ſua ſecundaria, vel potius primaria intentione fuit, vt iſtud ius, ſeù feudum veniat ad primogenitum, ac ſi nunquam fuiſſet diſceſſum ab hæreditate, & dominio ipſius, & quod redimatur de bonis in hæreditate remanſis, & cum cauſa eſt redacta ad non cauſam, remanet actus ſine cauſa, ac ſi nunquam fuiſſet

facta

Digitized by Google

ſacta venditio, Iſern. in rubr. quę ſint regal. & ſic primogenitũ iure ſucceſſionis reemere, & habere ſeudum, & tenetur vitam militiam ſecundogenitis dare propter commodum ſucceſſionis, & excluſionis ſecundogeniti cum iuxta dictam Conſt. Comitibus.

Nec minus obſtat, quod pecunia ſuit cauſa retrouenditionis ſeudi, & quod niſi eſſet
pecunia, non poſſet fieri retrouenditio, &
quod habet ex cõtractu; nam quamuis ipſe
38 † primogenitus ſoluit, tamen põt repetere, vt diximus infra, quando primogenitus
ex propria pecunia redemit, an ſecundogenitus teneatur contribusre ad pretium, &
ſuiſſet emptum, & per conſequens ſoluta
parte pretij per ſecũdogenitos, ad quod poſ
ſunt aſtringi, debẽt habere vitam militiam,
& habebunt ſucceſſionem, & ſeudum iudicatur ex prima cauſa redemptum, & ſic antiquum, iure ſucceſſionis, & nou ex contractu, ex quo ad vitam militiam tenetur, vt prædicitur.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio LXXI.

THEMA.

Primogenitus ſi de propria pecunia redemit feudum à patre cũ pacto de retrouendendo alienatum, ſi ſecundogenitus voluerit vitam militiam debet, nè contribuere in feudo, vel extimabitur illud reemendi ius.

SVMMARIVM.

1 *Feudum reemptum reuertitur ad ipſius priſtinam naturam antiqui feudi.*

2 *Secundogeniti poſſunt cogi ad pretium redemptum, & habebunt vitam militiam.*

3 *Primogenitus ſi poſt diuiſionem redemit feudum vigore pacti de retrouendendo, de propria pecunia nõ tenetur ad vitam militiam fratribus ſecundogenitis.*

4 *Primogenitus ſi poſt mortẽ patris à principio poteſt aſtringere ſecundogenitus ad reemendum feudum cum pacto retrouẽdendi à patre alienatum, & nu.8.*

5 *Primogenitus ſi de proprio reemit feudũ, recuperat pretium à fratribus, ſi de cõmuni, vtroque caſu fratres debebit vitã militiam.*

6 *Emens feudum pro ſe, & fratre, reſtringit fratrem ad partẽ pretij, ſi vult partem feudi.*

7 *Hæres recuperans bona fideicommiſſaria cum pacto de retrouendendo alienata, recuperat pecuniam, pro qua reemit à fideicommiſſario.*

8 *Feudum poſt reemptionem dicitur ex prima cauſa eſſe apud hæredem, & primogenitum, & recuperat pretium à ſecundogenitis.*

1 Diximus, quod † feudum à patre cum
pacto de retrouendendo alienatum
quando à filio reemitur, reuertitur in priſtinam ipſius feudi antiquam naturam, argum.
l. ſi vnus, §. pactus nè peteret, verſ. quod in
ſpecie, ff. de pact. ibi (ſed formæ ſuæ redi-
ditur, & cap. ab exordio 35. diſt. & ex alijs
Det. d. conſ. 88. nu. 3. vt diximus quo caſu ha-
bebunt commodum ſucceſſionis, & ſic feu-
dum reemptum, quia iudicatur vt feudum
2 antiquũ, videtur, quod † poſſunt ſecundo-
geniti aſttingi ad ſoluendũ partem pretij,
& ipſi habebunt vitam militiam, & ſucce-
dent ſicut in feudo antiquo, vel pecunia
ſoluta per primogenitum ab hæreditate eo-
rum patris eſſet ſoluẽda primogenito; nam
ſi de hæreditate ſoluitur, ipſi ſecundogeniti
debent habere vitam militiam, & habebunt
cõmmodũ ſucceſſionis eo caſu quo nollent
ſoluere de eorum propria pecunia fingen-
do caſu, quod poſt diuiſionem hæreditatis
3 paternæ † primogenitus redemit de pro-
pria pecunia, non habebunt neque vitam
militiam, neque ſucceſſionem vt feudũ an-
tiquum; ſed extimabitur illud ius redimen-
4 di, ſed credo verius, † ꝙ ſi à principio poſt
mortẽ patris primogenitus vellet aſtringere
ſecundogenitos, vt de hęreditate, & bonis
hæreditarijs redimat, feudũ poſſet, cum non
dicuntur in damno ſecundogeniti, quia ha-
bebunt vitam militiam, & ſucceſſionem, &
ſi pater non alienaſſet, nonne eſſet feudum
in hæreditate, & ipſi non ſuccedent, ſed
primogenitus, & ipſi habebunt vitam mili-
tiam, & ſucceſſionem tempore ſuo, ergo lex
fingit feudum, ſemper ſuiſſe, & ſtetiſſe in hę-
reditate poſt mortem patris, ergo à princi-
pio ante diuiſionem poſſunt aſtringi. immo
5 etiam poſt diuiſionem, & ſi † primogenitus
de propria ſua pecunia redemit, vel recupe-
rabit pretium à fratribus ſecũdogenitis, vt
infra nu. 8. vel de communi tenetur ad vi-
tam militiam ſecũdogenitis, & hoc propter
commodum ſucceſſionis, quia ſeudum re-

manet antiquum,& pater habebat intentio-
nem iterum habendi feudũ, & ſic ex ſecun-
daria intẽtione teſtatoris videtur,quod im-
ponat hæredibus,cui nomen ſeudi lex enim
dat ordinẽ ſuccedendi in feudis ordine col-
lectiuo ſexus,& ætatis pręrogatiua ſeruata,
& ſic omnes ſecundogeniti poſſunt aſtringi
ad pretiũ pro ſeudi redemptione, eum vitã
militiam, & ius ſuccedendi habeant, & hoc
pro paterna ſecundaria volũtate exequen-
da; cui concluſioni accedunt, quæ per Bart.
in l. 2. C. pro ſocio, vbi dicit, quod ſi vnus
6 † emit fundũ pro ſe, & fratre,& ſoluit pre-
tium, poteſt repetere ab alio fratre partem
pecuniæ, ſi vult partem predij,quem addu-
cunt prędicti Doctores in cõcluſione, num-
quid bona recuperata virtute pacti de re-
trouendendo transferantur in fideicommiſ-
7 ſarium; qui dicunt † bona fideicommiſſa-
rio deberi, quia poſt reemptionem ex pri-
ma cauſa apud hęredem eſſe deductam tan-
quam hæreditaria, tamen hæres poteſt
recuperare à fideicommiſſario pretium,
quia de pecunia propria redemit, quem
Bart. theoricã ſequitur, & ex alijs compro-
bat Cagnol.in repet l. 2. C.de pact.int. empt.
8 & vend.nu.125.ſic in caſu noſtro † feudum
poſt reemptionem dicitur ex prima cau-
ſa eſſe apud hæredem, & ſucceſſorem pri-
mogenitum per iuris, vel hominis diſpoſi-
tionem,& primogenitus,qui feudum ex pri-
ma cauſa recuperauit, & ipſi ſecundogeniti
habent potentiam ſuccedendi,primogenitus
recuperabit pretium à fratribus ſecundo-
genitis; per ea,quæ in ſimili dicunt Bart.in
d.l.2.C.pro ſocio,Dec.conſ.88.num. 3.& ſeq.
& conſ.237.num.4.& 5.& ex alijs Cagnol in
repet.d.l.2. C.de pact.inter empt.& vendit.
num.125. verſ. quadrageſimoſecundo quæ-
ritur.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio LXXII.

THEMA.

Feudo conceſſo ad certam genera-
tionem, & eſſet in fine durante
tempore conceſſionis ad vitam
militiam ſecũdogenitis compre-
henſis in prima inueſtitura te-
netur, ſecus fuit renouata,& non
comprehenderentur.

SVMMARIVM.

*1 PRimogenito mortuo de feudo ad tem-
pus, vel ad certam generationem con-
ceſſo, ſi tempus finiatur, & ſecundogeni-
ti non ſunt comprehenſi non ſuccedunt,
nec vitam militiam habent.*

*2 Feudo conceſſo ad tempus, vel ad certam
generationem, ſi in finiendo tempore,
vel generatione vltimo reconceditur,
feudum erit nouum.*

*3 Conceſſio ad certam generationem, vel ad
tempus, ſi durante tempore renouatur,
dicitur prorogatio.*

*4 Inueſtitura prima quãdo aliquid additur,
vel minuitur, iudicatur noua conceſſio.*

*5 Officium ſi prorogatur cum aliqua muta-
tione prima forma, non eſt idem, ſed
nouum officium.*

IN talis feudi ſucceſſione ſunt comprehẽſi
primogeniti, & ſecundogeniti filij, & de-
ſcendentes, & in vita militia conſideratur
excluſio à feudo,vt in d. Conſt. Comitibus,
vbi Iſer.& DD. ſi primogenitus habet feu-
dum,tenetur vitam militiam ſecundogenitis
ſoluere per dictam Conſtitutionem, bene
1 verum eſt, quod ſi † primogenitus moria-
tur, & in eo generatio, vel tempus conceſ-
ſionis finiatur, & ſecundogenitus non eſſet
comprehenſus, & non ſuccedet, non habe-
bit vitam militiam per regulã reſoluto iure
datoris reſoluitur, & acceptoris, l. lex ve-
ctigalis, de pignor.
2 Retentis eiſdem terminis, ſi † feudũ con-
ceſſum ad tempus, vel ad certam genera-
tionem, & poſſidetur per Titium, in cuius
perſona finitur generatio,& ipſe Titius ha-
bet de nouo inueſtituram in eius perſonam
mortuo ipſo,iſtud feudum iudicabitur nouũ,
vel antiquum.
Diſtingue plures caſus de tempore, &
perſonis, ſeù generatione.
Si feudum eſt conceſſum ad certum tem-
pus,puta ad vigintinouẽ annos, vel ad cen-
tum, & tempus eſt finitum, quando Titius
vltimus poſſidet feudum,& tunc indiſtinctè
ſi Titius habet nouam inueſtituram à Do-
mino etiam cum eiſdẽ qualitatibus, & quod
nõ ſint aliæ qualitates aditæ,vel alia pacta,
& tunc dicitur nouum, & hoc maximè pro-
cederet, ſi aliæ qualitates nouæ adeſſent.
3 Si vero † durat tẽpus, & renouatur con-
ceſſio, potius dicitur prorogatio,quam no-
ua conceſſio,argum. l.ſed ſi manente, C.de
præcar. vt per Ruyn. conſ.169.lib.1. & per
Fuſc.in ſingul.161.lit.C.fol.129. & nunquã
dicitur noua, licet diuerſa ſpecies loco al-
terius

Digitized by Google

terius ſubrogatur, quæ pro penſione ſoluebatur, vt per Ruyn.d.conſ. 169.

4 Limita, & ſic eſt alius caſus, quãdo † primæ inueſtituræ adderetur, vel ab ea detraheretur aliquod, tunc iudicatur noua conceſſio, Ruyn.in conſ.91.& conſ.160.lib.1.& Fuſc. d.ſingul.161. dicatur noua conceſſio, ponit Alex.in conſ.151.in cauſa Bartholioni lib.6. ſi fiat etiã durante prima, dummodo aliquid ſit additũ per l.Trebionus, §.fin. de teſtam.mil. in l.ius ciuile, ff.de iuſtit. & iure, vbi DD.plures decidunt quæſtiones ad hunc propoſitum deſeruientes, quas breuitatis cauſa non refero, ſed videri poſſunt, vt in exemplum officij dicit Alex. in d. conſil.
5 num. 2. quod † ſi prorogatur officium cum aliqua mutatione primæ formæ, non cenſetur amplius idem officium, ſed nouum officium, vt inquit Bald.in l.ſi conſtante, C.de donat.ante nupt.& in l.ſi à te, C.de pact.inter empt.& vendit. in l.filius filijs, ff.de excuſat.tutor. & in l.non dubium, C.de legib. & in conſ.436.lib.1.Philip.Dec.in C.de cauſ. de offic.deleg.Iaſ.& Dec.in l.lecta, ſi certum petatur, Fuſc.in d.ſing.161.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio LXXIII.

THEMA.

Succedens in feudo, ex quo pater, vel frater primogenitus ingreſſus fuit monaſterium profeſſionem fecit, ſucceſſor vitam militiam alijs fratribus dare tenetur etiam ſi ingreſſus eſſet Cardinalis, diſcuſſis hinc inde rationibus, reiectis etiam contrarijs firmatur, & etiam deciſum adducitur.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Comitibus loquitur dari vitam militiam, quando prædeceſſor tenens feudum, eſt verè mortuus.*

2 *Monacus in monaſterium facta profeſſione, habetur pro mortuo, & perdit feudum etiam ſi fiat Prælatus, vel Cardinalis, ſed ſecus ex diſpenſatione Summi Pontificis.*

3 *Monaſterium nõ ſuccedit in feudo, quia eſt fictus hæres, vel filius.*

4 *Filijs non extantibus in feudo ſuccedunt agnati.*

5 *Monacus profeſſus verè non poteſt dici mortuus, & Conſtitutio debet intelligi in eo, qui propter veram mortem amitti feudum.*

6 *Profeſſio eſt mors ciuilis quo ad quædam, non quo ad omnia, non debet haberi, vti ſi eſſet ſecuta mors naturalis.*

7 *Mors ciuilis, & naturalis, ad paria non iudicantur, & mortis appellatione ſemper debet intelligi de morte naturali.*

8 *Religionem ingrediens, & profeſſione ſecuta non poteſt dici relinquere hæredem, cum non habeat, neque velle, neque nolle.*

9 *Monacus profeſſus ex diſpenſatione effecto Comite iure poſtliminij recuperat feudum.*

10 *Feudo peruēto ad filium, ſiue ad agnatum per profeſſionem feudatarij poſſeſſoris nõ debetur releuium, nec vita militia.*

11 *Monacus profeſſus perdit feudum, & ei non ſuccedit monaſterium, & in feudo nouo ſuccedit; filius in antiquo ſuccedit agnatus.*

12 *Filius, & agnatus ſuccedentes in feudis, tenentur dare vitam militiam fratribus ſecundogenitis.*

13 *Religionem profitens, reputatur mortuus.*

14 *Monacus dicitur funeſtam vocem habere.*

15 *Mors ciuilis quando operatur id, quod mors naturalis, æquiparatur morti naturali.*

16 *Monacus quo ad feudum dicitur verè mortuus, & eius profeſſio operatur, ac ſi naturaliter eſſet mortuus.*

17 *Muliere intrante in monaſterio mendicantium, maritus ſtatim lucratur dotem vti ſi eſſet mortua.*

18 *Mortuo ciuiliter, non cedit dies fideicommiſſi, ſed per mortem naturalem tantũ.*

19 *Legitimam non deberi filijs, quam primũ pater tranſit in monaſterium, & profeſſionem fecerit, niſi quando intrat in monaſterium mendicantium.*

20 *Subſtitutio de decedente ſine liberis habet locum in intrante in monaſterio penitùs incapace, quia habetur pro mortuo, & hæres tenetur dare vitam militiam fratribus ſecundogenitis.*

21 *Mortuo profeſſo non ſolum in religione minorum, ſed in quacumque religione quo ad feuda, ac ſi naturaliter mortuus eſſet.*

22 *Francorum Iure viuitur in Regno, & primogenitus ſuccedit in feudis.*

23 *Frater, vel agnatus ex quo ſuccedit in feudo debet dare vitam militiam fratribus ſecundogenitis.*

24 *Vitam militiam habet fratres minores quę excluduntur à legitima portione debita ſuper feudis.*

25 *Ratio eadem quando eſt in pluribus caſibus, tūc vna & eadē decidit omnes caſus.*

26 *Ratio eadem non dicitur fieri extenſio, ſed virtute legis, & ſtatuti determinat.*

27 *Vita militia eo fortius debetur à primogenito minoribus, quia Conſtitutio dicit ex debito, & poſtea militiam debitam verba importantia neceſſitatem, & ſic quomodocumque frater ſuccedat in feudo ad vitam militiam tenetur.*

28 *Fritia dicta non obſtant, quia loquuntur in releuio, ſed vita militia, quæ loco alimentorū de iure naturali immutabile.*

29 *Vita militia eſt onus intrinſecum feudi, & feudatarij, & ſequūtur rem, & ſumus in caſu vero, ex quibus primogenitus ad vitam militiam tenetur.*

30 *Vitam militiam deberi fratribus minoribus à primogenito ſucceſſore monaſteriū ingreſſo, etiam ſi Cardinalis eſſet, fuit deciſum.*

1 CONſtitutio Comitibus loquitur, quod
feudatarius moritur, & filius, vel frater
ſuccedit, petendo inueſtituram, vt in
cap. 1. quo tempore miles, quando feudarius
eſt verè mortuus, vt omnes DD. loquuntur
in eorum exemplis.

Primo, iſta Conſtitutio ceſſat, vbi quis
religionem ingreditur.

2 Secundo, propter † ingreſſum religionis
ſequuta profeſſione monacus habetur pro
mortuo, vt not. in Auth. ingreſſi, C. de ſacroſ.
Eccleſ. & ipſe perdit feudum, quia bellica
arma depoſuit, cap. 1. de cleric. qui arm. depoſ.
cap. 1. de cleric. qui inueſt. feud. & in cap.
qui clericus, ſi de feud. fuer. controu. etiam
ſi fiat Prælatus Epiſcopus, Thom. de Marin.
de gener. & qualit feud. tit. 2. par. 2. num.
142. Vulteius cap 9. num. 67. verſ. de Epiſcopis
&c. fol. 497. Anan. in cap. Iudęi el ſecondo,
de Iudęis, Menoch. remed. recuper. 10.
num. 65. vbi diſtinguit, ſecus ſi ex diſpenſatione
Summi Pontificis, Thom. de Marin. de
gener. feudor. fol. 65. num. 145. & alios caſus
multos ponit Roſental. d. cap. 7. concluſ. 30.
per totam, & etiam ſi Cardinalis efficiatur,
Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 3. caſu 231.
nu. 6. & ſeq. Vulteius d. cap. 9. nu. 67. fol. 457.
citat Minad. in Conſt. In aliquibus, in verſ.
filiorum nu. 1. & ex alijs Roſental. d. cap 7.
concluſ. 29. lit. H,

3 Tertio, † Monaſterium non ſuccedit in
feudo: quia eſt fictus hæres, vel filius, vt cō-
cludunt DD. poſt Iaſ. in cap. in præſentia,
de probat. de quo per Alex. conſ. 88. lib. 2.
Barbat. de præſtant. Cardin. fol. 15. & plenè
Curt. de feud. in 1. par. Paris de Puteo in fine
ſui tract. de reintegr. & ſuccedit filius pri-
mogenitus in feudo nouo, Laudenſ. in cap. 1.
num. 2. & 8. de milite vaſſallo, qui arma bel-
lica depoſuit, Præpoſ. ibi in princ. & num. 2.
Aluarot. in princ. & ex communi ſententia
aſſerit in cap. 1. §. denique nu. 33. vbi Rauen.
concluſ. 44. quæ fuit prim. cauſ. benefic. amit.
& ex alijs Roſental. cap. 7. concluſ. 29. in
4 addit. lit. P. & † filijs non extantibus in feu-
do antiquo ſuccedūt agnati, Iſern. poſt Bel-
uiſ. in d cap. 1. de vaſſall. mil. qui arm. bellic.
depoſ. Bald. ibidem nu. 1. in fine, ibi de feudo
hoc caſu tanquam vacantem per mortem,
Rauenna ex communi in d. §. denique, con-
cluſ. 44. Thom. de Marin. tit. 2. de feud. ex pa-
cto antiquo par. 2. num. 146. vbi dicit com-
munem omnium traditionem Iul. Clar. in
§. feudum q 78. nu. 3. ex communi, & ex alijs
Roſental. vbi ſupra in add. lit. Q.

5 Quarto, † monacus profeſſus verè non
poteſt dici mortuus, & quo ad quædam vi-
uens habetur, & Conſtitutio ipſa debet in-
telligi in eo, qui propter verā mortē alius
admictitur ad feudum, nō in eo, qui fictè ha-
betur pro mortuo, l. 3. §. hæc verba, quod
quiſque iuris, l. fin. C de his, qui ven. ętat. im-
6 petr. ingreſſus religionis, & † profeſſio eſt
mors ciuilis quo ad quædā, non quo ad om-
nia non debet inde haberi, ac ſi verè eſſet
ſecuta mors naturalis, vt not DD. in l. ex ea
parte, §. inſulam, de verb. oblig. Napod. in
conſuet. Neap. 1. in gloſ. moriatur, de ſucceſſ.
ab inteſt. hoc extendere eſſet odioſum, eſſet
inrationabile, de hoc caſu nō procedit con-
ſtitutio, ergo extendi non debet ad alios ca-
ſus.

7 Quinto, † mors ciuilis, cum morte natu-
rali, nō iudicantur ad paria, nec ad imparia,
niſi in caſibus expreſſis, vt notat Archid. in
c. ſuſceptū, §. fin. de reſcript. in 6. mortis ap-
pellatio ſiue fiat à lege, ſiue ab homine, ſiue
à contrahente, ſemper intelligi debet de
naturali non de ficta, l. 1. de teſtam. l Gallus
de liber. & poſthum. & in d. §. inſulam, vbi
plenè Scribentes, Imper. Federic. in l. ſiue
Conſt. poſt mortem, de morte Baronis nun-
tianda de morte naturali expreſſit, ibi (de-
functi mortem per Comitem, vel Baronem
à quo prędia tenuerit, Excellentiæ noſtrę
volumus nuntiari.) & in Capitulis Honorij
Papæ.

Digitized by Google

Papæ. Robertus in ſuo Capitulo Regni, ibi (quid fiet mortuo Barone, & cęteri Regni peritiores, ita vulgo admictunt.

8 Sexto, ingrediens † religionem cum profeſſione inde ſequuta non habet hæredem, non dicitur poteſt relinquere verum ſucceſſorem, neque expreſſo, neque tacito iudicio ſuo, cum non habeat velle, neque nolle, non eſt verè mortuus, cap. ſic magis poteſt dici pro renuntiante feudum per profeſſionem filijs, vel agnatis, quam pro moriente, cum viuentis non eſt hæreditas, l.2.§.1. de vulg. & pupill. ſubſtit. & poteſt eſſe, quod
9 † monacus ex diſpenſatione efficiatur Comes, iure quodam poſtliminij prætenderat recuperare feudum, Bald. conſ. 275. quod pro regula, 3.col.lib.2. alium caſum tetigit Bald.in conſ.229. eodem libro, Barbat.in tract de præſtant.Card.fol.15.Iaſ.conſ.117. lib.4.Cæpoll.conſ.22.ex quibus, & alijs adductis per Fritiam in §.author. num.22. & ſeq. in materia releuij, quod tali caſu non detur firmat ita, & idem eſſe debet, quando feudatario monaco profeſſo, & † feudum peruentũ ad aliũ, ſiue ad agnatum, poſſeſſor ipſe ad vitam militiã alijs fratribus minoribus non tenetur.

His, & ſimilibus non obſtantibus contrariam ſententiam veriorem, & equiorem eſſe videtur ex pluribus.

Primo, pro primogenito faciunt omnia dicta infra in cap. quando, de feudo refutato debeatur vita militia, ſic etiam in hoc caſu, quia profeſſione facta ingreſſus habetur pro mortuo, d.Auth.ingreſſi, de ſacroſ.
11 Eccleſ. † ipſe perdit feudum, & non ſuccedit monaſterium in feudo, vt firmant DD. in cap.in præſentia, de probat. Alex.conſ.88 lib.2. & in feudo nouo ſuccedit filius primogenitus, Laudenſ. in cap.1. num.2. & 8. de milit.vaſſall. qui arm.bellic. depoſ. & ibi DD. ac ex alijs ſuperius dictis, & in feudo antiquo ſuccedunt agnati, vt per Iſernin. d.cap.1.de vaſſall.qui arm.bellic.depoſ. &
12 ex ſuperius dictis, dum † filius, ſiue agnatus ſuccedit in feudo, tenetur dare vitam militiam fratribus, iuxta terminos d.Conſt. Comitibus, & cap.alienationis actus, vbi Doctores omnes concludunt primogenitum, ſiue agnatum ſucceſſorem in feudo debere dare vitam militiam fratribus ſecundogenitis.

13 Secundo, † religionem profitiens, reputatur mortuus, cap.placuit 16.q.1. cap.nullus, eadem q.7. Soccin.dicit in conſ.92.lib.1. Anchar. conſ.173 pro, & contra, Authent. Conſtitutio, in nouella Coſtitutione, & DD. in d.cap. in præſentia, de probat. notantes,
14 quod † monacus dicitur funeſtam vocem habere, Phanut. in tract. de dote, cap. per
15 mortem, num.6. & quando † mors ciuilis operatur id, quod mors naturalis, æquiparatur morti naturali, Soccin.d.conſ.92.circa col.1. & 2. Io. Crot. poſt alios in l. Gallus, §.quid ſi tantũ, de liber.& poſthum. Felyn. in d.cap.in pręſentia, & in cap.licet vndique extra de offic.deleg. Io.de Imol.in rub.de teſtam. DD.in l.ex facto, §.ſi quis rogatus, & in §.ex facto, vbi vltra alios Rip.ad Trebell.gloſ.not.in clem.2.verſ.morte, de elect. quam Abb.in cap.cum eſſent, in fin.de præbend.& in cap.ſi Epiſcopus, in verſ.morte, de ſupplend. neglig. Prælat. & in l.1. §.vlt. ff.contra tab. & in cap. beneſic. de reg. iur. in 6. gloſ.in l.ex ea parte, ff.de verbor.oblig. Lup.in rub.de donat.inter vir.& vxor.§.61. vbi refert inter donationem inter coniuges factam, & ad alia multa, & plenè per Caſſan.in conſuet.Burgund.in rubr.§.6.verſic. apres le trepas.

16 Tertio, & fortius poſtquam † monacus per profeſſionem amiſit feudum, & in eo ſuccedunt filij, ſiue agnati quo ad feudum dicitur verè mortuus, & eius profeſſio operatur, vti ſi naturaliter eſſet mortuus, l.adeo §.publicatio, ff.pro ſocio, l.1.in fin.de bon. poſſeſſ.contra tab. ſicut eſt in eo, qui ingreditur monaſterium mendicantium, cuius mors ad bona omnia, habet per omnia eundem effectum quem habet mors naturalis, & ſi in omnibus profitentibus in qualis religione quo ad feuda habent effectum, vti ſi effectiuè morte naturali defecerit, ergo idẽ ius vt per Iaſ.in conſ.135.col.2.lib.2. Alciat. de verb.ſignif.fol.84. Io.Boſſ. in tract. de le-
17 git.nupt. lib 4.col.6.in princ. verſ.ſi † mulier, ſicut dicitur de muliere intrante in monaſterium mendicantium, quod ſtatim maritus lucratur dotem, ſicut ſi mulier naturaliter fuiſſet mortua, ita tenet Bar.in auth. ſi qua mulier, penult.col. C.de ſacroſ. Eccl. & in tract.minoricarum, in vltimo libro, in 2.col. 2.diſtinct. & in l.ſed ſi mors, in princ. ff. de donat. inter virum, & vxorem, & in l. res vxoris, C. eodem, & in l.1. ff de teſtam. Alex.conſ.378.incip.circa primum dubium quo quæritur vtrum per ingreſſum religionis, in 2.col.facit bene idem, quod vult Bart. in l. cum pater, §.hæreditatem, in 3.notab. ff.de leg.3. vbi notatur ex illo tex quod aliquis ingreditur religionem, cum habeatur
18 pro † mortuo ciuiliter, propter hoc non cedit dies fideicommiſſi ſibi iuncti cum deceſſerit, ſed debet expectari mors naturalis; vt ibi, hoc eſt verum ſecundum Bart.in alijs religioſis, qui poſſunt aliquid habere in

com-

Digitized by Google

communi, ſed non procedit in fratribus mi-
noribus,qui nõ poſſunt habere nec in com-
muni,nec in particulari, ſic in omnibus re-
ligioſis feuda non valentibus habere , & re-
tinere , ex prædictis omnino habentur pro
mortuis,& plenius ſequitur Alex.in d.conſ.
378. Iaſ.in conſ.135.

Quarto,Iaſ.in auth.ſi qua mulier,col.10.
verſ.intelligo tamen,C.de ſacroſ.Eccl. dicit
19 Legiſtas † communiter teneri , legitimam
non deberi filijs , quam primum pater in-
greſſus eſt monaſterium, & profeſſionem
fecerit; ipſam communem opinionem non
procedere , quando pater eſſet ingreſſus re-
ligionem mendicantium, quia tũc illa mors
ciuilis,cum in omnibus habeat effectum na-
turalis crediti,quod filij ſtatim habeant ha-
bere legitimam,idem dixit Pariſ.in conſ.65.
20 col.2.lib.2. quod † ſubſtitutio facta ſub cõ-
ditione ſi deceſſerit hęres ſine liberis,adim-
pletur,& purificatur,ſtatim quod hæres in-
greſſus fuit monaſterium penitus incapacẽ
bonorum, & in communi, & in particulari,
& in illo profeſſus fuerit,quia eo caſu habe-
tur pro mortuo, & tũc mors ciuilis quo ad
omnia habetur pro morte naturali, adeo ꝙ
non eſſet expectanda amplius mors natura-
lis,cum omnes ingreſſi quodcumque mona-
ſterium , & religionem per profeſſionem
ſunt penitus, & omnino incapaces feudorũ,
& ipſa ſtatim perdunt,vt prædiximus,& ſic
eſt,vt ſi naturaliter mortuus eſſet, ſuccedũe
filij,ſiue agnati in feudo,ex quo omnino de-
bent dare vitam militiam fratribus mino-
ribus,& ex alijs ad hunc propoſitum addu-
cta per Roland. à Valle in tract. de dote
q. 95. etiam contraria reijciens , & Phanut.
de lucro dotis, in verſ.per mortem, num.9.
21 & 10. ſubdit : teſtamentum † profeſſi reli-
gionem fratrum minorum , & idem eſt in
quocumque profeſſo quo ad feuda aperiri
delata hæredis in eo ſcripto hæreditate ,
perinde,ac ſi ille naturaliter eſſet mortuus,
vt per Bar.in d.auth.ſi qua mulier num.11.
verſ. ex prædictis venio,& ibi Iaſ. num.26.
verſ. iuxta iſtam partem, & num.58. C.de
ſacroſanct.Eccleſ.Alex.conſ.12.circa nu.4.
verſ.bene faciunt no.lib.3. Bart.Bald.in l.1.
C.de teſtam.Rub.Alexand.conſ.155.loquẽs
in fideicõmiſſo Ripa in d.§.ex facto nu.12.
& dicunt Caſſan.& Io Lup.in locis præalle-
gatis, & in iſto caſu cõmunis concluſio ſal-
tim videtur vera,dicit Phanut.d.num.10. in
fine, & ſic in caſu noſtro ſimiliter eſſe opi-
nionem cõmunem, & vero feudatario pro-
fitente aliquam religionem , cum feudo-
rum ſit incapax , ea ſtatim amittere , &
filium , ſiue agnatum illico ſuccedere ,
vt ſi naturaliter eſſet mortuus .

22 Quinto , in † Regno Francorum iure vi-
uitur, vt per Conſt. Vt de ſucceſſionibus, &
cap.conſiderantes,& Conſ.de Georg. in re-
perit feud.vbi infra, vtrobique DD. in feu-
dis ſuccedit primogenitus , & quod Iuris
Francorum vigeat in Regno, quod deciſum
per Sacrum Conſilium teſtatur Conſil. de
Georg.in repet.feud. cap.49. num.7.& 8. ac
Thorus in compend.eadem de Georg. infra
23 in verſ. Ius Francorum . Poſtquam frater,
vel agnatus ſuccedit quacumque ſucceſſio-
ne ex quo habet feuda, tenetur vitam mili-
tiam dare fratribus minoribus, vt ad literã
dicit gloſ.in d.Conſtit.Comitibus,ibi (maior
frater ſuccedit in feudo,& rebus feudalibus;
verumtamen ipſe frater maior tenetur ſe-
cundum poſſibilitatem feudi, & rerum feu-
dalium præſtare alimenta, & militiam fra-
tribus minoribus iuxta conſuetudinem Ba-
ronum,& aliorum nobilium Regni) d.Con-
ſtit.Comitibus, & cap.alienationis actus ha-
betur per primogenitos dari vitam, & mili-
24 tiam fratribus minoribus, nulla alia † po-
tiori ratione , quam quod ipſi minores ex-
cludũtur à legitima portione eis ſuper feu-
dis debita, quomodocumque ſuccedat , &
habeat feuda primogenitus,minores ipſi pri
uantur debitæ portionis, & in eius locum
eis datur vita militia; quod eſſe debet, quia
ratio legis comprehendit omnes caſus, in
quibus militat eadẽ ratio, ſicut genus quã-
libet ſpeciem Bal.in l.de quibus,ff.de legib.
col.6. Caſtrenſ.conſ.337. & eſt illa, quæ am-
pliat,& reſtringit dictũ, l.cum pater,§.dul-
ciſſimis,ff.de legat.2. dixi in conſil. meo 92.
25 nu 37. & † quando in pluribus caſibus eſt
eadem ratio, tunc vna, & eadẽ ratio in vna,
decidit omnes ſimiles caſus,vt per Bal. in
d.l.de quibus, poſt Petr. & Cyn.in l.iura nõ
in ſingulis,ff.eodem,qui Cyn.poſt Petr. in l.
quod vero contra, ff. de leg. dicit, quod vbi
26 eſt eadem † ratio , non dicitur fieri exten-
ſio,ſed virtute legis,& ſtatuti directo deter-
minatur,licet deficiunt verba l.de pupillo,
§.ſi quis priuat , cũ alijs allegatis per Natt.
in tract. cap. quamuis ſtatutum excludens ,
q.3.nu.66 in tract.de ſtatut. & ſic in fortiori
caſus noſtri,vbi non eſt opus extenſione, &
nihil deficit, quod primogenitus non dat vi-
tam militiam fratribus minoribus,quia ipſe
ſucceſſit , ex qua ſucceſſione minores ex-
cluduntur eorum portioni in eiſdem termi-
nis Conſtitutionis , & legis dantis in eodem
caſu vitam militiam , vnde ex quo ſunt ex-
cluſi omni iure, & abſque cõtrouerſia vlla,
vita militia eis debetur .

27 Sexto, vita militia à primogenito habẽte
feudum,

Digitized by Google

feudum, eo fortius debetur fratribus minoribus, quia Conſtitutio ipſa dicit ex debito, & poſtea militiam debitam, hæc verba important neceſſitatē omni tempore;per tex. in l.prætor,in princ. ff.de edend. l. 1. §.1. ff. quod quiſque iur. l.debitor, ff.de verb.ſign. Bart. in l.creditor, C.de pignor. Io.Thom. de Marin.de gener.feud.num.39.fol.8.ater. ergo quomodocumque ſuccedat primogenitus ſucceſſor feudi neceſſitatem habet vitam militiā fratribus minoribus dare, quibus fuit acquiſita, & eis debetur ab initio pater, ſiue aſcendēs, acquiſiuit feudum pro ſe,& filijs nomine collectiuo gradus,& ætatis prærogatiua ſeruata,& tex.tenore inueſtituræ, & ſic pro primogenito cum onere dandi vitam militiam ſecūdogenitis, quibus idē pater de ea pro eis acquiſiuit,& ſic omni caſu quocumque ſucceſſione priuantur, vitam militiam habere debent,& ex his veris,& ſolidis concluſionibus eſt reſponſum omnibus in contrariū ſuperius adductis, &

28 non † obſtant nec dicta per Fritiā,quia ſūt in caſu releuij ſoluendi,quod præſtatur in ſignū deuotionis, & renouationis inueſtituræ, vt ex alijs ſigmat Fritia in 5.auth. nu 3. & ſatis differt à ſolutione vitæ militiæ loco alimentorum de iure naturæ debitæ,& iura naturalia ſunt immutabilia, & fortiora accidentaliū, l.3.ff.de teſtam.tutel.cum ſimil. & ius primogeniti ad excluſionem ſecundogeniti ſit accidenlale, prout ex ſtatuto, vel particulari contractu, item fortius eſt ius ſecundogeniti,qui agit de damno vitando: primogenitus de lucro captando,&

29 † vita militia eſt onus intrinſecum feudi, & feudatarij,& ſequuntur rem,vt in d. c. alienationis actus,& per Afflict. in d. deciſ.138. infra num.2. & non ſumus in caſu ficto, ſed in veriſſimo,quando primogenitus ex profeſſione ingreſſi habuit feudum, & effectiuè excluſit ſecundogenitos,ex quo ad vitam militiam eis præſtandam omnino tenetur contrarijs non obſtātibus ex ſuperius dictis ſatis clarè patet: ſed quid in hoc vagandū,

30 † ſi Eminentiſſ Cardinali primogenito, qui ob Cardinalatum decederat à feudis, & ex ſecundogenito peruenta, ipſi quamuis primogenito vitam militiam deberi; Sacrum Neapolitanum Conſilium iudicauit, vt per Præſ.de Franch.in deciſ.20.nu.3. rationibus, & cauſis vt in ea per totam,& ſic in proprio noſtro caſu, adeo quod abſque vllo dubio de feudo ingreſſi facta profeſſione, in quo ſuccedit filius,frater,vel agnatus,vita militia debetur.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio LXXIV.

THEMA.

De feudo foriudicati ad filium, patrem, fratrem, vel agnatum ad Fiſcum peruento debetur vita militia alijs fratribus ſecundogenitis.

SVMMARIVM.

1 *Feuda,& bona ob delicta per Neapolitanos patrata non applicantur Fiſco niſi in crimine Maieſtatis diuinæ, & humanæ.*

2 *Feudo ob delicta Regia Curia applicato, vita militia nō debetur fratribus ſecundogenitis niſi poſt mortem patris.*

3 *Vitam militiam eſſe onus reale feudi.*

4 *Legitima quid, vita militia æquiparatur, & reſpicit bona, quæ tempore mortis patris reperiuntur.*

5 *Patre viuo, nullum ius quæritur filijs in bonis paternis.*

6 *Foriudicatus non habet hæredem.*

7 *Fiſcum & ſi dicatur ad vitam militiam de feudis confiſcatis fratribus ſecundogenitis non teneri, contrariam ſententiam veriorem, & æquiorē eſſe putat Author.*

8 *Patre mortuo ſi foriudicatus moriretur, totum habet Fiſcus cum onere paragij ſorori,& vitæ militię fratribus minoribus.*

9 *Feudatarius alimenta de feudo antiquo præſtans, deceſſerit ſine liberis & ſuccedit Fiſcus, idem Fiſcus tenetur alimenta præſtare.*

10 *Vita militia quæ loco alimentorum debetur, ſi feudum tranſit ad Fiſcum, vitam militiam Fiſcus tenetur, quia cum ſuis oneribus tranſit,& loco hæredis habetur.*

11 *Secundogeniti pro eorum vitis militijs ſūt creditores Fiſcus ad eorum vitā durante, vt hæres eam ſoluere tenetur, maximè quod pro alimentis, quæ dantur, non confiſcantur.*

12 *Filio condemnato, & confiſcato, patre viuente, non fit executio in bonis patris non conceſſi pro peculio.*

13 *Secundogenitis ob excluſionē à feudis vita militia debetur.*

In hoc

IN hoc eſt diſtinguendum, ſi feudum ob de-
lictum applicatur Curię, aut filijs fratribus,
1 vel agnatis, vt de † Neapolitanis feudata-
rijs, quorum feuda Curiæ non applicantur
niſi in duobus caſibus: læſæ Maieſtatis Di-
uinæ, & humanæ, vt in Capitulis gratiarum
huic Ciuitati à Maieſtatibus Regijs Domi-
nis conceſſarum; de alijs vero, & de exteris
2 quando † feuda ob delictum Regiæ Curiæ
applicantur; in hoc præſuppono, quod ef-
fectualiter vita militia non debetur ſecun-
dogenitis niſi poſt mortem patris, eo quia
dum concurreret cum primogenito ad ſuc-
ceſſionem, quæ ſucceſſio non eſt niſi per
mortem, vt declarat Bart. in l. Centurio cir-
ca finem, de vulg. & pupill. ſubſtit. primo-
genitus præfertur eis, ita Iſern. in cap. 1. §.
præterea, col. fin. ibi, vnde ſatis videtur, quę
ſit prim. cauſ. benefic. amitt. & ſic quia ex-
cluſus à primogenito loco portionis hære-
ditariæ, à qua fuit excluſus mos, & conſue-
tudo introduxerunt vitam, & militiam; ita
Iſern. in Conſtitut. Comitibus, in lectura in
princ. & ibi Afflict. in 3. notab. latius Oldr.
conſ. 94. col. 3. cum ſeq. & hoc eſt, quod dici-
3 tur † vitam militiam eſſe onus reale feudi,
vt ipſe Iſern. in d. repet. dicit, & in Conſtit.
In aliquibus col. 7. verſ. ſi frater vult dare
dotes, & in cap. Regni Alienationis actus, de
quo meminit Napodan. in conſuet. ſi qua
mulier, in verſ. de bonis, circa finem, ſub tit.
de mul. hab. fil. fol. 105. quo caſu bona, quæ
tempore mortis reperiuntur, inſpicienda
ſunt; nam tunc diſcutitur de excludendo
ſecundogenitum, & illud tempus, ita Iſern.
in cap. 1. §. hoc quoque, verſ. ſi ergo viuens,
de ſucceſſ. feud. & in d. §. præterea, col. 3. in
illa quæſtione, ſi primogenitus viuo patre
commiſit felloniam, Lucas de Penna in l.
cum allegatis, col. fin. C. de re milit. lib. 12. &
4 probatur eo, quod de † legitima dicitur, cui
quo ad quid, ad vitam militiam æquipara-
tur, vt per Iſern. in d. Conſtit. Comitibus, in
qua conſiderantur bona, quæ remanſerunt
tempore mortis, quod tempus inſpicitur,
l. cum quæritur cum concord. de inoffic. te-
ſtam. notatur in l. in ratione la ſeconda, ff. ad
l. falcid. & quia præmaturè ageretur de hæ-
5 reditate viuentis, † nullum ius viuo patre
dici poteſt quæſitum filijs, vt per Iſern. in
d. §. hoc quoque, & §. præterea, declarat: nec
ſpes aliqua cōſiderari debet patre viuente,
ita Bar. in l. 1. §. ſi impuberi, de collat. bonor.
in l. poſt emancipationem, §. illud quodque
de lib. leg. & in l. fin. de lib. agnoſc. cum ſimil.
6 & maximè, quia † foriudicatus non habet
hæredem, nec ſucceſſorem, etiam ſi natu-
raliter mortuus eſſet, vt in l. ex ea parte,
§. Inſulam, de verb. oblig. & per Napod. in
conſuetud. in gloſ. moriatur, de ſucceſſ. ab
inteſt. Fritia de ſubfeud in 3. author. num. 21.
7 fol. 22. ex his videtur dicendum † Fiſcum
ad vitam militiam ſecundogenitis filijs, ſiue
fratribus non teneri; ſed contrariam ſentē-
tiam veriorem, & ęquiorem eſſe puto. Nam
pluries diximus, quod vita militia eſt onus
reale, & ſequitur rem, & ſic feudū ad quem-
cumque vadit, vt per Iſern. Afflict. & alios
in d. Conſtit. Comitibus, & in d. cap. alienatio-
nis actus, ex cuius textus litera hoc expreſ-
sè habetur: delinquente fratre, feudum ad
Fiſcum peruenit cū onere vitæ militiæ alijs
fratribus ſecundogenitis debitæ, & hoc ex-
preſsè dicit Iſern. in d. Conſt. Ob filiorum
8 culpas, dum dicit: (ſi vero † poſt mortem
patris foriudicatus moriretur, totum habe-
bit Fiſcus, & ſoror in capillo habebit à Fi-
ſco dotem ſecundum paragium) idem in vi-
ta militia, quę à pari procedit cum paragio;
immò facilius, quia vita militia datur vita
durante, & paragium in proprietatem, & cū
feuda tranſeunt cum oneribus ſuis, per tex.
in l. tutores, ff. ad l. Iul. de vi publ. & priuat.
& in l. ſi marito, ff. ſolut. matrim. dicit idem
Iſern. in d. Conſt. Ob filiorum culpas, vbi, &
in indiuiduo firmat Barthol. de Capua dicēs:
9 (ſed quia ſi feudatarius, qui de feudo anti-
quo alimenta præſtabat, deceſſerit ſine li-
beris, an Fiſcus teneatur ad illa alimenta
præſtanda? dicas quod ſic, vt ff. de aliment.
& cibar. legat. idem in caſu noſtro, dum
10 † vita militia loco alimentorum ſit, & eſt
onus feudi, quod ſi ob delictum feudatarij
tranſit ad Fiſcum cum eodē onere vitæ mi-
litiæ alijs fratribus, deinde etiam per ratio-
nem, quia Fiſcus ad quem tranſeunt bona
damnati loco hæredis habetur; vt voluit
Martin. Laudenſ. in tract. de Fiſco quæſt. 86
Franc. Luc. in ſimili tract. ſuo de Fiſco par. 1.
num. 4. & Afflict. in tract. de iure prothom.
§. 4. num. 25. vbi dixit, quod Fiſcus ſuccedēs
in bonis ex aliquo delicto, loco hæredis ha-
betur. refert Gigas in tract. de crimin. læſæ
Maieſtatis, in tract. 3. quæſt. 12. num. 7. dum
11 † ſecundogeniti pro vita militia eorū vitis
durantibus, ſunt creditores, Fiſcus, vt hęręs,
ſucceſſor, ac feudi detemptor ad ipſam, quę
onus intrinſecum ipſius feudi eſt eorum vi-
tis durantibus ſoluere tenetur, & eo fortius
quia quæ à patre, vel fratre ſingulis annis
dantur filijs, ſiue fratribus pro alimentis
in confiſcationem ob delictum nō veniunt;
ita ex alijs firmat Nell. in ſuo tract. de ban-
nit. par. 1. ſecundi temporis q. 36. & dicit
Gigas in ſuo ſecundo tract. de crim. læſ. Ma-
ieſt. cap. 9. num. 5. & hoc plenè diſputando

pro,

pro,& contra Specul.in tit de exeq.ſentent.
§.ſequitur, verſ.quid ſi filius, & determinat
12 expreſsè,quod † filio condemnato, & con-
fiſcato viuente patre,non fit exequutio in
bonis patris ſibi non conceſſis pro peculio,
etiam quatenus ſibi poſſent deberi pro ali-
mentis, & refert Paul. de Caſtro conſ. 212.
infra num.2. lib.2. ſic in hoc caſu alimenta,
ſiue vita militia debita ſecundogenitis, quia
non ſunt perſonæ delinquentis, ſed ſecun-
dogenitorum per Fiſcum confiſcari nec po-
terant, ſed ipſis abſque dubio danda, tum
quia ſunt onus feudi,tum etiam quia Fiſcus
vti hæres,& poſſeſſor feudi,ad ea tenetur,&
maximè quod nec confiſcari poterat, & ex
prædictis ita reſolutum remanet non ob-
13 ſtantibus in contrariũ ſuperius dictis,† dum
ob excluſionem à feudo ſecundogenitis vi-
ta militia debetur,& eſt onus intrinſecum
feudi, quod ipſum ſequitur per d.cap. alie-
nationis actus,& ex alijs &c.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio LXXV.

THEMA.

Secũdogenito mortuo,patre viuente, relicto filio, an filius primogenitus feudi ſucceſſor dabit vitam militiam nepoti ex fratre ſecundogenito præmortuo.

SVMMARIVM.

1 *Vitam militiam nõ deberi nepoti nato ex filio præmortuo, & quando hoc procedat.*

2 *Nepos mortuo, patre ſecundogenito in vita aui ſubintrat in locum patris, etiã in feudalibus.*

3 *Nepos ex filio præmortuo in feudo auito ſuccederet cum alijs fratribus de iure communi feudorum.*

4 *Francorum Ius excludit ſecundogenitos à feudis, & ipſis datur vita militia.*

5 *Vita militia onus tranſit in feudi poſſeſſorem.*

6 *Vita militia quando præſtatur ſecundogenito ipſo mortuo extinguitur, & non tranſit in ſucceſſorem.*

7 *Secundogenito in vita patris mortuo ſuperſtite filio, & ſic nepoti aui ei debetur vita militia.*

1 IN hoc videtur dicendum † vitam mili-
tiam nepoti filio ſecundogeniti nõ debe-
ri,quia morte extinguitur,dum mortuus fi-
lius, eius filius ad eam non venit, vt eſt no-
tum; ſed aduerte,quia hæc procedent quan-
do ſecundogenitus poſt patris mortem, ab
hac vita diſceſſiſſet, ſed quando ſecundoge-
nitus viuente patre,diſceſſit relicto filio,tũc
ei non debetur,ſed quando in vita patris ſe-
cundogenitus relicto filio.ipſi filio, ſiue ne-
poti vita militia per primogenitũ feudi ſuc-
ceſſorem debetur; ita determinat Iſern. in
repet.d.Conſtit.Comitibus col.2.fol.244.ibi:
(nam vbi vero ſecundogenitus mortuus eſ-
ſet, viuo patre, ſuo filio ſecundogeniti poſt
patris, & aui obitum tenebitur primogeni-
tus ad id, ad quod patri ſuo ſecundogenito
debetur, ſi viueret iure communi, vt cap.vt
act. de hære.& contra hæred. l.1. ſentit Af-
flict. in cap.1.col.penult. in gloſ.8. verſ.in ea
ibidem de ſucceſſ. feud. ſuadetur hoc ratio-
2 ne,quoniam † nepos mortuo patre. ſecun-
dogenito in vita aui ſubintrat in locum pa-
tris, tex.eſt in §.cum filio,de hæred.quæ ab
inteſt. deſer. qui procedit etiam in feudali-
bus, vt eſt tex. & ibi firmant DD. in cap.1.
de ſucceſſ.feud.& declarat glo.in verſ.ſolus,
& ſequuntur Scribentes in cap.1.de ſucceſſ.
feud.cum ſimil. & per Franch dec.542. quẽ
citat Maſtrill. in deciſ.Sicil.165.nu.2. Ricc.
in collect.deciſ.26.Thor in compend. deciſ.
verſ. vita militia an debeatur filio nato ex
3 ſecũdogenito fol.568. † ſuccederet æquali-
ter in feudo auito, ſi tamen eo cõmuni iure
feudorum viueretur,per tex.in d.cap.1.de
ſucceſſ.feud. cum vulgat. quia ex conſuetu-
dine Iuris Francorum in eo primogenitus
tantum ſuccedit, vt dixit Iſern. in d.Conſt.
Comitibus, col.4.verſ.mos autem loco por-
4 tionis feudi, à quo † ipſe dicto iure excludi-
tur, vitam militiam habet; vt dicit idem
Iſern.in d.Conſt.Comitibus, col.4. vbi: loco
partis à qua ſunt excluſi, & ſequitur Loffr.
in ſua parafr.in cap.1. §.quid ergo,de inue-
ſtit. de re alien.fact.col.2.in princ.& conſ. 5.
fol.24.& ei debetur vita militia,etiam quod
locuplex ſit,vt firmat Iſern.in d.Conſt.Co-
mitibus,in princ.& poſt alios tenet Afflict.
in d.cap.Imperialem, §.præterea Ducatus
num.63.de prohib.feud.alien.per Federic.&
5 † onus vitæ militiæ tranſit in poſſeſſorem
feudi,vt firmat Iſern.in Conſt.In aliquibus
col.9.verſ.hęc contra,ex iuribus ibi pereum
adductis,& ſequitur Afflict.in d.§.præterea
Ducatus nu.61. & ex his infero ad reſpon-
ſionem verborum Iſern.in d.Conſt.Comiti-
6 bus col.3.ibi (numquid dabit,quia intelligi-
tur quando primogenitus præſtat vitam
mili-

militiam ſecundogenito, poſt mortem ſecundogeniti extinguitur vita militia, & non tranſit in ſucceſſorem.) & hoc eſt clarum, vt ipſemet Iſern. ſe declarat col.4. & ibi, & fratri dedit vitam militiam, præterea ibi Iſern. non loquitur quando mortuus eſt ſecundogenitus in vita patris, & ſuperſtite etiam nepote, & ſic de vno ad aliud non fit illatio, l Papinianus exuli, de minor, l.fin.de
7 calumn. ſed vbi ſupra loquutus fuit † mortuo.filio ſecundogenito in vita patris filius eius habebit vitam militiam, vt prædiximus.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio LXXVI.

THEMA.

Secundogeniti filio, ſiue fratre effecto rebelle Fiſcus nec eius ſaltim vitam militiam à fratre primogenito ei habere debet. deciſum in fortiori caſu.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus habet intentionem fundatam, vt omnia bona rebellis ſint ei quæſita.*
2 *Fiſcus quouſque aduenerit, Fiſco mors naturalis, Fiſcus habet vitam militiam.*
3 *Secundogenitus rebellis obtinens plenam reſtitutionem recuperat vitam militiam à fratre primogenito non ei quæſitam.*
4 *Vita militia loco portionis, & alimentorum, ſiue commoditas ſecundogeniti poſtquam extinguuntur, per delictum veniunt ad Fiſcum.*
5 *Vita militia eſt tanquã feudum de per ſe, & viuente ſecũdogenito, quæritur Fiſco.*
6 *Fideicommiſſaria res reſtitutioni ſubiecta poſſeſſore delinquente ſua vita durante acquiritur Fiſco idem in vita militia.*
7 *Primogenitus ſolus habet feudum de iure communi feudorum, & ſecundogenitis nulla competit portio.*
8 *Vita militia datur ſecundogenitis ſuper feudis indiuiduis, & fœminis paragium.*
9 *Vita militia eſt tertia tertiæ partis fructuum, & non legitima.*
1 *Fructus, quæ dantur pro vita militia non ſunt alimenta ſubrogata loco legitimæ, ſed ius ſeparatum, & fructuum portio debita in vita ſecundogeniti, & non tranſmittuntur.*
11 *Vſusfructus maxima, & media capitis diminutione finitur, & publicatis bonis vſufructuarij, vſusfructus non confiſcatur.*
12 *Vita militia licet conſtituatur in pecunia, eius morte finitur, & poteſt dici feudum ad inſtar ſoldatæ.*
13 *Feudum nõ venit in confiſcatione, ſed ratione confiſcationis conſolidatur.*
14 *Vita militia conſideratur ius perſonale, quod non tranſit ad filios, multo minus in Fiſcum.*
15 *Vita militia non tranſit ad filios, nec ad extraneos, & tanto minus ad Fiſcum.*
16 *Secũdogenitus rebellis priuatur omni beneficio iuris ciuilis conſuetudinis, & ſtatuti, & nihil eſt tranſmittendum durãte eius vita naturali, & num.18. & 21.*
17 *Intellectus tex. in l.Statius Florus. §.Cornelio Felici. & cõditione pendende damnatus non habetur pro mortuo, & num. ſequenti.*
19 *Rebellionis crimine damnatus habetur pro mortuo.*
20 *Feudatario delinquente ius ſuum extinguitur, & ſoluitur ius Fiſci.*
22 *Fructus feudi delinquentis applicantur Regi, quando ius in totum non reſoluitur.*
23 *Dominium fructus, & commoditas delinquentis non ſpectat ad Fiſcum, quando ſtatus perſonæ inhabilitatur.*
24 *Vita militia per rebellionem ſecundogeniti, vt ſi per mortem naturalem extinguitur in beneficium primogeniti.*
25 *Reſtitutio licet reuiuiſcat foriudicatum, vel rebellem, non procedit in præiudicium primogeniti, cui erat ius quæſitum cum exemplo & reiectis contrarijs.*
26 *Rebellis vt ſit in egeſtate perpetua, mors ſolatium, & vita ſupplicium, Reipublicæ intereſt.*
27 *Pater poteſt dare alimenta bannito, & filio infideli.*
28 *Vitam militiã ſecundogenitis rebelli Fiſco non deberi, reiectis contrarijs firmatum, & deciſum.*
29 *Feudo peruẽto ad Fiſcum ob rebellionem primogeniti, & ſecundogenitus ſimiliter rebellis reſtitutus ei debetur vita militia pro præterito, & in futurum fuit deciſum.*

IN hoc Doctorũ variè ſunt opiniones: nam quod vita militia ſecundogeniti rebellis Fiſco debeatur, plura adducuntur.
1 Primo, quando † quis eſt rebellis, Fiſcus ſuam habet intentionem fundatam, vt omnia

ſia eius bona ſint quæſita Fiſco, per tex.in
princ. C.ad l.Iuliam Maieſt. etiam credita,
vt in l.fin.eodem titulo,vbi gloſ.in verſ.ſol-
uere, dicit hoc eſſe ſpeciale in Fiſco, cū lex
non expreſſit, quod mors ciuilis eſt ſimilis
ad inſtar mortis naturalis, & non eſt ſimilis
ratio vtriuſque mortis, vt per gloſ. in cap.
placuit 16.q.1.& Alex. conſ.139 lib.2. quo-
2 uſque † aduenerit mors naturalis rebellis,
Fiſcus habere debet ſuam vitam militiā, &
commoditatē, vt in l.Statius Florus, §.Cor-
nelio Felici, ff de iure fiſci.

3 Secundo, ſi † ſecundogenitus eſt rebel-
lis, & poſtea obtinet reſtitutionem plenam,
recuperet vitam militiam à fratre primo-
genito; ita decidit Afflict. per plures ratio-
nes in Conſtit. Comitibus q. 5 ſi recuperet
ſibi debitum, non erat quæſitum primoge-
nito, quia reſtitutio in præiudicium iuris al-
teri quæſiti, non poteſt operari, maximè ex
legis diſpoſitione, vt notant omnes Scriben-
tes in l.Gallus, §.& quid ſi tantum, ff.de lib.
& poſthum.

4 Tertio, conſiderando hanc † vitam mi-
litiam, vt legitimā ſecundogeniti ſuper feu-
do, vel vt portio, ſeù loco portionis, vt per
Iſern.in d.Conſt.Comitibus, & Afflict.deciſ.
282. aut loco alimentorum, quę ſecundoge-
nito debētur, Fritia lib.2.ſubfeud. differ.19.
inter feud. hæred. & ex pacto, & prouiden-
tia, & debetur etiam in linea tranſuerſali,
vt in ſua dilucidatione diximus, totum hoc
erit commoditas ſecundogeniti, quę poſtquā
non extinguitur, veniet ad Fiſcum, l.neceſ-
ſario, §.fin.ff.de peric.& commod.rei vend.
vita tamen durante ipſius rebellis.

Quarto, dum Camer.in cap.Imperialem
fol.102. lit.N. rationibus fundat, quod hæc
5 † vita militia ſecundogeniti in eius perſona
ſit tanquam feudum de per ſe, & feudum
rebellis, quod ab alio Domino tenetur, im-
mediatè deuoluitur ad Regem, cōtra quem
eſt commiſſa rebellio durante vita naturali
ipſius rebellis, vt per Specul.in tit.de feud.
§.quoniam ſuper homagijs, verſ.quadrage-
ſimo quæritur, & Bal. in cap.nulla, in fine,
per quos fiat inueſtit. ex prædictis, ipſa vita
militia viuente ſecundogenito ad Fiſcum
quæri debet.

6 Quinto, res † per fideicommiſſum, vel
alias reſtitutioni ſubiecta, & alienari prohi-
bita poſſeſſore delinquente ſua vita durante
acquiritur Fiſco, vt per Oldrad.conſ.17.&
Roman.in l.ſi conſtante, §.fin. ff.ſolut.matr.
idem in hac vita militia, vt ex alijs firmat
Marceli.de Mauro in alleg.76. per totam
tanquam Fiſci Patronus ſcribens. His, &
ſimilibus non obſtantibus contrariam ſen-
tentiam veriorem eſſe puto ex pluribus.

7 Primo, certè de Iure communi feudorum
ſolus primogenitus habet feudum, & alijs
filijs omnibus nulla competit portio, nec le-
gitima, vt Io.Andr. Abb.& alij communiter
concludunt in cap.licet, de voto, Abb.conſ.
52.lib.1.& conſ.3.lib.2. & Oldrad. conſ.94.
8 ſed in Regno eſt prouiſum, quod † vita mi-
litia datur ſecundogenitis ſuper feudis indi-
uiduis, vel ratione dignitatis, vel naturæ,
quia viuitur Francorum Iure, & quod fœ-
minis paragium debeatur, vt in Conſtit.In
aliquibus, & maſculis vita militia, vt in d.
Conſt.Comitibus, & cap Alienationis actus,
quæ non eſt feudum, vel portio feudi, vel
legitima, ſeù alimenta, & Iſern.in d.Conſtit.
Comitibus, dicit, quod licet detur loco por-
tionis feudi, à qua excluditur per primoge-
nitum, non tamen eſt portio feudi, ex quo
illa portio eſſet in proprietate, & vſufructu,
9 † vita militia, tamen eſt tertiæ partis fru-
ctuum, & eadem ratione non eſt legitima,
quæ ſimiliter debetur in proprietate, vltra
quod legitima non debetur in bonis colla-
teraliū, niſi turpi perſona inſtituta, ſed vita
militia ſic, prout refert Minad. fuiſſe deciſū
in cauſa Comitis Aliani in conſ.5.vbi etiam
10 dicit, quod † fructus, quidam pro vita mi-
litia non ſunt alimenta ſubrogata loco legi-
timæ, ſed quodam ius ſeparatum, & quædā
portio fructuum debita in vita ſecundoge-
niti, quæ poteſt æquiparari annuæ præſta-
tioni, & tot ſunt præſtationes, quot ſunt anni,
adeo quod pro primo anno erit pura pro
ſequenti conditionalis ſi viuat, vel ſi capax
fuerit ſecundogenitus, & ſicut eo mortuo
hoc ius non tranſmittitur, l.in ſingulis, ff.de
ann. legat. ita eo effectu incapaci non peti-
tur, & multo minus tranſmittitur in Fiſcū,
ius ei non competens, ex regula l.lex vecti-
galis, C.de pignor. ita dicit Nell.in tract.de
bannit.in 1.par.ſecundi temporis q.36.etiā
ſi talis præſtatio fieret pro alimētis refert,
& ſequitur eum Gigas in tract.de pœn.com-
miſſ.crim.læſ.Maieſt. q.9. in fine, & ex alijs
in præcedenti Dilucidatione. Hoc etiam à
11 fortiori eſſet dicendū, ſi æquiparetur † vſu-
fructui, qui maxima, & media capitis dimi-
nutione finitur, l.verum, §.ſociorum, ff.pro
ſocio, §.finitur, inſt.de vſufr.l.1 ff.quemadm.
vſufr.amitt.& proinde publicatis bonis vſu-
fructuarij, non cōfiſcatur vſusfructus, vt per
tex. in l.corruptionem, C.de vſufruct. per
quem ita dixerunt Bal. Caſtrenſ.& Salic.in
l.antiquitus, C.de vſufruct.& idem eſt dicen-
dum in omni præſtatione, quæ ad tēpus fit,
ſiue in proprietate, ſiue in fructibus, vt probat
tex.in l.ſi quis poſt hęc, C.de bon proſcript.

Secundo, Camer. in d.cap.Imperialem,
12 fol.102. lit.O. dicit,quod † vita militia li-
cet conſtituatur in pecunia eius morte fini-
tur tamen poteſt dici feudum ad inſtar ſol-
datæ, quæ eiuſdem naturæ eſt, cap.1. §. ſi
quis dicatur Dux,& alia,vt in cap.1. de feu-
do Guardiæ, quia immò breuioris vitæ eſt
feudum ſoldatæ, quia vtriuſque morte fini-
tur, vt ibidem; ſed vita militia recipientis
13 † feudum, ergo non venit in confiſcatione
bonorum, niſi quando immediatè ei obue-
niet à Curia ratione cōfiſcationis,ſed potius
conſolidationis,vt latè per Alex. conſ. 23.
col.1.lib.1.& per Afflict.in deciſ.282.nu.15
& Fritia de ſubſeud.in author.19.

14 Tertio, ſi conſideramus,quod hæc † vita
militia ſit quodam ius perſonale,quod non
tranſit ad filios, multo minus in Fiſcum,in
quem non tranſit ius exigendi operas offi-
ciales debitas per libertum, nec ius reuo-
candi in ſeruitutem,vt dicit.Caſtrenſ. in l. 1.
C. de hæred. inſtit. nec ius reuocandi dona-
tionem,vt per Loffred.in conſ.5.q.2.nu.18.
& ſimilia, quinimò ea, quæ ſunt tranſitoria
in filios, ſed non in extraneos, non tranſeūt
in Fiſcum; vt not. in l.1. C.de bon.quæ lib.
Alex. conſ.32.num.10.lib.1. Caſſan in con-
ſuet. Burgund. tit.des confiſcationes,verſ.3.
15 num.16.fol.96. ſed † vita militia non ſolū
non tranſit in extraneum,ſed nec in filium,
multo minus in Fiſcum, in quem non tran-
ſeunt ea, quæ niſi certo generi perſonarum
non tranſirent; vt dicit Bal.in l.ſi Inſulam,
ff.ſolut.matrim.

16 Quarto, quia † ſecundogenitus propter
rebellionem priuatur omni beneficio iuris
communis,vt dixit Caſtrenſ.in l.1.in fine,
C. de hæred.inſtit. quem ſequuntur omnes,
& Loffred.conſ.5.num.21.& 22. poſt Alex.
dicit conſ.23.nu.16 ac etiam beneficio con-
ſuetudinis, & ſtatuti, vt dicit Nell. in tract.
bannit q.15.& 29. & conſequenter cum illa
vita militia ſit debita vigore Conſtitutionis
Regni,ergo cōtra ius commune,erit in con-
tinenti ea priuatus ius ſuum extinctum,&
nihil ſupereſt tranſmictendum in Fiſcum
durante eius vita naturali, quia nullum ius
durabat in eo,l.actione,§.publicanus,ff.pro
ſocio,& per Alex.d.conſ.25.lib.1.

Quinto, tex.in l.Statius Florus,§.Corne-
lio Felici, non poteſt adaptari in hoc caſu,
ex quo mater ibi fuerat grauata fideicom-
miſſo poſt mortem ſuam, nimirum ſi ea
damnata, ſed non dum mortua. Cornelius
fideicommiſſarius non fuit admiſſus ad pe-
titionem fideicommiſſi,quia caſus non dum
17 venerat,ex quo † ad implendam conditio-
nem, damnatus non habetur pro mortuo;
immò potuiſſet ipſe præmori,& ſic expiraſſet
fideicommiſſum; vt ibi text. in l.1. ff.ſi quis
ante apert. tab. interim nullum ius ei com-
petebat, & proinde obtinere non poterat;
ſed in hoc caſu eſt totum contrarium: nam
non fuit cōdemnatus primogenitus,cui erat
18 onus impoſitū vitæ,& militiæ,ſed † ſecun-
dogenitus, qui eo ipſo, quod eſt rebellis re-
putatus,omnia iura ſibi competentia ex di-
ſpoſitione conſuetudinaria, vel iuris com-
munis (vt diximus) fuerunt extincta, & ſic
nihil poteſt in Fiſcū trāſmictere durāte eius
vita naturalis,cū qui nō poteſt alienare,nec
delinquendo tranſmittit,per tex.l.Impera-
tor, ff. de fideic. libert. d.l.actione, §.publi-
canus,ff.pro ſocio,& & per Alex.d.conſ.23.
& multo minus durare poterat hoc ius vitæ
militiæ, poſtquā ceſſabat ratio, propter quā
fuit ei tributum, & erat ius tranſmiſſibile;
quin immò ſi fuiſſet cōdemnatus Cornelius
Felix,fuiſſet extinctum ius fideicommiſſi,vt
probat ille tex. à contrario ſenſu colligitur
ex prædictis,& ibi publicantur bona,& non
ſtatus; nimirum ſi Fiſcus retinet ea,quę po-
tuiſſet damnata retinere, ſecus in hoc caſu,
in quo publicātur bona,& ſtatus, in tantum
19 quod † damnatus crimine rebellionis, ha-
betur pro mortuo, l.1. §.fin. ff.de bon.poſ-
ſeſſ. contra tab. & efficitur incapax,& inha-
bilis ſucceſſionis,vt dixit gloſ.in §.delegati,
inſtit.quib.mod.ius patr.poteſt.ſoluat. eiſdē
modis reſpondet Fritia in 2.lib. de ſubſeud.
q.29. vbi num.2. in fortioribus terminis vi-
detur firmare hanc cōcluſionem,dum vult,
quod ſi ſubſeudatarius commictit rebellio-
nem, ſubſeudum non vadit ad Fiſcum du-
rante vita naturali rebellis,nec etiam com-
mictitur,ſed vadit ad eum, à quo tenet non
20 ad Regem, mouetur ea ratione,quia † feu-
datario delinquente, extinguitur ius ſuum;
ergo ſoluitur etiā ius Fiſci, quod ab eo præ-
tenderit cauſam, argum. d. l. lex vectigalis,
ff. de pignor. & cap.1. §.veritas, quib. mod.
feud.amict. & ſicut ipſe ſubſeudatarius non
poſſet durante eius vita vendere feudum,
nec fructus percipere propter eius delictū,
ita non poſſet Rex ex ſui perſona, argum.
tex.in l.penult.§.prædium, ff.de leg.2.quem
ad hoc allegat Bald. in conſ. 284. præmiſſis
21 verbis lib.1.& ad tex.in † §.Cornelio Felici
dicit, quod non habet locum in feudalibus,
quod damnatus, non habetur pro mortuo
pro adimplendà conditione,& quo ad §.de-
nique, dicit illud procedere, vbi nō ex toto
reſoluitur ius,ſecus in hoc caſu rebellionis,
cum in totum reſoluitur, ſubdens eſſe im-
poſſibile, quod ſubſeudatarius perdat pro-
prietatem illam quaſi vtilem, & conſolide-
tur

Digitized by Google

22 tur Baroni, & quod interim † fructus ſeudi
applicentur Regi, quando ius in totum nō
reſolueretur, quia non eſſet tale delictum,
ex quo feudo priuatur, vel ſi eſſet tale, de
eo non conſtaret, licet Fiſcus iure non ex
illius perſona eo viuēte, & ita procedit do-
ctrina Iſern. in d.Conſt. ſi quando. & alibi, &
23 proinde † concludit, quod nec Dominus,
nec fructus, nec commoditates ſpectant ad
Fiſcum, quando ſtatus perſonæ inhabilita-
tur, prout in caſu noſtro, illius vis extingui-
tur; vt in indiuiduo decidit Affl in d.Conſt.
Comitibus, in 4. quæſt num.7. dicens, quod ſi
24 † ſecundogenitus efficiatur rebellis, extin-
guitur vita militia, ſicut extingueretur eo
mortuo, & ſicut quando extinguitur per
mortem naturalem, cedit in beneficiū pri-
mogeniti; ita quòd per mortem ciuilem, vt
idem Afflict. dicit ibidem in 5.q. num.8. circa
medium, dicit, quod eo ipſo, quod ſecundo-
genitus eſt rebellis, vita militia extinguitur,
25 & licet in d.4.q. concludit, quod per † reſti-
tutionem reuiuiſcitur, ex quo indulgentia
non poteſt aperiri poſt ius quæſitū primo-
genito, & poſtea hoc reuocat in dubium, in
5. quęſt. quod tamen in vtroque loco dicit,
quod extinguitur in beneficium primogeni-
ti; & ibi etiam reſpondet ad contraria, num
quod potuiſſet firmari de monaco, qui licet
habetur pro mortuo, vt in l.Deo nobis, C.de
Epiſc. & cler. tamen alimenta ei debentur,
quod illud procedit ad publicam vtilitatē,
quia monaci erunt pro laicis, ſecus vero in
26 rebelle, qui intereſt † Reipublicæ, vt ſit in
egeſtate perpetua, mors ſolatium, & vita
ſupplicium, l.quiſquis, ad l.Iul Maieſt. nec
27 etiam obſtat, quod pater † teneatur dare
alimenta bannito, & filio infideli, l. mutus,
§.manente, ff.de iure dotium, quia prædicti
non habentur pro mortuis, ſicut rebelles;
28 vnde † ex prædictis reiectis etiam contra-
rijs dilucidatum remanet vitam militiam
ſecundogenitis Fiſco nō deberi, & quod ex-
tinguatur per mortem ciuilem, vt prædictū
eſt, & ita per Regiam Cameram Summariæ,
& Collaterale Conſilium fuit deciſum in
cauſa Antonij Sanſelicis ſecundogeniti Ba-
ronis Sancti Felicis, in qua cauſa pro Fiſco
ſcripſit Marcellus de Mauro in ſua allegat.
76. vbi tacet decretum contra Fiſcum, & ſuā
29 opinionē, & ſcripta latum. Immò † peructo
feudo ad Fiſcū ob rebellionē primogeniti,
& ſecundogenitus ſimiliter rebellis, ex gra-
tia reſtitutus debetur ei vita militia etiam
pro præterito, vt deciſū in Reg.Cam. teſta-
tur de Franch. in dec.714. & refert Thor. in
comp.deciſ. verſ. militiam debitam, & ſic in
fortiori caſu noſtri prædicti.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio LXXVII.

THEMA.

Si pater acquiſiuit feudum pro ſe, & filijs hæredibus ex ſecūdo matrimonio, an primogenitus, & alij filij ex primo matrimonio habebunt partē pretij feudi, vel vitam militiam.

SVMMARIVM.

1 *Filij primi matrimonij in feudo empto, vel donato filijs ſecundi matrimonij habent ius petēdi legitimam, ſiue vitam militiam.*

2 *Patre donante filio ſecundogenito, competit primogenito legitimam, ſiue vitam militiam.*

3 *Feuda veniunt in petitione hæreditatis.*

4 *Primogenitus attenta facultate & dignitate, tenetur dare ſecundogenito fratri tantum vnde poſſit ſubſtentari.*

5 *Legitima non deberi ex corporibus feudi, ſed de extimatione feudi.*

6 *Vitam militiā deberi ad inſtar legitimæ, & alimentorum.*

7 *Legitima. ſiue pars pretij, vel vita militia de feudo patri donato, vel quæſito à patre pro eo filijs ſecundi matrimonij debetur etiam non comprehenſis in inueſtitura.*

8 *Sororem poſſe petere à patre ſucceſſore in Comitatu dotem, ſicut fratri à patre quantitatem vnde viuere poſſit.*

9 *Votum commune parētum eſt, filios æqualiter ad hæreditatem vocare.*

10 *Feudi lex, & ratio naturalis vult, quod filij tàm primi, quàm ſecundi matrimonij habeant legitimam, ſiue vitam militiam in feudis, vel partem pretij empti.*

11 *Inueſtitura pro filijs ſecundi matrimonij, filij primi matrimonij ſunt inhabilis ad ſuccedendum.*

12 *Principi decet promiſſa ſeruare.*

13 *Excluſio, & incluſio ad ſucceſſionem feudorum eſt tenor inueſtituræ.*

14 *Feudo ſuccedunt limitatæ perſonæ contenta in inueſtitura.*

15 *Dominus in traditione rei poteſt imponere legem quam vult.*

16 *Filij, ſiue alij excluſi à ſucceſſione per inue-ſtituram, excluduntur etiam à vita militia.*

17 *Pacta extranea in inueſtitura apponi poſ-ſunt.*

18 *Inueſtituræ tenor derogat omni naturæ fructuum.*

19 *Pater feudum, quod habet, poteſt alienare etiam in extraneum cum Regio Aſſenſu facilius pro filijs ſecundi matrimonij.*

20 *Vitam militiã eſſe loco legitimæ, & partis hæreditariæ à qua excluditur, quæ iure hæreditario habetur.*

21 *Legitima, pars pretij, & vita militia debentur poſt mortem patris.*

22 *Filij primi matrimonij non poſſunt venire pro vita militia in feudo à patre filijs ſecundi matrimonij donato.*

23 *Inueſtituræ pacta ſunt attendenda.*

24 *Vita militia nec portio illa filijs primi matrimonij in feudo per patrem quæſito filijs ſecundi matrimonij.*

IN hoc Articulo pro filio primogenito primi matrimonij plura adduci poſſunt.

Primo, quando pater emit feuda, vel ſibi conceditur, & quibuſuis filijs perſona ſolius patris conſiderata, cuius contemplatione filios ſecundi matrimonij prætulit in inueſtitura, & nõ contemplati filij ipſi, quia pecuniam non ſoluit, non ſeruierunt concedenti, nec cognitio, vel alia ſigna id demonſtrantia concurrunt; quæ notat Iſern. in cap 1. col. 4 in fin. & ſupra in princ. de alien. feud. patern. ceſſantibus his coniecturis etiã ſi fuerint nominati alij filij, dum vti filij præſumitur id geſtum patris contemplatione; allegat Iſern. l. annua, §. actio, de ann. legat. l. filio familias, de condit. & demonſtr. cum alijs per eundem adductis, & ſpecialius filio anniculo cui fuit donatum, nominatis etiam ſeruitijs, dicendum eſt contemplatione patris eſſe donatum, vt latius Iſern. ibidem proſequitur, cum contemplatione patris, & à patre filij ſecundi matrimonij habent, vt in d. §. actio, & in l. ſed ſi plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pupill. ſubſt. ſequitur, quod pater, vel titulo hæreditario, vel donationis, vni filio tantum dedit, quod alijs deſit legitima filijs ipſis competit ius petẽdi ſaltim ex capite inofficioſæ donationis, l. 1. & toto titulo de inoffic. donat.

Secundo, Iſern. in cap. Imperialẽ, §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien per Federic. dum arguit: patrem videri donaſſe filio primogenito, ſciens illi acquiri ſecundum Ius Francorum, & dum etiam allegat d. §. in arrogata in fin. concludit conferri, & à patre habere dicitur, & illud tenere ſubiectum collationi, & proinde tanto ma-
2 gis † patre donante ſecundogenito, competit primogenito legitima; idem ſentit Bald. in l. ſi tibi decem, §. ſi pactus, in verſ. extra gloſ. ibi ſin autem filius eſt in poteſtate videtur lex dicere, quod pater videatur adieciſſe filium in eum conferendo vltimum iudicium, non quod ſit vltima voluntas, ſed eſt tacita donatio in filium collata, quæ re-
3 quirit mortem patris, & tale † feudum iure hæreditario appellatione hæreditatis etiam veniat, gloſ. in l. non tantum, de petit. hæred. Iſern. tradit in cap. 1. §. & olim, num. 2. de ſucceſſ. feud. cum pariter imputatur in legitimam, Gulielm. de Cun. & Bald. in l. omnimodo, §. imputari, C. de inoffic. teſtam. ſiue igitur habeat ex præambula donatione, ſiue vt hæres, & hæreditario iure, cum primogenitus reperiatur ſe excluſum à legitima, & nihil reperiat in bonis, & hæreditate patris, ſed omnia peruenerũt ad ſecundogenitum, quis dubitat, vt legitimam, ſiue vitam militiam primogenitus conſequatur per prædicta.

Tertio, de hoc adeſt deciſio Io. Andr. in cap. ſine culpa, de reg. iur. in 6. quam Abb. refert ad declarationem gloſæ in cap. licet, de voto, licet enim vt Abb. inquit: ſit dare caſum, in quo filius abſque culpa priuatur legitima, & puta quando pater totam dignitatem ſe declararet, habeat, tenetur tamen
4 † primogenitus attenta facultate, & dignitate dare fratri tantum, vnde poſſit congruè ſubſtentari de feudo inſpecta extimatione debetur legitima; adeſt deciſio Guid. Pap. 476. & alia 487. Iacobin. in l. antiquitas num. 24. refert Boer. deciſ. 204 Franc. Aret. in l. in quartam verſ. 133. ff. ad l. falcid. vbi
5 pariter eſt deciſum † legitimam nõ deberi ex corporibus Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, ſed in pecunia de extimatione feudi, in quo Iure Francorum ſucceditur, & primogenitus tantum ſuccedit, d. cap. Imperialem, col. 6. in fine, quem ſequitur Laudenſ. in ſuo tract. de primogen. col. 9. & fuit memor Luc. de Penna in l. 1. de imponend. lucrat. deſcript. & Iſern. loquitur in feudo nouo empto per patrem aliter, quam per emptionem, etiam ſi ob merita quæſiuiſſet, vt firmat Luc. de Penna in d. l. 1. & tanto magis quia in Regno habemus d. Conſt. Comitibus, ex qua ſecundogenitus, & alij, poſt primogenitum natis, quando ipſe ſolus ſuc-
6 cedit in feudo habere habet † vitam militiam, quæ eſt temporalis, dicit Capyc. in ſua

deciſ. 2.

decif.2.num.7.& debetur ad inſtar legitimæ,
& alimentorum participat de legitima,quia
taxatur ſecundum eam,& participat de ali-
mentis , quia extinguitur cum vita ad inſtar
alimentorum ; vt ex alijs firmat Conſ. de
Anna conſ.4. num.58. quæ omnia filijs de-
bentur , & primogenitus, & alij ex prima
vxore nati,non excluduntur à ſucceſſione
feudi propter patris donationem in vnum
ex filijs ſecundi matrimonij , quia caſus eſt
omiſſus,& non prouiſus per d.Conſt.Comi-
tibus , remanet in diſpoſitione iuris cõmu-
nis, argum. l. commodiſſimè, ff. de liber. &
poſthum. l.ſi extraneus, ff.de cond.ob cauſ.
ex qua legitima,& alimenta omnino deben-
tur,quæ ex prouiſione particulari facta in
alio caſu non eſt ſublata, vt ſic dicamus de-
ciſionem Capycij decidit hoc , pro quo pa-
riter confirmando,vt ſcilicet debeatur hæc
7 † legitima portio,ſiue pretij pars,vel vita
militia etiam ei,qui alias non eſt in inueſti-
tura comprehenſus , & hæc fundant inten-
tionem primogeniti ex primo matrimonio
nati in feudo pro filio ſecundi matrimonij
quæſito .

Quarto,ad hoc faciunt dicta per Abb.in
8 conſ.12.lib.1.in 7.dubio, vbi tenuit † ſoro-
rem poſſe petere à patre , qui ſucceſſit in
Comitatu dotem,ſicuti frater poſſet petere
à fratre congruam quantitatem vnde viue-
re poſſet; & confirmat in conſ.3.lib.2.col.4.
& tamen fœmina non eſt comprehenſa in
inueſtitura ; imò de Iure Francorum non
ſuccedit in feudo,cap.1.§.hoc cautè notan-
dum,de his,qui feud.dar.poſſ. & ſic licet nõ
eſſent habiles ad ſuccedendum nati ex pri-
mo matrimonio, ſicut nec fœmina non ideo
denegatur eis legitima, vel dos, vt ex alle-
gatis,patet etiam in militia,quæ emitur pro
filio , in qua non datur inter eos ſucceſſio,
& tamen venit in collatione , & imputatur
in legitima, d.l. omnimodo, §.imputari, C.
de inoffic.teſtam.Bart.in l.1.§.nec caſtren-
ſe, ff.de collat.bonor.l.illud,de collat.

9 Quinto, † commune votum parentum ,
& naturæ eſt , filios æqualiter ad patris hæ-
reditatem vocari,per tex.in l.ſcripto in fin.
ff.vnde liber.& in l.nam & ſi parentibus, ff.
de inoffic.teſtam. l emancipatis, C.de legit.
10 hæredib. † & ratio naturalis , & lex feudi
vult,quod filij tàm primi, quàm ſecũdi ma-
trimonij legitimam portionem in pecunia ,
ſiue vitam militiam habeant , maximè illi,
qui excluduntur à feudi ſucceſſione per iſtã
Conſtitutionem Comitibus, & ex alijs præ-
dictis,vel ſaltim partem pretij feudi à patre
empto in beneficium filiorum ſecundi ma-
trimonij,quia à patrimonio exiuit,& eum
exinaniuit; & ſi alienaſſet, non ita eſſet,quia
veniret pretium in patrimonio,& ſic debe-
tur eius pars filij primi matrimonij , ideſt
quanti emit, vt per Iſern. in cap.Imperialẽ
num.39.de prohib.feud.alien.per Federic. &
ita deciſum per Sacrum Conſilium in cauſa
Felicis de Ianuario Regij Conſiliarij. penès
Carbonum Actorum Magiſtrum , & refert
Anell.de Amato in conſ.9. ac Thor. in ſuo
compend.deciſ.verſ.ſecundogenitus ex feu-
do,& ex alijs prædixerat Conſ.Fab.de Ann.
conſ.26. vel vita militia liquidanda tempo-
re mortis patris etiam in feudis reintegra-
tis,vt latè per Præſid.de Franch.deciſ.61.

Pro ſecundogenito ſcilicet filio primo
nato ex ſecundo matrimonio adducuntur
plura.

11 Primo, quando inueſtitura eſt ſub forma
pro ſe,& filiis, ac hæredibus ſecundi matri-
monij,eiuſque contemplatione,reluctante
tenore inueſtituræ iam dictæ,filios quamuis
primogenitos ex primo matrimonio inha-
biles eſſe ad ſuccedendum tanquam in inue-
ſtitura non comprehenſos,verum defuncto
etiam ſine hærede nato ex ſecundo matri-
monio nec ſuccederet attento tenore inue-
ſtituræ prædictæ, ad quẽ ſemper eſt recur-
rendum,vt in cap.1.in fin.de duob.fratrib.à
capit.inueſt. quem ibi ad hoc notat Bal. in
prælud.feud.in 4.diuiſ.& in cap 1.§.denique
quæ fuer.prim.caut.beneſ.amiſſ.decet enim
12 legem à † Principe in eius donatione , &
conceſſione adiecta ſeruare cum priuato rei
propriè ius dicere; liceat multò magis id in
Principe ſeruandum eſt : ipſe etenim feudũ
conſtituit,vt vult dicit Iſern.in cap.1.col.2.
qual.vaſſall. iur. deb. fidel. & ſic apertè de-
13 monſtratur † cauſa excluſiua à ſucceſſione
feudi taliter quæſiti, non eſſe exiſtentium
filiorum, ſed repugnantiam inueſtituræ, ex
quo infertur , nec vitam militiã deberi poſ-
ſe; cum vera ſit concluſio, quod fratri ideò
alio fratri vitam militiam tenetur , quia ip-
ſum à ſucceſſione excludit , & pluries di-
ximus .

Secũdo, & vita militia ſuccedit loco par-
tis hæreditariæ , à qua per primogenitum
excluditur ipſum prælatum ratione maioris
ætatis, & ſimiliter paragium mulieri datur
à conſtitutione loco legitimæ , à qua per
maſculum, qui præfertur, vt excluditur, vt
dixi Iſern. in Conſt. Comitibus col.4. & in
Conſt. In aliquibus colum. 13. in hoc caſu
attenta inueſtitura pro filijs ſecundi matri-
monij à qua non eſt recedendum,in tantum
14 quod ſi in † ea limitatæ eſsẽt perſonæ ſuc-
ceſſibiles ſecundum communem feudi na-
turam ille tantum taxatiuè venirent, ſecun-

Digitized by Google

dum Iſern.in cap.1.§.is vero deficientibus,
de grad.ſucceſſ.in feud. & è contra,ſi ex te-
nore inueſtituræ perſonæ ſecundum com-
munem feudi naturam inſucceſſibiles voca-
rentur,vtique ſuccederent, actento ſolo in-
ueſtituræ tenore, vt eſt tex. in d.cap.1. de
duob.fratrib. à capit. inueſt. cum alijs con-
cordantibus, ideoque comprehenſos in in-
ueſtitura, ad feudi ſueceſſionem admictendos
forè iuxta inueſtituræ tenorem,& non
aliter, firmauit Loffred. in conſ.14. num.7.
10.11.& 12. dum filij ex primo matrimonio
ſunt excluſi à ſucceſſione,ſic etiam à vita
militia, ex prædictis patet.

Tertio,in proprijs terminis in feudorum
ſucceſſione, quod quandoque filij ex primo
matrimonio, aut ex ſecundo matrimonio
procreati iuxta conuentionem initam non
admictantur,non comprehenſi in inueſtitu-
ra: ſunt caſus aperti in §.mulier, in §.filij,
in tit.ſi de feud.fuer.controu. & in cap.1.de
fil.nat.ex matrim.ad morgan.cõtract.poteſt
15 enim † Dominus dans, in traditione rei
propriæ apponere legem quam vult, l. fin.
C.d pact.inter empt.& vendit. notant com-
muniter Scribent.in l.pen.C.de pact. ideoq;
Regem dantem feudum poſſe apponere le-
gem quam vult, dixit Iſern.in d.cap.Impe-
rialem, §.præterea Ducatus in fin. de pro-
hib.feud.alien. per Federic. concurrente ta-
men,& maximè volũtate tàm Regis,quàm
vaſſalli,ad libitum in præiudicium filiorum
diſponere,etiam ſi feudum ſit pacto,& pro-
uidentia, vt latiſſimè firmat, & concludit
Iſern.in cap.1.§.& ſi libellus,col 4 de alien.
feud. patern. & in cap.1. an agnatus, col.3.
16 cum alijs cõcordantibus, cum à ſucceſſio-
ne ſunt excluſi per inueſtituram, ſic etiam
à vita militia excluſi cenſentur.

17 Quarto, in † inueſtitura poſſunt apponi
pacta extraordinaria, & valent in cap.1. §.
fin. quid ſit inueſt. & in cap.1.de feud.Mar-
chiæ, & dixit Bald. in cap.1. §.hoc quoque,
de ſucceſſ.feud.& in cap.1.de alien.feud pa-
tern. & in l.1. ff.de rer.diuiſ. Iacob. de Ar-
dizzon in ſum.feud. de grad.ſucceſſ.in feud.
18 quia † inueſtituræ tenor derogat omni na-
turæ feudorum, vt voluit Bald. in cap.1. de
duob.fratrib.à cap.inueſt.per illud cap. &
in cap.1.§.& quia vidimus,qui feu.dar.poſſ.
& Io.Anan.in conſ.70 quod inueſtitura no-
uat,& mutat naturã feudi,per cap.1.de feud.
non hab.propr.feud.natur. & ex alijs Loffr.
in d.conſ.14. num.11.& 12. & etiam verum
18 eſt, † quod pater feudum,quod habet, po-
teſt alienare etiam in extraneum,vel vni ex
filijs legare cum Regio aſſenſu facilius poſ-
ſet pro filijs ſecundi matrimonij, conſen-
tiente directo Domino emere, & filij primi
matrimonij conqueri non poſſunt, quia ſic
placuit patri,& directo Domino,qui in tra-
ditione rei poſuerunt legem quam volue-
runt, cum quilibet in re ſua ſit moderator,
& arbiter, vulgata l.in re mandata,C.man-
dati.

Quinto, circa partem pretij Nos dixi-
20 mus † vitam militiam ſit loco legitimè, &
latè Camer.in cap.Imperialem, §.præterea
Ducatus fol.102. literis L. & M. Præſ. de
Franch.in dec.20.nu.9.Conſ.de Ann.conſ.6.
nu.3. ex alijs, eſtque vita militia loco partis
hæreditariæ, à qua excluditur per primoge-
nitum maiorem,vt dixit Iſern. in d.Conſtit.
Comitibus in princ.& ſic eſt etiã pars pretij
feudi,& ſic ſi loco partis hæreditariæ; ergo
loco legitimæ, quæ iure hæreditario debe-
tur,& titulum inſtitutionis requirit,§.aliud
quoque capitulũ,in auth vt cum de appell.
cognoſc.& notat egregiè Panorm.in c.Ray-
nutius,poſt gloſ.in verſ.legitimam, extra de
teſtam. Iaſ. in l.filium qui habentem, col.4.
verſ.immò plus quomodocunq; C.famil.er-
ciſc.Bar.& Ang.in l.quia poterat,ff.ad Tre-
bell.& in l.gerit,ff.de acquir.hæred.vnde cũ
21 † legitima pars pretij,& vita militia debẽtur
poſt mortem patris, & de bonis in eius hæ-
reditate remãſis,vt per Barr.in l.1.§.ſi im-
puberi,ff.de Carbon edict.in l.fin.ff.de liber.
agnoſc. Iaſ.in l.in his,ff.de lib. & poſth & in
auth.nouiſſimè col.2.C.de inoff. teſta Guid.
22 Pap.deciſ.468.ſi hoc † feudum pater in eius
vita cum Regio aſſenſu acquiſiuiſſet pro fi-
lijs ſecundi matrimonij,quod facere potuit,
& fecit tempore ſuæ mortis non reperitur
in eius hæreditate, vti ſi alienaſſet in vita
filijs primi matrimonij ſuper eo,quia vti nõ
comprehenſi in inueſtitura, nulla competit
portio pretij,nec vita militia,& pro eis om-
ni carent actione dum ſunt excluſi, & feudũ
ſecundi matrimonij, nõ per naturam feudi,
23 ſed ex † particulari contractu,& inueſtitu-
ra,quæ eſt actendenda etiam contra naturã
ram feudi, vt in d.cap.1. de duob. fratrib. à
cap.inueſt.quem ſequitur Dec.conſ.680.in
princ.& filij primi matrimonij,tanquam ex-
cluſi, nullum ius facere in dicto feudo quo-
ad prætenſam vitam militiam, & partem
pretij ipſius, & ex hoc ſolo, quia non com-
prehenſi in inueſtitura contraria ſuperius
adducta, reſoluta remanet; ita quod nec
24 † vita militia, nec pretij pars filij primi
matrimonij competit, vt ex prædictis iam
patet,quod alio non opus.

PARTIS

Digitized by Google

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio LXXVIII.

THEMA.

Vita militia à fratre primogenito ſuccedente in alijs feudis, non ddbetur fratri ſecũdogenito, cui pater feudum aliquod reliquit. deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Legatum patris ſecundogenito, ex quo pater non debet ei vitam militiam, non eſt ex cauſa neceſſaria.*

2 *Alimenta debentur filio officio Iudicis, & ſic legatum factum à patre non videtur relictum animo compenſandi.*

3 *Feudum alienari poteſt per patrem in præiudicium primogeniti.*

4 *Vitam militiam habebit ſecundogenitus in feudis antiquis non obſtante aliquo relicto patris, niſi expreſſè ſit relictum, vt compenſetur.*

5 *Relictum omne cenſetur factum creditori animo compenſandi, maximè ſi ex coniecturis conſtabit.*

6 *Lex, vel ſtatutum mandans, vt primogenitus habeat feudum, & alat ſecundogenitum, & etiam ſi aliundè habet, eſt alẽdus, alias non.*

7 *Alimenta debita iure actionis dantur etiã diuiti.*

8 *Vita militia nõ debetur à patre, ſed à fratre, & debitum vnius non compenſatur cum relicto alterius.*

9 Compenſatio ſit cum debito patris, ſed non cum debito filij ſuccedentis in feudo.

10 *Vita militia debetur ex conditione legis feudi.*

11 *Vita militia non ſoluta, petitur à die quo ceſſit, & transfertur ad haredes, & ex debito neceſſario non compenſatur.*

12 *Legatum liberti factũ patrono, compenſatur cum quarta patrono debita, ſic legatum cum vita militia compenſari.*

13 *Maritus legando vxori inopi, videtur animo compenſandi cum parte dotis, quæ ex ſtatuto, vel alias ei debetur.*

15 *Matri petenti dotem, cui fuerunt conſignata bona hæreditaria, poteſt opponi compenſatio.*

16 *Vita militia ſucceſſit loco legitimæ portionis ſecundogenitis debita ſuper feudis propter eorum excluſionem.*

17 *Vita militia dum eſt debitum neceſſarium, & pater ſi in vita non tenebatur, onus feudi erat, & ſic cum legato compẽſari debet, & deciſum contra Afflict.*

18 *Vita militia debetur clerico, & monaco, quia excluduntur à feudis, & ſunt capaces alimentorum.*

HÆc Dilucidatio cõtrouertitur ex pluribus:
1 Primo, † legatum factum alicuius ſeudi,
vel non feudi à patre filio ſecundogenito
erat factum ab eo, qui non tenebatur dare
vitam militiam filio ſecundogenito, & ſic
debitum neceſſarium non erat, nec ipſe filius
iure amoris poterat à patre petere vi-
2 tam, & militiam, ſed officio Iudicis tenebatur
ad alimenta, vt in l. ſi quis à liberis, ff. de
liber. agnoſc. ideo nõ videtur relictum animo
compenſandi, ex adductis per Alberic.
de Roſat. in l. vn c. in princ. 3. col. C. de rei
vxor. actio. ibi (dic, aut debetur iure actionis,
& tunc legatum non excludit debiti petitionem,
vti hic niſi hoc adijciatur, vt compenſetur
cũ credito, l. creditorẽ, ff. de leg. 2.
& in l. ſi compenſandi, C. de hæred. inſtit.
fol. 251. ater. gloſ. in l. omnimodo, §. imputari,
vbi eſt propria materia de inoffic. teſtam.
verſ. & illa dicit alia, quæ cum perſona
finitur, & nihil ad hęredem tranſit, & illa
non computatur, nec conſertur, vt in contrario
ff. de collat. bonor. l. 1. §. ſed an id.
3 Secundo, pater † feudum, quod habet cũ
Regio aſſenſu alienare poteſt in præiudiciũ
primogeniti, & aliorum filiorum, ſic etiam
poteſt alienare in ſecundogenitum, vt dicit
Iſern. in cap. 1. de alien. feud. pater. & in c. 1.
4 de natur. ſucceſſ. feud. habebit ergo † ſecundogenitus
feudum à patre relictum, & habebit
vitam militiam à fratre primogenito
ſuper feudis antiquis, niſi fuiſſet expreſsè
relictum feudum in compenſationem vitæ
militiæ, dicit Afflict. in deciſ. 138. quem ſequitur
Surd. in tract. de aliment. tit. 7. q. 15.
num. 23. Conſil. de Georg. in alleg. 9. nu. 36.
qui licet ita deciſum per Sacrum Conſilium
in d. deciſ. Afflict. 138. tamen non fuit deciſum,
& dicit Thorus in ſuo compend. deciſ.
verſ. vita, & militia an debeatur fratri ſecũdogenito.
Tertio, pluries diximus, quod vita militia
loco legitimæ ſit, ipſiq; aſſimilari, & in
5 deciſ. Afflict 252. † omne relictum in teſtamento
patris filio factum debet ſibi in ſuã
legitimam compenſare, l. ſi quando, §. generaliter,
& ibi Iaſ. C. de inoffic. teſtam. cum
ſimil.

Digitized by Google

ſimil.adductis per Picum in ſua repet.in l.in quartam,poſt alios Scrib. num.60. verſ.tertia concluſio eſt. ff.ad l.falcid.& licet legatum factum in dubio, non cenſeatur factum animo compenſandi cum debito voluntario ſecundum communem concluſionem Doctorũ in l.ſi cum dotem, ꝟ.ſi pater, ff.ſolut. matrim. tamen ſi ex coniecturis aliter conſtabit factum animo compenſandi, vt latè fundat Aym.Grau. in conſ.142.num.3 & per Lanar.conſ.63.num.13. ſi legatum ſimpliciter eſt factũ abſque declaratione compenſandi, & per coniecturas nec apparet, compenſari non debet. & ipſe ſecundogenitus habebit relictum,& vitam militiam.

Quarto,Tiraquell.in tract.primog. poſtquam in q.4.num.35. attingit articulum,demum in q.75. per totam diſputat, & reſol-
6 uit, quod aut † lex, & conſuetudo, quæ deferr primogenito bona, vel feuda mandat etiam ſecundogenitum ali, & tunc etiam ſi aliundè habet.eſt alendus; ſi vero nihil dicit de alimentis, non dantur ei, qui habet aliundè, quam diſtinctionem probare videtur Affiict. in ꝟ.præterea Ducatus, de prohib.feud.alien.per Federic.nu.63.dum dicit, quod vita militia ſuccedit loco portionis, quam habiturus eſſet ſecũdogenitus in feudo, aliud dicens quando eſſet loco alimentorum officio Iudicis debitorum, atque ita vult,quod alimenta non ſint præſtanda ſecundogenito, licet aliud ſit in vita militia; ſed hæc diſtinctio Tiraquelli patitur difficultatem, quia vbi alimenta debentur legis diſpoſitione expreſſa videtur, quod non præſtentur, & qui habet aliundè per regulam generalem quod dicitur,non debentur alimenta,quæ à legis diſpoſitione per Iudicis officium debeatur, ſecundum Alexand. conſ.27.nu.2.lib.4.quæ regula procedit &c. ſolum quando debentur officio Iudicis,non
7 quando actionis iure,nam vbi † datur actio, præſtantur etiam diuiti,licet à lege debeantur, l de alimentis,vbi Bald. Alex. Iaſ.& alij C.de tranſact.Surd.de aliment.in d.q.15 poſt num.25.& ſeq.& ſic vtrumq; debetur.
8 Quinto,vita † militia non debetur à patre,ſed à fratre, vt inquit Tiraq. in d. q.75. num.3.& debitum ab vno,non compenſatur cum legato facto per alium, l. ſi duo, vbi Bart. ff. de duobus reis, Surd. in conſil. 69.
9 num.12. alias ſi † pater foret debitor vitæ militiæ fieret compenſatio,ex quo debitum procedit ex diſpoſitione legis, vel conſuetudinis,ſecundum diſtinctionem Alex.in l.ſi cum dotem, ꝟ.ſi pater, ff ſolut.matr.& Doctorum præcipuè Iaſ. & Det. in auth. præterea, C.vnde vir.& vxor.vita militia non debetur à patre, & non niſi poſt eius mortem per fratrem ſucceſſorẽ in feudo compenſationis locus non eſt, & ſic ſuper alijs feudis vitam militiam deberi legato non obſtante.

Pro negatiua parte legato non obſtante vitam militiam non deberi adducitur.
10 Primo, † vita militia debetur, & petitur conditione ex lege feudi per Conſt. Regni Comitibus,dum dicit ex conſuetudine,ſiue mora, qui tex. ad hoc ponderat Iſern.ibi in 3.col. in 2.lectur. & ita vult Paris de Puteo de reintegr.feud fol.177. verſ.nunc videndũ num.27.Menoch.conſ.8.num.20.in fin. verſ. cœterum,melius Surd.de aliment. tit.3.q.1. 3. & 6. per totam, Cumia ſuper rit. cap.76. num.56. Petr.de Greg in tract.de vita mili-
11 tia q.9. vbi etiam habetur, † quod vita militia poteſt peti à tempore quo ceſſit dies, & non ſoluta transfertur ad hæredes pro tempore nõ fuit facta ſolutio in vita ſecundogeniti, dum poteſt peti actione ex lege,& ſic ex debito neceſſario legatum cum vita militia comparari debet,vt probatur in l.ſi cum dotem, ꝟ.ſi pater, ff. ſolut. matrim. & in auth.præterea,C.vnde vir.& vxor.& vtrobique firmant Scrib. & ſic primogenitus de alijs feudis vitam militiam alijs fratribus ſecundogenitis ſoluere non tenetur.

Secundo adduco, quod quando aliquid à
12 † liberto legatur patrono,compenſatur cũ quarta eidem patrono debita, tex eſt in l. etiam, ꝟ.ſi debita, ff. de bon. libert. ibi (ſi debita patrono portio legata ſit, & ſi ſeriptus hæres nõ fuerit ſatisfactus, & in l.ſiue, ꝟ.5. ff. de iure patron. legitur: (excluditur contra tabulas bonorum poſſeſſione patronus, & ſi ex vnria hæres inſtitutus) & vtrobique hoc firmat gloſ. & Scrib. ita & legatũ ſecundogenito à patre factum in debitam vitam militiam compenſari debet.
13 Tertio, maritus † ſi vxori inopi quartã præſtare tenetur, ſi aliquid ei leget, præſumitur animo compenſandi legaſſe d. Auth. præterea,C.vnde vir.& vxor. Rimin.iunior conſ.49.num.11.lib.1.& 393. num.12.lib.4.
14 ſic etiam † ſi vxor reliquit aliquid,cui maritus pars dotis vigore ſtatuti acquiritur, vxore præmoriente videtur animo compenſandi,reliquiſſe ita DD.omnes in d.Authent.præterea,ibique Det.nu.18.Curt.iun. num.21. Franc.de Pepis num.30. Roland. à Valle de lucro dotis q.26.num 8.Phanut.in ſimili tract.de præſumpt.lib.4.præſũpt.109. num.3.&fol.132. Rimin.d.conſ.393.num.17. ſic in caſu propoſito legatum eſt compenſandum.
15 Quarto,mater † tutrix petens dotes,quæ ſunt

ſunt debitæ ſibi omni iure, & ex priuilegio,
ſi ex inuentario patet ipſam fuiſſe bona
hæreditaria conſignata, poteſt opponi com-
penſatio contra matrem ad dotes agentem,
ex doctrina Bald.conſ.99.num.3.verſ.teſta-
mentum lib.2. Signorol.conſ.49.col.2.verſ.
Item, Fulgoſ.conſ.196.& 201.Caſtrenſ.conſ.
270. in 2.dubio lib.1. D.Cardin.Tuſc. lit.C.
concluſ.490.num.14.maximè quando bona
retempta, & dos liquidatione non indigent,
& ita deciſum firmat Maſtrill.in deciſ.189.
num.6.& 13. qui nu.14.dum dicit, quod fru-
ctus ipſo iure extenuant ſortem, & capitale
dotis, per tex. in l. ſi non ſortem, in princ.
vbi Bar.& alij, Surd.deciſ.328.nu.14.par.2.
Reg.de Ponte conſ.70.nu.5.& Ferret.conſ.
68.num.5.lib.1. tantò fortiùs legatum factũ
filio ſecundogenito in vno Caſtro, vel in
alijs bonis, ex quibus fructus percipiuntur,
& forſan tranſcendunt vitam militiam; di-
cendum eſt, quod legatum ſit factum animo
compenſandi cum vita militia, & ipſam ex-
tinuat, ita quod nec peti poteſt.

16 Quinto, & Vltimo diximus, quod † vita
militia ſucceſſit loco legitimæ portionis ſe-
cundogenitis debitæ ſuper feudis, quia per
primogenitum excluditur à feudo, vt dicũt
Iſern.in d.Conſt.Comitibus, lectur.1.verſ.in
quantum, qui ſe ipſum allegat in Conſt.In
aliquibus, Camer.in cap.Imperialẽ fol.102.
lit.G.verſ.circa ſecundum, de prohib. feud.
alien.per Federic.Minad.conſ.1.num.31.56.
& 67. Afflict.deciſ.43.& 138.num.2. Capyc.
deciſ.3.num.3.de Franch.deciſ.20.nu.1.& 3.
& deciſ.61.num.2. Reg.de Ponte d.conſ.70.
nu.9.Surd.conſ.35.num.17.& de alim. tit.7.
q.15.num.26. Anna pater alleg.23. num.5.
Conſ. Fab.Anna filius ſibi contrarius conſ.
120. Menoch. conſ.121. vbi dicit hanc eſſe
magis receptam opinionem Paris de Puteo
de reintegr.feud.verſ.nunc videndũ, Octau.
Bambacar. in tit. ſi de feud. defunct. milit.
cap.qui clericus §.10.nu.162. Marta in tract.
de iuriſd.par.4.caſu 23.num.11.& 31 & in
deciſ.85.num.14. Maſtrill.deciſ.165. nu.16.
& eſſe loco alimentorum tenuerunt Pern.
conſ.11.num.11. Laudenſ.de primog.col.5.
verſ.an valeat conſuetudo, Petr.de Greg.in
d.tract. de vita militia q.2. & ex alijs addu-
ctis per Maſtrill. ibi addens, & in deciſ.165.
num.6.& ſi eſt loco legitimæ, vt voluerunt
Petr.de Gregor. in d.tract. de vita militia
q.1.& 2. Cannet.in cap.ſi aliquem, in verſ.
incip.pariformiter fol.332.de Franch.deciſ.
325.num.21. Fab.de Anna conſ.6. num.1.&
conſ.120.num.2.& ſeq.Maſtrill.d.deciſ.165.
17 nu.11. eſt ergo vita † militia debitum ne-
ceſſarium, ad quod & ſi pater in vita non
tenebatur, tamen onus feudi erat, & legiti-
mam, ſecundum Iſern. in d. Conſt. Comiti-
bus, Afflict.deciſ.43.& 138.num.2 Petr.de
Gregor.in d.ſuo tract.q.3.& ibi addens Ma-
ſtrill. Camerar. in d.cap.Imperialem lit.M.
fol.102. & ſic debitum neceſſarium cum le-
gato compẽſari voluit teſtator, & compen-
ſari debet, prout in ſpecie eſt tex.in l omni-
modo, §.imputari, & l.quoniam nouella, vbi
Bart.num.10. C.de inoffic.teſtam. Menoch.
præſumpt.209.nu.5.Vinc.de Anna ſing.310.
latè firmat ex alijs Conſ.Fab.de Anna conſ.
120.per totum, & in fine dicit, quod die 11.
Iulij 1600.facta relatione per Reg.Conſil.
Scipionem de Curte cauſæ Commiſſarium
per Sacrum Conſiliũ iunctis Dominis dua-
rum Aularum corã Illuſtriſſimo, & Excel-
lentiſſimo Prorege in Collaterali Conſilio
Magnus Condeſtabilis Columna fuit abſo-
lutus ab impetitione vitæ militiæ Cardina-
lis Aſcanij Columnæ, penès Felicem Acto-
rum Magiſtrum Sacri Conſilij, & hoc quia
dicto Domino Cardinali per patrem fuerat
factum legatum, quod fuit compenſatum
cum vita militia ſuper alijs feudis paternis
prætendebat à Condeſtabile Columna eius
fratre primogenito poſſeſſore, & ſucceſſore
in feudis, refert, & ex alijs comprobat Thor.
in compend.deciſ. in verſ.vita, & militia de-
betur fratri &c. de qua deciſione contra
Afflict.mentionem facit etiam Octau.Bam-
bacar. in d.cap.qui clericus num.212. ſi de
feud.defunct.controuerſ.fuer. nec curandũ,
18 quia contra clericum; nam & † clerico, &
monaco vita militia debetur vt viuat, dicit
idem Bambacar.ibidem num.111.in fine, &
debetur eis non, quia clericus, vel monacus,
ſed ratione excluſionis à feudo per primo-
genitum, qui licet ſint incapaces ſucceſſio-
nis feudorum, non tamen ſũt incapaces ali-
mentorum, vt per Bart.in l.ſeruus, ff.de ali-
ment.& cibar.legat. maximè quando ſi eo-
rum culpa priuantur ſucceſſione, cap.1.
§.fin. vbi per Aluarot.in vltim.notab.Epiſc.
vel Abb. Petr.de Gregor. in tract. de vita
militia q.22.fol.76.in fine, & noſtra Diluci-
datio firma remanet contrarijs ſuperius ad-
ductis non obſtantibus, quia loquuntur in
debitis voluntarijs, & nõ in neceſſarijs, cum
quibus fit compenſatio legati, & ſi pater nõ
tenetur vitam militiam ſoluere in vita, te-
netur tamen ad alia, & onus feudi per com-
penſationem relicti reſolutum remanet, vt
ex prædictis.

PARTIS

Digitized by Google

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio LXXIX.

THEMA.

De feudo patrui, vel auunculi, in quo ſucceſſit nepos primogenitus, tenetur ad vitam militiam alijs ſuis fratribus minoribus. deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Vita militia debetur in linea tranſuerſali, & ſic per nepotem ſuccedentem patruo, vel auunculo.*

2 *Conſtitutionem Comitibus, & Cap. Regni alienationis actus, loquuntur in feudis patris, non in tranſuerſalibus.*

3 *Vitam militiam deberi in linea tranſuerſali, verior opinio eſt.*

4 *Nepos, & patruus nō ſuccedunt in feudo ad inuicem, quia ſunt coniuncti, ſed quia ſunt comprehenſi in inueſtitura.*

5 *Conſtitutio Comitibus, & cap. alienationis actus, extenduntur etiam ad patruū, & auunculum.*

6 *De vita militia ad legitimam non valet argumentum.*

7 *Vita militia magis datur ob cauſam excluſionis à feudo, quam loco portionis debita.*

1 SVpra fundauimus † vitam militiam deberi in linea trāſuerſali, pariformiter ſi nepos à patruo, vel auunculo habebit feudum, vel in eo ſucceſſit Francorum Iure, quia excludit poſt eum fratres natos à ſucceſſione eis vitam militiam dare tenetur; & ita per Sacrum Neapolitanum Conſilium deciſum fuit, quod antea nunquam iudicatum fuerat, vt etiam in linea tranſuerſali aſcēdentis, vita militia deberetur; dicit Minad. in rep. Conſt. in aliquibus, in verſ. filiorum nu. 7. fol. 17. ſubdens, quod de hoc Loffred. in ſua paratraſi feudali, in tit. de inueſt. de re allen. fact. in verſ. vel danda militia fratri minori, verſic. dubitatur ſi moritur auunculus fol. 24. dicit, & licet à principio
2 teneat contrarium, quia † Conſtitutio Regni Comitibus diſponit ſolum quando tractatur de ſucceſſione aſcendentium ex ſuis verbis ibi de bonis patris, & in cap. Regni Alienationis actus, ibi ex ſucceſſione cois patris, & dixit Iſern. in d. Conſt. Comitibus col. 1. dum videtur ſentire, quod vita militia debetur loco legitimæ, & in hæreditate aſcendentis debetur legitima deſcendentibus, qua ſine cauſa priuari non poſſunt. & hæreditas patris eſt quaſi debita filijs, l. fin. C. de codicill. & in l. ſi duo, ff. de acquir. hæred. & ſub hac ratione voluit Conſtitutio dari vitam militiam ſecundogenitis, quia priuantur ſucceſſione eis debita, quæ omnia ceſſant in ſucceſſione tranſuerſalium, in qua non debetur legitima; iuxta legem fratres, & l. fratris, C. de inoffic. teſtam. & in l. 1. vbi
3 Paul. de Caſtr. ff. eodem, ſed † opinionem, quod debeatur, veriorem eſſe firmat ex pluribus, & authoritatibus etiam contrarijs reiectis, non obſtare feudum dici tranſuerſale, & non aſcendentis, quia in linea aſcendenti tranſuerſalis eſt cōiunctus, nepos patro, vt eſt l. iuncta gloſ. in §. tertio gradu, in verſ. ex tranſuerſo, & in verſ. quarto gradu, in verſ. patruus, inſtit. de grad. cogn. prout ita cōcludit Iſern. in d. Conſt. Vt de ſucceſ-
4 ſionibus, quod licet † patruus ſit in linea tranſuerſali aſcendenti, quando ſuccedit nepoti, & ſic è contra, non ſuccedit ſub illa conſideratione, quod eſt aſcendens nepotis, neque quod ſit feudum nepotis, ſiue patrui, ſed vnuſquiſq; tanquam perſona comprehenſa in inueſtitura primi acquirentis, & quo ad perſonam primi acquirētis, patruus, & nepos ſunt in linea deſcendenti, & comprehenſi in inueſtitura, & ſic ſublato impedimento de medio, ſuccedit in feudo primi acquirentis, & iudicantur bona aſcendentis per iura, & rationes ibi adductas. & opinionem Iſern. ſequitur Luc. de Penna in l. præſcriptionis, col. 10. C. de impon. lucr. deſcrip. Nec obſtat, quod Conſt. Comitibus, & cap. alienationis actus, loquatur in feudo patris,
5 cum per hoc non excluditur: quia † etiam extendi debeat ad feudū auunculi; ad quod facit, quod dixit Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. 1. cart. in verſ. eſt ſciendum, quod licet ſtatutum loquatur in fratre primi gradus, qui eſt in ſecundo gradu, ff. de gradib. l. Iuriſconſultus, § ſecundo gradu, habet tamen locum in fratre patruele, qui eſt in quarto gradu, vt eadē l. §. quarto gradu, cum eadem ratio militat in vtroque, quod ſequitur Bald. in l. ſcimus 11. q. C. de inoffic. teſtam.

Nec minus obſtat, quod vita militia debeatur loco legitimæ ſtantibus differentijs inter vitam militiā, & legitimam, quę tranſfertur ad hæredes, & non vita militia, vnde
6 † de legitima ad vitā militiam argui nō poteſt, iuxta l. inter ſtipulantem, §. ſacram, de verb.

7 verb.oblig. & vita † militia magis datur ob cauſam excluſionis, quam loco portionis debitæ iure naturæ, & reiectis alijs contrarijs in fine firmat ita fuiſſe deciſum in terminis, quia cum quondam Eligius de Marra Comes Aliani fuiſſet mortuus, relictis Illuſtriſſ. Principe Oſtiliani, vt primogenito Reuerendo quondam Franciſco Carrafa filijs ſororis, & prædictus Princeps ſucceſſit in Comitatu: per Sacrum Conſilium fuit condemnatus ad dandum prædicto Franciſco Carrafæ ſecundogenito vitam militiam, refert Loffr. in fine d. parafraſi fol.25. col.1. Minad.in dicta Conſt. In aliquibus num.7.& Thor.in ſuo compend. verſ.vita militia an debeatur filio ſecundogenito &c. & ex his noſtra Dilucidatio nè dum firmata, ſed deciſa remanet.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio LXXX.

THEMA.

Compromiſſum de cauſis feudalibus abſq; directi Domini aſſenſu fieri non poteſt. communis.

SVMMARIVM.

1 *ASſenſus Regius, ſiue Superioris Domini directi rerum, & iursum feudalium interuenire debet, & quomodo practicatur.*

2 *Compromiſſum rerum, & iurium feudalium abſque Superioris aſſenſu fieri poſſe, qui Doctores tenent.*

3 *Compromiſſum de feudo Imperiali, Regali, aut dignitatẽ habente ſine aſſenſu nõ fit.*

4 *Compromiſſum de cauſis feudalibus generaliter ſine Domini directi aſſenſu fieri non poſſe, communis eſt opinio.*

5 *Compromiſſum ſine directi Domini aſſenſu de rebus feudalibus ad euitandas fraudes fieri non debet.*

6 *Iura loquentia de feudalibus cauſis compromiſſum fieri poſſe, non dicunt: quod directi Domini nõ requiratur aſſenſus.*

7 *Imperatores Corradus Primus, & Secundus fuerunt ſatis ante Imperatorem Federicum Secundum per legem, cuius lex Corradi correcta cenſetur.*

8 *Obſeruantia eſt, quod cauſa feudales ſine aſſenſu nõ compromictãtur in arbitros, qui ex compromiſſo authoritatem habent de feudis tractandi, & dare quibus volunt.*

9 *Cõpromictere eſt alienare, & feuda omni iure alienari prohibentur ſine aſſenſu directi Domini, ideo de eius cauſis compromiſſum fieri non poteſt.*

10 *Feudi alienatio omni iure ſine Domini aſſenſu eſt prohibita.*

11 *Compromiſſum ob Domini directi abſentiam fieri poſſe, quod non ſubſtinetur, quia eorum vicemgerentes aſſentire poſſunt.*

12 *Compromiſſum in pares Curiæ nõ requirit aſſenſum, quia ipſi habent poteſtatem cognoſcendi de feudis.*

13 *Compromiſſum ſine aſſẽſu procedit quando intereſſe Domini non adeſt, alias non.*

LIcet in Parte octaua dilucid.57.nu.4. &
1 ſeq. aliqua diximus † de cauſis, & rebus feudalibus compromiſſum non fieri, ibique practicam à Regio Collaterali Conſilio obſeruatam, vltra Loffred. & alios ibi practicam ipſam firmant Quintilian. Mandoſ. ad Lap.alleg.102. in verbo vaſſallus in fine. Io.Vinc.de Anna in repet. Conſt. diuæ memoriæ num. 280. & Camerar. in repet. cap.Imperialem fol.51.lit.Q. quia à Doctoribus controuertitur, & ſi cauſæ ipſæ cum aſſenſu, vel ſine eo compromicti debent
2 † partem affirmatiuam, quod poſſit firmarunt Iacob.de Ardizz.in ſum.feud. cap.33. incip.dictum eſt ſupra col.3.verſ.ſi vero ex vna parte, Hoſtienſ.in ſumma tit.de arbitr. §.de qua re, verſ.ſed numquid vaſſallus, Nicol.de Neap.& Iacob.de Belloviſ. quos refert, & ſequitur Iacobin.de Sancto Georg.in inueſt.feud.in verſ.& cum pacto de nõ alienando num.9. Roman. in l.1. §.& poſt operis in fine, ff. de oper. nou. nunc. & in l. iuſiurandum, quod ex cõuentione, §.1.de iure iur. Bald.in l.fin. §.fin. in fin. commun. de legat. Curt.iun.de feud.par.4.num.94. Zaſ. de feud.par.9.num.20.Cardin.Pariſ.conſ.23. num.221. lib.1. Cardin.Alexandr.in cap.1. num.4.de inueſt. in marit.fact. Schench.in cap.1. §.ſi autem inter num.2. de lege Corradi, Mozz.de feud.tit.de natur.feud.nu.79. Petr.de Bellapert.de feud.tit.15.ſub nu.29. Hannetton.de feud.lib.4.cap.3. Franc.Duaren.in conſuetud.feud. cap.20.nu.8. Io.Ferrar.Montan.in vſus feud. lib.5.tit.1. verſ.ad arbitros vero, Afflict.in Conſt.Regni Conſtitutionem diuæ memoriæ num.56. Thom. de Marin.de gener. & qualit. feud. tit. de feud. ex pacto, & prouid. antiq. ſiue patern. nu.26.Camil.Borrell.in ſum.dec.c.63.n.11 &

venien-

Digitized by Google

Secundo, Camer. in d.cap.Imperialem
12 fol.102. lit.O. dicit,quod † vita militia ſi-
cet conſtituatur in pecunia eius morte fini-
tur tamen poteſt dici feudum ad inſtar ſol-
datæ, quæ eiuſdem naturæ eſt, cap.1. §.ſi
quis dicatur Dux,& alia,vt in cap.1. de feu-
do Guardiæ, quia immò breuioris vitæ eſt
feudum ſoldatæ, quia vtriuſque morte fini-
tur, vt ibidem; ſed vita militia recipientis
13 † feudum, ergo non venit in confiſcatione
bonorum, niſi quando immediatè ei obue-
niet à Curia ratione cõfiſcationis,ſed potius
conſolidationis,vt latè per Alex. conſ. 23.
col.1.lib.1.& per Afflict.in deciſ.282.nu.15
& Fritia de ſubfeud.in author.19.

14 Tertio, ſi conſideramus,quod hæc † vita
militia ſit quodam ius perſonale,quod non
tranſit ad filios, multo minus in Fiſcum,in
quem non tranſit ius exigendi operas offi-
ciales debitas per libertum, nec ius reuo-
candi in ſeruitutem,vt dicit Caſtrenſ. in l.1.
C. de hæred. inſtit. nec ius reuocandi dona-
tionem,vt per Loffred.in conſ.5.q.2.nu.18.
& ſimilia, quinimò ea, quæ ſunt tranſitoria
in filios, ſed non in extraneos, non tranſeũt
in Fiſcum; vt not. in l.1. C.de bon.quæ lib.
Alex. conſ.32.num.10.lib.1. Caſſan in con-
ſuet. Burgund. tit.des confiſcationes,verſ.3.
15 num.16.fol.96. ſed † vita militia non ſolũ
non tranſit in extraneum,ſed nec in filium,
multo minus in Fiſcum, in quem non tran-
ſeunt ea, quæ niſi certo generi perſonarum
non tranſirent; vt dicit Bal.in l.ſi Inſulam,
ff.ſolut.matrim.

16 Quarto, quia † ſecundogenitus propter
rebellionem priuatur omni beneficio iuris
communis,vt dixit Caſtrenſ.in l.1.in fine,
C. de hæred.inſtit. quem ſequuntur omnes,
& Loffred.conſ.5.num.21.& 22. poſt Alex.
dicit conſ.23.nu.16. ac etiam beneficio con-
ſuetudinis, & ſtatuti, vt dicit Neſſ. in tract.
bannit.q.15.& 29. & conſequenter cum illa
vita militia ſit debita vigore Conſtitutionis
Regni,ergo cõtra ius commune,erit in con-
tinenti ea priuatus ius ſuum extinctum,&
nihil ſupereſt tranſmictendum in Fiſcum
durante eius vita naturali, quia nullum ius
durabat in eo,l.actione,§.publicanus,ff.pro
ſocio,& per Alex.d.conſ.25.lib.1.

Quinto, tex.in l.Statius Florus,§.Corne-
lio Felici, non poteſt adaptari in hoc caſu,
ex quo mater ibi fuerat grauata fideicom-
miſſo poſt mortem ſuam, nimirum ſi ea
damnata, ſed non dum mortua. Cornelius
fideicommiſſarius non fuit admiſſus ad pe-
titionem fideicommiſſi,quia caſus non dum
17 venerat,ex quo † ad implendam conditio-
nem damnatus non habetur pro mortuo;
immò potuiſſet ipſe præmori,& ſic expiraſſet
fideicommiſſum; vt ibi tex. in l.1. ff.ſi quis
ante apert. tab. interim nullum ius ei com-
petebat, & proinde obtinere non poterat;
ſed in hoc caſu eſt totum contrarium: nam
non fuit cõdemnatus primogenitus,cui erat
18 onus impoſitũ vitæ,& militiæ,ſed † ſecun-
dogenitus, qui eo ipſo, quod eſt rebellis re-
putatus,omnia iura ſibi competentia ex di-
ſpoſitione conſuetudinaria, vel iuris com-
munis (vt diximus) fuerunt extincta, & ſic
nihil poteſt in Fiſcũ trãſmictere durãte eius
vita naturalis,cũ qui nõ poteſt alienare,nec
delinquendo tranſmittit,per tex.l.Impera-
tor, ff. de fideic. libert. d.l.actione, §.publi-
canus,ff.pro ſocio,& & per Alex.d.conſ.23.
& multo minus durare poterat hoc ius vitæ
militiæ, poſtquã ceſſabat ratio, propter quã
fuit ei tributum, & erat ius tranſmiſſibile;
quin immò ſi fuiſſet cõdemnatus Cornelius
Felix,fuiſſet extinctum ius fideicommiſſi,vt
probat ille tex. à contrario ſenſu colligitur
ex prædictis,& ibi publicantur bona,& non
ſtatus; nimirum ſi Fiſcus retinet ea,quę po-
tuiſſet damnata retinere, ſecus in hoc caſu,
in quo publicãtur bona,& ſtatus, in tantum
19 quod † damnatus crimine rebellionis, ha-
betur pro mortuo, l.1. §.fin. ff.de bon.poſ-
ſeſſ. contra tab. & efficitur incapax,& inlu-
bilis ſucceſſionis,vt dixit gloſ.in §.de legatl,
inſtit.quib.mod.ius patr.poteſt.ſoluat. eiſdẽ
modis reſpondet Fritia in 2.lib. de ſubfeud.
q.29. vbi num.2. in fortioribus terminis vi-
detur firmare hanc cõcluſionem,dum vult,
quod ſi ſubfeudatarius commictit rebellio-
nem, ſubfeudum non vadit ad Fiſcum du-
rante vita naturali rebellis,nec etiam com-
mictitur,ſed vadit ad eum, à quo tenet non
20 ad Regem, mouetur ea ratione,quia † feu-
datario delinquente, extinguitur ius ſuum;
ergo ſoluitur etiã ius Fiſci, quod ab eo præ-
tenderit cauſam, argum. d. l. lex vectigalis,
ff. de pignor. & cap.1. §.veritas, quib. mod.
feud.amict. & ſicut ipſe ſubfeudatarius non
poſſet durante eius vita vendere feudum,
nec fructus percipere propter eius delictũ,
ita non poſſet Rex ex ſui perſona, argum.
tex.in l.penult.§.prædium, ff.de leg.2.quem
ad hoc allegat Bald. in conſ. 284. præmiſſis
21 verbis lib.1.& ad tex.in † §.Cornelio Felici
dicit, quod non habet locum in feudalibus,
quod damnatus, non habetur pro mortuo
pro adimplendà conditione,& quo ad §.de-
nique, dicit illud procedere, vbi nõ ex toto
reſoluitur ius,ſecus in hoc caſu rebellionis,
cum in totum reſoluitur, ſubdens eſſe im-
poſſibile, quod ſubfeudatarius perdat pro-
prietatem illam quaſi vtilem, & conſolide-
tur

Digitized by Google

22 tur Baroni, & quod interim † fructus feudi applicentur Regi, quando ius in totum nõ reſolueretur, quia non eſſet tale delictum, ex quo feudo priuatur, vel ſi eſſet tale, de eo non conſtaret, licet Fiſcus iure non ex illius perſona eo viuẽte, & ita procedit doctrina Iſern. in d. Conſt. ſi quando. & alibi, &
23 proinde † concludit, quod nec Dominus, nec fructus, nec commoditates ſpectant ad Fiſcum, quando ſtatus perſonæ inhabilitatur, prout in caſu noſtro, illius vis extinguitur; vt in indiuiduo decidit Affl in d. Conſt. Comitibus, in 4. quæſt. num. 7. dicens, quod ſi
24 † ſecundogenitus efficiatur rebellis, extinguitur vita militia, ſicut extingueretur eo mortuo, & ſicut quando extinguitur per mortem naturalem, cedit in beneficiũ primogeniti; ita quòd per mortem ciuilem, vt idem Afflict. dicit ibidem in 5. q. num. 8. circa medium, dicit, quod eo ipſo, quod ſecundogenitus eſt rebellis, vita militia extinguitur,
25 & licet in d. 4. q. concludit, quod per † reſtitutionem reuiuiſcitur, ex quo indulgentia non poteſt aperiri poſt ius quæſitũ primogenito, & poſtea hoc reuocat in dubium, in 5. quæſt. quod tamen in vtroque loco dicit, quod extinguitur in beneficium primogeniti; & ibi etiam reſpondet ad contraria, num quod potuiſſet firmari de monaco, qui licet habetur pro mortuo, vt in l. Deo nobis, C. de Epiſc. & cler. tamen alimenta ei debentur, quod illud procedit ad publicam vtilitatẽ, quia monaci erunt pro laicis, ſecus vero in
26 rebelle, qui intereſt † Reipublicæ, vt ſit in egeſtate perpetua, mors ſolatium, & vita ſupplicium, l. quiſquis, ad l. Iul Maieſt. nec
27 etiam obſtat, quod pater † teneatur dare alimenta bannito, & filio infideli, l. mutus, §. manente, ff. de iure dotium, quia prædicti non habentur pro mortuis, ſicut rebelles;
28 vnde † ex prædictis reiectis etiam contrarijs dilucidatum remanet vitam militiam ſecundogenitis Fiſco nõ deberi, & quod extinguatur per mortem ciuilem, vt prædictũ eſt, & ita per Regiam Cameram Summariæ, & Collaterale Conſilium fuit deciſum in cauſa Antonij Sanfelicis ſecundogeniti Baronis Sancti Felicis, in qua cauſa pro Fiſco ſcripſit Marcellus de Mauro in ſua allegat. 76. vbi tacet decretum contra Fiſcum, & ſuã
29 opinionẽ, & ſcripta latum. Immò † peruẽto feudo ad Fiſcũ ob rebellionẽ primogeniti, & ſecundogenitus ſimiliter rebellis, ex gratia reſtitutus debetur ei vita militia etiam pro præterito, vt deciſũ in Reg. Cam. teſtatur de Franch. in dec. 714. & refert Thor. in comp. decif. verſ. militiam debitam, & ſic in fortiori caſu noſtri prædicti.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio LXXVII.

THEMA.

Si pater acquiſiuit feudum pro ſe, & filijs hæredibus ex ſecũdo matrimonio, an primogenitus, & alij filij ex primo matrimonio habebunt partẽ pretij feudi, vel vitam militiam.

SVMMARIVM.

1 *Filij primi matrimonij in feudo empto, vel donato filijs ſecundi matrimonij habent ius petẽdi legitimam, ſiue vitam militiam.*

2 *Patre donante filio ſecundogenito, competit primogenito legitimam, ſiue vitam militiam.*

3 *Feuda veniunt in petitione hæreditatis.*

4 *Primogenitus attenta facultate, & dignitate, tenetur dare ſecundogenito fratri tantum vnde poſſit ſubſtentari.*

5 *Legitima non deberi ex corporibus feudi, ſed de extimatione feudi.*

6 *Vitam militiã deberi ad inſtar legitimæ, & alimentorum.*

7 *Legitima, ſiue pars pretij, vel vita militia de feudo patri donato, vel quæſito à patre pro eo filijs ſecundi matrimonij debetur etiam non comprehenſi in inueſtitura.*

8 *Sororem poſſe petere à patre ſuæ ſtore in Comitatu dotem, ſicut fratri à patre quantitatem vnde viuere poſſit.*

9 *Votum commune parẽtum eſt, filios æqualiter ad hæreditatem vocare.*

10 *Feudi lex, & ratio naturalis vult, quod filij tàm primi, quàm ſecundi matrimonij habeant legitimam, ſiue vitam militiam in feudis, vel partem pretij empti.*

11 *Inueſtitura pro filijs ſecundi matrimonij, filij primi matrimonij ſunt inhabilis ad ſuccedendum.*

12 *Principi decet promiſſa ſeruare.*

13 *Excluſio, & incluſio ad ſucceſſionem feudorum eſt tenor inueſtituræ.*

14 *Feudo ſuccedunt limitatæ perſonæ contentæ in inueſtitura.*

15 *Dominus in traditione rei poteſt imponere legem quam vult.*

16 *Filij, ſiue alij excluſi à ſucceſſione per inueſtituram, excluduntur etiam à vita militia.*
17 *Pacta extranea in inueſtitura apponi poſſunt.*
18 *Inueſtituræ tenor derogat omni naturæ fructuum.*
19 *Pater feudum, quod habet, poteſt alienare etiam in extraneum cum Regio Aſſenſu facilius pro filijs ſecundi matrimonij.*
20 *Vitam militiã eſſe loco legitimæ, & partis hæreditariæ à qua excluditur, quæ iure hæreditario habetur.*
21 *Legitima, pars pretij, & vita militia debentur poſt mortem patris.*
22 *Filij primi matrimonij non poſſunt venire pro vita militia in feudo à patre filijs ſecundi matrimonij donato.*
23 *Inueſtituræ pacta ſunt attendenda.*
24 *Vita militia nec portio illa filijs primi matrimonij in feudo per patrem quæſito filijs ſecundi matrimonij.*

IN hoc Articulo pro filio primogenito primi matrimonij plura adduci poſſunt.

Primo, quando pater emit feuda, vel ſibi conceditur, & quibuſuis filijs perſona ſolius patris conſiderata, cuius contemplatione filios ſecundi matrimonij prætulit in inueſtitura, & nõ contemplati filij ipſi, quia pecuniam non ſoluit, non ſeruierunt concẽdenti, nec cognitio, vel alia ſigna id demonſtrantia concurrunt; quæ notat Iſern. in cap 1. col. 4 in fin. & ſupra in princ. de alien. feud. patern. ceſſantibus his coniecturis etiã ſi fuerint nominati alij filij, dum vti filij præſumitur id geſtum patris contemplatione; allegat Iſern. l. annua, ꝟ. actio, de ann. legat. l. filio familias, de condit. & demonſtr. cum alijs per eundem adductis, & ſpecialius filio anniculo cui fuit donatum, nominatis etiam ſeruitijs, dicendum eſt contemplatione patris eſſe donatum, vt latius Iſern. ibidem proſequitur, cum contemplatione patris, & à patre filij ſecundi matrimonij habent, vt in d. ꝟ. actio, & in l. ſed ſi plures, ꝟ. in arrogato, ff. de vulg. & pupill. ſubſt. ſequitur, ꝙ pater, vel titulo hæreditario, vel donationis, vni filio tantum dedit, quod alijs deſit legitima filijs ipſis competit ius petẽdi ſaltim ex capite inofficioſæ donationis, l. 1. & toto titulo de inoffic. donat.

Secundo, Iſern. in cap. Imperialẽ, ꝟ. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien per Federic. dum arguit: patrem videri donaſſe filio primogenito, ſciens illi acquiri ſecundum Ius Francorum, & dum etiam allegat d. ꝟ. in arrogata in fin. concludit conferri, & à patre habere dicitur, & illud tenere ſubiectum collationi, & proinde tanto ma-
2 gis † patre donante ſecundogenito, competit primogenito legitima; idem ſentit Bald. in l. ſi tibi decem, ꝟ. ſi pactus, in verſ. extra gloſ. ibi ſin autem filius eſt in poteſtate videtur lex dicere, quod pater videatur adiecisse filium in eum conferendo vltimum iudicium, non quod ſit vltima voluntas, ſed eſt tacita donatio in filium collata, quæ re-
3 quirit mortem patris, & tale † feudum iure hæreditario appellatione hæreditatis etiam veniat, gloſ. in l. non tantum, de petit. hæred. Iſern. tradit in cap. 1. ꝟ. & olim, num. 2. de ſucceſſ. feud. cum pariter imputatur in legitimam, Gulielm. de Cun. & Bald. in l. omnimodo, ꝟ. imputari, C. de inoffic. teſtam. ſiue igitur habeat ex præambula donatione, ſiue vt hæres, & hæreditario iure, cum primogenitus reperiatur ſe excluſum à legitima, & nihil reperiat in bonis, & hæreditate patris, ſed omnia peruenerũt ad ſecundogenitum, quis dubitat, vt legitimam, ſiue vitam militiam primogenitus conſequatur per prædicta.

Tertio, de hoc adeſt deciſio Io. Andr. in cap. ſine culpa, de reg. iur. in 6. quam Abb. refert ad declarationem gloſæ in cap. licet, de voto, licet enim vt Abb. inquit: ſit dare caſum, in quo filius abſque culpa priuatur legitima, & puta quando pater totam dignitatem ſe declararet, habeat, tenetur tamen
4 † primogenitus attenta facultate, & dignitate dare fratri tantum, vnde poſſit congruè ſubſtentari de feudo inſpecta extimatione debetur legitima; adeſt deciſio Guid. Pap. 476. & alia 487. Iacobin. in l. antiquitas num. 24. refert Boer. deciſ. 204 Franc. Aret. in l. in quartam verſ. 133. ff ad l. falcid. vbi
5 pariter eſt deciſum † legitimam nõ deberi ex corporibus Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, ſed in pecunia de extimatione feudi, in quo Iure Francorum ſucceditur, & primogenitus tantum ſuccedit, d. cap. Imperialem, col. 6. in fine, quem ſequitur Laudenſ. in ſuo tract. de primogen. col. 9. & ſuit memor Luc. de Penna in l. 1. de imponend. lucrat. deſcript. & Iſern. loquitur in feudo nouo empto per patrem aliter, quam per emptionem, etiam ſi ob merita quæſiuiſſet, vt firmat Luc. de Penna in d. l. 1. & tanto magis quia in Regno habemus d. Conſt. Comitibus, ex qua ſecundogenitus, & alij, poſt primogenitum natis, quando ipſe ſolus ſuc-
6 cedit in feudo habere habet † vitam militiam, quæ eſt temporalis, dicit Capyc. in ſua deciſ. 2.

Digitized by Google

deciſ.2.num.7.& debetur ad inſtar legitimæ, & alimentorum participat de legitima,quia taxatur ſecundum eam,& participat de alimentis , quia extinguitur cum vita ad inſtar alimentorum ; vt ex alijs firmat Conſ. de Anna conſ.4. num.58. quæ omnia filijs debentur , & primogenitus, & alij ex prima vxore nati,non excluduntur à ſucceſſione feudi propter patris donationem in vnum ex filijs ſecundi matrimonij , quia caſus eſt omiſſus,& non prouiſus per d.Conſt.Comitibus , remanet in diſpoſitione iuris communis, argum. l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſthum. l.ſi extraneus, ff.de cond.ob cauſ. ex qua legitima,& alimenta omnino debentur,quæ ex prouiſione particulari facta in alio caſu non eſt ſublata, vt ſic dicamus deciſionem Capycij decidit hoc , pro quo pariter confirmando,vt ſcilicet debeatur hæc

7 † legitima portio,ſiue pretij pars,vel vita militia etiam ei,qui alias non eſt in inueſtitura comprehenſus , & hæc fundant intentionem primogeniti ex primo matrimonio nati in feudo pro filio ſecundi matrimonij quæſito.

Quarto,ad hoc faciunt dicta per Abb.in

8 conſ.12.lib.1.in 7.dubio, vbi tenuit † ſororem poſſe petere à patre , qui ſucceſſit in Comitatu dotem,ſicuti frater poſſet petere à fratre congruam quantitatem vnde viuere poſſet; & confirmat in conſ.3.lib.2.col.4. & tamen fœmina non eſt comprehenſa in inueſtitura ; imò de Iure Francorum non ſuccedit in feudo,cap.1.§.hoc cautè notandum,de his,qui feud.dar.poſſ.& ſic licet nõ eſſent habiles ad ſuccedendum nati ex primo matrimonio, ſicut nec fœmina non ideo denegatur eis legitima, vel dos, vt ex allegatis,patet etiam in militia,quæ emitur pro filio , in qua non datur inter eos ſucceſſio, & tamen venit in collatione , & imputatur in legitima, d.l. omnimodo, §.imputari, C. de inoffic.teſtam.Bart.in l.1.§.nec caſtrenſe, ff.de collat.bonor.l.illud,de collat.

9 Quinto, † commune votum parentum , & naturæ eſt , filios æqualiter ad patris hæreditatem vocari,per tex.in l.ſcripto in fin. ff.vnde liber.& in l.nam & ſi parentibus, ff. de inoffic.teſtam. l emancipatis, C.de legit.

10 hæredib. † & ratio naturalis , & lex feudi vult,quod filij tàm primi, quàm ſecũdi matrimonij legitimam portionem in pecunia , ſiue vitam militiam habeant , maximè illi, qui excluduntur à feudi ſucceſſione per iſtã Conſtitutionem Comitibus, & ex alijs prædictis,vel ſaltim partem pretij feudi à patre empto in beneficium filiorum ſecundi matrimonij,quia à patrimonio exiuit,& eum exinaniuit; & ſi alienaſſet, non ita eſſet,quia veniret pretium in patrimonio,& ſic debetur eius pars filij primi matrimonij , ideſt quanti emit, vt per Iſern. in cap.Imperialē num.39.de prohib.feud.alien.per Federic. & ita deciſum per Sacrum Conſilium in cauſa Felicis de Ianuario Regij Conſiliarij. penès Carbonum Actorum Magiſtrum , & refert Anell.de Amato in conſ.9. ac Thor. in ſuo compend.deciſ.verſ.ſecundogenitus ex feudo,& ex alijs prædixerat Conſ.Fab.de Ann. conſ.26. vel vita militia liquidanda tempore mortis patris etiam in feudis reintegratis,vt latè per Præſid.de Franch.deciſ.61.

Pro ſecundogenito ſcilicet filio primo nato ex ſecundo matrimonio adducuntur plura.

11 Primo, quando inueſtitura eſt ſub forma pro ſe,& filiis, ac hæredibus ſecundi matrimonij,eiuſque contemplatione,reluctante tenore inueſtituræ iam dictæ,filios quamuis primogenitos ex primo matrimonio inhabiles eſſe ad ſuccedendum tanquam in inueſtitura non comprehenſos,verum defuncto etiam ſine hærede nato ex ſecundo matrimonio nec ſuccederet attento tenore inueſtituræ prædictæ, ad quẽ ſemper eſt recurrendum,vt in cap.1.in fin.de duob.fratrib.à capit.inueſt. quem ibi ad hoc notat Bal. in prælud.feud.in 4.diuiſ.& in cap.1.§.deiuique quæ fuer.prim.cauſ.benef.amict.decet enim

12 legem à † Principe in eius donatione , & conceſſione adiecta ſeruare cum priuato rei propriè ius dicere; liceat multò magis id in Principe ſeruandum eſt : ipſe etenim feudũ conſtituit,vt vult dicit Iſern.in cap.1.col.2. qual.vaſſall. iur. deb. fidel. & ſic apertè de-

13 monſtratur † cauſa excluſiua a ſucceſſione feudi taliter quæſiti, non eſſe exiſtentium filiorum, ſed repugnantiam inueſtituræ, ex quo infertur , nec vitam militiã deberi poſſe; cum vera ſit concluſio, quod fratri ideò alio fratri vitam militiam tenetur , quia ipſum à ſucceſſione excludit , & pluries diximus.

Secũdo, & vita militia ſuccedit loco partis hæreditariæ ; à qua per primogenitum excluditur ipſum prælatum ratione maioris ætatis, & ſimiliter paragium mulieri datur à conſtitutione loco legitimæ , à qua per maſculum, qui præfertur,vt excluditur,vt dixi Iſern. in Conſt. Comitibus col.4. & in Conſt. In aliquibus colum. 13. in hoc caſu attenta inueſtitura pro filijs ſecundi matrimonij à qua non eſt recedendum,in tantum

14 quod ſi in † ea limitatæ eſſet perſonæ ſucceſſibiles ſecundum communem feudi naturam ille tantum taxatiuè venirent,ſecundum

dum Iſern.in cap.1.§.is vero deficientibus, de grad.ſucceſſ.in feud. & è contra,ſi ex tenore inueſtituræ perſonæ ſecundum communem feudi naturam inſucceſſibiles vocarentur,vtique ſuccederent, attento ſolo inueſtituræ tenore, vt eſt tex. in d.cap.1. de duob.fratrib. à capit. inueſt. cum alijs concordantibus, ideoque comprehenſos in inueſtitura, ad feudi ſucceſſionem admittendos forè iuxta inueſtituræ tenorem,& non aliter, firmauit Loffred. in conſ.14. num.7. 10.11.& 12. dum filij ex primo matrimonio ſunt excluſi à ſucceſſione,ſic etiam à vita militia, ex prædictis patet.

Tertio,in proprijs terminis in feudorum ſucceſſione, quod quandoque filij ex primo matrimonio, aut ex ſecundo matrimonio procreati iuxta conuentionem initam non admittantur,non comprehenſi in inueſtitura: ſunt caſus aperti in §.mulier, in §.filij, in tit.ſi de feud.fuer.controu. & in cap.1.de fil.nat.ex matrim.ad morgan.cõtract.poteſt
15 enim † Dominus dans, in traditione rei propriæ apponere legem quam vult, l. fin. C.d pact.inter empt.& vendit. notant communiter Scribent.in l.pen.C.de pact. ideoq; Regem dantem feudum poſſe apponere legem quam vult, dixit Iſern.in d.cap.Imperialem, §.præterea Ducatus in fin. de prohib.feud.alien. per Federic. concurrente tamen,& maximè volũtate tàm Regis,quàm vaſſalli,ad libitum in præiudicium filiorum diſponere,etiam ſi feudum ſit pacto,& prouidentia, vt latiſſimè firmat, & concludit Iſern.in cap.1.§.& ſi libellus,col 4 de alien. feud. patern. & in cap.1. an agnatus, col.3.
16 cum alijs cõcordantibus, cum à ſucceſſione ſunt excluſi per inueſtituram, ſic etiam à vita militia excluſi cenſentur.
17 Quarto, in † inueſtitura poſſunt apponi pacta extraordinaria, & valent in cap.1. §. fin. quid ſit inueſt. & in cap.1.de feud.Marchiæ, & dixit Bald. in cap.1. §.hoc quoque, de ſucceſſ.feud.& in cap.1.de alien.feud patern. & in l.1. ff.de rer.diuiſ. Iacob. de Ardizzon in ſum.feud. de grad.ſucceſſ.in feud.
18 quia † inueſtituræ tenor derogat omni naturæ feudorum, vt voluit Bald. in cap.1. de duob.fratrib.à cap.inueſt.per illud cap. & in cap.1.§.& quia vidimus,qui feu.dar.poſſ. & Io.Anan.in conſ.70 quod inueſtitura nouat,& mutat naturã feudi,per cap.1.de feud. non hab.propr.feud.natur. & ex alijs Loffr. in d.conſ.14. num.11.& 12. & etiam verum
18 eſt, † quod pater feudum,quod habet, poteſt alienare etiam in extraneum,vel vni ex filijs legare cum Regio aſſenſu facilius poſſet pro filijs ſecundi matrimonij, conſentiente directo Domino emere, & filij primi matrimonij conqueri non poſſunt, quia ſic placuit patri,& directo Domino,qui in traditione rei poſuerunt legem quam voluerunt, cum quilibet in re ſua ſit moderator, & arbiter, vulgata l.in re mandata,C.mandati.

Quinto, circa partem pretij Nos dixi-
20 mus † vitam militiam ſit loco legitimè, & latè Camer.in cap.Imperialem, §.præterea Ducatus fol.102. literis L. & M. Præſ. de Franch.in dec.20.nu.9.Conſ.de Ann.conſ.6. nu.3. ex alijs, eſtque vita militia loco partis hæreditariæ, à qua excluditur per primogenitum maiorem,vt dixit Iſern. in d.Conſtit. Comitibus in princ.& ſic eſt etiã pars pretij feudi,& ſic ſi loco partis hæreditariæ; ergo loco legitimæ, quæ iure hæreditario debetur,& titulum inſtitutionis requirit,§.aliud quoque capitulũ,in auth vt cum de appell. cognoſc.& notat egregiè Panorm.in c.Raynutius,poſt gloſ.in verſ.legitimam, extra de teſtam. Iaſ. in l.filium qui habentem, col.4. verſ.immò plus quomodocunq; C.famil.erciſc.Bar.& Ang.in l.quia poterat,ff.ad Trebell.& in l.gerit,ff.de acquir.hæred.vnde cũ
21 † legitima pars pretij,& vita militia debẽtur poſt mortem patris, & de bonis in eius hæreditate remãſis,vt per Bart.in l.1.§.ſi impuberi,ff.de Carbon edict.in l.fin.ff.de liber. agnoſc. Iaſ.in l.in his,ff.de lib. & poſth.& in auth.nouiſſimè col.2.C.de inoff. teſta Guid.
22 Pap.deciſ.468.ſi hoc † feudum pater in eius vita cum Regio aſſenſu acquiſiuiſſet pro filijs ſecundi matrimonij,quod facere potuit, & fecit tempore ſuæ mortis non reperitur in eius hæreditate, vti ſi alienaſſet in vita filijs primi matrimonij ſuper eo,quia vti nõ comprehenſi in inueſtitura, nulla competit portio pretij,nec vita militia,& pro eis omni carent actione dum ſunt excluſi, & feudũ ſecundi matrimonij, nõ per naturam feudi,
23 ſed ex † particulari contractu,& inueſtitura,quæ eſt attendenda etiam contra naturã ram feudi, vt in d.cap.1. de duob. fratrib. à cap.inueſt.quem ſequitur Dec.conſ.680.in princ.& filij primi matrimonij,tanquam excluſi, nullum ius facere in dicto feudo quoad prætenſam vitam militiam, & partem pretij ipſius, & ex hoc ſolo; quia non comprehenſi in inueſtitura contraria ſuperius adducta, reſoluta remanet; ita quod nec
24 † vita militia, nec pretij pars filij primi matrimonij competit, vt ex prædictis iam patet,quod alio non opus.

PARTIS

Digitized by Google

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio LXXVIII.

THEMA.

Vita militia à fratre primogenito ſuccedente in alijs feudis, non ddbetur fratri ſecũdogenito, cui pater feudum aliquod reliquit. deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Legatum patris ſecundogenito, ex quo pater non debet ei vitam militiam, non eſt ex cauſa neceſſaria.*

2 *Alimenta debentur filio officio Iudicis, & ſic legatum factum à patre non videtur relictum animo compenſandi.*

3 *Feudum alienari poteſt per patrem in præiudicium primogeniti.*

4 *Vitam militiam habebit ſecundogenitus in feudis antiquis non obſtante aliquo relicto patris, niſi expreſſe ſit relictum, vt compenſetur.*

5 *Relictum omne cenſetur factum creditori animo compenſandi, maximè ſi ex coniecturis conſtabit.*

6 *Lex, vel ſtatutum mandans, vt primogenitus habeat feudum, & alat ſecundogenitum, & etiam ſi aliundè habet, eſt alẽdus, alias non.*

7 *Alimenta debita iure actionis dantur etiã diuiti.*

8 *Vita militia nõ debetur à patre, ſed à fratre, & debitum vnius non compenſatur cum relicto alterius.*

9 *Compenſatio fit cum debito patris, ſed non cum debito filij ſuccedentis in feudo.*

10 *Vita militia debetur ex conditione legis feudi.*

11 *Vita militia non ſoluta, petitur à die quo ceſſit, & transfertur ad hæredes, & ex debito neceſſario non compenſatur.*

12 *Legatum liberti factũ patrono, compenſatur cum quarta patrono debita, ſic legatum cum vita militia compenſari.*

13 *Maritus legando vxori inopi, videtur animo compenſandi cum parte dotis, quæ ex ſtatuto, vel alias ei debetur.*

15 *Matri petenti dotem, cui fuerunt conſignata bona hæreditaria, poteſt opponi compenſatio.*

16 *Vita militia ſucceſſit loco legitimæ portionis ſecundogenitis debitæ ſuper feudis propter eorum excluſionem.*

17 *Vita militia dum eſt debitum neceſſarium, & pater ſi in vita non tenebatur, onus feudi erat, & ſic cum legato compẽſari debet, & deciſum contra Afflict.*

18 *Vita militia debetur clerico, & monaco, quia excluduntur à feudis, & ſunt capaces alimentorum.*

Hæc Dilucidatio cõtrouertitur ex pluribus:

1 Primo, † legatum factum alicuius feudi, vel non feudi à patre filio ſecundogenito erat factum ab eo, qui non tenebatur dare vitam militiam filio ſecundogenito, & ſic debitum neceſſarium non erat, nec ipſe filius iure amoris poterat à patre petere vi-
2 tam, & militiam, ſed officio Iudicis tenebatur ad alimenta, vt in l.ſi quis à liberis, ff.de liber. agnoſc. ideo nõ videtur relictum animo compenſandi, ex adductis per Alberic. de Roſat. in l.vn c. in princ. 3.col. C. de rei vxor. actio. ibi (dic, aut debetur iure actionis, & tunc legatum non excludit debiti petitionem, vti hic niſi hoc adijciatur, vt compenſetur cũ credito, l.creditorẽ, ff.de leg.2. & in l. ſi compenſandi, C. de hæred. inſtit. fol.251. ater. gloſ.in l.omnimodo, §.imputari, vbi eſt propria materia de inoffic. teſtam. verſ.& illa dicit alia, quæ cum perſona finitur, & nihil ad hęredem tranſit, & illa non computatur, nec conſertur, vt in contrario ff.de collat.bonor. l.1.§.ſed an id.

3 Secundo, pater † feudum, quod habet cũ Regio aſſenſu alienare poteſt in præiudiciũ primogeniti, & aliorum filiorum, ſic etiam poteſt alienare in ſecundogenitum, vt dicit Iſern.in cap.1.de alien.feud.pater.& in c.1.
4 de natur.ſucceſſ.feud. habebit ergo † ſecundogenitus feudum à patre relictum, & habebit vitam militiam à fratre primogenito ſuper feudis antiquis, niſi fuiſſet expreſsè relictum feudum in compenſationem vitæ militiæ, dicit Afflict. in deciſ.138. quem ſequitur Surd.in tract.de aliment. tit.7. q.15. num.23. Conſil.de Georg. in alleg.9. nu.36. qui licet ita deciſum per Sacrum Conſilium in d.deciſ. Afflict.138. tamen non fuit deciſum, & dicit Thorus in ſuo compend. deciſ. verſ.vita, & militia an debeatur fratri ſecũdogenito.

Tertio, pluries diximus, quod vita militia loco legitimæ ſit, ipſiq; aſſimilari, & in
5 deciſ.Afflict 252. † omne relictum in teſtamento patris filio factum debet ſibi in ſuã legitimam compenſare, l.ſi quando, §.generaliter, & ibi Iaſ.C.de inoffic.teſtam. cum

ſimil.

ſimil.adductis per Picum in ſua repet.in l.in
quartam.poſt alios Scrib. num.60.verſ.ter-
tia concluſio eſt. ff.ad l.falcid.& licet legá-
tum factum in dubio, non cenſeatur factum
animo compenſandi cum debito voluntario
ſecundum communem concluſionem Do-
ctorũ in l.ſi cum dotem, §.ſi pater, ff.ſolut.
matrim. tamen ſi ex coniecturis àliter con-
ſtabit factum animo compenſandi, vt latè
fundat Aym.Grau. in conſ.142.num.3 &
per Lanar.conſ.63.num.13. ſi legatum ſim-
pliciter eſt factũ abſque declaratione com-
penſandi, & per coniecturas nec apparet,
compenſari non debet, & ipſe ſecundoge-
nitus habebit relictum,& vitam militiam.

Quarto, Tiraquell.in tract.primog. poſt-
quam in q.4.num.35. actingit articulum,de-
mum in q.75. per totam diſputat, & reſol-
6 uit, quod aut † lex, & conſuetudo, quæ de-
fert primogenito bona, vel feuda mandat
etiam ſecundogenitum ali, & tunc etiam ſi
aliundè habet,eſt alendus; ſi vero nihil di-
cit de alimentis, non dantur ei, qui habet
aliundè. quam diſtinctionem probare vide-
tur Afflict. in §.præterea Ducatus, de pro-
hib.feud.alien.per Federic.nu.63.dum dicit,
quod vita militia ſuccedit loco portionis,
quam habiturus eſſet ſecũdogenitus in feu-
do, aliud dicens quando eſſet loco alimen-
torum officio Iudicis debitorum, atque ita
vult,quod alimenta non ſint præſtanda ſe-
cundogenito, licet aliud ſit in vita militia;
ſed hæc diſtinctio Tiraquelli patitur diffi-
cultatem, quia vbi alimenta debentur legis
diſpoſitione expreſſa videtur, quod non
præſtentur, & qui habet aliundè per regu-
lam generalem quod dicitur,non debentur
alimenta,quæ à legis diſpoſitione per Iudi-
cis officium debeatur, ſecundum Alexand.
conſ.27.nu.2.lib.4.quæ regula procedit &c.
ſolum quando debentur officio Iudicis,non
7 quando actionis iure,nam vbi † datur actio,
præſtantur etiam diuiti,licet à lege debean-
tur, l de alimentis,vbi Bald. Alex. Iaſ. &
alij C.de tranſact.Surd de aliment.in d.q.15
poſt num.25.& ſeq. & ſic vtrumq; debetur.
8 Quinto,vita † militia non debetur à pa-
tre,ſed à fratre, vt inquit Tiraq. in d. q.75.
num.3.& debitum ab vno,non compenſatur
cum legato facto per alium, l. ſi duo, vbi
Bart. ff. de duobus reis, Surd. in conſil. 69.
9 num.12. alias ſi † pater foret debitor vitæ
militiæ fieret compenſatio,ex quo debitum
procedit ex diſpoſitione legis, vel conſue-
tudinis,ſecundum diſtinctionem Alex.in l.ſi
cum dotem, §.ſi pater, ff ſolut.matr.& Do-
ctorum præcipuè Iaſ. & Det. in auth. præ-
terea, C.vnde vir.& vxor.vita militia non
debetur à patre, & non niſi poſt eius mor-
tem per fratrem ſucceſſorẽ in feudo com-
penſationis locus non eſt, & ſic ſuper alijs
feudis vitam militiam deberi legato non
obſtante.

Pro negatiua parte legato non obſtan-
te vitam militiam non deberi adducitur.
10 Primo, † vita militia debetur, & petitur
conditione ex lege feudi per Conſt. Regni
Comitibus,dum dicit ex conſuetudine,ſiue
mora, qui tex. ad hoc ponderat Iſern.ibi in
3.col. in 2.lectur. & ita vult Paris de Puteo
de reintegr.feud ſol.177. verſ.nunc videndũ
num.27.Menoch.conſ.8.num.20.in fin.verſ.
cœterum,melius Surd.de aliment. tit.3.q.1.
3. & 6. per totam, Cumia ſuper rit. cap.76.
num.56. Petr.de Greg in tract.de vita mili-
11 tia q.9. vbi etiam habetur, † quod vita mi-
litia poteſt peti à tempore quo ceſſit dies,
& non ſoluta transfertur ad hæredes pro
tempore nõ fuit facta ſolutio in vita ſecun-
dogeniti, dum poteſt peti actione ex lege,&
ſic ex debito neceſſario legatum cum vita
militia comparari debet,vt probatur in l.ſi
cum dotem, §.ſi pater, ff. ſolut. matrim. &
in auth preterea,C.vnde vir.& vxor.& vtro-
bique firmant Scrib. & ſic primogenitus de
alijs feudis vitam militiam alijs fratribus ſe-
cundogenitis ſoluere non tenetur.

Secundo adduco, quod quando aliquid à
12 † liberto legatur patrono,compenſatur cũ
quarta eidem patrono debita, tex eſt in l.
etiam, §. ſi debita, ff. de bon. libert. ibi (ſi
debita patrono portio legata ſit, & ſi ſcri-
ptus hæres nõ fuerit ſatisfactus, & in l.ſiue,
§.1. ff. de iure patron. legitur: (excluditur
contra tabulas bonorum poſſeſſione patro-
nus, & ſi ex vntia hæres inſtitutus) & vtro-
bique hoc firmat gloſ. & Scrib. ita & legatũ
ſecundogenito à patre factum in debitam
vitam militiam compenſari debet.
13 Tertio, maritus † ſi vxori inopi quartã
præſtare tenetur, ſi aliquid ei leget, præſu-
mitur animo compenſandi legaſſe d. Auth.
præterea,C.vnde vir.& vxor. Rimin.iunior
conſ.49.num.11.lib.5. & 393. num.12.lib.4.
14 ſic etiam † ſi vxor reliquit aliquid,cui ma-
ritus pars dotis vigore ſtatuti acquiritur,
vxore præmoriente videtur animo com-
penſandi,reliquiſſe ita DD.omnes in d.Au-
thent.præterea,ibique Det.nu.18. Curt.iun.
num.21. Franc.de Pepis num.30. Roland. à
Valle de lucro dotis q.96.num.8.Phanut.in
ſimili tract.de præſumpt.lib.4.præſũpt.109.
num.39.fol.132. Rimin.d.conſ.393.num.17.
ſic in caſu propoſito legatum eſt compen-
ſandum.
15 Quarto,mater † tutrix petens dotes,quæ
ſunt

Digitized by Google

ſunt debitæ ſibi omni iure, & ex priuilegio,
ſi ex inuentario patet ipſam fuiſſe bona
hæreditaria conſignata, poteſt opponi com-
penſatio contra matrem ad dotes agentem,
ex doctrina Bald.conſ.99.num.3.verſ.teſta-
mentum lib.2. Signorol.conſ.49.col.2.verſ.
item, Fulgoſ.conſ.196.& 201.Caſtrenſ.conſ.
270. in 2.dubio lib.1. D.Cardin. Tuſc. lit.C.
concluſ.490.num.14.maximè quando bona
retempta, & dos liquidatione non indigent,
& ita deciſum firmat Maſtrill.in deciſ.189.
num.6.& 13. qui nu.14.dum dicit, quod fru-
ctus ipſo iure extenuant ſortem, & capitale
dotis. per tex. in l. ſi non ſortem, in princ.
vbi Bar.& alij, Surd.deciſ.328.nu.14.par.2.
Reg.de Ponte conſ.70.nu.5.& Ferret.conſ.
68.num.5.lib.1. tantò fortiùs legatum factũ
filio ſecundogenito in vno Caſtro, vel in
alijs bonis, ex quibus fructus percipiuntur,
& forſan tranſcendunt vitam militiam; di-
cendum eſt, quod legatum ſit factum animo
compenſandi cum vita militia, & ipſam ex-
tinuat, ita quod nec peti poteſt.

16 Quinto, & Vltimo diximus, quod † vita
militia ſucceſſit loco legitimæ portionis ſe-
cundogenitis debitæ ſuper feudis, quia per
primogenitum excluditur à feudo, vt dicũt
Iſern.in d.Conſt.Comitibus, lectur.1.verſ.in
quantum, qui ſe ipſum allegat in Conſt.In
aliquibus, Camer.in cap.Imperialẽ fol.102.
lit.G.verſ.circa ſecundum, de prohib. feud.
alien.per Federic.Minad.conſ.1.num.31.56.
& 67. Afflict.deciſ.43.& 138.num.2. Capye.
deciſ.3.num.3.de Franch.deciſ.20.nu.1.& 3.
& deciſ.61.num.2. Reg.de Ponte d.conſ.70.
nu.9.Surd.conſ.35.num.17.& de alim. tit.7.
q.15.num.26. Anna pater alleg.23. num.5.
Conſ. Fab.Anna filius ſibi contrarius conſ.
120. Menoch. conſ.121. vbi dicit hanc eſſe
magis receptam opinionem Paris de Puteo
de reintegr.feud.verſ.nunc videndũ, Octau.
Bambacar. in tit. ſi de feud. defunct. milit.
cap qui clericus §.10.nu.162. Marta in tract.
de iuriſd.par.4.caſu 23.num.11.& 31 & in
deciſ.85.num.14. Maſtrill.deciſ.165. nu.16.
& eſſe loco alimentorum tenuerunt Pern.
conſ.11.num.51. Laudenſ.de primog.col.5.
verſ.an valeat conſuetudo, Petr.de Greg.in
d.tract. de vita militia q.2. & ex alijs addu-
ctis per Maſtrill. ibi addens, & in deciſ.165.
num.6.& ſi eſt loco legitimæ, vt voluerunt
Petr.de Gregor. in d.tract. de vita militia
q.1.& 2. Cannet.in cap.ſi aliquem, in verſ.
incip.pariformiter fol.332.de Franch.deciſ.
525.num.21. Fab.de Anna conſ.6. num.1.&
conſ.120.num.2.& ſeq.Maſtrill.d.deciſ.165.
17 nu.11. eſt ergo vita † militia debitum ne-
ceſſarium, ad quod & ſi pater in vita non
tenebatur, tamen onus feudi erat, & legiti-
mam, ſecundum Iſern. in d. Conſt. Comiti-
bus, Afflict.deciſ.43.& 138.num.2. Petr.de
Gregor.in d.ſuo tract.q.3.& ibi addens Ma-
ſtrill. Camerar. in d.cap.Imperialem lit.M.
fol.102. & ſic debitum neceſſarium cum le-
gato compẽſari voluit teſtator, & compen-
ſari debet, proùt in ſpecie eſt tex.in l. omni-
modo, §.imputari, & l.quoniam nouella, vbi
Bart.num.10. C.de inoffic.teſtam. Menoch.
præſumpt.209.nu.5.Vinc.de Anna ſing.310.
latè firmat ex alijs Conſ.Fab.de Anna conſ.
120.per totum, & in fine dicit, quod die 21.
Iulij 1600.facta relatione per Reg.Conſil.
Scipionem de Curte cauſæ Commiſſarium
per Sacrum Conſiliũ iunctis Dominis dua-
rum Aularum corã Illuſtriſſimo, & Excel-
lentiſſimo Prorege in Collaterali Conſilio
Magnus Condeſtabilis Columna fuit abſo-
lutus ab impetitione vitæ militiæ Cardina-
lis Aſcanij Columnæ, penès Felicem Acto-
rum Magiſtrum Sacri Conſilij, & hoc quia
dicto Domino Cardinali per patrem fuerat
factum legatum, quod fuit compenſatum
cum vita militia ſuper alijs feudis paternis
prætendebat à Condeſtabile Columna eius
fratre primogenito poſſeſſore, & ſucceſſore
in feudis, refert, & ex alijs comprobat Thor.
in compend.deciſ. in verſ.vita, & militia de-
betur fratri &c. de qua deciſione contra
Afflict.mentionem facit etiam Octau.Bam-
bacar. in d.cap.qui clericus num.212. ſi de
feud.defunct.controuerſ.fuer. nec curandũ,
18 quia contra clericum; nam & † clerico, &
monaco vita militia debetur vt viuat, dicit
idem Bambacar.ibidem num.111.in fine, &
debetur eis non, quia clericus, vel monacus,
ſed ratione excluſionis à feudo per primo-
genitum, qui licet ſint incapaces ſucceſſio-
nis feudorum, non tamen sũt incapaces ali-
mentorum, vt per Bart.in l.ſeruus, ff.de ali-
ment.& cibar.legat. maximè quando ſi eo-
rum culpa priuantur ſucceſſione, cap. 1.
§.fin. vbi per Aluarot.in vltim.notab.Epiſc.
vel Abb. Petr.de Gregor. in tract. de vita
militia q.22.fol.76.in fine, & noſtra Diluci-
datio firma remanet contrarijs ſuperius ad-
ductis non obſtantibus, quia loquuntur in
debitis voluntarijs, & nõ in neceſſarijs, cum
quibus fit compenſatio legati, & ſi pater nõ
tenetur vitam militiam ſoluere in vita, te-
netur tamen ad alia, & onus feudi per com-
penſationem relicti reſolutum remanet, vt
ex prædictis.

PARTIS

Digitized by Google

7 verb. oblig. & vita † militia magis datur ob cauſam excluſionis, quam loco portionis debitæ iure naturæ, & reiectis alijs contrarijs in fine firmat ita fuiſſe deciſum in terminis, quia cum quondam Eligius de Marra Comes Aliani fuiſſet mortuus, relictis Illuſtriſſ. Principe Oſtiliani, vt primogenito Reuerendo quondam Franciſco Carrafa filijs ſororis, & prædictus Princeps ſucceſſit in Comitatu: per Sacrum Conſilium fuit condemnatus ad dandum prædicto Franciſco Carrafæ ſecundogenito vitam militiam, refert Loffr. in fine d. parafraſi fol. 25. col. 2. Minad. in dicta Conſt. In aliquibus num. 7. & Thor. in ſuo compend. verſ. vita militia an debeatur filio ſecundogenito &c. & ex his noſtra Dilucidatio nè dum firmata, ſed deciſa remanet.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio LXXX.

THEMA.

Compromiſſum de cauſis feudalibus abſq; directi Domini aſſenſu fieri non poteſt. communis.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus Regius, ſiue Superioris Domini directi rerum, & iurium feudalium interuenire debet, & quomodo practicatur.*

2 *Compromiſſum rerum, & iurium feudalium abſque Superioris aſſenſu fieri poſſe, qui Doctores tenent.*

3 *Compromiſſum de feudo Imperiali, Regali, aut dignitatē habente ſine aſſenſu nō fit.*

4 *Compromiſſum de cauſis feudalibus generaliter ſine Domini directi aſſenſu fieri non poſſe, communis eſt opinio.*

5 *Compromiſſum ſine directi Domini aſſenſu de rebus feudalibus ad euitandas fraudes fieri non debet.*

6 *Iura loquentia de feudalibus cauſis compromiſſum fieri poſſe, non dicunt: quod directi Domini nō requiratur aſſenſus.*

7 *Imperatores Corradus Primus, & Secundus fuerunt ſatis ante Imperatorem Federicum Secundum per legem, cuius lex Corradi correcta cenſetur.*

8 *Obſeruantia eſt, quod cauſa feudales ſine aſſenſu nō compromictātur in arbitros, qui ex compromiſſo authoritatem habent de feudis tractandi, & dare quibus volunt.*

9 *Cōpromictere eſt alienare, & feuda omni iure alienari prohibentur ſine aſſenſu directi Domini, ideo de eius cauſis compromiſſum fieri non poteſt.*

10 *Feudi alienatio omni iure ſine Domini aſſenſu eſt prohibita.*

11 *Compromiſſum ob Domini directi abſentiam fieri poſſe, quod non ſubſiſtetur, quia eorum vicemgerentes aſſentire poſſunt.*

12 *Compromiſſum in pares Curiæ nō requirit aſſenſum, quia ipſi habent poteſtatem cognoſcendi de feudis.*

13 *Compromiſſum ſine aſſēſu procedit quando intereſſe Domini non adeſt, alias non.*

Licet in Parte octaua dilucid. 57. nu. 4. & 1 ſeq. aliqua diximus † de cauſis, & rebus feudalibus compromiſſum non fieri, ibique practicam à Regio Collaterali Conſilio obſeruatam, vltra Loffred. & alios ibi practicam ipſam firmant Quintilian. Mandoſ. ad Lap. alleg. 102. in verbo vaſſallus in fine. Io. Vinc. de Anna in repet. Conſt. diuæ memoriæ num. 280. & Camerar. in repet. cap. Imperialem fol. 51. lit. Q. quia à Doctoribus controuertitur, & ſi cauſæ ipſæ cum aſſenſu, vel ſine eo compromicti debent
2 † partem affirmatiuam, quod poſſit firmarunt Iacob. de Ardizz. in ſum. feud. cap. 33. incip. dictum eſt ſupra col. 3. verſ. ſi vero ex vna parte, Hoſtienſ. in ſumma tit. de arbitr. §. de qua re, verſ. ſed numquid vaſſallus, Nicol. de Neap. & Iacob. de Belloviſ. quos refert, & ſequitur Iacobin. de Sancto Georg. in inueſt. feud. in verſ. & cum pacto de nō alienando num. 9. Roman. in l. 1. §. & poſt operis in fine, ff. de oper. nou. nunc. & in l. ius iurandum, quod ex cōuentione, §. 1. de iure iur. Bald. in l. fin. §. fin. in fin. commun. de legat. Curt. iun. de feud. par. 4. num. 94. Zaſ. de feud. par. 9. num. 20. Cardin. Pariſ. conſ. 23. num. 221. lib. 1. Cardin. Alexandr. in cap. 1. num. 4. de inueſt. in marit. fact. Schench. in cap. 1. §. ſi autem inter num. 2. de lege Corradi, Mozz. de feud. tit. de natur. feud. nu. 79. Petr. de Bellapert. de feud. tit. 15. ſub nu. 29. Hannetton. de feud. lib. 4. cap. 3. Franc. Duaren. in conſuetud. feud. cap. 20. nu. 8. Io. Ferrar. Montan. in vſus feud. lib. 5. tit. 1. verſ. ad arbitros vero, Afflict. in Conſt. Regni Conſtitutionem diuæ memoriæ num. 56. Thom. de Marin. de gener. & qualit. feud. tit. de feud. ex pacto, & prouid. antiq. ſiue patern. nu. 26. Camil. Borrell. in ſum. dec. c. 63. n. 11 & venien-

Digitized by Google

veniendo ad partem negatiuam, quod ſine Superioris aſſenſu de rebus feudalibus cō-
3 promiſſum fieri non poſſit, † de feudo Imperiali, vel Regali, aut dignitatem, vel ius regale habente abſque dubio in ipſius feudalibus rebus, & cauſis compromictendis Superioris requiritur aſſenſus, per cap. cum veniſſent, vbi DD. extra de iure iur. Bald. in cap. 1. §. Marchio, de his, qui feud. dar. poſſ. & in conſ. 217. & conſ. 218. lib. 3. Alex. conſ. 1. nu. 44. lib. 5. Soccin. iun. conſ. 77. nu. 79. lib. 1. Scrader. de feud. par. 10. ſect. 1. 169. lib. 2. Io. Ferrar. Montan. de feud. lib. 5. cap. 1. verſ. in primis ſi res, Roland. à Valle conſ. 22. nu. 18.
4 lib. 4. vltra quos generaliter † in feudis ſine aſſenſu compromiſſum non fieri, firmarunt Hanneꝺton. in d. §. de qua re, & in tit. de feud. §. apud quem, vel apud quos Iudices col. 2. verſ. ſed quid in quæſtione, idem Hoſtienſ. Io. Andr. Ant. de Butr. & Io. de Imol. in cap. cum tempore, vbi Panorm. num. 13. extra de arbitr. Bald. d. conſ. 121. col. 4. lib. 3. Martin. Laudenſ. in cap. 1. num. 15. de inueſt. in marit. fact. & in tract. de Principe not. 261. incip. Dux. Lap. d. alleg. 102. incip. non poteſt clericus, verſ. ſed numquid, Alex. conſ. 1. nu. 44. lib. 5. Dec. conſ. 445. Iaſ. in l. fin. nu. 119. C. de iure emphit. & in conſ. 168. nu. 12. lib. 3. Tiraquell. de leg. connub. gloſ. 5. num. 224. Marian. Soccin. iun. conſ. 77. num. 76. & 77. lib. 1. Franc. Marc. in deciſ. Delphinat. 586. num. 1. lib. 1. Iul. Clar. in §. feudum q. 38. Menoch. conſ. 1. num. 268. & conſ. 2. num. 239. lib. 1. Roſental. de feud. cap. 9. concl. 22. Molin. de Hiſpan. primogen. lib. cap. 9. num. 9. Iacob. Mandell. conſ. 64. num. 6. & 7. Peregr. de fideicommiſſ. art. 40. num. 120. Curt. iun. de feud. num. 98. Pancirol. conſ. 118. num. 28. lib. 1. Sctader. de feud. par. 10. ſect. 1. nu. 166. Barthol. Soccin. conſ. 87. num. 4. verſ. ſecunda ratio lib. 3. Petr. Duen. in regul. 36. limit. 4. Franc. Duaren. de feud. cap. 40. nu. 8. Sonsbec. in vſu feud. par. 14. num. 20. & ſeq. Laurent. de Orian. in tract. de arbitr. par. 4. verſ. idem dicendum eſt, Franc. Caldas Peryera in l. ſi curatorem, in verſ. prohiberis num. 1. Cornazzan. in deciſ. Luceuſ. 66. nu. 2. & è noſtris regnicolis hanc opinionem communem eſſe firmat Iſern. ſummus feudiſta in cap. 1. §. ſi autem inter partes col. 2. verſ. hodie puta, de lege Corrad. Paris de Puteo de reintegr. feud. cap. 44. incip. quia dicitur, num. 14. fol. mihi 29. Afflict. in deciſ. 138. & in d. Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ col. 1. verſ. hic eſt ſexta pars, Marant. in ſpecul. aureo par. 6. act. 2. num. 22. Camill. Borrell. in ſuis commentar. de compromiſſ. §. 2. gloſ. 1. nu. 114. & plurib. ſeqq. Loffred. in parafraſ. feud. in cap. Imperialem, in verſ. per edictum, col. 2. verſ. compromiſſum, de feudo, de prohib. alien. per Federic. fol. 55. Capyc. in inueſt. feud. §. feudorum compromiſſ Regens Io. Anton. Lanar. in ſuo conſ. 33. nu. 5. & 6. Milanenſ. in deciſ. Regni Siciliæ 1. nu. 7. lib. 1. quorum authoritates roborātur per rationes ſequentes videlicet.

5 Prima ratio erit † ad euitandas fraudes, de quibus in d. cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Federic. vt ibi per Iſern. cum ſpe litis, & compromiſſi poſſet operari, vt feuda alienarentur, & diſtraherentur ſine Domini conſenſu, & hoc modo Dominus
6 fraudaretur, & † tex. in cap. 1. de inueſt. inter marit. fact. & in cap. 1. de leg. Corrad. ſi loquuntur de feudorum offerentijs, fieri poſſe compromiſſum, non tamen dicunt, quod directi Domini nō requiratur aſſenſus, vnde illa iura intelligenda ſunt, vt compromiſſa fiunt de feudis cum Domini aſſenſu, vt iura concordentur.

7 Secunda ratio † eſt, dicta lex, & cap. Corradi, ſi loquimur de Corrado Primo, fuit de anno ſalutis noſtræ 913. vt per Io. Carionē in ſua cronica lib. 3. Monarchia 4. ætate 3. fol. mihi 298. ſi de Corrado Secundo, iſte fuit de anno 1025. vt per eundem Io. Carionem in eodem lib. 3 Monarch. 4. ætate 3. & Imperator Federicus Secundus Author d. l. ſiue cap. Imperialem, fuit de anno 1213. vt per eundem Io. Carionem dicto loco fol. mihi 371. & ſic poſt primum Corradum per annos tercentos, & poſt Corradum Secundum per annos bis centum ſeptuagintaquinque, vnde colligitur d. tex. in cap. Imperialem poſteriorem, prædicta Corradi iura ptiora corrigere abſq; dubio, maximè quod
8 in hoc † reſidet obſeruantia, vt cauſæ feudales abſque directi Domini aſſenſu non compromictantur in arbitros, qui ex compromiſſo poteſtatem habent, per l. non diſtinguamus, §. de officio, l. ſi cum dies, §. plenum. ff. de arbitr. Octau. Cacher. deciſ. Pedemont. 39 nu. 5. Corn. conſ. 168. lib. 1. & conſ. 293. lib. 3. & ex tali poteſtate poſſent dare feudū, cui volunt ſine Domini aſſenſu, quod omni iure de eo diſponi prohibitum eſt, vt pluries diximus.

Tertia, & potiſſima omniū ratio eſt, quia
9 † compromictere eſt alienare, firmat Card. Pariſ. in ſuo conſ. 134. Quintilian. Mandoſ. in alleg. Lap. 102. in verſ. compromictere in fin. Borrell. in ſuo lib. deciſ. cap. 63. num. 55.
10 alienatio † feudi in totum, vel in partem ſine Superioris Domini directi aſſenſu fieri non poteſt, & facta eſt nulla, cum prohibita ſit de iure diuino; de iure communi feudorum,

rum,

rum,& Regno vt latè fundaui in meo conſil.3.& ſupra in hoc Theatro par.8.diluc.4. 25.& ſeq. & latè Dominus Fabius Capycius Galeota Mag.Cur.Vic.Neap. meritiſſimus Iudex in ciuilibus in Reſponſo pro Duce Grauinæ ſuper ſtatu Biſiniani num.6.& ſeq. quem,& alios multos congerit Borrell. in d.ſuo lib.deciſ.cap.34.nu.1.de feud. ſed hæc concluſio de aſſenſu directi Domini neceſſario limitari poſſet.

11 Primo, ſi Dominus † longè abeſſet, ita quod illius cōſenſus in oportunitate haberi non poſſet in cōpromiſſo prouidendo, compromiſſum ſine aſſenſu fieri poſſe, argum. cap.1.§.quod autem,vbi Iacob.Aluarot. de conſuet.recti feudi,Iſern.in d.§.ſi autem, quem ſequitur Capyc.in d.inueſt.§.feudorũ cōpromiſſa,verſ.limita primo, & licet contra hanc limitationem Roland. à Valle in d.ſuo conſ.22.num.11.lib.4. dicit,quod Reges, & Principes magni quando diſcedunt, vel in alijs Regnis moram faciunt, ſolent relinquere,& mittere perſonas eorum vices gerētes,vt noſter Inuictiſſimus Rex in Hiſpania degens.qui cum ſuo Collaterali Conſilio in diſpoſitionibus, controuerſijs,compromiſſis,& alijs in feudis occurrentibus aſſentire poſſunt,& in dies aſſentiũt aliquibus capitibus de Pragmatica nouem capitum, & alias vt diximus,& ſic prima Rolandi cōtradictio non obſtat, neque ſecunda: quia vaſſallus, & vtilis Dominus abſentiam Principis eſſe longam,vel breuem,diuinare, & ſcire non valet.

Secundo,prædicta concluſio limitari etiã
12 poſſet, ſi † in Curia Domini adeſſent Pares Curiæ in eos abſque Domini conſenſu feudales cauſæ compromicti poſſunt quia ipſi de conſuetudine, vel ex poteſtate de feudis cognoſcunt, argum.cap.1. vbi DD.de controuerſ.feud.apud par.term.Marian.Soccin. in cap.ex tranſmiſſa,extra de foro compet. Deti. in cap.cœterum nu.14.extra de iudic. Io.Raynaud.in comprehẽſ.feud. in cap.Imperialem, §.præterea ſi inter, nu.8.de prohib.feud.alien.per Federic. Iacobin.de Sancto Georg.in inueſt.feud.verſ.& dicti vaſſalli num.10. quos ſequitur Scrader. de feud. par.10.ſect.6.ſub num.18.vol.2.

14 Tertio, compromiſſo † abſque Domini aſſenſu prouideri poſſet, quãdo in differentijs de rebus feudalibus Domini intereſſe non adeſſet, & tunc compromiſſarij procedere poſſunt quo ad partiũ intereſſe,& non quo ad Dominum,firmat Iſern.in d.§.ſi autem inter,de lege Corradi, ſed in vtriuſque Siciliæ Regno abſque dubio abſolutum eſt cauſas feudales,ſine Regis,ſiue Proregis aſſenſu compromicti non poſſe per dictam Conſtitutionem Diuæ memoriæ, §.arbitraria,vbi Martin.de Caramanico gloſator,ibique Iſern.Aſſlict.& alij, idem Aſſlict.in deciſ.138. Friſia de ſubfeud.lib.1.cap.1.nu.26. Io.Thom. de Marin. vbi ſupra §.conſtitut. nu.26. Milanenſ.in deciſ.Sicil.1. nu.7.lib.2. Io.Vinc.de Anna in repet.d.Conſtit.nu.278 & apertiſſimè habetur in Regia Pragmatica incip. Odia litium, de arbitr.& cum de obſeruata practica in hoc Regno in compromiſſis faciendis quomodo aſſentiatur,& quid agatur diximus in principio huius dilucidationis 80. amplius non inſiſto.

14 Sed quid in † re emphiteuſi an ſine directi Domini aſſenſu cōpromiſſum fieri poſſit; dic, quod non, vt plenè firmat Iaſ. in l. fin. num.119.& 120. C.de iure emphit.& voluit Hieron.Gigas in ſuo conſ.155.num.16.lib.2. Corbul.in ſuo copioſo tract.de iure emphit. tit. de cauſis priuationis ob alienationem inrequiſito Domino ampliat.33.nu.1.& 2. & ſi Bal.in l.fin.§.fin. C.commun.de leg. de emphiteuſi abſque Domini conſenſu compromiſſum fieri poſſe, quia ipsũ oppugnat, & reuocat,Rolan.à Valle in d.ſuo conſ.22. num.5. ipſamq; ex multis firmat Borrell.in ſuo tract.de compromiſſ.§.2.gloſ.1.nu.141 & 142. ex Lanfranc.in tract.de arbitr.§.cōpromiſſum in fine,& Speculat. in tit. de arbitr. & arbitrator. §.reſtat,vbi licet loquatur de re feudali, tamen idem procedere debet in re emphiteutica, quia de feudo ad emphiteuſim, & è conuerſo ad libitum argumentatur, cum eiuſdem ſint fere naturæ, vt voluit idem Speculat, d. tit. de feudis, §. quoniam,q.40. in verſ. idem iuris, idem tenet Io.de Imol.in cap.potuit, col.penult.de locato, Bart.in l.iuris iurandum,§.ſi liberi, ff.de oper.libert.& in l.quod dicitur,col.penult ff.de oper.libert. Borrell.d.§.2.gloſ.1. num.142.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio LXXXI.

THEMA.

Compromiſſum de vita militia etiã de ea taxanda plus,vel minus ſuper feudis fieri non poteſt ſine Regio, ſiue directi Domini aſſenſu.

SUMMARIUM.

1 *Vita militia eſt onus feudi.*
2 *Compromittere eſt alienare, & feudum alienare ſine aſſenſu eſt omni iure probibitum.*
3 *Vitam militiam arbitri poſſent eam augegere, & onerare feudum.*
4 *Onus arguit ſubiectionem, & ſic ſeruitutem.*
5 *Seruitus in hoc Regno in re feudali non quæritur niſi per centenariam præſcriptionem.*
6 *Seruitus ſuper rebus feudalibus ſine directi Domini aſſenſu imponi non poteſt.*
7 *Vitam, & militiam accreſcere eſt maiori ſubiectione feudum grauare, & plus, & minus non mutant ſpeciem, ſed dicitur onus.*
8 *Onera in feudo nec Princeps ſupremus imponere poteſt.*
9 *Compromiſſum de cauſis feudalibus ſine directi Domini aſſenſu fieri non poteſt.*
10 *Compromiſſum ordine Sacri Conſilij, vel Collateralis nomine Suæ Maieſtatis ordinari poteſt, & ſine alio aſſenſu fit.*

1 VItam, ✝ & militiam eſſe onus feudi, dixit Iſern. in Conſtit. Regni In aliquibus, de ſucceſſ. fil. Comit. & Baron. & in Conſtit. Comitibus in adiutorijs pro militia fratris, & habetur in cap. Regni incip. Alienationis actus. & vita, & militia dicitur etiã portio feudi, vt per eundem Iſer. in d. Conſtit. Comitibus, Abb. in conſ. 12. clarè col. 2. in 3. dubio lib. 1. & ex alijs latè fundauimus ſupra in præcedentibus Dilucidationibus
2 reiecta Fritij opinione, dum ✝ compromittere eſt alienare, vt in præcedenti Dilucidatione num. 9. diximus, alienare feudum, vel eius partem ſine Regio, vel directi Domini aſſenſu eſt omni iure prohibitum, vt ſimiliter pleniſſimè in præcedentibus Dilucidationibus probatum eſt, & vita militia dum eſt onus feudi, & arbitri poſſent eam auge-
3 re, & onerare, & onus ✝ arguit ſubiectionẽ, & ſic ſeruitutem, §. ſi quis igitur, auth. de natur. libert. Alex. conſ. 23. col. 2. lib. 5. Calcan. conſ. 34. col. 2. ſubiectio, & ſeruitus in hoc Regno non acquiritur niſi per præſcriptionem centenariam, vt per Conſtit. Conſuetudinem prauam la terza, §. cœterum, vbi gloſ. Iſern. Affl. & Franc. Viu. in dec. 226.
6 nu. 3. & ſine ✝ Superioris aſſenſu ſuper rebus feudalibus ſeruitutem imponi nõ poſſe; dicunt Cappell. Tholoſan. in deciſ. 462. Guid. Pap. in deciſ. Delphinat. 575. Boer. in deciſ. 181. num. 3. Octau. Cacheran. in deciſ. Pedemont. 159. Capyc. in inueſt. feud. §. feudorũ deuolutio, in verſ. ſeruitutes, Io. Vinc. de Anna in ſingul. 565. Garſ. Maſtrill. in de-
7 ciſ. Siciliæ 83. num. 8. ✝ accreſcere vitam, & militiam, eſt feudum maiori ſubiectione grauare; nec quia arbitri poſſent eam declarare plus, & minus, ſiue paruum, & magnum onus, non mutãt ſpeciem, ſed dicitur onus, l. fin. ff. de fund. inſtruct. l. humilem, ff. de inceſt. nupt. & voluit Nacta in ſuo con-
8 ſil. 525. num. 20. lib. 3. & ✝ imponere noua onera in feudis, nec Princeps ſupremus poſſet, firmat Iſern. in Conſt. Regni Bonorum, in princ. Iacobin. de Sancto Georg. in tract. de homag. col. 10. verſ. hic cadit, Pet. de Gregor. de conceſſ. feud. par. 1. q. 10. num. 1. & 7. feudatarij maximè per viam compromiſſi nullo modo facere poſſunt, cum indirectè tenderet in damnum, & onere feudi, & pro-
9 inde ✝ cauſæ feudales, & ſignanter vitæ militiæ abſque directi Domini aſſenſu, nec pro ipſa vita, & militia taxanda compromitti nõ poſſunt; vt in ſpecie volunt, & ex alijs firmant Afflict. in deciſ. 43. nu. 2. & in deciſ. 138 & in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus num. 67. & 68. de prohib. feud. alien. per Federic. Matant. in ſpec. aur. par. 2. act. 2. nu. 23. Io. Anton. de Nigr. in cap. Regni Alienationis actus nu. 18. Io. Thom. de Marin. de gener. & qualit. feud. lib. 1. tit. 2. num. 26. Scrad. de feud. par. 10. ſect. 1. num. 171. Duen. in reg. 36. limit. 5. Garſ. Maſtrill. ad Petr. de Greg. Siculum in tract. de vita, & militia q. 9. in verſ. ex lege, Bart. Camer. in d. cap. Imperialem fol. 13. lit. D. de prohib. alien. per Feder. Minadous in deciſ. 3. Conſil. Fab. de Anna conſ. 75. nu. 2. bene eſſe poteſt, quod per Sacrum, vel Collaterale Conſilium Suæ Maieſtatis nomine cõpromiſsũ in cauſis feudalibus fieri poſſe, & etiã de vita militia prout refert obſeruatum fuiſſe dicit Capyc. in ſua deciſ. 211. & ſi Iſern. in Conſtit. Comitibus, Afflict. in d. deciſ. 43. & 138. & Lancell. Gall. in conſ. 58. num. 71. & 72. lib. 1. dicunt, quod quando tractatur de quantitate vitæ militiæ liquidanda, compromiſſum abſque aſſenſu fieri poſſe: tantorũ Virorum authoritas mihi parcat, cum eorum dictum non bene procederet, quia dum arbitri ex compromiſſo authoritatem habent nè dum de vita militia, ſed de feudis diſponere poſſunt, & dare cui volunt, vt diximus in præcedenti Dilucidatione num. 12. etiam quod de quantitate liquidanda tractarent, poſſent augere vitam militiam, & onerare feudum, quod ſine Domini directi aſſenſu fieri non poteſt, vt diximus, & volunt idem Minadous in d. deciſ. 3.

ſub

Digitized by Google

ſub num. 1. & ex alijs Conſ. Fab. de Anna in
d. conſ. 75. num. 5. & ex his compromiſſum
de re feudali, nec de vita, & militia, ſiue ta-
xanda, ſiue non, ſine directi dominij aſſenſu
fieri non poteſt; & ad hoc faciunt adducta
in præcedenti Dilucidatione.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio LXXXII.

THEMA.

Feuda ſine directi Domini aſſenſu omni iure alienari prohibentur in totum, & in partẽ, adeo quod nec locari poſſint, nec ad longũ, nec ad modicum tempus, & ſi affictentur cũ iuriſdictione Vniuerſitas præfertur. Deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Feudum nec ad longum, nec ad modicum tempus, & cum iuriſdictione ſine aſſenſu directi Domini non affictatur.*
2 *Vniuerſitas in affictu cum iuriſdictione maximè, prælationem habet.*
3 *Vaſſalli quando venduntur in ſeruitute Baronis redacti dicuntur.*
4 *Vaſſalli ſub Barone moleſtiſſimis grauaminibus, & ſeruitutibus aſtringuntur.*
5 *Vaſſalli in locatione plus vexantur quam in venditione, cum plures habent Dominos.*
6 *Vaſſalli per ſolam ſubiectionem acquirunt ius contradicendi, & ſic ad demanium, & in affictu præferendi.*

PLuries diximus nulla contractatione de
re feudali ſine Regio aſſenſu fieri poſſe, &
1 † feuda maximè cum iuriſdictione, nec ad
longum, nec ad modicum tempus ſine Re-
gio aſſenſu locari non poſſunt, vt in ſpecie
volunt Aluarot. Prępoſ. Alexand. & Afflict.
in cap. Imperialem in princ. de prohib. feud.
alien. per Federic. Curt. iun. de feud. par. 4.
num. 41. Zaſ. de feud. par. 9. num. 52. Iacob.
de Sancto Georg. in inueſt. feud. in verſ. &
cum pacto, num. 13. Hannetton. in vſu feu-
dorum lib. 3. cap. 5. Sonsbec. par. 12. num. 83
& 84. Paris de Put. de reintegr. feud. c. 255.
verſ. incip. an ſi feudatarius, num. 1. & 2. fol.
140. & in affictu, ſeu locatione feudi etiam
ad modicum tempus inſimul cum iuriſdi-
2 ctione, † Vniuerſitas in ipſo affictu præla-
tionẽ habet; vt pro indubitato firmat Mart.
in voto 240. & fuit iudicatum per Sacrum
Conſilium ſub die 24. Octobris 1611. in fa-
uorem Vniuerſitatis Aquęuiuæ reſpectu af-
fictus facti per Ducem Adriæ eius vtilem
Dominum Aſcanio de Scribenis, referente
Regente Carolo Tappia tunc Regio Conſi-
liario, & refert Conſil. Rouit. in pragm. 64.
num. 31. de offic. Procur. Cæſar. & cum ra-
tione, quia in contractu locationis militat
3 ne dum eadem ratio, ſed maior, quia † vaſ-
ſalli quando venduntur in ſeruitute vnius
Baronis redacti ſunt, gloſ. in cap. 1. de milit.
vaſſall. qui contum. Iſer. in cap. 1. quib. mod.
feud. amitt. & in multis obligatur Baroni, &
4 dum ſunt ſub Barone, tot aſtringũtur † mo-
leſtijs, grauaminibus, & ſeruitutibus, quod
verè in ſeruitute eſſe dici poſſet, firmat Re-
gens Camill. de Curte in ſuo diuerſor. feud.
par. 1. num. 42 fol. 8 ater. & dixi in meo con-
5 ſil. 86. num. 46. & ſeq. & in affictu † vaſſalli
habent plures dominos, ſcilicet ipſum loca-
torem, qui eſt Dominus principalis, & cui
etiam durante affictu, tenẽtur præſtare ſub-
uentiones taxatas in Conſt. Quamplurimũ,
ac etiam conductorem, cui vaſſalli etiam
tenentur ſeruire, & præſtare obſequia, cum
6 ei ſubijciantur, & per † ſolam ſubiectionem
vaſſallus acquirit ius contradicendi, Bald. in
cap. 1. §. ſi quis, num. 5. quo temp. miles, eo-
rum enim intereſt tot Dominos non habe-
re, idem Bald. ibidem, & Capyc. in inueſt.
feud. verſ. feudum dant, col. 21. in 4. declar.
limit. 2. fol. 150. Tiraquell. de iure primog.
quæſt. 4. nu. 30. & per Conſiliar. Rouit. dicto
num. 31.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio LXXXIII.

THEMA.

Feudum etiam francum ſine aſſenſu alienari non poteſt, nec communicabile eſt cum alia Vniuerſitate de paſculis, vel de alijs, nec per tranſactionem transferri, nec permutari.

SVMMARIVM.

1 *Feudum & ſi franeum conceſſum ſit ſine aſſenſu non alienatur.*
2 *Feudum, ſiue terra aliqua cum alia communitatem agere ſine aſſenſu Regio non poteſt.*
3 *Feudalis rei ſine Regio aſſenſu tranſigi non poteſt.*
4 *Poteſtate alienandi feudum data in conceſſione ſine nouo aſſenſu alienari non poteſt.*
5 *Aſſenſus, & alienandi licentia, intelligitur ſecundum intelligit ius.*
6 *Aſſenſus, & alienandi poteſtas, aſſumit naturam actus in quo interponitur.*
7 *Poteſtas alienandi intelligitur data ſecundum formam iuris, & ſecundum naturã actus.*
8 *Licentia alienandi feudum intelligitur ſi tempore alienationis fuerit dominus requiſitus, & per eum aſſentitum.*
9 *Priuilegium datum Epiſcopo ſuper collatione certæ præbendæ, intelligitur accedente voluntate Canonicorum.*
10 *Camerarij opinio, quod alius aſſenſus non requiratur, qualiter ſit intelligenda.*
11 *Alienatio cum prima licentia procedit quando Rex dicit nullo alio aſſenſu impetrato.*
12 *Aſſenſus materia eſt ſtrictiſſimè interpretanda.*
13 *Stylus Curiæ oſtendit mentem Principis, & clauſula feudi natura non mutata incontinenti poſita in expreſſis tantum locum habet.*
14 *Exprimi debet, quod contra naturam feudi eſt faciendum.*
15 *Feuda debent dari vaſſallis, quos Rex elexerit.*
16 *Licentia generalis nõ ſufficit, ſed ſpecialis eſt neceſſaria.*
17 *Feudũ inſcio Domino acquiratur, dicitur Dominum contemnere.*
18 *Licentia alienandi feuda operatur, ſi tempore effectiua alienationis Rex requiratur.*
19 *Aſſenſus Domini quare requiritur in diſpoſitione feudi.*
20 *Feudi permutatio ſine aſſenſu fieri non poteſt.*
21 *Feudi pignoratio ſine aſſenſu fieri non poteſt.*
22 *Feudi donatio ſine aſſenſu non fit.*
23 *Feudi alienatio ſine aſſenſu, nec æris alieni, aut famis, aut ſimilis cauſa fieri poteſt.*
24 *Pars feudi ex quauis cauſa ſine aſſenſu alienari non poteſt.*
25 *Tenentes quod pars feudi ſine aſſenſu alienari poſſit, conuincuntur ex eorummet dictis, quod pars alienata amittatur, quod procedit ex prohibitione.*
26 *Clauſula vt non transeat vtile dominium in recipientẽ abſq; aſſẽſu nihil operatur.*
27 *Clauſula ſaluo iure, ſiue aſſenſu Domini, quid operatur.*

1 FEudum † etiam ſi quod francum ſit ſine
Regio aſſenſu alienari non poteſt, Iſer.
in cap.1.in fin.ex quib.cauſ.feud.amitt.Bald.
in prohem.feud. num.53. Roland. à Valle
conſ.2.nu.134.& ſeq.lib.1. Capyc.in inueſt.
feud. §.feudorum alienationes, col.3. verſ.
2 amplia ſeptimo, nec † communio nomen
cum alio, Vniuerſitate, & feudo ſine aſſenſu
agere poteſt, concludit Afflict.in deciſ.254.
per totam, de qua per Iul.Clar.in §.feudũ,
3 q. 45. nec de re feudali tranſactionem ſine
Regio aſſenſu fieri poſſe, vt feudum in aliũ
transferatur, Bald. in cap.1.de controuerſ.
inter Domin.& vaſſall. & ali. de benefic. inueſtit.
Iacob.Aluarot.in cap.1.§.ſi vaſſallus
il quinto, ſi de feud.defunct.milit.controu.
fuer. Curt.de feud. par.4.num 69. Iacobin.
de Sancto Georg. in inueſtit. verſ.& cum
pacto, col.2.nu.8. Tiraquell.de retract.conſang.
§.1.gloſ.14. nu.66. Zaſ.de feud.par.6.
nu.45.& par.9.num.18.Hanneiton.de feud.
lib.3.cap.6. in Neapolitano Regno cauetur
per Conſtit.diuæ memoriæ, feudi ſine aſſenſu,
diſpoſitio eſt adeo prohibita, quod etiã
4 ſi † in prima conceſſione fuerit data poteſtas
alienandi, tamen Domino inrequiſito, &
ſine eius aſſenſu nulla diſpoſitio, vel alienatio
fieri poteſt; vt per Capyc.in inueſtit.in
verſ.feudorum alienationes, col.6.verſ.am-
5 plia decimoſexto, quia poteſtas, † ſiue licentia,
vel aſſenſus intelliguntur dati ſecundum
formam iuris, & ſecundum ius intelligit,
per text.in l.ſi cui, ff.de ſeruit. & recipit
interpretationem à iure communi, l.ex facto,
ff.de vulg. & pupill.ſubſtit. Fritia lib.1.
de ſubfeud.C.de orig.Baron.num.46.fol.15.
& q. 30. num.28. Regens de Ponte conſ. 3.
6 num.6. & conſ.64.num.30. & † aſſumit naturã
actus, ſuper quo interponitur, Camer.
in cap.Imperialem fol.52.lit.F.& ſi quando
conceditur poteſtas alienandi feudum, in
prima conceſſione poſtquã intelligitur data
ſecundum naturam actus, in contractu de
re feudali, & cum ſine aſſẽſu feudalia omni
iure alienari prohibita ſunt, vt eſt notum,
& pluries diximus, quando talis poteſtas
alienandi adeſt ea non obſtãte nouus requi-

ritus

7 ritur aſſenſus,quia † intelligitur data impe-
trato aſſenſu, argum. l. ſi quando, in princ.
C.de inoffic.teſtam.vbi data poteſtate libe-
rè teſtandi, intelligitur ſeruata forma iuris
communis,& Iſern.in cap.1.de feud.nõ hab.
propr.feud.natur.num 4.dicit:damus tibi in
feudum,vt poſſis alijs dare, intelligitur in
8 feudum,& ſic dando † licentiam alienandi,
intelligitur ſi tẽpore alienationis fuerit re-
quiſitus ad præſtandum aſſenſum , vt iuris.
Specul.de iure emphit.§.nunc aliqua,verſ.
ſiue q.94.num.117.vbi Io.Andr. Afflict.in
deciſ.407.nu.21. Frit.vbi ſupra nu.5.fol.15.
& in q.54.num.2.Alexand.conſ.106.num.3.
lib 4. Rub.Alexandr.conſ.110.qui alios ad-
ducunt,licet Specul.& alij loquuntur in em-
phiteuſi , idem eſt in feudis cum validum
ſit argumentum de emphiteuſi ad feudum ,
& è contra , ac de pari procedunt, gloſ.in
cap.1.an agnat.vel fil. defunct.milit.in verſ.
vtrumque,Specul.in tit.de feud.§.quoniam
verſ.40.in fin.cum concord.copioſè allega-
tis per Alexand.conſ.5.in princ.lib.5.Fritia
de ſubfeud. q.30.num.2.& per Brun. in ſuo
repert. in tit.argumentum de feudo ad em-
phiteuſim,quæ doctrina Specul.& Io.And.
in dicto caſu ab omnibus præcitatis Docto-
ribus allegatur , & firmatur, quibus ſuffra-
gatur,quod dicit Archid. in cap.licet 8.q.1.
9 quod † priuilegium datum Epiſcopo ſuper
collatione certæ præbendæ,intelligitur ac-
cedente voluntate Canonicorum , & non
10 aliter,& illud,quod dicit † Camer.in d.cap.
Imperialẽ fol.45. quod data poteſtate alie-
nandi,alius non requiratur aſſenſus,proce-
dit quãdo Rex dicit,quod liberè alienetur,
ita quod naturam feudalem amplius non
detineat,ſed quando dicit in feudum,reſer-
uatis adohis , alijſque iuribus natura feudi
non mutata, quæ clauſulæ in omnibus con-
ceſſionibus,& aſſenſibus, ponuntur in omni
alienatione , & extractione effectiua feudi ,
nouus requiritur aſſenſus , vt idem Camer.
expreſsè firmat in eodem cap.Imperialem,
fol. 29. literis P. & S. nec ex clauſula feudi
natura non mutata, quando adeſt,intelliga-
tur præterquam in expreſſis , quia in caſu
11 † quando Rex non exprimit,quod feudum
ſine alio aſſenſu,alienaretur ſine alio aſſen-
ſu,vt Rex exprimere ſolet quando vult,vt
in alijs conceſſionibus ponit,vt per Fritiam
vbi ſupra q.33. referens , quod in fine Rex
dicit : nulla alia noſtra licentia, vel aſſenſu
requiſitis,vbi non exprimit, non vult, arg.
l.1.§.cum aliter,C.de caduc.tollend. ſumus
12 in † materia aſſenſus ſtrictiſſima,vt omnes
fatentur,& in ea tantum admittũtur, quan-
tum oculo corporis videntur, Fritia d. loco
q.20.nu.8. ad quod facit,quod dixit Felyn.
in cap.ex literis num.8. de reſcript. verſ.ad
cognoſcendum Principis mentem , in con-
13 ceſſionibus debet attendi † ſtylus Princi-
pis, & curſus aliarum conceſſionum, Lapus
alleg.89. & cum Doctores ratione implica-
tionis, & contradictionis dicant, quod tali
clauſula feudi natura non mutata , non de-
bet operari correctionem in continenti per
antea expreſſorum,& conceſſorum, & ob id
dici ſolet præterquam in expreſſis, meritò
quando nihil eſt expreſſum, quod feudum
ſine alio aſſenſu alienaretur , non habet lo-
cum implicatio , correctio , nec limitatio ,
14 oportebat enim, † quod eſſet expreſſum ,
quod contra naturam feudi immutare vo-
lebat, Reg.de Pnte conſ.3.nu.83. vnde opi-
nio Camer. nõ obſtat, cum loquatur quan-
do ex licentia data, feuda eorum propriam
feudalem naturam habere deſinerent,vt di-
15 ximus,& † feuda debent dari vaſſallis,quos
Dominus elexerit,cap.1.de duob.fratrib.nè
fortè eſſet inimicus,vel odioſus Domino,vt
idem Camer.dicit in eodem cap.Imperialẽ,
fol.4.lit.S. & maximè, quia in qualibet feu-
di alienatione, & diſpoſitione ſpecialis , de-
bet interuenire aſſenſus per Conſtit. Diuæ
memoriæ , ibi (niſi de ſpeciali noſtræ celſi-
tudinis licentia confirmetur ; & hoc vt Rex
16 de nono vaſſallo certioretur , & † licentia
generalis nõ ſufficit, cum ſpecialis opponi-
tur,& generali præfertur, l.ſi quis mihi bo-
na,§.ſed vtrum,ff.de acquir hæred.cap.quã-
quam,23.diſtinct.non recedendo à proprie-
tate verborum, iuxta l.vtitur, ff.de legat.3.
nec obſtat reſponſio Camer. in d. cap. Im-
perialem, fol.45. quod illud ſpeciale debet
intelligi id eſt gratioſè,cum aſſenſus proce-
dit ex gratia: hoc enim eſt falſum; cũ ſimus
in materia ſtrictiſſima , & exorbitanti , quæ
tantum cauſat , quantum (vt prædiximus)
oculo videtur , & prout ſonat , & ideo ſi ex
17 tali licentia induceretur , † alius in poſſeſ-
ſione feudi , Domino ignorante diceretur ,
quod Dominus contemnitur,& contra eum
poſſet ſequi machinatio in feudo, vt in d. c.
Imperialem, Frit. vbi ſupra num. 28. & ſic
cum eodem Frit. in d.cap.1. de orig.Baron.
nu.50.& q.54.num.2. cõcluditur, quod Rex
in prima conceſſione , vel alia concedendo
licentiam alienandi,& diſponendi de feudo,
18 intelligitur † ſi tempore effectualis diſpo-
ſitionis fuerit requiſitus, & conſenſerit, vt
per Specul. Io.Andr.Iſern. Afflict. & alios
19 ſupra relatos,qui alios adducunt, † vt Do-
minus in Superiorem cognoſcatur à nouo
feudatario vaſſallo emptore, vel alio modo
feudum habente,& nè ſibi præiudicetur, vt

Digitized by Google

cap.1. de alien.feud. facit text.notab. in l.ſi
debitor,§.1.ff.quib.mod.pig.vel hipot.ſolu.
20 & † feuda cũ aſſẽſu permutãtur,vt in par.8.
diluc.6. & ſine non, etiã ſi ex permutatione
cõditio Dñi melior fiat,Spec.in tit.de feud.
§.quoniam, verſ.trigeſimoſecundo quæri-
tur,Aluarot.in d.cap.Imperialem,Hannet-
ton.de feud.lib.3.cap.5.in princ.Io.Gerard.
Montan.in collect.iur.feud.lib.1.cap.vige-
ſimoprimo, Scrader. de feud. par.8. cap.1.
num.49. lib.1. Nicol.Rauſener. in deciſ.1.
21 num.12.lib.2.nec ſine † aſſenſu pignorari,
nec hipothecari poſſit, d.cap.Imperialem,
vbi Hern.Aluarot.& alij,Bal in l.voluntas,
C.de fideicommiſſ. Afflict.deciſ.286.num.3.
Gramat.deciſ.103.num.110. Pirr.Albergh.
in cõſuet.Aurel.tit.de feud. cap 2.& ex alijs
Borrell.in ſumma deciſ cap.39.nu.16. nec
22 † donari poteſt, cap.1.§.donare, qual.olim
feud.alien. pot. vbi Hern. Aluarot. & alij,
Cardin.Creſcent. in deciſ.1.num.3. de con-
firmat. vtili,vel inutili.

23 Sed aduerte, quod † alienatio feudi ſine
directi Domini aſſenſu eſt adeo prohibita,
quod nec æris alieni, nec famis, aut ſimilis
cauſæ intuitu,fieri poteſt,aut venditio per-
mittatur, Bald.Aluarot. Præpoſ.& Afflict.
in d.cap.1. in princ. qual.olim feud.alien.
poter.Bald.& Afflict.in cap.1.§.aut libellũ,
quemadm. feud. amitt. Curt.de feud. par.4.
num.107. Iaſ.in epit.feud.par.9. Afflict.in
Conſtit.Regni Si quis poſt litem, num.10.
Iacobin.de Sancto Georg.in inueſt.feud.in
verſ.ita etiam quod ipſi, num.17.& in verſ.
& cum pacto il ſecondo, nu.14.Tiraquell.
de retract.conſang.§.26 gloſ.1, Capyc.in
inueſt.feud.§.feudorum alienatio,colum.2.
verſ.amplia primo,Rol.à Valle in conſ.56.
nu.14.lib.4. Menoch.de arbitr.Iudic. lib.2.
centur.2.caſu 180. num.1. Nicol.Reuſner.
German.in deciſ.Germ.1. nu.30. lib.2. nec
vni ex litigantibus per decretum Iudicis
adiudicari ſine Regio aſſenſu valet, cum
omnino impetrãdus eſt in arctato tempo-
re,vt in ſpecie per Reg.Pragmat.16.de feu-
dis ordinatur,vbi Conſiliar.Rouit. num.1.
dicit: quare fuit promulgata,ſed Ego dico,
vt Dominus ſciat vaſſallus quomodocumq;
feudum habeat,& nèdum in caſibus prædi-
ctis feudum ſine aſſenſu alienari, & vendi
24 non poſſit, † ſed nec pars ipſius; volunt
gloſ.& Aluar. in cap.Imperialem, de pro-
hib.alien.per Federic.in 1.notab. Alexand.
in conſ.84.col.3. lib.2. Capyc.d.loco col.5.
verſ.amplia 110. & idem Reuſner.d.nu.30.
25 & ſi † aliqui ex gloſ. in cap.1. §. ſimiliter,
quib. mod. feud. amitt. volent. quod vaſſal-
lus alienãs partem feudi,non debet priuari
toto feudo,ſed de illa parte tantum aliena-
ta; & iſta eſt communis concluſio dicit Bal.
in c.1. de vaſſall. qui contra Conſtit.Lothar.
& dicit text. ibi dum dicit: ſi totum perdat
totum, ſi partem perdat partem, & eſt etiã
text.in l.1.§.illud,quæ fuit prim.cauſ.benef.
amitt notat gloſ.in cap.1.§.callidis,verſic.
amittat, de prohib. feud.alien. per Federic.
Aret. conſ.14.viſo, Corn.in conſ.68. placet
in fin.lib.2.& etiam plures Scribentes relati
per Iaſ.in l.2.de iur emphit.q.13.num.125.
maximè æquitate canonica conſiderata, vt
ibi per eum, & ex alijs firmat Gramat. in
deciſ.49. num.3. & ſic ex gloſ. & eorum di-
ctis, dum habetur, quod pars feudi alienata
ſine aſſenſu,cũ vaſſallus amittat,quod abſq;
dubio ex prohibitione, & quod ſine aſſenſu
in totum, nec in partem feudum alienari
poſſit; noſtra Dilucidatio reſoluta remanet,
quod in prædictis caſibus de feudo in totũ,
nec in partem ſine aſſenſu diſponi poſſit,&
ſi quis alienaret, & diſpoſuerit de feudo
26 toto,vel parte cum clauſula particulari, vt
non tranſeat vtile dominium in eum, cui fit
alienatio, nec alienatio, & diſpoſitio ipſa
ſine aſſenſu valet, firmat Cyn. in l.2.§.inſti-
tutum,ff.de leg.2. Bald.in d.cap.Imperialẽ,
col.3. verſ.quæro nũquid vaſſallus, Capyc.
in inueſtit. feud. §.feudorum alienationes,
col.5. verſ.amplia decimoquarto,& Docto-
res tradunt, quod ſi in contractu ponitur
27 clauſula † ſaluo iure, ſeu aſſenſu Domini,
ſi tamen fuit proceſſum ad traditionem ta-
lia verba non releuant: quia videtur Do-
minus contemni; ſed ſi adijciuntur illa ver-
ba videlicet:non aliter,nec alio modo, quia
tunc videtur nihil actum, torè non perdit,
alienans modo prędicto feudum,vel emphi-
teuſim,vt ex Bald.& alijs,licet teneat Gra-
mat.d.deciſ 49.num.5.in fin.dicit: tandem
fuit per Sacrum Conſilium deciſum:dictam
partem Terræ alienatam fuiſſe deuolutam,
cum tradita fuerat poſſeſſio, non obſtanti-
bus proteſtationibus prætatis in inſtrumen-
to contentis,vt ibi,& licet loquatur in em-
phitenſi,idem eſt in feudis cum à pari pro-
cedunt,vt alias diximus; ergo noſtra Dilu-
cidatio reſoluta remanet.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio LXXXIV.

THEMA.

De aliquibus caſibus in quibus in
alienatione, ſiue diſtractione
feudi

Digitized by Google

feudi aſſenſus Regis, aut directi Domini non requiritur, vt infra.

SVMMARIVM.

1 *Feudi alienatio in agnatum ſucceſſurũ ſine aſſenſu valida eſt.*

2 *Feudum ſine aſſenſu alienatur in conuaxallum.*

3 *Feudum eccleſiaſticum ſine aſſenſu alienari poteſt.*

4 *Feudum quando acquiritur pro ſe, & cui dederit ſine aſſenſu alienatur.*

5 *Conſuetudo induci poteſt, vt feudum ſine aſſenſu alienetur.*

6 *Feudum cõmune inter plures hæredes ſine aſſenſu inter eos diuidi poteſt.*

7 *Feudum per feudatarium alteri in feudũ ſine aſſenſu concedi poteſt.*

8 *Feudum cum conſenſu Domini emptum cum pacto de retrouendendo, in retrouenditione aſſenſus non requiritur.*

9 *Aſſenſus in venditione voluntaria feudi requiritur, ſed in neceſſaria authoritate Iudicis per ſententiam non requiritur, ſed in hoc eſt Regia Pragmatica, quod requiratur.*

10 *Alienans ſine aſſenſu feudum, & recuperat re integra, nõ incidit in commiſſum.*

11 *Res ſteriles ſine aſſenſu alienari poſſunt.*

12 *Tenens feudum, & ignorat rem eſſe feudalem, non amittit.*

13 *Feudum non amittitur, ſi Dominus voluerit, quod ſine aſſenſu alienaretur.*

14 *Feudum conceſſum vt capi poſſit ſine Domini conſenſu in executionem rei iudicatæ, & tunc executio fit in fructibus, & in alijs commoditatibus feudi.*

15 *Feudum alienatum ſaluo iure, & aſſenſu Domini, & non aliter, nec alio modo nõ valet alienatio, cum ſit proteſtatio contraria facto.*

16 *Alienans feudum, & tradens, amittit eum, & non, ſi non tradidit, maximè ſi traditio facta ſit viro potenti; ſed in hoc Regno non amittitur feudum, quia alienans, poteſt reuocare, & habere per Iudicis ſententiam.*

17 *Feudi alienatio ſine aſſenſu poteſt Regi, & Domino directo fieri ſine aſſenſu.*

18 *Feudum ruſticum poſſe ſine Domini conſenſu alienari.*

19 *Feudum ſine Domini conſenſu alienari poſſe in augmentum feudi, quod non procedit in hoc Regno.*

20 *Fructus feudi ſine Domini aſſenſu alienari poſſe.*

21 *Feudum hæreditarium ſine agnatorum aſſenſu, cum Regio aſſenſu alienatur, & agnati non reuocant, ſecus quando feudũ eſt ex pacto.*

22 *Feuda in Gallia alienantur ad libitum, & ſic etiam in Sicilia vltra Pharum.*

Et ſi in 50. & in 51. Dilucidationibus Partis Octauæ, & alibi, ac in præcedentibus plura diximus, rei feudalis alienationem, & diſpoſitionem ſine Regio, ſiue directi Domini aſſenſu fieri non poſſe, congruum videtur diſſerere caſus aliquos, in quibus abſque directi Domini aſſenſu diſpoſitiones feudorum procedunt, & ſunt videlicet.

1 Primo, † agnatus feudum tenens alteri agnato alienat, & aſſenſus non requiritur, cap. 1. §. & ſi clientulus, de alien. feud. cap. 1. in verb. & licet prohibeatur, de alien feud. pater. vbi Accurtius in verſ. concederetur, Iacob. de Scuticis inter conſil. Oldrad. 270. Roman. conſ. 476. nu. 3. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 9. nu. 259. Iacobin. de Sancto Georg. in inueſt. feud. in verſ. & cum pacto, il ſecondo, num. 31. Capyc. in inueſtit. feud. §. feudorum alienationes, col. 7. verſ. limita ſecundo, Iacob. Ardizzon. in ſumma feud. cap. 109. incip. & quod ſupra dictum eſt, Io. Raynaud. in comprehenſorio feudali, in cap. Imperialem, notab. 2. de prohib. feud. alien. per Federic. vbi allegat Bertrand. Capreol. Gulielm. de Cun. Io. Blanc. & Iacob. Columbin. hoc idem voluit Franc. Milanen. in deciſ. Sicil. 6. num. 87. & in deciſ. 8. nu. 110. lib. 1. Aluar. Valaſc. in deciſ. ſiue conſult. 113 nu. 10. Nicol. Reuſner. in deciſ. German. 22. nu. 18. & 19. lib. 4. Io. Vinc. de Anna alleg. 6. num. 1. Io. Saraxon. in conſuet. Turonenſ. tit. 13. art. 3. Gerard. Maynard. in deciſ. 95. lib. 2.

2 Secũdo, feudi alienationẽ † ſine aſſenſu Dñi directi fieri poſſe in conuaxallum, ſiue confeudatarium, Iacob. de Ardizzon. in ſumma feud. cap. 111. incip. ſed quæritur numquid.

3 Tertio, feudum † eccleſiaſticum ſine Domini aſſenſu alienari poſſe, Aluarot. in cap. 1. qual. olim feud. alien. poter. Iacob. de Sancto Georg. in inueſt. feud. in verſ. & cum pacto de non alienando, num. 15. Curt. in tract. feud. par. 4. num. 109.

4 Quarto, feudum † acquiſitum pro ſe, & cui dederit ſine aſſenſu directi Domini alienari poteſt, Bald. & Angel. in l. cum eſſent, §. fin. de ſeruit. ruſtic. præd. Iacob. Aluarot. in cap. 1. de feud. non hab. propr. feud. natur.

Petr.

Petr.de Bellapert.de feud.tit.8.nu.3.Capyc. in inueſt.feud.§.feudorum clauſulę,in verſ. pro ſe, & quibus dederit, poſt Iacobin. de Sancto Georg. in verſ. ita etiam quod ipſi vaſſalli nu.1. Io Ferrar.Montan. in collect. in vſus feud.lib.1.cap.6.verſ.ſexto feudum, Card.Creſcent.in deciſ.6. num.16. tit.de teſtament.

5 Quinto, ex † cōſuetudine induci poteſt, vt feudi alienatio, & diſpoſitio ſine directi Domini aſſenſu fieri poſſit, dixit Bald. in cap.Imperialem,nu.9.de prohib.feud.alien. per Federic.Curt.iun.de feud.par.4.nu.110. Iacobin.de Sancto Georg.in inueſt.feud.in verſ. & cum pacto de non alienando nu.16. Zaſ.de feud.par.9.nu.22.Card.Pariſ.cōſ.13. nu.23. lib.1. quos refert, & ſequitur Scrad. de feud. par.8. cap.2. num.54. verſ.duodecimo.

6 Sexto, feudum † ſi commune eſt inter pluras hæredes in caſu tamen ſit de natura diuiſibili ſine aſſenſu inter ipſos hæredes diuidi poteſt, cap.1.§.item ſi fuerit,vbi Iſeru. quib. mod. feud.amitt. cap.1. de feud. fuer. controu. Capyc.in inueſt.feud.§.feudorum diuiſio,col.1.ante cum Io.Raynaud. in d.§. Ducatus, ſub nu.4.& poſt Bald.in conſ.198. lib.3. Matth.Goler.in deciſ.German.54.nu. 16. Aluar.Valaſc.in deciſ.ſiue conſult.113. num.9. in fin. Nicol.Rauſner.in deciſ.German.av.num.19.lib.4.

7 Septimo, feudatarius † alteri confeudatario feudum ſine directi Domini aſſenſu in feudum concedere poteſt, Accurt. Bal.Aluarot.Præpoſ.& Afflict.in cap.1.§.præterea de Cap.Corrad.habetur in cap.1. §.fin. de his,qui feud.dar.poſſ.cap.1.§.fin.vbi Aluar. & Afflict.de controuerſ.inueſt.Capyc.in inueſt. feud. §.feudorum alienationes col.18. verſ.limita 18. Io.Raynaud.in d.cap.Imperialem, §.callidis nu.6.verſ.quæro vlterius & reuoco. Petr.de Bellapert. de feud. tit.8. num.27. Io. Ferrar. Montan. in vſus feud. lib.2. cap.4.

8 Octauo, † feudum cum conſenſu Domini cum pacto de retrouendendo emptum in retrouenditione aſſenſus non requiritur, Afflict.in d.cap.Imperialem num.39. quem ſequitur Scrader. de feud. d. par. 8. cap. 2. num. 54.

9 Nono, in † venditione voluntaria feudi aſſenſus dandi Domini requiritur,ſed in neceſſaria authoritate Iudici per ſententiam facta,& ſi non requiri, dicunt Ardizzon.in ſumma feud.cap.114.incip. ſed quæri poſſe, Afflict.in deciſ.191.num.[illegible].Capyc.in inueſt. §.feudorum alienationes,col.12.& [illegible] de Puteo de reinteg.feud. cap.42.incip.& iuxta num.4. tamen in hoc Regno non procedit, & eſt pragm.26.de feudis,qua expreſsè mādatur in adiudicatione, & datione feudi per ſententiam Iudicis, Regius requiratur aſſenſus.

10 Decimo, alienans † ſine aſſenſu feudum, & ipſum re integra recuperas,non incidit in commiſſum, Iacob.Ardizz. in ſumma feud. cap.114.verſ.incip.& cum amittit,vbi intelligit, ſi re integra in continenti recuperauerit,Andr.Alciat.in conſ.753.nu.2. Iacob. de Nigr.in repet. l.ſi Inſulam num.299.& 304. ff.de verb.oblig.Iacob Aluarot.in c.1. quid iuris ſit, ſi poſt alienationem feudum recuperauerit, ibique Afflict. num. 24. Gulielm. Rodoan. de rebus Eccleſ. non alien. tit.de caducit. ob rei alien. cap.2. incip. emphiteuta quoque, §.nunc aliqua, num. 96. quem ſequitur Corbul. de cauſ. priuat. ob alien. inrequiſito Domino fact. ampliat.29. num.2.& Gaſpar Theſaur. qq.forenſ. lib. 1. quæſt 53.num.3.

11 Vndecimo, † res ſterilis,& parum vtilis feudo poteſt alienari, & concedi cum perceptione modicè partis fructuum annuatim, Iſern.in cap.1.in fin.de eo, qui interf. fratr. Domini ſui,& in cap.1.§.præterea, col.2.de capit.Corrad Capyc.in inueſtit.feud.§.feud. alien. verſ. limita quinto, Afflict. deciſ.129. num.14.

12 Duodecimo, † alienans feudum ſine aſſenſu non incidit in commiſſum, ſi alienatū ignorat eſſe feudale, quia tunc non amittit, cap.1. §.ſi vaſſallus,ſi de feud.defunct.fuer. controuerſ.Iſern.in cap.Imperialem,§.callidis,num.2.de prohib.feud.alien.per Feder. & ante eum Iacob. Ardizz. in ſumma feud. cap.100.incip.numquid cuilibet,Curt.iun.in tract.feud. par.4.q.23. Iacobin.de S.Georg. in inueſt.feud.verſ.& cum pacto de nō alienando.num.45.Capyc.in inueſt.§.feudum alienationes,col.18.verſ.limitatur 19.Guid. Pap.in deciſ.ſua 454.num.2.& 5.

13 Tertiodecimo, † ſi Dominus noluerit, quod ſine aſſenſu feudum alienaretur, non amittitur,Bal.in l.fin.C.de reuoc.donat. quē ſequitur Iacob. de Sancto Georg. verſ. quidem inueſtiti, num.42. Afflict. in deciſ.191. num.1.& ſeq.

14 Quartodecimo, † feudum conceſſum, vt capi poſſit ſine Domini conſenſu in executionem rei iudicatæ, & tunc executio ſit in fructibus,& in alijs commoditatibus feudi,cum feudatarius nihil aliud habeat, Albert.Brun.conſ.27.in princ.Affl.in deciſ.26. num.4.& ſeq.qui alios adducunt.

15 Quintodecimo, † feudum alienatum ſaluo iure,& aſſenſu Domini directi, & non

aliter,

Digitized by Google

aliter, nec alio modo alienatio non valet, cum ſit proteſtatio cōtraria facto, quod nihilominus feudum cadit in commiſſum; tenet Det.in conſ.60. nu.4. vbi dicit eſſe cōmunem opinionem, & ab ipſa nec conſulendo, nec iudicando eſſe recedendum, Menoc. conſ.2 num 84 lib.1. Roman. in ſingul 512. incip. tu habes quod vaſſallus, Iul.Clar.in §.feud. quæſt.19. & 31. verſic. item quæro, prout fuit iudicatum in Sacro Conſilio refert Thom.Gramat.in deciſ.49.nu 4. Franc. Viu.in deciſ.251.num.3.Frit.de ſubfeud.Baron.lib.3.author.1.num.22.

16 Sextodecimo, alienans † feudum, & tradens amittit eum, & non, ſi non tradidit, & maximè ſi traditio facta ſit viro potenti, Iſern.in cap.Imperialem, §.callidis, de prohib.feud.alien. vbi dicit per ſolam alienationem non perdet feudum, & idem Iſern.ibidem num.10.faciens verbum de alienante ſaluo aſſenſu, inquit: ſi nō ſequatur, ſed tradidit poſſeſſionem, perdit feudum, quia traditio facit perdere, hoc idem voluit Bald.in cap.1.§.denique, quæ fuit prim.benef.amitt. & in l.vnic.num.56.C.de his, qui pen.nomin. Tiraquell.de iure conſtit. poſſeſſor par.3. limit.26.nu.6. Capyc.in inueſt.feud. §.feudorum alienationes, verſ.ampliа decimoſeptimo, Io.Thom.de Marin. de gener.& qualit. feud.tit.2. §.conſtitutio num.22.verſ.ſecundum capud, & præſertim ſi traditio eſſet facta alicui viro potenti, à quo Dominus difficile feudum recuperare poſſet, Felyn. in cap.quæ in Eccleſiarum num.29.de conſtit. Zaſ.de feud.par.10.tit.de feud.amiſſ.nu.14. Gramat.deciſ.49.nu.40.Menoch.in conſ.28. num.36.& 37. in conſ.33. num.12.lib.1. ſed in hoc Regno feudum per ſine aſſenſu diſpoſitionem non amittitur, quia alienans, & diſponens, poteſt reuocare, quod facit per Conſtit.Regni Diuæ memoriæ, & firmat Paris de Puteo de reintegr.feud.cap.72. incip. quæritur, num.1.& 2. fol.44.& poſt Fritiam voluit Io.Vinc.de Anna in alleg.66.num.8. & ipſo Domino vtili non reuocante, poteſt Dominus directus reuocare, ſed præfertur prius vtilis Dominus, Iſern.in d.Conſt.Diuæ memoriæ, & ibi Io.Vinc.de Anna num.262. & 265.

17 Decimoſeptimo, † feudi alienatio ſine directi Domini, aſſenſus poteſt Regi, & directo Domino fieri, ex Alber.de Roſat. in l.ſi conſentiente, ff.de manumiſſ.volunt.Capyc.in deciſ.156.num.11.Afflict.in cap.Imperialem, notab.16.num.5. de prohib.feud. alien.per Federic. Io.Anton.Lanar. conſ.8. num.5.lib.1.

18 Decimooctauo, † feudum ruſticum ſine Domini aſſenſu alienari poteſt, vt poſt alios voluit Capyc. in deciſ.103. per totam, & Thom.Gramat.in deciſ.77.num 11. ex alijs.

19 Decimonono, † feudum ſine Domini cōſenſu alienati poſſe in augmentum feudi, quod non procedit in hoc Regno, Affl.in dec 111. nu.5.& deciſ.232.nu.6.Borrell.in ſum.deciſ. cap.34. num.57.

20 Vigeſimo, † fructus feudi ſine Domini conſenſu alienari poſſunt, Affl.dec.26.nu.5. & 6. Milanenſ.deciſ.Sicil.5.nu.15.

21 Vigeſimoprimo, † feudum hæreditariū, ſiue agnatorum conſenſu cum Regio aſſenſu alienatur, & agnati nō reuocant Gramat. deciſ.103.num.219.221.& 222.

22 Feuda in Gallia alienantur, ad libitum, & ſic etiam in Sicilia vltra Pharū, Maſtrill. in deciſ.Sicil.86.num.4.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio LXXXV.

THEMA.

Feuda ſine directi Dñi in dotem nō dantur, ſed multoties ſic, vt infra.

SVMMARIVM.

1 *Feuda ſine aſſenſu nec in dotem dari poſſum, ſed in certis caſibus ſic.*

2 *Patre non habente aliud quam feudum ipſum ſine aſſenſu in dotem dare poteſt, & num. 8.*

3 *Mulier vti hæres, vel aliter habens feudū in dotem ſine aſſenſu dare poteſt.*

4 *Mulier feudum extimatum in dotem marito ſine aſſenſu non poteſt dare.*

5 *Cōtrarietas Iacobi de Belloviſu, quod feudum in dotem dari ſine aſſenſu extimatum, vel nō extimatum reijcitur, & quomodo extimatum datur.*

6 *Feudum ſine aſſenſu marito in dotem dari poteſt, non niſi quādo in maritum nihil lucri paciſcitur.*

7 *Feudum ſine Regio aſſenſu pro dote de paragio dari poteſt.*

In præcedentibus Dilucidationibus diximus † feuda ſine Domini conſenſu, nec
1 in dotem dari poſſe, vt in cap.Imperialem, de prohib.feud.alien.per Feder. Iacob.Beluiſ. Nicol.de Neap.Bal.Aluarot.& alij hoc ibi volunt, ibi bene Camerar. fol.82. lit. A. Io.Vinc. de Anna in Conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ num.19. & 20. Afflict.in deciſ.111.

Digitized by Google

ciſ.111.num.6.& alij per Borrell. in ſumma
deciſ.cap.34.num.73.tamen multoties feuda
in dotem ſine Domini directi aſſenſu dari
poſſunt videlicet.

Primo, feuda temporaliter ſine aſſenſu
per poſſeſſorem dari poſſunt non in perpe-
tuum, ſed feudatarij vita durante, Io. Andr.
& Abb Panorm. in cap.2.de feud. Rota in
nouis deciſ.199. incip. pater poteſt, Bella-
pert.de feud.tit.8.num.13. ibi: valebit ſe vi-
uente, Paris de Puteo de reintegr.feud.c.92.
incip. pater habens, nu.7. Io. Vinc.de Anna
in repet.Conſtit. Diuæ memoriæ nu.2. Han-
netton.in iure feud.lib.5.cap.5.Capyc.in in-
ueſtit.feud. §.pro dote, verſ.limita tamen,
fol.175. Duaren.in commentar.feud.cap.12.
num.2. Matth.Coler. in deciſ. German. 28.
& in deciſ.213.

2 Secundo, pater † quando aliud non
habet niſi feudum, ſine aſſenſu in dotẽ dare
poteſt, dixit Iacob. Ardizz. in ſumma feud.
cap.131. incip.item dotem, verſic.tamen ei
permittitur, ex Iſern in c.1. §.donare nu.2.
qualit. olim feud. alien.pot. voluit Loffred.
in ſuo conſ.52. nu.60. Paris de Puteo d.lo-
co, & eodem num.7. Afflict. in d.§.donare
num.8. Nicol. Rauſner. in deciſ. German.5.
num.14.& plur.ſeqq.lib.1.

3 Tertio, ſi qua † mulier vti hæres, vel
alias habens feudum ipſamet ſine aſſenſu,
marito feudum aſſignare, argum.cap.1. in
princ. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis maſcul.
Ardizz. vbi ſupra cap.130. incip. item dotẽ,
verſ.tamen ipſa mulier, Iſern.in d.§.dona-
re, verſ.ipſa mulier, ibique Afflict. num.7.&
in cap.1. num.86. de prohib.feud. alien. per
Feder. Paris de Puteo prædicto cap.& nu.7.
Capyc. in inueſt. feud. §.feudum pro dote
col.2.verſ.aut ſumus in muliere, Sonsbech.
in vſu feudor. par.12.nu.79.& 80. Io. Vinc.
de Anna in Conſtit. Diuæ memo.num.19.&
20. Iacobin.de Sancto Georg.in inueſt.feud.
in verbo ita etiam quod ipſi vaſſalli nu.18.
Miſinger.obſeruat.86.centur.4. Rol.à Valle
conſ.19.nu.1.lib.4. Iul.Clar.in §.feud.q.35.
Scrad.de feud. par.8.cap.1. num.35. Burſat.
conſ.120.num.25. lib.1. Milanenſ.in deciſ.
Sicil.5.num.10.11.lib.1. Franc.Viu.in deciſ.
229.num.8.Surd.in deciſ.Mantuan.278.nu.3

4 Aduerte tamen, quod aſſignatio † feudi per
mulierem marito nõ procedit, ſi daret feu-
dum extimatum, quia tranſiret in maritum,
ita voluit Ardizz.in d.cap.130.quem ſequi-
tur Iſern.in d.§.donare, & ibi Afflict. nu.7.
ibique Aluarot. & Capyc. in d.§.feudum
pro dote, col.2.verſ.aut ſumus, fol.175. Pa-
ris de Puteo in d.cap.92.Franc.Viu.in d.de-
ciſ.229.num.8. Surd.in deciſ.Mantuan.278.
num.3. Amod.de Ponte in q laudem.29. Ia-
cobin. de Sancto Georg. vbi ſupra num.18.
Sonsbech.in d.par.12.num.81. Iul.Clar.in
d.§.feudum q 35. Nicol.Mozz.de feud.tit.ex
quib.cauſ.feud.amitt. num.44. Scrader.de
5 feud. par 8.cap.1.num.35. & ſi † Iacob.de
Bellouiſ.in cap.1.de inueſtit. quam Titius à
Sempronio accepit, dicat mulierem, neque
extimatum, ſibi in dotem ſine Domini aſſẽ-
ſu feudum dare poſſe. † Tamen contra ip-
ſum reprobãdo ſentijt Sonsbec.in d.par.12.
nu.81.& narrata concluſio, & declaratio ſit
communi ferè omnium calculo recepta, &
ex narratis authoritatibus patet, firmat ex
alijs Borrell.in d.ſumma tit.34 num.78.&
mulierẽ poſſe dare feudum marito extima-
tum, dummodo extimatio alienationẽ feudi
non faciat, ſed totum ad ſciendum valorem
feudi, vt poſt Alex. in l.extimatio num.50.
ff.ſolut.matrim. Corn.in conſ.15.lib.2. Affl.
in d.§.donare nu.8. Marian.Socc.in conſ.83.
lib.1. Barth.Socc. iun.conſ.289.lib.2. Scrad.
6 d.loco par 8.cap.1.num.35.nec † etiam aſſi-
gnari feudum in dotem marito ſine aſſenſu
poteſt locum habere, niſi quando nec in to-
tum, nec in partẽ paciſceretur, quod maritus
aliquid de feudo nõ lucretur, voluit Ardizz.
in d.cap.130. Iſern. in d.§.donare nu.2. ibi-
que Aluarot.& Afflict.num.8. & Præpoſit.
Alexand.ibidem, Capyc.in inueſt.§.feudum
pro dote, col.2.verſ.aut ſumus in muliere,
Io. Lopez de Palatio Rubios in repet. rub.
de donat.inter vir.& vxor. §.12.num.3. &
habetur in obſer.Cameræ Imperialis feud.
22.num.3. qui liber eſt ſine nomine, Iacob.
de S.Georg.in inueſtit.feud.in verſ.ita etiam
quod ipſi vaſſalli num.18. Clar.in §.feudum
q.35. Amod.de Ponte in d.laudemiali q.29.
Io.Petr.Surd.in d.deciſ.278.num.3.Roland.
à Valle de lucr.dot.q.54.

7 Quarto, feudum † ſine directi Domini aſ-
ſenſu dari poſſe pro dote de paragio vſita-
ta in hoc Regno Neapolitano dicit Iſern.in
Conſt.In aliquibus, Franc.Viu.in deciſ.285.
num.2.Petr.de Greg.Sicul.de conceſſ feud.
par.2.q 10.nu.13.& in tract.de dote, & para-
gio, q.36.& vtrobiq; D.Garſ.Maſtr.in deciſ.
Sicil.56.nu.11.& 12. Franc.Milan.in dec.Si-
liæ 5. nu.10.& 11 & in deciſ.8.nu.366.lib.2.

8 Sed aduerte, † quod ſi alia bona burgẽ-
ſatica, ſiue allodialia, adſunt feuda in dotem
dari non debet, firmat Milanenſ.in d.dec.5.
nu.18.& 46. lib.1. & in deciſ.7.nu.53.54.56.
lib.2. Io.Vinc.de Anna in allegat.66. nu.14.
Franc.Viu.d deciſ.285.nu.7. Matth.Coler.in
deciſ.German.213. & latè Borrell. in conſ.
45.in ſecundo dubio centur.2.

Digitized by Google

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio LXXXVI.

THEMA.

Vſusfructus in feudo ſine directi Domini aſſenſu non fit, ſed vita feudatarij durante ſine aſſenſu concedi poteſt.

Quia breuis non opus alio Summario.

ET ſi alibi diximus de vſufructu rei feudalis aliquid diximus, hic plenius dico, quod vſusfructus in feudo ſine directi Domini aſſenſu conſtitui nō poteſt, firmat Iacob. Ardizzon. in ſumma feud. cap. 113. incip. numquid poterit, Iacob. Aluarot. in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien per Feder. Iacobin. de Sancto Georg. in inueſtit. feud. in verſ. item etiam, quod ipſi vaſſalli num. 13. Sonsbech. in vſus feud. par. 12. num 102. Io. Raynaud. in comprehenſ. iur. feud. in cap. Imperialem, in §. habit. num. 2. verſ. quæro numquid vaſſallus, Iul. Clar. in §. feudum, q. 37. in fine, Iacob. Thoming. in dec. Lipſien. 57. nu. 17. ſed vita durante feudatarij vſusfructus in re feudali abſque Domini directi aſſenſu conſtitui poteſt, Curt. in tract. feud. par. 4. tit. ex quib. cauſ. feud. amitt. num 106. Capye. in inueſtit. feud. §. feud alienationes, limit. 10. & 11. Io. Raynaud. vbi ſupra, dum dicit: valore vſusfructus conſtitutionem in feudo in præiudicium alienātis, quod eius vita durante intelligitur, firmat Hieronym. Gabr. in conſ. 192. num. 48. lib. 2. Milaneñ. in deciſ. Sicil. 7. num. 17. lib. 2.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio LXXXVII.

THEMA.

De feudali alienata vti burgenſatica, ſiue allodiali, deuoluitur ad Dominum, ſiue Baronem, in cuius dominio, ſiue territorio ſita ſit.

Quia breuis non opus alio Summario.

SI quis rem feudalem vti burgenſaticam, ſiue allodialem alienat, ſiue deuoluitur ad Dominum directum, ſiue Regem, vel Baronē, in cuius dominio, vel territorio vbi ſita ſit, vt ex pluribus firmat Afflict. in dec. 275. Clar. in § feudum, q. 62. Guid. Pap. in ſua deciſ. 262. num. 1. & deciſ. 305. nu. 5. Aym. Grauett. conſ. 112. nu. 11. in fin. Peregr. conſ. 15. num. 10. lib. 1. & ſi emptor ſciuerit rem eſſe feudalem, & vti burgenſaticum emit, amittit pretium, Guid. Pap in d. deciſ. 305. nu. 1. Afflict. in deciſ. 278. Reg. Io. Anton. Lanar. in conſ. 3. nu. 13. & 14. Peregr. in conſ. 8 nu. 75. lib. 1. Flamin. Cartar. in deciſ. Ianuenſ. 70. nu. 49. & 50. & ſi emptor ſciuerit, & doloſè tacuit, non ſolum tenetur ad pretij reſtitutionem, ſed etiam ad intereſſe, ſi abſque dolo tenebitur pretium tantum reſtituere; argum. l. emptore, §. ſententiam, & §. qui autem, & §. fin. ff. de action. empt. vbi gloſ. in l. qui vēditor, ff. de dolo, poſt Alberic. Corn. & Aymon. ſcribit Reg. Io Anton. Lanar. in conſ. 15 num. 30. cum plurib. ſeqq. & plenè in conſ. 48. per totum, in conſ. 23. num. 24. Gaſpar Gaballin. de edilitijs actionibus c. 2. num. 17. argum l. ſi minor, C. de action. empt. latè Io Bapt. Laderc. in conſ. 130. lib. 1. Surd. in deciſ. Mantuan. 165. num. 10. & 11 Ioann. Bapt. Coſta de facti ſcient. & ignorant. inſpect. 90. & inſpect. 91. per totum.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio LXXXVIII.

THEMA.

Legitima non debetur de Regno, Principatu, Ducatu, Marchionatu, Comitatu, & de alijs feudis, & quod feudum imputatur in legitima, & grauatus habet legitimam, quæ eſt tertia pars totius pretij feudi. Deciſum.

SVMMARIVM.

1 *LEgitima de Regno, Principatu, Ducatu, Marchionatu, Comitatu, & aliorum feudorum non deberi.*

2 *Primogenitus ſi de Regno, & ſimilibus legitimam ſecundogenitis dare non tenetur,*

netur; ſaltim debet aſſignare aliquam Ciuitatem, vel Oppidum, pro eorum commoditate.

3 *Legitima non debetur in feudo, ſed in pecunia.*

4 *Legitima ſi non debetur, ſaltim debentur alimenta.*

5 *Feudum eſt legitima primogeniti.*

6 *Feudum ſi ex inueſtitura venit primogenito, non imputatur in legitimam, feudum vero nouum remanſum in hæreditate, imputatur in legitimam.*

7 *Patre inſtituente primogenitum in feudo de toto pretio feudi eum grauando retenta legitima, hæc legitima eſt tertia totius valoris feudi.*

8 *Primogenitum habere tertiam partem totius feudi, eſt per Sacrum Conſilium deciſum.*

QVamuis de legitima in feudis aliquid
in Dilucidationibus præcedentibus ta-
ctum ſit pro pleniori intelligentia. Dico de
1 ✝ Regno, Principatu, Ducatu, Marchionatu,
Comitatu, & de alijs feudis, in quibus Fran-
corum Iure viuitur, & ad primogenitum
ſpectant legitimam alijs fratribus non de-
beri, quia totum feudum eſt ius, & legitima
primogeniti, ex alijs vult Guid. Pap. deciſ.
476. num. 1. & deciſ. 487. num. 2. Boer. in de-
ciſ. 204. num. 14. Petr. Iacob. in pract. tit. de
ſucceſſ. Regni Galliæ, verſ. ſed quid dum
deceſſit, Tiraquell. de iure primog. quæſt. 5.
num. 1. & in q. 45. nu. 18. vbi plures adducit
rationes, Aſcan. Clementin. in tract. de patr.
poteſt. effect. 13. & 53. Franc. Burſat. conſ. 2.
2 num. 69. lib. 1. & ſi † primogenitus ad legi-
timam dandam de Regno non teneatur, ta-
men debet dare aliquam Ciuitatē, vel Op-
pida ſecundogenitis quo ad eorum commo-
ditatem, vt poſt Rayner. de Forli in l. ſi viua
matre, C. de bon matern. voluerunt Martin.
Laudenſ. in tract. de Princip. §. 462. incip. il-
cet Regnum, Franc. de Ramponib. Gaſpar
ſpar Laderch. Curt. ſen. Marian. Soccin. ſen.
Carol. Ruin. Tiraquell. in d. q. 48. quos re-
fert, & ſequitur Ludouic. Molin. de primog.
3 Hiſpan. lib. 1. cap. 15. nu. 28. & hæc † legitima
non debetur in feudo, ſed in pecunia, Guid.
Pap. d. deciſ. 476. & in d. deciſ. 487 nu. 2. Boer.
in d. deciſ. 204. nu. 14. Tiraquell. de primog.
q. 5. num. 2. Gulielm. Benedict. in cap. Ray-
nutius, in verſ. in eodem teſtamento relin-
quens, & nu. 145. de teſtam. Molin. in d. c. 51.
num. 9. Capyc. in deciſ. 2. num. 6. Molin & alij
prædicti allegant, Petr. Iacob. in loco alle-
gato, qui dicit legitimam deberi, ſed nullibi,
eo in loco facit mentionē de pecunia, qui-
bus adde Aſcan. Clementin. de patr. poteſt.
effect. 16. & 53. Franc. Burſat. conſ. 2. nu. 69.
lib. 1. Iacob. Thoming. in deciſ. Lipſienſ. 2.
num. 33. Nicol. Reuſner. in deciſ. German. 5.
nu. 26. 27. & 42. lib. 1. & pecunia, quæ datur,
nihil aliud eſſe videtur quam vita militia de
in præcedētibus Dilucidationibus diximus,
& Afflict. in deciſ. 138. & in deciſ. 252. nu. 2.
Io. Thom. Minad. in deciſ. 3. & Io. Vinc. de
Anna in repet. Conſtit. Conſtitutionem diuę
4 memoriæ, nu. 284. ✝ ſi legitima non debe-
retur, ſecundogenitis debentur alimenta,
vt latè per Tiraquell. de primog. q. 33. alle-
gando Guid. Pap in dictis deciſ. 476. & 487.
qui non dicit aliquid de alimentis, ſed tantū
de pecunia loco legitimæ, vbi inſimulat, hoc
tractat Io. Petr. Surd. de aliment. tit. 1. q. 27.
5 num. 1. ſed feudum ✝ ipſum eſſe legitimam
primogeniti, poſt Io. Andr. & alios Docto-
res in cap. licet, de voto, firmat Card. Pariſ.
in conſ. 17. num. 30. lib. 2. Io. Vinc. de Anna
in ſingul. 197. dicens ita fuiſſe tractatum in
cauſa Marchionis Lauelli, Fritia de ſubfeud.
lib. 2. tit. de different. inter feud. regal. diffe-
rent. 39. Præſid. de Franch. in deciſ. 287. nu. 4.
& in legitima feudum imputari, dixit Bald.
in l. omnimodo, §. imputari, num. 3. verſ. ter-
tia eſt militia, & ibi Salyc. num. 7. verſ. quæ-
dam ex militia, C. de inoffic. teſtam. Capyc.
in d. deciſ. 2. num. 5. Io. Vinc. de Anna in ſin-
gul. 202. & hanc imputationem in legitima
intellige de feudo nouo tantum, non de an-
tiquo; volunt Capyc. in d. deciſ. 2. nu. 7. Fritia
de ſubfeud. lib. 3. differ. 14. Præſ. de Franch.
deciſ. 368. per totam, Surd. deciſ. 235. num. 4.
& 5. Thoming. in deciſ. Lipſienſ. 2. num. 17.
Nicol. Reuſner. in d. deciſ. 5. num. 17. 18. 19.
6 lib. 1. qui alios adducunt, ſed in hoc ✝ diſtin-
guendum puto, quod ſi ex tenore inueſtitu-
ræ, vel quia eſt de Iure Francorum, feudum
ſolum ſpectat ad primogenitum, tunc non
venit ex patris ſubſtantia, vel hæreditate,
ſed ex ſucceſſorio ordine, quod ex patris
ſubſtantia non venit, non poteſt in legitimā
imputare, ſed ſi venit à patre acquirente,
tunc imputabitur, quia eſt feudum nouum,
& de patris ſubſtātia, qui alienare poterat,
non alienauit, remanſit in ſua hæreditate,
imputabitur in legitima; quam diſtinctionē
optimam tradit Carol. Ruyn. in l. in quartā,
nu. 17. quam adducit Clar. in d. quæſt. & hoc
idem firmat Franc. Rip. in d. l. in quartam,
num. 177 & plurib. ſeqq. & voluit Io. Vinc.
de Anna in d. ſuo ſingul. 202. ſed ſucceden-
7 te caſu, quod ✝ pater inſtituendo hæredem
primogenitum illum grauet, vt totum feudi
valorem det fratribus vni, vel pluribus re-
tempta ſua legitima, hęc legitima retinenda
non

Digitized by Google

non erit tertia tertiæ vt in allodialibus, vt in Auth.nouiſſima, C.de inoff.teſta ſed erit tertia totius valoris feudi,& ſi eſſet ducatorum quindecim mille, eius tertia totius quãtitatis erit ducatorum quinque millæ, & non tertia tertiæ, vt ex alijs, & modis pluribus concludit Camerar.in d.cap.Imperialem fol.104.litera K. verſ.ſed tunc inciden ter quæram, quem ſequuntur D.Rouit. in pragm.4. nu.12.& ſeq. de feud.& D.Theodorus in alleg.22.nu.12.& in alleg 79. nu.5. & de anno 1627 in cauſa inter Comitiſſam Gammateſam, & Marchionem Roſiti, per Sacrum Conſilium Dominis duarum Aularum iunctis fuit iudicatum in fauorem primogeniti, vt haberet tertiam partem totius pretij feudi pro legitima, & in cauſa appellationis confirmatum de anno 1630. vt ex proceſſu inter dictas partes, penès Ioſeph de Felice dicti Sacri Conſilij Actorum Magiſtrum, adeo quod per binas ſententias Sacri Conſilij in hoc Regno eſt ſopitum, primogenito grauato de pretio feudi noui, ipſi ſpectare legitimam, quæ eſt tertia totius pretij feudi, vt diximus.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio LXXXIX.

THEMA.

Vaſſallus prudens, & ſciens, negans rem eſſe feudalem, ipſam amittit, quomodo, & quando habet infra.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſallus ſciens, & prudens negando ſuam rem feudalem, non eſſe feudalem, eam amittit.*

2 *Feudatarius ſi doloſè negat rem eſſe feudalem, eam amittit.*

3 *Feudatarius ſi ante ſententiam reuocat negationem feudi, ipſum non amittit.*

4 *Feudum non amittitur, ſi negatio non ſit ſpecificè facta.*

5 *Feudatario contumace in negatione feudi Dominus mittitur in poſſeſſionem.*

1 FEudatarius † prudens, & ſciens rem ſuam eſſe feudalem, & eam negans Domino feudalẽ eſſe, ea priuatur, cap.1.§.vaſſallus, ſi de feud.defunct.fuer.contr. Iacob. de Sancto Georg.in inueſt.feud. in verſ. dictiq; vaſſalli promiſerunt, num.34. Capyc. in inueſt. feud. §.feudum amittitur, col.40. verſ.quatrageſimo ſi vaſſallus fol.62. Franc. Marc.deciſ.Delphin.607.nu.1.& 4.Io.Pappon.in arreſt.cur.lib.13 tit.1.arreſt.9.& 10. Octau.Cacher.in deciſ.Pedemont.29.num.2. Iacob.Thoming. in deciſ.Lipſienſ.52. nu.3. Franc.Viuius in deciſ.229.nu.6.& hæc amiſ-
2 ſio ex negatione procedit, † ſi doloſè negauerit, non autẽ ſi ex craſſa, & ſopina ignorantia, Octau.Cacheran. in d.deciſ.29.nu.2. Thoming.in d.deciſ.52.num.3. Iacobin.in d.verbo dictiq; vaſſalli promiſerunt nu. 34. & Capyc. vbi ſupra col.42. verſ.limita pri-
3 mo, ſed ſi † feudatarius ante ſententiam deuolutionis, ſiue amiſſionis feudi ob negationem, ipſe eam reuocauerit, euitabit amiſſionem, Iacob.de Belloiuſ.Martin.Laudenſ. Aluarot.& Præpoſit.in cap.1.§.vaſſall.ſi de feud.defunct.controuerſ.fuer.Capyc.in d.§. feuda amittuntur, col.42.verſ.limita quinto, niſi vaſſallus, Octau.Cacheran.in d.deciſ.29.
4 nu.14. & † neque feudum amittitur, ſi feudi negatio non ſit facta ſpecificè ſed in libello fuiſſet dictum: negando narrata, prout narrantur, vt poſt Iacob.Butrigar.voluit Bald.in auth.offenditur, C.de lit conteſt.Iacob.de Sancto Georg in d.verſ.dictiq; vaſſalli num.35. Capyc. in d.§.feudum amitti, col.41.verſ limita 7. fol.63.& nota, quod in negando rem eſſe feudalem oportet, quod feudatarius ſit contumax, vt Dominus ponatur in poſſeſſionem rei feudalis negatæ, Franciſc. Viuius in deciſ.233.num.11. & 13. ex alijs.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XC.

THEMA.

Feudatarius de iure communi feudorum poſt mortem prędeceſſoris tenetur infra annum, & diem impetrare renouationem inueſtituræ, alias amittit feudum, & circa petitionẽ idem de Iure Regni, ſed non mittitur, ſi in tempore non petierit, & ad quid teneatur, & directùs non poteſt de

facto poſſeſſionem capere, ſed neceſſe eſt, quod interponatur ſententia.

SVMMARIVM.

1 *FEudatarius poſt mortem prædeceſſoris infra annum, & diem tenetur petere renouationem inueſtituræ de iure communi feudorum.*

2 *Feudatarius etiam de iure Regni infra annum, & diem tenetur petere inueſtituram, ſed expeditur priuilegium, & non amittit feudum, ſi in tempore non petat.*

3 *Inueſtitura per quaſcumque ſcripturas fit, & non petens in tempore, feudum non amittit, ſed ſoluitur duplicatum releuium.*

4 *Tempus tranſactum in vita vaſſalli non computatur in anno, & die, quem integrum hæres habere debet.*

5 *Tempus anni, & diei currit à die quæſiti, & habiti feudi, & in feudo hæreditario à die immiſſionis, vel aditionis hæreditatis.*

6 *Feudatarius qui tempore inueſtituram non petijt, ſi aliqui dicunt, quod non poteſt moram purgare, tamen quod poſſit æqua opinio eſt.*

7 *Feudatarius ſi in commiſſum cecidit, & à directo Domino receptus fuerit ad obedientiam, vel ab eo ſeruitium recepit, vel inueſtiturã habuerit, videtur caducitas remiſſa.*

8 *Caducitatis remiſſio ſi præiudicaret Domino, non præiudicat agnatis.*

9 *Caducitas vt euitetur, nõ dum ſufficit expreſſa voluntas Domini, ſed etiam tacita.*

10 *Feudatarius petẽs inueſtituram infra annum, & diem, & Dominus directus eam non fecerit, directum dominium amittit.*

11 *Succedens per ius accreſcendi nõ opus habet petere inueſtituram.*

12 *Tempus ad inueſtituram petendam à Domino minui non poteſt.*

13 *Inueſtituram etiam ſi agnatus ſuccedit petere, debet.*

14 *Feudatarius ſi ob inueſtituram in tempore non petitam, amiſerit feudum, Dominus non capit, niſi præceſſerit ſententia Iudicis.*

1 DIximus de Iure communi feudorum, † feudatarium poſt mortem ſui prædeceſſoris infra annum, & diem petere detere debet inueſtituræ renouationem, alias
cadit à feudo, & illud amittit, c. 1. in princ.
quæ ſit prim. cauſ. benefic. amitt. adeundo
hæredem Domini pro ea obtinenda, vt per
Iſern. Afflict. Aluarot. & alios in d. cap. &
ex alijs ita præcedentibus Dilucidationibus,
& cumulat Camill Borrell. in ſua ſumma
2 deciſ. cap. 34. num. 91. de feud. † & hoc procedit in Regno vtriuſque Siciliæ, in quibus
inueſtitura neceſſaria nõ eſt; ſed illius loco,
eſt expeditio priuilegij, quo datur cõceſſio
feudi, & eius vigore executoriales literæ aſſecurationum vaſſallorum expediuntur; vt
voluit Iſern. in cap. 1. §. ſi minores, de feud.
defunct. & poſt Bal. voluit Capyc. in §. feudorum inueſtituræ, col. 5. verſ. inueſtituræ in
Regno Siciliæ, & ante ipſum Paris de Puteo
de reintegr. feud. in cap. 28. incip. an vaſſallus
num. 5. & 6. fol. 19. & cap. 76. incip. ſequitur
3 num. 14. fol. 49. licet † per alias quaſcumque
ſcripturas varij nominis cum poteſtate ingrediendi, & capiendi feudi poſſeſſionem,
inueſtitura ſignificatur, & Fric. de ſubfeud.
Baron. lib. 2. author. 3. num. 7. dicit in Regno
non amitti feudum ob non petitam inueſtituræ renouationem in tempore, ſed ſoluit
duplicatum releuium, vel cõcordatur cum
Curia, ſequitur Surd. in deciſ. Mantuan. 221.
num. 24. Præſid. de Franch. in deciſ. 245. &
latius diximus hac eadem Parte Dilucid. 44.
& talis annus, & dies ad inueſtituræ renouationem petendam, ſi feudatarius moriatur in nono, vel decimo mẽſe anni, vel diei,
hæres illius in feudo antiquo debet habere
totum annum, & diem integrum, non computato illo tempore cum nõ veniat ad feudum ex prouidentia defuncti, vt hæres, ſed
ſucceſſorio quodammodo, & ideo tranſactũ
tempus in vita vaſſalli ſucceſſori computandum non eſt, Io. Andr. ad Speculat. in tit.
de feud. §. quantũ, verſ. 27. Nicol. de Neap.
& Iacob. de Belloviſ. in d. cap. 1. quo temp.
mil. vbi etiam Iſern. optimè Ardizz. Curt. in
tract. de feud. par. 4 caſu 23. num. 51. Iacob.
de Sancto Georg. in inueſtit. verſ. qui quidẽ
inueſtiti num. 34. Io. Ferrar. Montan. in collectan. feud. lib. 3. cap. 6. verſ. quod tempus
quiſque. Annetton. de iur. feud. lib. 3. cap. 1.
verſ. ſed quid ſi vaſſallus, in ſum. feud. c. 45.
incip. & currit annus, verſ. ſed pone quod
vaſſallus, Io. Thom. à Marin. de gener. &
qualit. feud. lib. 1. tit. de feud. ex pacto, & prouidentia antiquo, ſiue paterno nu. 65. verſ.
5 quæro quid ſi vaſſallus, ſecus vero † in feudo non quæſito, & non habito, & vaſſallo
mortuo, quia pars anni decurſa defuncto,
computatur ſucceſſori, & præfati Doctores
aſſerunt,

aſſerunt,ſed in feudo hæreditario,annus,&
dies currere incipit à tempore immiſſio-
nis,vel aditionis hęreditatis,quia donec hę-
reditatis non ſit adita, non appellatur feu-
datarius,vt poſt Bald.in cap.1.de cap.Cor-
rad.voluit Guid.Pap.dec.165.in fin.Albert.
Brun.in conſ.38.num.7.Aluarot.in cap.1.in
princ.nu.13.quæ ſit prim.cauſ.beneſ.amitt.
Iacobin.de Sancto Georg. in inueſt. §.feu-
dorum inueſtituræ, col.5.verſ.& vide,quod
ad hoc, & in col.8.verſ.item nō currit tem-
pus ad petendā inueſtituram,ſol.250. Fritia
de ſubfeud. lib.2.author.3.num.8.& lib.3.in
different. 29. & different. 3. Io.Thom. de
Marin.de gener.& qualit.feud. tit.3.ſub nu.
64. & Hannetion. in d.loco lib.3.cap.1.& ſi
6 aliqui dicunt † feudatarium elapſis anno, &
die inueſtituræ renouationem petendam,
moram purgare non poſſe, & alij quod ſic:
tamen celeri petitione renouationis inue-
ſtituræ, poterit moram purgare; ſentit Ia-
cob.Ardizzon.in d.ſua ſumma cap.43.incip.
excuſatur, quam opinionem equam eſſe iu-
re tamen non probari,dicit Cald.in d.cap.1.
quo temp. miles, illam tamen tenuit Guid.
Pap.in deciſ.Delphin.166.Marian.Socc.iun.
in conſ.115. nu.21.lib.2. Surd.in deciſ.221.
7 num. 24. & † ſi feudatarius ob non impe-
trationem,& renouationem inueſtituræ in-
fra annum, & diem, ceciderit in commiſſū,
ſi à Domino directo receptus fuerit ad obe-
dientiam,vel ab eo ſeruitium exegerit, vel
petitam inueſtituram ei conceſſerit, cenſe-
tur caducitatem feudi remiſiſſe, vt ex Bald.
in cap.1. in princ. col.2. verſ.ſed pone, quo
temp.miles, voluit Boer. deciſ.211. num.2.
allegat Det. in conſ.360.num.10.Præpoſ.in
cap.1.in princ.num.4. Afflict.num.213. poſt
Iſern.Bal.Aluarot.Iacob. quo temp.miles,
Curt.in tract.feud.par.4.num.52. Iacob.de
Sancto Georg in inueſtit.feud. in verſic. qui
quidem inueſtiti,num.38. Capyc.in inueſtit.
§. feud. inueſtit. in fine, Surd. in deciſ.143.
num.3.& in deciſ.189. num.11. & 12. & hoc
ſi Dominus per illū actum non fuerit pro-
teſtatus, nolle ſibi præiudicare, voluerunt
Aluarot. & Præpoſit. in d.cap.1. quo temp.
mil. Curt.d.loco num.52. Iacobin. bene in
inueſtit.in verſ.qui quidem inueſtiti,num.3.
& Scrader.de feud.par.8.cap.1.num.35. Ca-
pyc.in inueſt. §.feudorum inueſtituræ, col.
fin. & aduerte, quod † talis remiſſio cadu-
citatis,ſi præiudicaret Domino, non tamen
præiudicat agnatis,quibus feudum aperire-
tur, Iſern. Bald. Aluarot.Præpoſ. & Afflict.
in d.cap.1.in princ.quo temp.mil. Iacobin.
in d.inueſtit. in 6. verſ.qui quidem inueſtiti,
9 num.46.Scrader.vbi ſupra nu.78.& ad † ca-
ducitates cuſtandas nē dum expreſſa, ſed
tacita voluntas Domini in remittenda ca-
ducitate ſufficeret,volunt Iſern.Iacob.de
Bellouiſ.Laudenſ.Aluarot. & Præpoſit. in
cap.1.quib.mod.feud.amitt.Clar.in § feudū,
q.31.num.13. Surd.deciſ.186. Lancellott.in
deciſ.Roman. in nouiſſimis impreſſis deciſ.
639. num.6.par.1.lib.1. & quia Dominus, &
vaſſallus ad paria iudicantur, vt diximus, ſi
10 † feudatarius infra annum, & diem reno-
uationem inueſtituræ petierit, & Dominus
eam non fecerit,vaſſallus nē dum nō amit-
tit feudum,ſed Dominus ſuo directo domi-
nio priuabitur,vult Guid.Pap.deciſ.168. &
11 in deciſ.415. nu.1. & quando † quis per ius
accreſcendi ſuccedit in feudo renouationē
inueſtituræ petere neceſſe non habet,Iſern.
cap.1.§.ſed & res,num.6.vbi Afflict.nu.34.
per quos fiat inueſtitura,Surd.in deciſ.Man-
tuan.146.num.7.& in deciſ.221.num.1. &
12 † tale tempus ad inueſtituram petendam
à Domino minui non poteſt, firmat Matth.
Coler.in deciſ.German.83. num.2. & 3. &
13 inueſtituram,& † renouationē eſſe neceſſa-
riam, etiam ſi agnatus in feudo ſuccederet,
vel per ius accreſcendi ſibi feudum perue-
nerit,volunt Laurent. Syluan. de recognit.
feud. q.6. Clar.in §.feudum, q.49. in princ.
Surd.in d.deciſ.148. num.5. qui alios addu-
14 cunt, & aduerte, quod ſi † elapſo anno, &
die antequam dicatur feudum cecidiſſe in
commiſſum ob inueſtituram in tempore nō
petitam,requiritur ſententia Iudicis decla-
ratoria, vt Dominus in poſſeſſionem feudi
mittatur,alias nō poteſt ipſe Dominus quid
facere,vt voluit Iacobin. de Sancto Georg.
in d.inueſt. in verſ.qui quidem inueſtiti, nu.
42. allegat Petr.Iacob.Aurel.antiquum, &
doctum virum in ſua praxi in tit. de cauſis,
ex quibus Dominus debet amittere feudi
proprietatem,diſtinct.13.ſub nu.9.10.& 11.
vſque in fine,& in tit.ſeq. de condit.ex mo-
ribus, nu.1. vbi ponit libellum, & formam
ſententiæ,Capyc.in inueſtit §.feudorum in-
ueſtiturę,col.5.verſ.& requiritur ſententia,
idem firmat Guid.Pap.in ſua dec.164.nu.2.
Afflict.in deciſ.385.nu.7. & in multis com-
probat Io.Tho.de Marin. de gener.& qua-
lit. feud. lib.1. tit.1. num.62. verſ.ſed quod
immò ſententia,& verſ.nos autem,vbi om-
nibus cōtrarijs reſpondet Clarus in §.feu-
dum, q.49.& q.62. verſ.vbi dicit,hanc eſſe
opinionem communem Roland. à Valle in
conſ.18.num.9.lib.1. & ex alijs multis alle-
gatis per Scrader.de feud.par.2.partis nonę
principalis,ſect.8,nu.28.& Peregr.conſ.14.
nu.17.lib.1. & opus eſt, quod Dominus ca-
ducato,& amiſſo feudo ad eius recuperatio-

nem tanquam Dominus agat reiuendicatione, cap. Imperialẽ, de prohib. feud. alien. per Federic. Guid. Pap. deciſ. 454. nu. 6. Laurent. Syluan de feud. recognit. q. 29. nu. 1. Tiraquell. in l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. in verſ. reuertatur, num. 328. Scrader. de feud. 2. par. nonæ partis, ſect. 9. num. 48. vbi loquitur de pluribus actionibus Domino competentibus, & pulchrè Io. Ferrar. Montan. collect. iuris feud. lib. 5. cap. 3. verſ. inſuper conſtitutum eſt, Franc. Duaren. in conſuetud. feud. cap. 17 & 18. & bene Capyc in inueſtit. feud. ſ. feudum actiones, vbi tam de actionibus Domino competentibus contra feudatarium, ſeù vaſſallum, quam eidem vaſſallo, contra Dominum, & promiſcuè, & ex antiquis Petr. de Bellapert. de feud. tit. 14. per totum.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio XCI.

THEMA.

Vltra, quæ diximus ſupra hac eadẽ Parte in Dilucidationibus 4. 5. & pluribus ſequentibus, feudatarius ipſe tenetur ſuo directo Domino dare adiutoriũ moderatum quando maritat filiam, facit filium militem, quãdo aliud feudum emit, accedit ad bellũ, vel ad Principem pro tuitione, vel pro pace ſubditorum.

SVMMARIVM.

1 *Subditi tempore belli nõ ſolum ſuas res partiri, ſed etiam corporaliter laborare tenentur.*

2 *Subditi tenentur cõtribuere quando Domenus maritat filiam, aut filium facit militem, aut alium feudum emit.*

3 *Subditus an teneatur contribuere quando Dominus Princeps filiam ſpurium maritat.*

4 *Subditus tenetur Dominum adiuuare pro filia legitima monacanda.*

5 *Adiutorium, ſiue contributio pro filia maritanda vna vice tantum debetur.*

6 *Regi, quæ [illegible] exigi virtu- te Capitulorum Papæ Honorij, quæ omnino ſeruari debent.*

7 *Barones de exactionibus grauant vaſſallos, quid per Capit. Honorij Papæ ordinatum ſit exigendum.*

8 *Capitulorum Regis Roberti refertur.*

9 *Princeps cum vadit ad bellum, moderatum auxilium exigere poteſt à vaſſallis, vel ſi in eo caperetur, aut ad aliũ Principem pro ſecuritate ſubditorum accedit.*

PRinceps Dominus vaſſallorum merum, & mixtum imperium habens, vltra ad quæ vaſſalli debentur, de quibus diximus ſupra hac Parte in pluribus Dilucidationibus 4. 5. & infra ad ſubſcripta alia tenetur, puta
1 † quando inuaditur ab hoſtibus, omnes tenentur non ſolum res ſuas partiri: ſed etiam corporaliter laborare muniendo ſe in Caſtro, vel Ciuitate, & vigilare, & ſic ſe, & res ſuas ſaluet, cap. fortitudo 24 q. 3. cap. peruenit, extra de immunit. Eccleſ. cap. ſi quis Romæ petet, extra de tregua, & pace, cap. innouamus, de cenſib. & l. vectigal. ff. de vectigal. & ſimiliter quando Dominus ma-
2 ritat † filiam ſuam, aut filium facit militẽ, Roſental. ex multis, & de communi firmat de feud. cap. 5. concluſ. 77. & 78. aut reluit feudum ſuum, vel auget nouum emendo, & pro militia fratris, & in hoc Regno ordinatum extat per Conſtitutiones ipſius incip. Quamplurimum, lib. 3. de adiutor. & Conſt. Comitibus, & vtrobique Iſern. Afflict. & addentes, & extra Regnũ ex multis firmat Iacobin. in verſ. qui quidem pro maritagio filiorum pro captiuitate, num. 76. 126. Domini num. 77. feudum num. 78 & quod nõ de-
3 betur pro † maritagio filiæ ſpuriæ num. 79. & latè Boer. deciſ. 127. per totum, ſed bene pro monacanda filiam legitimam, & naturalem, Iacobin. in d. loco num. 80. quem ſe-
4 quitur, & firmat pro † filia legitima, & naturali maritanda, & monacanda, Boer. d. deciſ. 126. num. 12. & pro captiuitate, & exemptione Domini, quod etiam clerici contribuere tenẽtur, ex multis firmat idem Boer. d. deciſ. 126. nu. 8. & etiam filia hæres patris pro ſe ipſa maritãda, adiutorium à vaſſallis habere debẽt, vt latè idẽ Boer. in deciſ. 130. num. 2. 3. & 10. reiectis contrarijs firmat, & circa militiam pro voto tranſmarino, & pro
5 † filia maritanda, vna vice tantum vaſſalli tenẽtur Dominum iuuare in quolibet prædictorum caſuum, firmat Afflict. in d. Conſt. Quamplurimum, fol. 284. num. 10 vſque ad nu. 19. & ſic etiam pro amita, ſed pro vidua non ſequitur, & ex alijs comprobat Boer.
6 deciſ. 131. num. 1. & 2. ſed † Capitula Papæ

Honorij

Honorij in quatuor caſibus permittunt, quod Rex quid exigat videlicet.

Primus, eſt pro defenſione Terræ, ſi contingat inuadi Regnum inuaſione notabili, ſiue graui non procurata, non ſimulata, non momentanea, ſiue trãſitoria facile, ſed manente, aut contingat in eodem Regno notabilis rebellio, ſiue grauis ſimiliter non ſimulata, non procurata, non momentanea, ſiue facilè tranſitoria, ſed manente.

Secũdus eſt pro Regis perſona redimenda de ſuis reditibus, & collecta, ſi ab inimicis captiuari contingerit.

Tertius eſt pro militia ſua, & fratris ſui conſanguinei, & vterini, vel ſaltim conſanguinei, ſiue alicuius ex liberis ſuis, cum ſe huiuſmodi fratrẽ ſuum, vel aliquem ex eiſdem liberis cingulo militari decorabit.

Quartus eſt pro maritanda ſorore ſimili coniunctione ſanguinis ſibi, vel aliqua ex filiabus, aut nepotibus ſuis, ſeù quolibet alia de genere ſuo, ab eo per rectam lineam deſcendentem, quam & quando ipſe eam dotabit, in prædictis enim caſibus, prout qualitas tunc imminentis caſus exegerit, licebit Regi collectam imponere, & exigere à ſubditis, dum tamen pro defenſione, inuaſione, ſiue rebellione prædictis, aut ipſius Domini redemptione quinquaginta millium pro militia, duodecim millium, pro maritagio vero quindecim millium vnciarum auri ſumma, collecta vniuerſalis totius Regni eiuſdẽ tàm vltra Pharum, quàm circa quantitas non excedat, nec concurrentibus aliquibus ex dictis caſibus collectam in vno eodemque anno, niſi vna tantum modo imponatur.

Quæ Capitula Papæ Honorij tanquam rationabilia omnino ſeruanda, dixit Iſern. ex alijs firmat Regens de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſib. Reg. in ʃ. 2. num. 15.
7 fol. 295. ex alijs firmat. Et quia † Barones de alijs ſolutionibus grauabãt vaſſallos, omnia declarauit Rex Robertus per particulare cap. Regni repertum penès Mag. Antonium Baraptuciũ Fiſci Patronum in quodam Regiſtro antîquo Regis Roberti fol. 124. cap. 114. relatum per Ioannem Angelum Piſanellum in d. Conſtit. Quamplurimum, cujus Capituli tenor eſt videlicet.

8 Robertvs &c. † Iuſtitiario Apuliç cirra flumen Piſcariæ fideli luo &c. humanorum actuum regula legis ſanctio circumſpecta ſic obſeruanda tenaciter, vt eam nulla voluntas inordinata prætereat, & præſũptuoſa tranſgreſſio contra permiſſum, aut veritum nonconcurrat; ſanè Conſtitutio noſtri Regni Siciliæ de præſtandis adiutorijs Dominis à vaſſallis eorum edita serioſa declarat. Adiutoria ipſa illis præſtari debere pro redimenda perſona ſua, cum ab inimicis noſtris in noſtro ſeruitio capi extiterint pro faciendo filio milite, pro maritanda filia, vel ſorore, pro emenda Terra vna vice, tantummodo pro ſeruitio noſtro, ſeù noſtri exercitus moderatè, & in his, quç noſtro commodo præſtantur, quæruntur autẽ homines Caſtri Scriueculæ, fidelis noſtri, ꝙ ab eorum Dominis præter, & vltra caſus in ipſa Conſtitutione diſtinctos, grauẽtur enormiter, & multipliciter opprimuntur, Nos autem volentes dictis oppreſſis ſuccurrere, & ipſis Dominis in conſeruatione iuris eorum per declarationes congruè remedium prouidere, deelaramus tenore præſentium. prædictis Dominis adiutoria prædicta deberi etiam perſonaliter militare ſeruitium nõ præſtatur, ſed per idoneum ſubſtitutum ſeruiunt, vel adohamentũ in pecunia ſoluũt, vt ipſum ſeruitium eſt eis gratioſè remiſſum, vel cum creditocompenſatum pro militia quoque eorundem Dominorum, & nepotum ex primogenito, & pro dotibus filiorum eiuſdem primogeniti eadem adiutoria ab eiſdem vaſſallis Dominis tribuantur; hoc enim caſu eſt, ſi dicta Cõſtitutio aperta diſtinctione nõ exprimat ꝑ interpretationis obiectum, ſanus intellectus admittit. Adiecit prætereca ipſorum ſupplicantium clamoſa conquæſtio, quod Domini Caſtri prædicti ingerẽtes alienis partibus imprudenter exigunt, & cum conceſſione requirunt, quod eorum habeatur aſſenſus in matrimonijs, quæ inter ipſos omnes contrahuntur, quod ipſis ſine liberis decedentibus vſurpant indebitè ſucceſſionẽ eorum legitimis hæredibus procul reiectis, &. cum aliquis quorundam hominum, qui debent prædictis Dominis præſuptum, ſpallam, vni pluribus hæredibus relictis moritur, & ſingulis ipſis vna ſpalla requiritur, licet de iure inter eos eiuſdem ſpallæ præſtatio limitatur, ſuper quibus noſtro præſidio deuotius implorato fidelitati veſtræ præſentium tenore mandamus tu Præſes iuſtitiæ, & vos alij ſucceſſiuè futuri eiſdem Dominis inhibeatis expreſsè, quod de eorum matrimonijs, ſi directè, vel per obliquum nullatenus ſe intromittant, nec ſucceſſionem eorundẽ hominum vſurpare, vel occupare præſumant vltra, vel præter quam leges, Conſtitutiones, Capitula Regni, ae conſuetudines approbatæ Regni Siciliæ ſtatuant, & declarantes hæredes eorundem hominũ ad præſtationem ſpallæ prçdictæ, vel ſimilis erogationis huiuſmodi, omnes ſimul compelli non ſingulos per-

miſſuri, per arta iuris remedia prædictus Dominus ſi eos contrarium contingerit attentare, ſi ergo in prædictis omnibus, & contra prædicta procedentes ſollemniter, & efficaciter vos geratis, quod iam dictos homines in præmiſſis omnibus,& circa præmiſſa vltra, vel præter per dictos eorum extraneos grauari nequeant, quam prædicta diſtincta contineant,& legis perinde diſereta ſanctione determinãt, præſentes autem literas poſt oportunam inſpectionem earum præſentanti, vel præſentantibus reſtitui volumus obtinere. Datum Neapoli, per manus Bartholomęi de Capua &c. anno Domini 1328. die 7. Aprelis primę indictionis Regnorum noſtrorum anno nono, & quod pro maritanda filia habeat adiutoriũ; ratio eſt, quia acquirit amicum, & feudum fit ditior, & faciendo filium militem fit potentior, ex quibus poteſt militiæ ſubditos tuere, gubernare,& cuſtodire,& vbi & comodè hoc conſuetum, vel conſtitutum fit, ſi vero ad arbitrium cum moderamine exi-
9 gatur. Item † cum vadit ad bellum iuſtum, & ſimiliter quãdo in eo caperetur,& quando accedit ad alium Principem pro pace ſubditorum conſeruanda, poteſt moderatũ auxilium exigere, cap. ſine violentia 10. q. 3. & pro dictis cauſis ſubditi, & ciues rectè ſunt debitores Principi, etiam iu conſcientia, iuxta verbum Pauli ad Romanos c. 13. ideo neceſſitari ſubditi extore non ſolum propter iram, ſed propter conſcientiam, ideo enim & tributa pręſtatis, miniſtri enim Dei ſunt: redita ergo omnibus debita, cui tributum, tributum. cui vectigal, vectigal. refert Soto de iuſtit. & iure lib. 3. q. 6. verſ. hæc omnia. Penſionis genera: verum, ſi ob cauſam impoſitionum,& ſolutionum, Princeps non erogat, malè exigit, & ad reſtitutionem tenetur ob regulam illam, ceſſante cauſa, ceſſat effectus sñ neceſſitatẽ exigat.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio XCII.

THEMA.

De Domino feudi,& bonorum feudalium, quod non ſoluat collectas, vel alias impoſitiones, nec in extimo, ſiue cataſto Vniuerſitatis feudalia bona ponãtur, quia duplici onere grauari nõ debet.

SVMMARIVM.

1 *Collecta de iure cõmuni, de bonis feudalibus ſolui non debet.*
2 *Collecta de iure Regni non ſoluitur de feudis quaternatis,& nobilibus.*
3 *Collecta, & contributio in generalibus ſubuentionibus debetur de feudis,& ſubfeudis planis, de tabula,& adenaſijs.*
4 *Collecta de bonis excadentialibus feudorum ſoluitur.*
5 *Solutio, quæ fit de feudis ruſticis, planis, & de tabula, ſiue adenaſijs, quæ fit Domino directo, ipſorum deducitur à collectis.*
6 *Ratio quod de feudis quaternatis non ſoluitur collecta eſt, nè duplici onere grauentur.*
7 *Ratio prædicta militat tàm in feudis, quã in ſubfeudis etiam planis, ruſticis, de tabula,& adenaſijs, quæ ſine onere non conceduntur.*
8 *Subfeudatarius Baronis qui ſit.*
9 *Subfeudatarium nè dum feudũ, ſed quidquid à Barone, vel alio tenet in emphiteuſim, vel alias ſine ſuo aſſenſu non alienat,& alienatum amittit.*
10 *Subfeuda etiam ruſtica & alia bona non ſine aliqua ſolutione ſubmittuntur.*
11 *Feudatarius ad quæ tenetur Regi, ſubfeudatarius tenetur Baroni.*
12 *Feudatarius de feudo quaternato non ſoluit collectam, ita nec ſubfeudatarius de feudo plano.*
13 *Adoha in locum ſeruitij perſonalis eſt.*
14 *Immunitas alicuius rei per diſpẽſationem à principali corpore non amittitur, quia priuilegium ſequitur rem,& poſſeſſorem.*
15 *Adoha onus reale eſt, & actionem habet ſuper feudis etiam per tertios poſſeſſis.*
16 *Feudi pars ſi detur in ſubfeudũ, vel aliud contra naturam ipſius feudi non præiudicat directo Domino, nec ipſius feudi naturæ.*
17 *Clauſula feudi natura non mutata, originalem ſtatum feudi mutare non facit,& cum primeua natura ad alios tranſit.*
18 *Partium aſſertiones naturam rei non mutant.*
19 *Feudi quaternati nomen non eſt de iure feudorum cognitum, ſed ex vſu Regni, & ſic de nomine feudi plani, & de tabula.*
20 *Feudum planum non eſſe feudum, nullus negat.*
21 *Feudum ex prima inueſtitura tranſit in feudum quaternatum, & in quinternia-*

nibus

nibus Regiæ Cameræ regiſtratur cum omnibus ſuis bonis omnia feudum quaternatum ſunt.de eo collectæ, nõ ſoluuntur.

22 *Feudi plani quomodo eius inueſtitura eſſe debet,vt collectæ non ſoluantur.*

23 *Vtilis Dominus feudum ſibi conceſſum nec partem eius ſine directi Domini aſſenſu ſubinfeudare, vel alienare poteſt, & facta ſunt nulla, quod ex eis nec cõfeſſio habetur.*

24 *Feudataria bona feudalia alia lege qua ipſe habet, dare non poteſt.*

25 *Subinfeudationi ſi clauſula cõtra primam inueſtituram adſunt ad primam conceſceſſionem reducenda ſunt.*

26 *Rex conſentiens ſecundum primeuam naturam conſentijs, ſe cenſetur.*

27 *Natura inſita feudo, ſiue à natura, ſiue à lege non alteratur, & clauſula alterationis non attenduntur.*

26 *Feudi plani, & de tabula non debentur collectæ.*

1 DE ✝ iure communi pro bonis feudalibus collectæ non ſoluuntur, nec in
appretio, ſiue cataſto Vniuerſitatum ponũtur,
probat Nicol.Feſtaſ.in tract.de extimo,
par.4.cap.3.allegat Corn.in conſ.294.nu.9.
& 10.lib.4. vbi dicit Dominus Caſtrorum
2 feudalium ad collectas non teneri, & ✝ de
Iure Regni eſt text.in cap.Regni Porrecta,
vbi hoc voluerunt Napod. & Niger nu.57.
Luc.de Penna in l.2.de bon.vacant.& plenè
in l.agros, C.de fund.limotr.lib.11.Paris de
Puteo de reintegr. feud. cap.17. incip. viſo,
quæ ſit natura nu.1. & 2. fol.13. & ex alijs
D.Rouit.in rubr.de appretio num.12.& ita
ſeruari in Regia Camera Sũmariæ, nec ſoluitur
gabella de fructibus, Anna ſingul.93.
Riccius in collect.Neap.deciſ.1950. Thorus
in compend.deciſ.verſ.collecta an ſoluatur
fol.99.par.1. Fritia de ſubſeud.Baron. lib.3.
tit.inter feud.quater.& plan. num.14.& in
tit.de different.inter feuda regalia,& titulata,
different.16. in quibus locis dicit de feudis
quaternatis collectam non ſolui, ſed de
feudis ruſticis: cum pro feudo quaternato,
3 & nobili: pręſtatur Regi ſeruitiũ,ſed † pro
feudo ruſtico,pro quo ſoluitur annuus reditus,
ſic cum non cenſetur verè feudum,
Iſern.in tit.quæ ſint regal.in cap.1.in verb.
& plauſtrorum num.11. verſ.ab his,qui sũt
in Regno, quem ſequitur Frit. vbi ſupra,
Luc.de Penna in l.1.C.de impon.lucrat.deſcript.
& in l. cum diuus, de omni agro deſert.C.lib.12.&
dicit Cardin.in cap.1.§.quid
ergo,de inueſt.de re alien.fact.quod feudum
non ponitur in cataſto, in conſ.103. & Napodan.in
conſuet.Neap incip.ſi quis,verſ.tenetur,de
aliment.præſtand.& idem Paris de
Puteo d.loco cap.4.incip.veniamus, num.5.
6. & 7. fol. 2. & poſt Bartholom. de Capua
idem Paris vbi ſupra num.5. fol.13. ſed de
4 ✝ bonis morritítijs, ſiue bonis excadentialibus,
quæ accidunt in ipſis feudis collecta,
& aliæ ſubuentiones ſoluendæ ſunt, firmat
Iul.Ferrett.de public.& vectigal. num.475.
5 & de ✝ ſolutione,quę ſit de dictis feudis ruſticis,&
bonis excadentialibus eſt deducenda
quantitas, & ſolutio,quæ pro ipſis bonis
ſit directo Domino,& quod de bonis feudalibus,de
quibus ſoluitur adoha,& præſtatur
ſeruitium Regi, non ſoluantur collectæ, &
6 aliæ impoſitiones. ✝ Ratio reditur ab omnibus,
nec duplici onere grauentur, cum
feudatarij præſtent ſeruitium, & in Regno
adoham,& dum ſubſtineant illud onus,non
debent collectari, argum.legis tam demenſis,
C.de Epiſcop.audient.Iſern.in cap.1.in
d.verſ.plauſtrorum, verſic.ab his in Regno
Siciliæ, quæ ſint regal.quem ſequitur Neapodan.vbi
ſup. Capyc.in inueſt.feud.§.feudorum
immunitas in princ. fol.246. Petrus
Piccolus in forma appretij, quem refert, &
ſequitur Paris de Puteo vbi ſupra num. 4.
Borrell.in ſumma deciſ. cap.34.nu.714. ſed
7 ex dicta ✝ ratione ab omnibus adducta, vt
teſtatur idem Borrell.d.num.714.quod feuda
duplici onere grauari non debẽt tàm in
feudis quaternatis, quàm in planis ruſticis,
bonis actenaſijs,feudorũ aliquod onus ſemper
adeſt, licèt ſit annua præſtatio alicuius
quantitatis pecuniæ, vel alicuius rei, vt idẽ
Fritia teſtatur in d. tit. de differentijs inter
feuda quaternata,& de tabula,num.15.attamen
negari non poteſt, quod non ſit feudũ,
cum ſicut feudatarius tenens feudum quaternatum
à Rege ſine Regis conſenſu alienare
non poteſt, vt per cap. conſtitutiones,
8 & authoritates pluries dicta,ita & ✝ ſubfeudatarius
Baronis, & eſt qui à feudatario, ꝙ
tenet, recognoſcit in feudum, & ipſum in
Dominũ immediatum veneratur,& colit,vt
habetur in cap.1. §.rurſus, quib.mod.feud.
amitt.& in cap.Imperialem,§.illud quoque
de prohib.feud.alien.per Feder. & in cap.1.
§.præterea, de cap.Corrad. & ex alijs Frit.
de ſubfeud.lib.2. cap.in Regno quis dicatur
ſubfeudatarius nu.1. fol.mihi 99. & nè dum
9 ✝ feudum, ſed quidquid ab ipſo tenet etiam
ſi in emphiteuſim teneret,& cuiuſcumque
conditionis ſit cum Baronis aſſenſu alienare
neceſſe habet,& ſolius Baronis,& directi
Domini aſſenſus ſufficit per cap.Papæ Honorij
ſi cõtingat, Iſern.in Conſtit.Poſt mortem,

tem,& hoc ſeruatur in Regno teſtatur Af-
flict.in deciſ.Neapol.243.& Fritia alia ponit
in lib 3. de ſubfeud. in different. feudi qua-
ternati,& feudi plani, & de tabula , num.6.
verſ.quando autem &c.& emphiteuta,quod
tenet in emphiteuſim cum aſſenſu directi
Domini alienat, & non aliter, alias amittit,
quod diſtrahit, iuxta text.in l.fin.C.de iure
emphit. vbi legitur: (minimè licere emphi-
teuſi ſine conſenſu Domini , meliorationes
ſuas vendere,vel ius emphiteuticum tranſ-
ferre) per quem textum emphiteota alie-
nando iure ſuo emphiteutico priuetur, vt
ibidem volunt Bart.Bal.Iaſ.& alij ad inſtar
feudorum,qui quando poſſeſſores ſine dire-
cti Domini aſſenſu alienant amittũt,licet in
hoc Regno per reuocationem vigore Con-
ſtitut. Conſtitutionem diuæ memoriæ recu-
perant,vt pluries diximus, & eſt notum, &
10 ſic dum † omnia dicta feuda ruſtica plana,
& alia bona ſine aliqua ſolutione non ſub-
mittuntur prædicta ratio , ſicut militat in
feudo quaternato militare debet in dictis
alijs bonis ſubmiſſis, & oneratis, nè duplici
onere grauentur:cum ſicut feudatarius ſine
Regis aſſenſu feudum alienare non poteſt,
ita etiam & ſubfeudatarius ſine conſenſu
11 Baronis , & ſicut † feudatarius alienando
ſine Regis conſenſu,feudum amittit,ita etiã
alienando ſubfeudatarius ſine Baronis con-
ſenſu,vt diximus,& ſicut feudum quaterna-
tum per lineam finitam deuoluitur ad Re-
gem,ſic etiam feudum planum ,& de tabula
ruſtica,& etiam in emphiteuſim conceſſa ad
Baronem , & directum Dominũ deuoluitur,
& quemadmodum vaſſallo mortuo , ſi eius
ſucceſſor infra annum,& diem inueſtituram
à Rege non petierit , feudum amittit, ita
etiam & ſucceſſor in feudo plano de tabu-
la,& ruſtico,& ſic vaſſallus committens fel-
loniam , per quem feudum amittere debet,
illud Regi applicatur , ita ſimiliter ſubfeu-
datario de eodem crimine Maieſtatis inqui-
ſito,illud feudum planum,quod poſſidet ap-
plicatur Baroni,vt hac,& alia a Fritia in di-
ctis differentijs habentur , & cum de Iure
Regni nulla aſſignatur differẽtia inter feu-
da quaternata,& feuda plana, & de tabula,
& nihil mutatum additum,vel correctum ,
quod non erat de iure communi , vt per-
bellè dicit Reg.de Ponte in tract. de poteſt.
Proreg.tit.de aſſenſ.Reg. §.2. num.15.& 16.
fol.mihi 294. & ſeq. ex his poſſet dici aper-
12 tè, quod † ſicut vaſſallus de feudo qua-
ternato nõ ſoluit collectas,vel alias impoſi-
tiones per prædictam rationem , ita & ſub-
feudatarius de ſubfeudo plano , & ruſtico
eas ſoluere nec debet, maximè quãdo dicta
feuda plana,& ruſtica, vel alia bona conce-
duntur,onus,quod eis imponunt, nominant
adoham,quantumuis minima ſit, cum ipſa
13 † adoha in locum perſonalis ſeruitij ſuc-
ceſſerit, dicit Iſern.in cap.Imperialẽ nu.29.
verſ.vltimo quæro quando Rex, Capye. in
inueſt.feud.§.adoha ſol.27.col 2. Fritia de
ſubfeud. auth.5.& 8. ſol.198. & in differ.19.
de feud.quatern.& de tabula nu.23.fol.245.
Prædictis ex me addo aliam rationem vi-
delicet , nonne verum , & indubitatum eſt,
quod territoria , & alia bona ſtabilia cuiuſ-
cumque ſint qualitatis , & conditionis ſunt
de corpore,& de membris principalis feudi,
Principatus, ſiue Comitatus,vel Baroniæ,&
feudi,dum in poſſe Dñi ipſorum à collectis,
& alijs impoſitionibus ſunt immunia , quia
vt vnita cũ principali feudo , Dominus ſol-
14 uit adoham pro omnibus per † diſmem-
brationem factam à Barone dando in ſub-
feudum immunitas ipſa non amittitur, cum
ſit beneficium , & priuilegium reale , quod
ſequitur rem , & ſic cum immunitate ipſa
tranſire debere, vt hoc in indiuiduo firmat
text. in l.4. §.quamquam, ff.de cenſib. ibi:
(quamquam in quibuſdam beneficia perſo-
nis data immunitatis, cũ perſona extingua-
tur; tamen cum generaliter locis , aut cum
Ciuitatibus , immunitas ſic data videtur, vt
ad poſteros trãſmittatur.) ibiq; omnes Do-
ctores ita concludunt,& Dionyſ.Gottofred.
ibidem gloſans dicit, immunitatis , & locis
aut Ciuitatibus data,perpetuę ſunt,& ad hę-
redes tranſeunt,& quoslibet ſucceſſores, &
prius firmauerat Bertacch. in ſuo tract.de
gabell.par.10. & ſic in propria materia ga-
15 bellæ,& ſolutionum,& idem eſt de † ado-
ha de toto Comitatu, ſiue de Baronia debi-
ta,quæ onus eſt reale impoſitum in conceſ-
ſione feudorum , quæ illorum innatam na-
turam capiũt ab eorum inueſtituris, ſecun-
dum latè tradita per Fritiam lib. 3. de ſub-
feud.tit.de forma idueſtit. & adeo onus rea-
le eſt , quod ſi feudatarij adohas debitas nõ
ſoluerint, Domino directo non ſolum da-
tur actio contra eos , & ſuper ipſorum feu-
dis conceſſis,ſed etiam pro adohis præteri-
tis datur actio realis ſuper eiſdem feudis
per tertios poſſeſſis, dummodo illi non ſint
conceſſionatij Regiæ Curiæ , ex dictis per
Iſern. in cap.1. §.nec eſt alia iuſtior nu.38.
quæ ſit prima cauſ.benefic.amitt. Afflict. in
deciſ.95. & Fritia in 5.author.Baron. nu.13.
vbi latè , & ex alijs contrarietate reiecta
firmat Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.4.
num.9.& ſeq.de regal.impoſit.fol.140. dum
bona ab vtili Domino data in ſubfeudum
alteri pro quauis ſumma , vel re pro ſerui-
tio

tio tranſierunt cum onere vniuerſalis ſer-
uitij à principio per directum Dominũ im-
poſiti, vel ex inueſtituris exiſtentis ſuper
toto feudo, & ſuper ſuis bonis omnibus per
quemcumque poſſeſſis,& primus Dominus
poteſt agere contra quoſcumque poſſeſſo-
res bonorum feudi conceſſi, licet à conceſ-
ſionario totius, & vniuerſi feudi, aliqua
16 † pars ſit in ſubfeudum,vel alio modo ſub-
tracta directo Domino, & natura feudi bo-
norum nõ fuit præiudicata partẽ ipſam di-
cto oneri obnoxiãm eſſe cenſetur,licet pro
parua re, vel quãtitate fuerit ſubinfeudata,
vel alias data in eis ſua antiqua natura nun-
quam mutata fuit,nec poterat,maximè per
17 clauſulam † feudi natura non mutata, quæ
in omnibus conceſſionibus, & inueſtituris
feudorum adeſſe eſt notum,& ſic ſuum ori-
ginale ſtatum mutari non potuit,nec poteſt
nec in totum,nec in partẽ, Capyc.in inueſt.
verſ.natura feudi, & ſecundum earum pri-
meuam naturam tranſierunt in poſſeſſores
quoſcumque, Intrigl.de feud.cent.2 art.87.
num.12. Afflict.in prælud.conſtit.q.25.& ex
alijs Conſil.Georg.alleg.8.num.9.in fine, &
bona ipſa ab vtili Domino tranſierunt cum
illa primeua natura, & priuilegio, & pri-
meua immunitate non ſoluendi collectas,
nec alias impoſitiones, & ſunt partes prin-
cipales feudi,vt prædiximus; non video quo
iure, nec qua ratione de eis collectæ ſolui
debent, cum in eis adſit onus adohæ, &
aliorum feudalium onerum,nè duplici one-
re grauentur,nec opitulatur partes vocaſſe
illa bona feudum ruſticum planum, de ta-
bula, de actenaſijs, & alijs diuerſis nomini-
bus, quia partes pro eorum facili negotia-
18 tione denominant,vt volunt, & † partium
aſſertiones naturam feudorum non mutãt,
ſed ipſa feudalis natura eſt attendenda, &
non partium aſſertiones,l.ſi fortè,ff.de con-
ſtit.pecun. Regens de Ponte conſ.5. num.6.
Oſaſc. deciſ.Pedemont.172.num.5.& 6. Bo-
logn.communem opinionem eſſe dicit con-
cluſ.14. verſ.inſertur 18. & ſi differũt, quod
feudum quaternatũ dicitur illud, quod te-
netur à Rege, & planũ, quod tenetur à Ba-
19 rone, † hoc nomen quaternatum dederunt
maiores noſtri in hoc Regno, quia reperi-
tur deſcriptum in quinternionibus Regiæ
Cameræ Summariæ,& non quod in iuribus
feudalibus hoc nomen ſit cognitum, vt di-
xit Fritia de ſubfeud. tit. de different. inter
feuda quaternata, & plana,& de tabula n.2.
ibi hoc tamen eſt ex vſu Regni, ac viuentiũ
more,non quod à iuris ordine procedat, &
ex approbatione Regum, & ſuorum inter-
pretatione prudentum, cum in iuribus feu-
dorum hoc nomen non habemus. Nec mi-
nus in feudalibus iuribus nomen dicti feudi
plani,& de tabula habetur, cum etiam ſit à
noſtris prædeceſſoribus inductum ex Iſern.
& Camer.firmat Conſ.Georg.in repet. feud.
cap.9.num.13.& 14. & ſi Fritia inter dicta
feuda tot ponit differentias,procedit,quia
feudum quaternatum conceditur à Rege,&
planum in ſubfeudũ à Barone, vt diximus,
20 & dum † nullus negat feudum planum non
eſſe feudum,ſed omnes firmãt eſſe verè feu-
dum cum in illo tàm quo ad ſucceſſionem,
quàm quo ad alienationem,inueſtituram,&
deuolutionem, iura communia feudorum
procedunt, non autem ius Romanorum, vt
per Affl.in cap.1.§.& quia, de his,qui feud.
dar.poſſ. Aloyſ.de Leo in l.les nu.27. C.de
legib.& bona,quæ dãtur in ſubfeudum, vel
in feudum planum de tabula ſunt feudalia,
21 & pars feudi principalis, & † ex prima in-
ueſtitura in vtilem Dominum à Rege, vel
cum eius aſſenſu trãſierunt in feudum qua-
ternatum,& omnia in quinternionibus Re-
giæ Cameræ cum principali feudo,& ipſorũ
inueſtitura,& conceſſione prima cum clau-
ſulis,omiſſis alijs,cum domibus vineis, teni-
mentis territorijs,cultis,& in cultis, nemo-
ribus bonis alijs, quæ ſubinfeudari præten-
duntur,ſunt regiſtrata, abſque dubio feudũ
quaternatum ſunt, ſecundum Iſern. in c.1.
de controuerſ. feud. apud par.term. num.9.
Camer.in cap.Imperialem fol.69. lit. A. de
prohib feud.alien.per Feder. Reg.de Ponte
conſ.31.num.15. cum feudum quaternatum
ſint de eis collectæ, & impoſitiones vltra
ſua feudalia onera ſolui non debent, vt fun-
dauimus ſupra hac Diluuidatione nu.1.& 2.
22 & ſi num.3. ex alijs dicimus de † feudo ru-
ſtico plano, & de tabula collectas ſolui de-
bere poſſet eſſe, ſi vtilis Dominus cum Re-
gio aſſenſu, ita expreſſis verbis ſubinfeuda-
ret,& Rex ita conſenſerit,& ita eſt intelli-
gendus Iſern in cap.1. de eo,qui interf.frat.
dom. ſui, & alibi per Frit. lib.2. de ſubfeud.
author.19. num.1. & alij dicentes Barones
poſſe concedere res ſuæ Baroniæ excaden-
tiales, ſteriles, incerta parte fructuum, ſci-
licet cum Regio aſſenſu,& verbis prædictis,
& alijs naturã primeuam feudi immutare
volentis debet exprimere, vt idem Fritia
de ſubfeud. q.37.in princ. & neceſſe eſt ex-
primi per Regem, quid contra feudi natu-
ram innouari vult, vt per Reg. de Ponte
ex multis alijs firmat in ſuo conſ. 3. nu 83.
natura bonorum omnium Baroniæ,& feudi
cuiuſcumque conditionis, & qualitatis ſint,
ſunt feudũ quaternatũ, cum omnia in quin-
ternionibus Regiæ Cameræ Summariæ re-
giſtrata

giſtrata ſint eius natura primeua immutari
non poteſt, & ſine Regis aſſenſu, vt prædi-
ctum eſt ſpecificè conſentientis, alias nihil
23 agitur, cum † vtilis Dominus partem illã
feudi principalis ſubinfeudare poteſt, ex
Iſern.in cap.1.de cap.Corrad.num.32. Reg.
Lanar. conſ..91.nu.4. maximè quando feu-
dum tenetur in capite in Regia Curia, &
quaternatũ ſine Regio aſſenſu nihil diſpo-
ni,nec immutari poteſt,& omnes cõtractus,
& immutationes de toto, vel de quauis mi-
nima parte feudi ſine Regis aſſenſu ſunt
adeo nullæ,quod ex eis nec confeſſio indu-
citur,Afflict.in Conſt.Diuæ memoriæ nu.4.
notab.22.Reg.de Ponte conſ.36.num.3. Ca-
24 pyc.in inueſt. §.natura feudi, † feudatarius
feudalia bona alia lege,qua ipſe habet,dare
non poteſt,per text.in cap.1.§.præterea,vbi
Iſern.& Scrib.de lege Corrad. Petr.de Gre-
gor.par.3.q.2.num.10.de conceſſ.feud Curt.
in tract.feud. par.2.nu.42. & ſeq. vbi multa
ad hoc Afflict.pulchrè in Conſtit.Poſt mor-
tem, num.5. & ſic in feudum quaternatum
eiuſdem primeuæ naturæ, & ſi in ſubinfeu-
25 datione adeſſent aliquæ † clauſulæ alteran-
tes naturam primeuam feudi,ad conceſſionẽ
primeuam eſſent reducendæ, vt pluries ita
obtinuiſſe firmat Fritia de ſubfeud.lib.3.n.3.
circa medium, & dum in prima conceſſione
feudum principale totum cum tenimentis
territorijs planis,cultis,incultis nemoribus,
& alijs fuerũt data in feudum quaternatum,
& omnia in quinterniunibus Regiæ Cameræ
regiſtrata ſint,vt in dicta prima conceſſione
actum fuit,idem in ſubfeudatione totius,vel
partiũ feudi ſeruari debet, Bal. in conſ.377.
incip.quando conſtat,lib.2.Affl.in deciſ.396.
& alij quos ponit Reg.de Curte in 1.par.ſui
diuerſ.feud.in cap.incip.tenor,in conſtit. nu.
71.fol.37.ater.excadentiæ territoria incul-
ta,& alia,quæ in ſubfeudum dari prætẽdun-
tur, cum feudo principali ſunt in quinter-
nionibus regiſtrata,vt prędiximus,ſi per vti-
lem Dominum totum feudum,vel pars ali-
qua,vt ipſę excadentiæ tenimenta, & terri-
toria ipſius ſubinfeudãtur alteri in feudum
quaternatum, vt penès ipſum ſubinfeudan-
tem erant,ſubinfeudata cenſetur; ex cumu-
latis per Intrigliol.in centur.feud.2. art.78.
num.12. & eo modo, & forma, prout apud
dictum primum vtilem Dominũ erant; nec
alia lege qua ipſe habebat,nec in totum,nec
in partem dare poteſt, & maximè ſine Re-
26 gio aſſenſu cum † cuiuſcumque feudi, &
eius partis ſubinfeudatio, & alienatio omni
jure ſine directi Domini aſſenſu ſit prohibi-
ta, ex multis per me dictis in conſ. meo 3.
num.1. & ſeq. & alibi in hoc Theatro, &
etiam feuda plana alienarĩ prohibẽtur,quo-
cumque alienationis titulo inter viuos, &
in vltima voluntate in totum, vel in partẽ,
dicunt verba Conſt.Regni Hac edictali,quæ
loquitur de feudis planis, vt per columnas
diſcutiendo firmat Camer. in d. cap. Impe-
27 rialem fol.40.lit.A.& ſeq. & in † ſubfeudis
erigendis, & alienandis, requiritur aſſenſus
prioris Domini, ſcilicet Regis,vt dicit gloſ.
in d.cap.Imperialem, §.illud,verſ.requiſitus
de prohib.feud.alien.per Federic.latè firmat
Iacobin. de feud. tit. & cum pacto de non
alienando,num.22.dicit,quod hęc opinio eſt
magis communis, & in iudicando non eſſet
tutum ab ea recedere, Cagnol. in l.conſilij
§.ſocij mei,nu.9.ff.de regul.iur.Zaſ.de feud.
par.9.verſ.ſed occurrit, & dixi in dicto meo
conſ.3.num.2. & bona, quæ in ſubfeudum
dantur,ſunt pars Baroniæ,& feudi principa-
lis,quæ cum eadem natura in ſubfeudatariũ
cum Regio aſſenſu tranſeunt, & Rex aſſen-
tiendo dat, Iſern.in cap.1.num.10. de pace
iuram. firm. ibi (per quod dare videtur) &
Camer.in cap.Imperialem, de prohib.feud.
alien.per Feder.& ex alijs Conſ.Georg.alle-
gat.28.num.29.30.31.& 32.perbellè diſtin-
guendo dicit,quod Rex aſſentiẽdo facit duo
vnum reſpectu diſponentis, tollendo obſta-
culum, & aliud concedendo, quia ipſe Rex
dat,& recipiens,inueſtitur,& à Rege recipit
per Lobuenire, ff.de verb.ſignif.ex Iſern.in
§.ſi clientulus, & ex alijs Georg. ibi firmat,
& ſi bona,quę in ſubfeudũ dantur,ſunt pars
feudi diuiſi, illa pars dicitur feudum de per
ſe, ſicut feudi diuiſi, ex permiſſu legis quę-
libet pars eſt feudum de per ſe,Iſern.in c.1.
§.hoc quoque, nu.5. de ſucceſſ.feud. vbi ad-
dens,& in Conſtit.honorem, ibi non obſtat,
quia pars feudi,feudum eſt, Afflict.deciſ.48.
num.4 & deciſ.154.num.1.circa finem,& ex
alijs idem Georg.in d.allegat.8. num.27. ibi
facta &c.quod intellige, quãdo cum Regio
aſſenſu ſingulæ partes ſeparatæ in ſubfeu-
dum,vel alias ſint conceſſę,vt diximus,quia
Rex diuidit vnum in multis, & de vno feu-
do facit plura,& plura reducit in vnum,l.1.
C.de metrop. Berit. lib.10. Reg.de Ponte
conſ. 57. num.8. & ſicut Papa Epiſcopatus
diuidit,& vnit,ita Imperator in Imperio,&
Rex in Regno Prouincias,& loca diuidit,&
conſtituit,dicit gloſ.in cap.1.10.diſtinct.quã
dicit notabilem Laudenſ. in tract.de primo-
gen. num. 299. & refert Fritia de ſubfeud.
lib.2.quis dicatur Comes, num.34. fol.107.
dum dicta bona ſint in feudum quaternatũ
de per ſe, & in ſubfeudum data,vt eſt dictũ,
& ſubfeudatarius Baronis tenens dicta bo-
na,quæ feudum quaternatum ſunt,vaſſallus
Regis,

Digitized by Google

Regis eſt, ex Conſt.poſt mortẽ,& Iſer.in c.1.
de contr.feud.Frit.lib.1.de ſubfeud. c.incip.
fuit dubitatum &c. nu.12.fol.17. & quando
28 † Rex ſubinfeudationi, & dationi ipſorum
bonorum conſentit ſecundum primam na-
turam in prima conceſſione aſſentijſſe vide-
tur DD.in cap.1.§.præterea,quæ ſit inueſt.
Affl.in prælud.conſt.q.25. & ex alijs firmat
Conſ.Georg.alleg.8.nu.9.in fine,& eo maxi-
mè ſi in aſſenſu directi Domini adſunt clau-
ſulæ ſolitæ in Cancellaria ex forma in pri-
uilegio apponi videlicet, quo ad expreſſa
tantum feudi natura in aliquo non mutata,
& iuribus Curiæ ſemper ſaluis, vt teſtatur
Frittia de ſubfeud.lib.2.q.6.num.3.natura
ipſius feudi, quæ erat penès vtilem Domi-
num in toto feudo,& ſic in illa parte ſubin-
28 feudata † in recipientẽ tranſiuit,& remãſit,
ſiue natura illa ſit inſita à lege, ſiue ab ho-
mine, vt in ſpecie tradit Frit.d.lib.2.auth.1.
q.1.incip.ſupereſt modo.nu.10.& inueſtitu-
ra,& conceſſio prima per quemlibet poſſi-
dentem alterari, & mutari non poteſt nec
in totum, nec in partẽ bonorum in ea con-
tentorum,& ſi aliqua alteratio,vel mutatio
in dando in ſubfeudum ruſticum,vel planũ,
& de tabula, vel aliter contra primeuam
ſuam naturam feudi quaternati adeſſet,nul-
la eſt habẽda ratio, Iſer.in c.1.per quos fiat
inueſtit. vbi omnes feudiſtæ Dec. conſ.193.
Theſaur.dec.227.nu.7.Conſ.Rouit.conſ.12.
nu.19.lib.1.& ex his noſtra Dilucidatio ſatis
reſoluta remanet, quod de dictis bonis in
ſubfeudum,vel alias conceſſis, & detemptis
collectæ,& impoſitiones ſolui nõ debẽt,vl-
tra quæ ex feudali natura tenentur, nè du-
plici onere grauentur.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XCIII.

THEMA.

Vaſſallus de feudo,ſubfeudo, & eorum bonis in totum, & in partẽ ſine Regis aſſenſu non diſponit, & omnis diſpoſitio aliter facta eſt nulla,& bona non transferuntur.

SVMMARIVM.

1 *Feudi, ſubfeudi, & rei feudalis diſpoſitio ſine Regio aßenſu eſt nulla.*

2 *Feudalia ſine Regio aßenſu alienata non transferuntur.*

3 *Feudi res particularis ſine aſſenſu alienato nullo tempore præſcribitur.*

4 *Feuda minimè à maioribus non differunt, & eiſdem regulis ſubijciuntur, & non differunt, ſi tenentur à Rege, vel à Barone.*

5 *Feuda deriuant à capite, ideſt Rege omnium feudorum Domino, & ipſius patrimonium ſunt.*

6 *Adobamenta, ſubuentiones, & ſeruitia perſonalia feudatariorum, & ſubfeudatariorum Regia authoritas ſubſtinetur, & publica vtilitas.*

7 *Feudi, & ſubfeudi res particularis non diuiditur niſi cum licẽtia Regis, & Baronis.*

8 *Rex vnum diuidit in plures, & è contra.*

9 *Feudi corpora ſunt indiuidua in hoc Regno, in quo Francorum Iure viuitur, & corpora non ſeruiunt, ſed feudatarij, & ſubfeudatarij.*

10 *Fundus vectigalis non diuiditur, nè præſtatio confundatur, & partes feudi, ſiue ſubfeudi vnicum faciunt feudum.*

11 *Feudum licet habeat diuerſa corpora, tamen eſt Vniuerſitas facti.*

12 *Feudi vna eſt conceſſio, vnum feudum, vnum dominium vale, & vna naturalis poſſeſſio.*

13 *Subinfeudatione facta apud primum vaſſallum remant ſolum quædam reliquiæ vtilis dominij parui momenti, quæ non attenduntur, ſed directum penès Regem.*

14 *Afflicti opinio in aliorum in alienatione ſubfeudi ſufficere aſſensũ ſolius Baronis reijcitur, & requiritur aßẽſus vtriuſq;.*

15 *Feudatarius feudatarij debet requirere aſſenſum prioris Domini, ſcilicet Regis.*

1 PLuries diximus † vaſſallum rem feuda-
lem ſine Regis, vel directi Domini aſ-
ſenſu alienare non poſſe,& ſi quid diſtrahi-
tur, diſtractio eſt nulla per Conſtit. Conſti-
tutionem diuæ memoriæ, cap. Imperialem,
de prohib.feud alien.per Lothar.& ex alijs
2 in meo conſ.3.nu.35.ipſaq; † bona maximè
ita diuiſa non transferuntur, Iſern. in cap.
Imperialem,de prohib. feud. alien. per Fe-
deric.in §.præterea Ducatus, nu.36. ibique
3 Camer.fol.106. propè lit.E. & ſi † res par-
ticularis alienatur,nullo tempore præſcri-
bitur,

bitur,per d.Conſtit.Diuæ memoriæ,§.cæte-
rum, Luc. de Penna in l. 2. C. de omni agro
deſert.nu.9.Afflict.deciſ.154.nu 4.Camerar.
d.loco fol.21.lit.M.& ſeq. latiſſimè firmat,
feuda. & ſubfeuda diuidi prohibentur, cum
4 † feuda minima à maioribus non differunt,
& eiſdem regulis ſubijciuntur,cap.1.§.fin de
his,qui feud.dar.poſſ.c.1.de feud.dat.minim.
valuaſſoribus, & eorũ equata eſt conditio,
nec differunt,teneantur à Rege.vel à Baro-
ne, nec dubitatur, quia Baroni conceſſum
5 eſt,cum † deriuant à ſuo capite,& ſic à Re-
ge omnium feudorum Domino. quæ de pu-
blico ſunt,& feuda patrimonium Regis ſint,
6 & per ſubuẽtiones † adoha,& ſeruitia per-
ſonalia feudatariorũ Regia authoritas ſub-
ſtinetur,& Regni publica vtilitas, in expul-
ſione hoſtium, & vt Regi ſubditi in pace
fruantur,& iuſtitiæ vigor.ſit omnibus æqua-
lis, vt per Fritiam de ſubfeud. lib.1. in cap.
incip.fuit dubitatum in parlamento, nu.7.&
ſeq. fol.18. & res particularis feudi, vt do-
mus, vinea, territorium, aut alia bona, quæ
feudum,vel ſubfeudum diuidunt, Baro, &
qui vis feudatarius,vel ſubfeudatarius diui-
dere non poteſt,niſi cum expreſſa ſcientia
Domini Regis, Baronis, & primi Domini
feudi directi,vt ex alijs firmat Reg.de Pon-
te de mente Iſern. Capyc. & Camerar. in
eius conſ.3. nu.4.& in diſpoſitione rei par-
ticularis feudi omnino Regius requiritur aſ-
8 ſenſus, etiam quia † Rex vnum diuidit in
plures,& è contra l.1. C.de Metrop. Berit.
lib.11.Reg.de Ponte conſ.57.num.8.& alibi
9 diximus,& † omnia corpora feudi, & ſub-
feudi ſunt indiuidua,maximè in hoc Regno
in quo Francorũ iure viuitur, & ad primo-
genitum feuda vnita ſpectant,& ſine Regis
particulari licentia diuidi non poſſunt, vt
in dicto meo conſ.3.num.5.& 6. diximus, &
omnia corpora feudi, & ſubfeudi ſunt indi-
uidua, etiam quia ipſa corpora non ſeruiũt,
ſed ipſi feudatarij quibus dantur feuda, &
ſubfeuda,vt ſeruiant, cap 1.§.fin.ex quibus
cauſ.feud.amitt.Bald.in prælud.feud.num.8.
Paris de Puteo de reintegr.feud.in prohem.
10 nu.12.ex quo nec diuidi poſſunt.ſicut † fun-
dus vectigalis diuidi nõ debet,nè ipſius pre-
ſtatio confundatur,per l.1.C.commun.diuid.
Paris de Puteo d.loco, cap.incip. diuiſio rei
emphiteuticæ, num.6.fol.25.& licet ſubfeu-
dum dicatur pars feudi dominãtis, pars illa
non dicitur ex toto ab eo ſeparata, vt ex
alijs per me in d.meo conſ.3.num.31.& 32.
& partes feudi,ſiue ſubfeudi ſimul vnitæ in-
11 tegrum feudum conſtituunt; † vt ex alijs
in d.meo conſ.num.28.& ſi feudum conſtat
ex pluribus,& habet diuerſa corpora, & di-
uerſa territoria, l. pupillorum, §. territo-
rium, ff.de verb.oblig. tamen eſt Vniuerſi-
tas facti, Iſern.in cap.1.quid ſit inueſt.nu.5.
Camerar.in d.cap.Imperialem,fol.29.lit.A.
12 & ſeq. † vna eſt enim feudi cõceſſio,vnum
feudum, ſcilicet Vniuerſitatis quamuis ha-
beat plura corpora, arg.l.grege, ff.de leg.2.
l.ſcire debemus, ff.de verb.oblig §.ſtipula-
tionum,l.cum eiuſdem, ff.de edilit.edict.l.in
comodato, §.duobus comodat.l.quod ſępè,
§.in his,& §. igitur ſi grex, de contrahend.
empt. & vnum eſt dominium vtile,& vna
naturalis poſſeſſio Vniuerſitatis eiuſdem,
non autem ſicut plura corpora ſunt plura
dominia vtilia, nec plures poſſeſſiones, vt
per gloſ. in prohem. conſtit.Regni col.8. &
13 † apud vaſſallum poſt factam infeudationẽ
non rement, neque directum, neque vtile
dominiũ, ſed ſolummodo quædam reliquiæ
vtilis dominij, quæ tanquam modici mo-
menti, non attenduntur, ſed attenditur
prima, & potior cauſa, quæ eſt dominium
directum remanſum penès Regem primum
Dominum, vt per Clarum in §.feud. q. 32.
verſ.in propoſito, ex multis firmat, quini-
14 mo licet † Afflict. & aliqui alij teneant in
alienatione feudi plani, & de tabula, aſſen-
ſum Baronis ſufficere; dico, quod requiri-
tur etiam Regis aſſenſus, & non eſt rece-
dendum ab opinione Iſern. in d. cap. Impe-
rialem, num.9. ibi (conſenſus vtriuſque eſt
neceſſarius) vbi add.lit.L. & latius num.63.
ibi (nam vterque debet cõſentire) Camer.
in d.cap.Imperialem,lit.Q. & latius fol.73.
lit.C hoc etiam tenet Summiſtæ quia agitur
de intereſſe vtriuſque, argum.l.fin.C.de au-
thor. præſtan. cap. ad hoc, in fine, de offic.
Archidiac.& alij, per gloſ.ibi lit.C. alias ſo-
lus Baro concedendo facilius poſſet Baro-
niam diminuere in præiudicium Regis, &
ſic aſſenſus Regis, & Baronis requiritur ad
hoc dixit Bal. in l.ſi permittente, C.ad Ma-
15 cedon. quod † feudatarius feudatarij debet
requirere aſſenſum prioris Domini, ſcilicet
Regis, quia penès eum eſt ius principale,
ſecundum Gulielm.de Cun. & pro hoc facit
cap.Papæ Honorij incip. ſi contingat, quod
eſt pro deciſione articuli, quod aſſenſus
vtriuſque requiratur, & ſolius Baronis ſub-
infeudantis non ſufficere, alias omnis diſpo-
ſitio ſine vtriuſque aſſenſu facta eſt nulla,
vt prædiximus, & alibi.

PARTIS

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio XCIV.

THEMA.

Feudum & ſi diuidi, prohibitũ eſt, tamen diuiditur expreſsè, & tacitè, & quomodo, & quando, & quod in vtroque Regno Siciliæ Francorũ Iure viuitur, & ad primogenitum feuda ſpectat, & de feudo ſeparato cũ Regio aſſenſu ab alio feudo, quod ſit feudũ de per ſe, & feudum quaternatum non inconuenit eſſe in Terra Baronis.

SVMMARIVM.

1 *FEudi diuiſio à Comitatu dupliciter fit.*
2 *Feudi diuiſio quãdo licet expreſsè, vel tacitè fieri, & nu.3. & 6.*
4 *Tempus annorum triginta rei conditionem mutant, præſumitur inueſtitura, & vaſſallagium acquiritur.*
5 *Feudi alienationis aſſenſus ſpecialis requiritur.*
7 *Feudi tacita diuiſio de æquitate, non de rigore procedit.*
8 *Francorum iure feuda reguntur in vtroque Regno Siciliæ.*
9 *Feudum ſemel cum Regio aſſenſu diuiſũ, eſt feudum de per ſe, ſicut feudum diuiſũ permiſſu legis.*
10 *Feudum diuiſum ſine Regis aſſenſu vniri non poteſt.*
11 *Feudum perueniens ad feudatarium reſpectu alterius feudi vti ad alium cenſetur, & vicem duarum perſonarum præſentat.*
12 *Baro repræſentaret ſuam Baroniam, & alium ſuum feudum habet.*
13 *Comitatus, & Baroniæ nomine, quod geritur alio feudo non præiudicat.*
14 *Comitatus conceſſio cum iuribus, & pertinentijs, feudis per alios tunc poſſeſſis nõ præiudicat.*
15 *Feuda plura ad vnum peruenta, non proinde eorum iura confunduntur.*
16 *Feudum quaternatum non inconuenit in Terra Baronis eſſe.*
17 *Feudum, & bona in Terra Baronis tenens, non iurat Baroni, ſed Regi.*
18 *Feudum, ſiue caſtrum à Ciuitate ſeparatum, cenſetur in eo omnis iuriſdictio tranſlata.*

ET ſi vaſſalli feudum nõ diuidere tenen-
1 tur, & indiuiſum ſeruare tamen † feudi,
vel ſubfeudi diuiſio duobus poteſt fieri modis: expreſsè ſcilicet, & tacitè, iuxta tradita per Alexand. conſ.26. lib.5. expreſsè, vt
2 † quando Comes feudũ cum Comitatu vni-
3 cum alicui vendidit, vel conceſſit, & † Rex
conſentijt tacitè, quando de aliquo feudo à Comitatu, cui erat vnitum, ſeparatè per triginta annos ſeruitium præſtatur, quia tanti
4 temporis ſpatio † rei conditio mutatur, l.
eum qui, C.de fund.rei priuatæ lib.11. præſumitur inueſtitura, & vaſſallagium acquiritur, ſecundum Iſern. in cap.1. §.ſi quis per triginta annos, ſi de feud.defunct.milit.controu.fuer. quæ iure communi feudorum procedere opinor; nam expreſsè prouiſũ
5 videmus contrarium † per Conſtit. Conſti-
tutionem diuæ memoriæ, qua cauetur, quod in qualibet feudi alienatione, vel diminutione, ſpecialis regis requiritur aſsẽſus, ibi (niſi de ſpeciali noſtræ celſitudinis licentia confirmetur, etiam ſtante Regia Pragmatica nouem capitum, per quam etiam pro Regi diuiſionibus feudorum vetitum eſt aſſentire, & licet Afflict. in d. §. ſi quis per triginta, & Io.Vinc. de Anna in cap.1.num.449 de vaſſall.decrep.ætat. teneant, quod talis deciſio non procedat contra Fiſcum, ſed cõtra pri-
6 uatum; † hoc tamen intelligas quando Do-
minus eſt præſens, & ſcienter ſeruitium diuiſum recipit pro quota parte feudi per annos triginta, quia per receptionem ſeruitij videtur conſentire., iuxta tradita per Affl. in deciſ.267. per Conſtit. Conſuetudinem
7 prauam, §. cęterum col.4. † & hoc potius
procedere videtur de ęquitate, quam de rigore, ſtante dicta Conſtit. Conſtitutionem
8 diuæ memoriæ, † maximè in hoc Regno, in
quo Francorum Iure viuitur, & ad vnum tantum feuda pertinent per cap. cõſiderantes, & cap. Imperialẽ, §. præterea Ducatus, de prohib.feud.alien. per Federic. vbi Iſern. nu.38. circa finem, Præſid. de Franch. deciſ.4. num.6. Regens de Ponte conſ.3.num.46. & ſeq. Cum. in cap. ſi aliquẽ, fol.271. verſ. reiectis contrarijs, dicit, quod nè dum in Regno Siciliæ vltra Pharum, ſed etiam in hoc citra Pharum, Francorum Iure viuitur, & omnia feuda verè indiuidua ſunt per d.Conſt. diuæ memorię, & cap. conſiderantes, & vtrobique Doctores, vt eleganter dicit Reg. de Ponte

de mente Iſern.Capyc.Camerar.& aliorum in d.ſuo conſ.3.nu.32.& ſeq.& alibi,& bene
9 verum eſt, † quod feudum ſemel à Comitatu, vel à Ciuitate diuiſum cum Regio aſſenſu,& voluntate feudatarij, dicitur feudum de per ſe.principaliter in regijs quinternionibus deſcriptum, & recognoſcitur immediatè,& in capite à Regia Curia, quemadmodum feudi diuiſi ex permiſſu legis, quælibet pars dicitur integrum feudum de per ſe, Iſern.in cap.hoc quoque, num.1.de ſucceſſ. feud. Affli&.in cap.item ſi fuerint, num.30. quib.mod.feud.amitt. Capyc.in rub.feud.di-
10 uiſ.verſ.vndecimo ſciendum,& iterũ † vniri non poteſt, niſi noua Regis voluntate accedente, vt comprobat Reg. Lanar.conſ.95
11 num.4.& licet poſtea ad Ciuitatem, vel ad Comitatum redierit nõ vt ad Comitem, ſed vt ad alium, & vices duarum perſonarum Comes ipſe repreſentat, argum. l.ſi conſul, & l.ſi pater, §.qui duos, ff.de adopt. Iſern.in
12 cap.1. col.2. qui ſucceſſ.ten. † repreſentat Comes ſuum Comitatum, & ſuum feudum, ſecundum gloſ. in Conſtit. Conſuetudinem, verſ.his, circa medium lib.3. & quod nomi-
13 ne † Comitatus, ſiue Baroniæ gerit, non præiudicat ad aliud feudum, quod etiã principaliter repreſentat, argum. l. Polla, C. de his, quib. vt indig. l.cum quædam, C. de adminiſtr.tutor.cum teneat alia feuda, alio titulo particulari, ſicut alius, & non vt Comes, ſiue Baro, in ſimili Rex ſuccedens in Comitatu per excadentiam, ſiue aliter illum tenet, vt Comes, & non vt Rex, niſi ipſe, qui poteſt, aliter declararet, aut incorporaret, Iſern. in Conſtit. Dignum, col. 2. lib.3.vbi Affli&. num.130. & conceſſio ſubfeudi facta alteri ſuberit nouo Comiti, non Regi, Affli&.in prælud.conſtit q.25. Frit.de
14 ſubfeud.lib.2.q.50.num.5. & † licet Comitatus fuerit conceſſus cum iuribus,& pertinentijs omnibus, non intelligitur de feudis, quæ ſeparatũ tunc temporis per alios poſſidebantur, ſed de iuribus ſpectantibus ad Comitatum, Iſern.in cap.1.num.1.vbi Affli&. num.29. quid ſit inueſtit. nec proinde
15 † iura vnius feudi, cum iuribus alterius feudi confunduntur, ex eo quod ad eundem Dominum peruenerũt, tum quia illud procedit in his, quæ acceſſoriè veniunt, vt ſeruitus, iuxta text. in l.ſi quis ædes, ff.de ſeruit.vrban.præd. & patet ex prædictis, tum maximè, quia eadẽ duo iura, quæ vni competunt, iudicantur, ac ſi pluribus competerent; vt per Alex. in l.in ratione, §. quod vulgo, num.10.ff.ad l.falcid.allegat text.in l.tutorem, ff.de his quib.vt indig.ibi diſcreta ſunt enim iura, quamuis plura ad eandem
16 perſonam deuenerint, nec inconuenit † quod in Terra Baronis, ſeù Comitis adſit feudum quaternatum ſpectantem ad collationem Regiam, Iſern.in cap.1. col.3.nu.9. de con-
17 trou.feud.apud par.term. † quinimmò tenens bona in Terra Baronis à Rege, non iurat Baroni fidelitatem, Affli&.ibid.nu.50. ſed nè punctualitatem differamus caſum in terminis decidit Caſtrenſ. in l.ſi fundum, la prima, §.fundum, num 6.de leg 1. air enim, quod locus exemptus à totalitate fundi, quando feuda fuiſſent de Comitatu, ſiue Baronia, ſunt feuda de per ſe, & non comprehenditur vlterius in totalitate, inferens
18 proinde, † quod ſeparato Caſtro à Ciuitate, in illud omnis iuriſdictio tranſlata cenſetur; nam quando conſtat fuiſſe poſſeſſum ſine iſtis feudis particularibus, pro quibus ſoluitur,& releuium ſeparatim à Comitatu, & ſeparatim in quinternionibus eſt ſcriptũ, & Comes, aut Baro ea tanquam ſeparata, & de per ſe habebat ſine Regis particulari aſſenſu, vniri non poteſt, vt diximus in meo conſ.34. in fin. & hic vt prædictum eſt.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio X C V.

THEMA.

Contractus omnes diſpoſitionis feudorum, ſubfeudorum,& rerum particularium ipſorũ prohibentur, & ſunt nulli, & de Iure Regni nec in ſubfeudum dari poſſunt,& de Iure communi feudorum ſubinfeudatio cum tribus requiſitis fieri dicitur,& ſi fit in ſubfeudatarium, vel alium, cui dantur, tranſeũt cum conditionibus, qualitatibus, & natura, vt apud dantem erat, & conceſſa fuerant,& nõ aliter. communis.

SVMMARIVM.

1 *SVbinfeudatio de iure communi feudorum fieri verior ſententia eſt.*
2 *Feudi, & ſubfeudi, & eius partis diſpoſitio ſine aſſenſu eſt nulla, & nu.4.& 5.*

3 *Feuda*

5 *Feuda non differunt, teneantur à Rege, vel Barone.*

6 *Ex contractu nullo, nulla oritur actio, bona non transferuntur, nec ius in re.*

7 *Subinfeudatio cum tribus requiſitis Fiſci.*

8 *Requiſitum primum in ſubinfeudatione eſt, vt fiat ſincerè, & ſine fraude.*

9 *Requiſitum ſecundũ eſt: vt fiat alteri eiuſdem qualitatis, & meritis tenentis feudũ.*

10 *Requiſitum tertium eſt, vt ſubinfeudatio fiat, & detur cum eiſdem legibus, & vt ſubinfeudans tenebat, & ei conceſſum feudum fuerit.*

11 *Subfeudum deriuat à feudo principali, & ſub modo, & forma quo ad ſucceſſionem, & ad alia feudatario conceſſum fuerat feudum, & non aliter.*

ET ſi omnis diſpoſitio feudi ſit prohibi-
1 ta, vt alias diximus, tamen † ſubinfeu-
datio, ideſt aliquod feudum, vel re feudali
in ſubfeudum alteri dari ſine directi Domi-
ni aſſenſu prohibitum non eſſe, ſed permiſ-
ſum verior ſententia eſt, vt in cap. beneficiũ,
ibique gloſ. Beluiſ. Iſer. Aluarot. & Præpoſ.
Petr Rauen. Afflict. num. 1. & 2. & alij longa
ſerie adducti per Roſental. de feud cap. 9.
concluſ. 43. lit. A. qui loquuntur, & de com-
muni teſtantur opinionem quam de iure
communi feudorum aliqui dicere poſſunt,
2 cum ſtantibus † iuribus Regni Siciliæ citra,
& vltra Pharum, eorum opiniones ſubſiſtere
non videntur; vt omnis diſpoſitio feudi, &
ſubfeudi in totum, vel in partem, aut de ali-
qua particulari re ſine Regis, vel directi
Domini aſſẽſu prohibita ſit, & facta eſt ipſo
iure nulla, cap. 1. de prohib. feud. alien. per
Lothar cap. 1. circa finem, de prohib. feud.
alien. per Federic. cap. 1. ſſ. 1. de vaſſall. qui
contra Conſtit. Lothar. feud. alien. cap. quæ
in Eccleſiarum, extra de conſtit Specul. in
tit. de feud. ſſ. quoniam, vbi Io. Andr. & per
Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ, ibi:
(omnes alienationes, ſeù quoſcumque con-
tractus ſuper feudis, & rebus feudalibus mi-
nuendis nullam omnino firmitatem habe-
re, niſi de ſpeciali noſtra licentia confirma-
tur.) quæ Conſtitutio cum generaliter lo-
quatur, generaliter eſt intelligenda de om-
3 nibus feudis, & ſubfeudis, cum † non diffe-
rat feuda teneantur à Rege, vel à Barone,
& etiam quod ſit Baroni conceſſum, nihil
operatur, cum deriuat à Rege ſuo capite, &
feudorũ omnium Domino, vt alibi diximus,
4 & dum prohibet † contractus quoſcumque
ſubinfeudatio, quæ ſine contractu non fit,
prohibita eſt; & hoc, nè feuda diſmembra-
rentur, nec per ſubinfeudationem, & diſmẽ-
bratur dum penès alium quã cui Rex con-
ceſſi transfertur, & Carolus Quintus Impe-
rator, & huius Regni Rex fœlicis recorda-
tionis, non contentus de tantis Iuribus, diui-
ſionem, & diſmembrationem prohibentibus
per particularem ſanctionem nouem capi-
tum, quæ eſt Pragmatica quinta, in tit. de
feudis de anno 1531. ordinauit, quod Prore-
ges diuiſionibus, & diſmembrationibus feu-
dorum non aſſentirent, ſed ſibi ſoli reſerua-
5 uit, & dum † omnis cõtractus diſpoſitionis
feudi, ſubfeudi, vel alicuius eorũ partis ſine
6 Regio aſſenſu eſt nullus, & ex † eo nõ ori-
tur nec ciuilis, nec naturalis actio, nec diſpo-
ſitio, l. ſi non ſortem, in 2. reſponſ. de condit.
indeb. vbi notat Bart. nu. 2. ibi in 2. reſponſ.
d. l non dubium, C. de legib. vbi DD. Roman.
conſ. 437. num. 4. & nullum ius in re feudali
cõſtituitur, cap. 1. de ſucceſſ. feud. vbi Iſern.
& DD. Reg. de Ponte conſ. 36. num. 41. nec
momento ius in re conſtitui dixit Camerar.
in d. cap Imperialem, fol. 18. lit. G. & ſi ex
prædictis videtur ſubinfeudationem maxi-
mè in Regno vtriuſque Siciliæ eſſe prohibi-
7 tam, tamen traditur † tribus modis fieri
poſſe, vt in cap 1. in princ. qualit. olim &c.
cap. beneficiũ, ſi de feud. defunct. milit. con-
trouerſ. fuer. cap. 1. ſſ. ſimiliter, de cap. Cor-
rad. cap. Imperialem, ſſ. callidis, de prohib.
feud. alien. per Federic. gloſ. elegans, & com-
muniter approbata ad rubr. de alien. feud.
patern. alias in d. ſſ. præterea, de cap. Cor-
rad, vbi DD. Aluarot. num. 3. Afflict. num. 5.
qui duo requiſita ait requiri nu. 1. (vt equa-
li, vel meliori, & bona fide ſint.) Beluiſ. in
d. ſſ. ſimiliter, Iſern. num. 11. Camerar. in d.
cap. Imperialem, fol. 37. Tho. de Marin. tit. 2.
nu. 13. verſ. antequam progrediamur, Vul-
teius de feud. cap. 10. num. 81. lib. 1. Roſental.
feud. cap. 9. concluſ. 43. in gloſ. lit. D. ex alijs
multis, & requiſita ſunt videlicet.

8 Primum † requiſitũ eſt, vt vaſſallus ſin-
cerè (nè fortè ſub colore, aut ratione ſub-
infeudationis temere celebretur, & ſubſit
alius contractus venditionis fortè aut ſi-
milis) hoc faciat, nec fraus alia lateat, cap. 1.
ſſ. ſed & res, per quos fiat inueſt. cap. 1. ſſ. ſin
vero, qualit. olim pot. d. ſſ. callidis, de pro-
hib. feud. alien. per Feder. d. cap. beneficium,
ſi de feud. defunct. milit. controu. fuer. & di-
ctis locis Interpretes omnes ſine contro-
uerſia Ardizzon. tit quib. mod. feud. acquir.
rub. 9. num. 15. & hoc requiſitum tam latè
patere dicit Piſtor. q. 44. num. 4. in fin. vt duo
alia comprehendat, vt ſi ea obſeruata non
fuerint, ſubinfeudatio in fraudem ſuſcepta
eſſe dicatur, latè Vulteius d. cap. 10. num. 81.
lib. 1. & Roſent. d. loco in gloſ. lit. C.

9 Secundum requiſitum eſt, vt ſubinfeudatio fiat alteri, qui eiuſdem ſit conditionis, & qualitatis cum ſubinfeudante, qui ſi ſit miles, & ſubinfeudatus ſimiliter miles, per text. apertum in d. §. beneficium, & §. ſimiliter, de l. Corrad. ibi: (ſi perſona ſecunda ſit talis, qui feudo ſeruire poſſit, vt ſi dans ſit miles, & ille, cui accipit feudum, inueniatur miles, & ibi DD. Iſern. dum ſit æquali, vel meliori.) Afflict. ait, maior, Eguin. Baro. in d. §. beneficium. Bal. in cap. 1. §. præterea, de cap. Corrad. dūmodo ſit æquali, vel meliori, ſi, non minori, in d. cap. beneficiū ſi de feud. defunct. controu. fuer. & ſic Vulteius d. nu. 81. æquali inquit, & ex alijs Roſental. d. loco in gloſ. lit. F.

10 Tertium † requiſitum eſt, vt ſubinfeudatio fiat eiſdem legibus, cōditionibus, & qualitatibus quibus ipſe tenebat, vt ſi habet pro ſe, & ſuis hęredibus, (quod de ſolis maſculis intelligitur) non debet dare, vt ſubfeudum habeat ſui hæredes maſculi, & fœminæ, per text. in cap. 1. §. profectò, de lege Corradi, vbi Iſern. num. 14. & alij omnes, gloſ. in rubr. de alien. feud. patern. Capyc. in inueſt. feud. verſ. feudum dant, fol. 153. verſ. limita primo, vbi ait: (debere fieri eo modo, & forma, quo ipſe habet; Ardizzon. in ſumma tit. ex quib. mod. feud. acquiratur, rubr. eodem pacto feudum concedere quis debet, cap. 17. Thom. de Marin. de gener. & qualit. feud. tit. 11. num. 55. Artman. Artman obſeruat. 38. Cuiac. lib. 4. tit. 28. Paul. Pic. in tit. in cap. 1. §. item ſi vaſſallus, num. 13. ſi de inueſtit. feud. fuer. controu. Burſat. conſ. 150. num. 64. & ſeq. Iul. Clar. in §. feudum q. 73. & in dubio ſubinfeudatio ſub eiſdem pactis, & conditionibus, cū quibus feudatario poſſeſſore facta fuerat infeudatio, & penès ipſū extabat, vt expreſsè dixit Iſer. in d. §. profectò num. 14 quod ita intelligatur, & ſi non ſit dictum, dummodo in contrarium non loquatur, quem ſequitur ibidē Aluarot. nu. 1. per text. ſimilem in §. clientulus, de alien. feud. & facit, quod Bal. in d. cap. Imperialem §. illud, num. 1. verſ. ſed quando dicit (primam cauſam feudi originarij, & eius effectū

11 influere in ſubfeudato, & † ſubfeudum deriuari à feudo principali, ſicut aqua à ſuo fonte) & idem dicit Aluarot. ibidem nu. 2. Afflict. num. 33. Raven. verſ. & quia dicitur, & Menoch. conſ. 148. nu. 14. Vulteius d. c. 10. num. 14. verſ. cœterum ſubinfeudato &c. ita vt virtute primæ cauſæ cum modo, & forma deſignata ſunt, ſub alio modo, & forma feudum non dicatur ſubinfeudari, maximè ſi ſub informi clauſula conceſſum appareat, Ardizzon. in d. rub. & cap. 17. in fine, & in tit. quib. mod. feud. amitt. rubr. ſi vaſſallus vaſſalli cap. 158. Hieron. Garzon. de form. ad feud. recip. col. fin. verſ. quadrageſimo ſeptimo reſtringitur, Hippol. Rimin. conſ. 6. nu. 132. & ſeq. Menoch. d. conſ. 148. nu. 19. & ſeq. lib. 1. Berous conſ. 77. num. 27. & ſeq. lib. 1. Loffred. conſ. 39. nu. 30. & 33. Dec. conſ. 389. nu. 7. Rubeus conſ. 133. num. 11. in fine, Burſat. d. conſ. 150. num. 8. ex communi ſententia reſpondet num. 54. & 63. Soccin. ſen. conſ. 66. num. 13. Iacob. Aluarot. conſ. 57. in princ. & per totum, inter conſ. Alberti Bruni, Gulielm de Pern. conſ. 2. feud. nu. 2. Affl. deciſ. 217. num. 12. & pulchrè Vulteius vbi ſupra, qui multos caſus afferunt, & feudatarius tenens feudum ſibi conceſſum pro filijs maſculiſ, & fœminis, ita & non aliter, & in dubio ſecundum ſuam primeuam naturam in ſubinfeudatum, & datum cenſetur, ita tradit Ardizz. in rubr. 17. & tradunt Franc. Burſat. Menoch. & Hippol. Rimin. in locis allegatis, & ſi vt ad primogenitū daretur, ita etiam vt ad primogenitum ipſe tit ſubinfeudatū, & conceſsū videtur, firmat Paul. de Caſtro in conſ. 164. incip. in præſēti cauſa quæ &c. lib. 2. qui nu. 1. in 1. col. in feudo Hiſpaniæ concludit ſuccedi debere, vt in Regno &c. vt membra eiuſdem naturæ ſint cum capite, Natta conſ. 600. num. 26. Rub. Alexand. conſ. 33. nu. 11. in fin. Hieron. Garzon. & Hippol. Rimin. vbi ſupra, Loffred. conſ. 39. num. 34. addit, & quia contentum debet ſapere naturam continentis, Menoc. conſ. 104. num. 9. in fine, hoc in dubio non in claris procedere conſ. 148. per multa ſunt num. 19. & 24. & per tot. Burſat. d. conſ. 150. num. 155 & ſeq. & ex alijs Roſental. d. loco in gloſ. lit. K.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio XCVI.

THEMA.

Subfeudatarius tenens feudum ab aliquo feudatario, ipſi Domino immediato ſeruire debet, & non Domino mediato, & ab illo inueſtiturā habere, & primus Dominus vaſſallum ſui vaſſalli ad ſeruiendum nō cogit, ſed requiſitus vaſſallus ad ſeruiendum ſuo Domino in caſu neceſſitatis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *SVbſeudatarius eſt vaſſallus Domini immediati, à quo feudum tenet,& nõ primi Domini.*

2 *Feudum, qui dat in ſubfeudum, proprius Dominus eſt.*

3 *Vaſſallus mei vaſſalli, meus vaſſallus non eſt.*

4 *Socius mei ſocij, meus ſocius non eſt.*

5 *Dominus primus, ſubuaſſallũ ad ſibi ſeruiendum directè cogere non poteſt.*

6 *Dominus directus poteſt requirere ſuum vaſſallum, vt ſubuaſſallũ cogat ad priori Domino ſeruiendum.*

7 *Subinfeudatio fieri debet perſonæ æquè idoneæ, vt in caſu neceſſitatis priori Domino ſeruiat.*

1 SVbſcudatarius † alicuius, qui feudum
teuet ab alio Domino, cuius erit vaſſal-
lus primi Domini mediati, an immediati, à
quo feudũ in ſubſeudũ tenet; dic, quod erit
vaſſallus Domini immediati à quo feudum
tenet, eique ſeruire tenetur, etiam ſi Domi-
nus mediatus ſuperior eodem tẽpore bel-
lum gerit, dum tamen Dominus immedia-
tus, verus Dominus ſit, vt eſt tex. in §. illud,
de prohib. feud. alien. per Federic. quod re-
gulare eſt, vt in cap. 1. quib. cauſ. feud. amitt.
Domino ſeruiendo, vbi Iſern. Laudenſ. Præ-
poſit. & omnes Roland. à Valle conſil. 41.
lib. 4. & ab ipſo Domino immediato feudum
recognoſcere debet, & à ſuis ſucceſſoribus,
ac ab ipſo inueſtituram capere, & ipſe Do-
minus eam conferre debet, Bal. in §. illud,
ibique Io. Raynaud. num. 21. Iacobin. de
Sancto Georg. in verſ. qui quidem inueſtiti
præſtiterũt nu. 15. per text. in cap. 1. §. præ-
terea ſi quis infeudatus, ibi (à proprio Do-
2 mino, & † qui mihi feudum dedit, proprius
Dominus eſt &c. Felyn. in cap. qui in Eccle-
ſiarum, num. 69. de Conſtit. Vueſembec. in
epit. feud. cap. 8. num. 12. Nicol. Mozz. in tit.
de ſubſtant. feud. num. 61. Vulteius lib. 1. de
feud. cap 7. nu. 88. Scrader. par. 6. cap. 3. nu 2.
ex quo rectè infert num. 3. quod ſubuaſſal-
lus caſus mortis eueniẽs à primo Domino,
ſeu Superiore, inueſtituram non cogitur ha-
bere, ſed à Domino immediato, & proxi-
mo, vt præcitati Doctores omnes tenent Ia-
ſon in l. 3. §. ex contrario num. 76. ff de ac-
quir. poſſeſſ. Menoch. conſ. 66 num 13. & 19.
& præſumpt. 102. num. 9. & 15. lib 3. quod
3 probatur, quia † vaſſallus mei vaſſalli, meus
vaſſallus non eſt, Speculat. in §. quoniam,
tit. de feud. verſ. decimoquarto quæro n. 14.
Iacobin. de feud. verſ. & promiſerunt nu. 12.
gloſ. in l. Claudius Fœlix, qui potior. in pign.
hab. Bal. in cap. 1. §. fin. num. 9. vbi Laudenſ.
nu. 11. Aluarot. nu. 5. in fin. & num. 6. Præpoſ.
num. 2. Afflict. num. 51. Rauenn. & Beluiſ.
in fine, & alij de controuerſ. inueſtit. Guid.
Pap. deciſ. 551. num. 7. Borrell. de feud.
tit 34. num. 272. Aluarot. in d. §. illud quo
que, num. 3. Balzeran. num. 11. & 15. Iſern.
num. 61. Præpoſit. num. 1. Rauenn. & alij de
prohib. feud. alien. per Federic. Raynaud. ibi-
dem §. firmiter nu. 25. Ardizzon. in cap. 58.
Blanc. in cap. 11. num. 74. Iacobin. in verſ. ita
etiam quod ipſi, num 6. Felyn. in cap. quæ in
Eccleſiarum, num. 69. de conſtit. Iaſon in
conſ. 8. inter conſ. Bruni num. 55. & ſeq. Ale-
xand. conſ. 139. nu. 2. lib 1. Grauett. conſ. 492
(vbi in Gallia hoc non procedere ait) &
conſ. 859. nu. 3. & 7. par. 5. Duaren. par. 12.
4 num. 13. & ſeq. ſicut nec † ſocij mei, ſocius
meus eſt, l. nam ſocij, ff. pro ſocio, Ol-
drad. conſ. 234. factum tale eſt quidam mi-
les num. 3. plures cumulant Scrader. par. 8.
cap. 2. num. 21. & ſeq. vſque ad nu. 30. plene
& latè diſtinguens, & par. 10. ſect. 7. nu. 134.
5 item par. 6. num. 59. & ſi Dominus ſuperior,
vaſſallum ſui vaſſalli directi ad ipſum ſer-
uiendum cogere non poteſt, vt per Iacob.
de Bellouiſ. in cap. 1. §. fin. de contr. inueſt. &
ibi Iſern. num. 16. quia nihil cum eo contra-
ctum, eſt & ſequuntur Afflict. num 51. & 52.
Laudenſ. num. 11. & ſeq. & Præpoſ. num. 2.
d. loco, Afflict. in d. §. illud, num. 2. vbi dixit:
(cum aliquatenus cenſeri, vaſſallum imme-
diati Superioris reſpectu fidelitatis, quod
tenet feudi ſui à vaſſallo primi Domini,
6 ideoque offendere nõ poſſit, † ſed directus
poſſet requirere ſuum vaſſallum, qui ſub-
uaſſallum requirat, vt priori Domino ſer-
uiat, Bal. in tit. de allod. num. 20. Raynaud.
in d. §. illud, num. 4. Iacobin. d. verſ. & pro-
miſerunt, nu. 12. Annetton lib. 1. cap. 8. Dua-
ren. cap. 12. nu. 14. Curt. de feud. par. 4 nu. 49.
& Bal. in cap. 1. verſ. ſanè num. 5. de renunt.
7 docet, † oportere ſubinſeudare tali, qui
idoneè ſeruire poſſit, quia eſt obligatus etiã
Domini mediati ſeruire tenetur in ſubſidiũ,
quem ſequitur. Iaſ. in cap. 1 num. 32. de his,
qui feud. dare poſſ. Io. de Scaramp. conſ. 108.
inter conſ. Bruni nu. 21. Cagnol. in conſ. 47.
§. ſi Rex nu 3. & 4. & ex his habemus, quod
ſubuaſſallus in caſu neceſſitatis in ſubſidiũ
Domino principali ſeruire debet à Domi-
no immediato requiſitus, vt illum ſeruiat,
& prædictis conferunt, quæ in ſequentibus
dilucidationibus dicuntur.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio XCVII.

THEMA.

Subuaſſallus à feudatario inueſtitus Domini immediati vaſſallus eſt, qui immediatus nõ deſinit, quod ipſe primi Domini vaſſallus ſit, & ſubuaſſallus ordine Domini immediati, requiſiti à mediato Domino, ipſum mediatũ ſeruire debet.

SVMMARIVM.

1 *SVbuaſſallus infeudantis, ipſius vaſſallus eſt, & ipſe primi Domini vaſſallus manet.*

2 *Subuaſſallus nè dum Domino ſuo bellum gerenti auxilium ferre, ſed & Domino ſui Domini.*

3 *Subuaſſallus à ſuo proprio immediato Domino requiſitus, ſeruitium præſtabit, & Dominus proprius ſeruitium ſuo Domino præbit.*

4 *Dominus directus ſi vocabit ſubuaſſallũ ſui vaſſalli pro patria, ſubuaſſallus potius Dominum directum, quam ſuum vtilem adiuuare debet.*

5 *Dominus directus ſi vocat ſubuaſſallos pro priuato negotio, & non pro bono publico ſeruire non tenentur ſine expenſis.*

6 *Dominus ſubuaſſalli pro vniuerſali bono patriæ vti Rex poteſt ſubuaſſallos vocare, & ſeruire tenentur.*

7 *Rex Dominus directus ſi mouet bellum contra vaſſallum pro communi bono, & vtilitate patriæ vaſſalli Baronis Regem ſeruire debent.*

1 SVbuaſſallus † ſubinfeudantis eſt vaſſal-
lus, & non directi Domini, vt in præce-
denti Dilucidatione diximus, & hoc proce-
dit etiam quando ſubfeudatio prohibita
eſt, vt eſt, & pacto, vel conſuetudine, aut
directi Domini aſſenſu fit, & vaſſallus ſub-
infeudans Domini ſui directi, vaſſallus ma-
net, & Domino ſuo inſolidum obligatus
extat, cũ ſubuaſſallo ſuo Superiori Domino
2 ſeruire etiam obligatur, qui † ſubuaſſallus
nõ tantum tenetur auxilium ferre Domino
ſuo bellum gerenti pro ſe, ſed Domino ſui
Domini in ſubſidiũ eſſe, & ſeruire tenetur,
& ſic Domino Domini ſui per indirectum,
ſeù per quandã ſequelam, vt in l. ſtipulatus
fuero per te, ff. de verb. obligat. l. non alias,
ff. de iudic. ſecundum Bald. in tit. de allod.
num. 20. Raynaud. in d. cap. firmiter nu. 23.
3 & in d. §. illud, nu. 7. (vaſſallus inquit: † re-
quiſitus per proprium Dominum ſcilicet
immediatum habebit, & ſeruitium proprio
Domino habebit, & proprius Dominus præ-
bebit Superiori Domino ſeruitium cum
iuuamine ſui ſubuaſſalli) ſequitur Curt. p. 4.
num. 89. vbi hanc opinionem tutiorem, &
melioribus fundamentis ſubnixam dicit Ia-
cobin. ita etiam quod ipſi vaſſalli nùm. 6. vbi
4 Raynaud. ſequitur, & ſi † Dominus dire-
ctus, & vtilis arma ſumunt pro patria, con-
tra diuerſos ſubuaſſallos, potius Dominum
directum iuuare debet, quam vtilem, & im-
mediatum Dominum, Speculat. §. quoniam
nu. 30. tit. de feud. Raynaud. in d. §. firmiter,
nu. 23. & 24. Roland. à Valle conſ. 79. & 80.
lib. 2. per l. veluti la ſeconda, ff. de iuſtit. &
iure, Iacobin. in verſ. & promiſerunt nu. 12.
& 13. de feud. Roman. in l. ſi quis in graui,
§. ſi cum omnes, nu. 4. ff. ad Syllan. Rauenna
in qq. feud. poſt lecturas eius feudi poſitas
5 verſ. nota etiam, fol. 429. († vbi ſecus eſſe
dicit, ſi Rex Superior vocaret eos pro ali-
quo negotio non tangente vtilitatem publi-
cam) & magis excuſatur, ſi contra eundem,
vterque bellum geſſit, vt Oldr. in conſ. 234.
incip. factum tale eſt quidam miles &c. vbi
concludit, quod miles ad bellum à Rege
Franciæ indictum profectus, nõ tenetur Do-
mino ſuo feudali cõtribuere pro expenſis,
quas ipſe in eadem Regis militia facit; ad-
ducit l. quod ex meo, ff. de ſeruit. ruſti. præd.
inferens, quod Domino Superiori, tanquam
vaſſallus Domino non, ſed vt maiori Iudici
6 ſeruiat; quinimmò † Dominus vniuerſalis
patriæ vti Rex, aut Dux, ſubuaſſallum ſui
vaſſalli ad ſeruiendum pro defenſione pa-
triæ vocare poteſt, Speculat. in d. §. quoniã,
num. 28. & 29. Rauenn. vbi ſupra, cum Su-
perioris authoritas in iuramẽto, ſemper ex-
cepta eſt, cap. veniens, de iure iur. & vt Ra-
uenn. in d. loco dicit: (vocati ſunt ad maius
Tribunal, dum vocatur pro defenſione pa-
triæ, coronæ, & ſummo bono, Roman. in
l. ſi quis in graui, §. ſi cum omnes, nu. 4. ff. ad
Syllan. num. 12. Zaſ. par. 7. num. 41. Scrader,
par. 6. cap 6. num. 60. in fin. verſ. hoc tamen
ita demum &c. argum. l. minima, ff. de relig.
& ſumpt. funer. citat Afflict. in deciſ. 265. nu.
30. Roland à Valle d. conſ. 1. num. 80, & 81,
7 lib. 2. & † ſi Dominus Superior moueat bel-
lum

lum contra vaſſallum feudatarium pro cõmuni vtilitate patriæ, vt ſi Baro cum Rege ſuo bellum habeat vltra rebellionem; de qua in Parte decima diximus, vaſſallum Baronis regi ſeruire oportere, firmat Specul. in d. §. quoniam, nu. 29. verſ. quintodecimo quæritur, Roland. d. conſ. num 80. & 81. Iacobin. d. nu. 12. verſ. decimo quærto, in verb. & promiſerunt &c. Afflict. in d. deciſ. 265. nu. 107. dicit: vaſſallos Baronum in Regno Siciliæ debere Regem iuuare etiam contra ſuum Baronem immediatum Dominum, & ex alijs, & in Francia hoc etiã teſtatur Roſental. de feud. cap. 8. concluſ. 11. in gloſ. litera G.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio XCVIII.

THEMA.

Vaſſallus ſi contra omnem hominẽ fidelitatem Domino ſuo iurat, eique auxilium præſtare teneatur, tamen excipiuntur Papa, Imperator, & Rex, ſiue Princeps Superior contra quos ſuum Dominum iuuare non tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſallus contra omnes, etiam contra parentes fidelitatem ſuam Domino iurat excepto Imperatore.*

2 *Exceptio firmat regulam in non exceptuatis.*

3 *Imperator excipitur idem & Rex non recognoſcens Superiorem, cõtra eos vaſſallus auxilium Domino ſuo non præſtat.*

4 *Vaſſallus contra omnes iurans, & pactum faciens contra prædictos ſupremos, pactũ, & ius iurandum non valet.*

5 *Vaſſalli iuramentum iuuare Dominum contra Superiorem non valet, immò crimen Maieſtatis læſæ committitur, & feudum amittitur.*

6 *Domino facto rebelle, Imperatoris vaſſallus abſoluitur à ſuo iuramento.*

1 PRo regula tenetur, quod quando † vaſſallus contra omnem hominem, & ſic etiam contra patrem, fratrem, & cæteros fidelitatem Domino iurare, & in neceſſitati-
bus eumque iuuare tenetur, per text. in cap.
vnic. de noua form. fidelit. in verſ. contra
omnem hominem, excepto Imperatore, &
2 † exceptio firmat regulam in caſibus non
exceptuatis, vt per Bar. in l. quæſitum, §. denique,
ff de fund. inſtruct. Dec. in l. regula,
num. 21. ff. de regul. iur. & pro ipſa regula
eſt etiam text. ad literam in tit. hic finitur
lex, vbi Hern. Laudenſ. Præpoſit. & omnes
tàm veteres, quàm recentiores, Iacobin. de
feud. in verſ. & promiſerunt num. 13. & de
communi teſtatur Zas. de feud. par. 7. cap. 4.
num. 10. Curt. par. 4. num 8. Blanc. de feud.
cap. 1. num. 30. & ex alijs multis firmat Roſental.
de feud. cap. 8. concl. 14. in gloſ. lit. A.
3 & excipitur † Imperator, eſſet excipiendus
Rex, vel alius Princeps, Superiorem non
recognoſcens, & contra eos ſuo Domino
opem, & auxilium ferre nõ tenetur; expreſsè
dicit Bal. in d. cap. Imperialem, §. præterea
Ducatus, de prohib. feud. alien. per Federic.
in vlt. col. verſ. nota qđ omnes, quod
pro ſingulari comendat Andr. Sicul. in rep.
rubr. extra de fide inſtrumentor. colum. 2.
& ex Guntero lib. 8. Borcolt. de feud. verſus
adducit in cap. 7. num. 40.

Præterea quotiens, feudali iure recepto.
Vaſſallus Domino fidei iuramina præſtat,
Excipiẽdus erit Romanus nomine Princeps.

Et in ſpecie de Papa, Imperatore, & Rege,
quod ſint excepti, dicit Aluarot. in cap 1.
de noua form. fidelit. num. 6 Præpoſit. num. 1.
4 Afflict. nu. 5. qui alios adducunt, & ſi † vaſſallus
contra Papam, Imperatorem, Regem,
& Magiſtratum iuraret. vel Dominum
ſeruire promiſiſſet, hoc pactum, & ius iurandum
non valeret, cum iuri, & bonis moribus
ſit contrarium, Bal. in d. §. fin. num. 23.
quem ſequitur Laudenſ. num. 6. ibidem, &
Aluarot. num. 4. Præpoſit. num. 1. in fine,
Afflict. num. 1. Rauenn. & Schench. de prohib.
feud. alienat. per Federic. Hannetton.
lib. 1. feud. cap. 9. Schench. par. 5. num. 95. Ferrar.
in form. libell. quo agitur de reuoc. feud.
verſ. contra debitum num. 2. Borcolt. de
feud. cap. 4. num. 24. in fine, Hartman. Piſtor.
lib. 2. qq. iur. quæſt. 47. argum. l. iuris gentium,
§. Prætor, ff. de pactis, & l. non dubium,
C. de legib. ideo Aluarot. Præpoſit.
5 & Rauenn. dictis locis dicunt: † vaſſallum
eo caſu feudum amittere; Schench. vero,
Piſtor. dictis locis, etiam Maieſtatis crimine
teneri, quod omnium bonorum priuationem
infert, l. quiſquis, C. ad legem Iuliam
6 Maieſtatis, & ſi Dominus rebellis factus ſit
Imperatoris, vel Regis, vaſſallus à iuramento,
& ſeruitijs abſoluitur; Afflict. in
cap. 1. §. item ſi fidelis, num. 28. verſic. ſed

quæro

quæro iuxta prædicta, quibus modis feudum amittitur, Scradet.par.6.cap.5.nu.18. & Roſental. de feud. d. cap. 8. concluſ.15. in gloſ. litera R.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio X C I X.

T H E M A.

Vaſſallus contra Magiſtratum Domino ſuo auxilium præbere non debet, maximè quod à Deo ponuntur, & miniſtri Dei ſunt.

S V M M A R I V M.

1 *Vaſſallus ſuum Dominum non iuuat contra Magiſtratum.*
2 *Magiſtratus dignitas eſt à Deo magna.*
3 *Poſt Diuinam Imperatoriam, & Regiam Maieſtatem Prætoriam numerari.*
4 *Ire ad Magiſtratum, eſt ire ad ipſum ius.*
5 *Magiſtratus à Deo poſiti ſunt, & miniſtri Dei dicuntur.*
6 *Magiſtratui ſubijci debemus, & illis obtemperare ſumma libertas eſt.*

1 VAſſallus † contra Magiſtratum eius
Dominum iuuare, nec auxiliare debet,
etiam quod cum iuramento obligatus eſſet;
dicit Raynaud. in §. illud fin. de prohib. ſeu.
alien. per Federic. num. 2. Laudenſ. in cap. 1.
in princ. num 8. de form. fidelit. & ibidem
Afflict. num. 7. Iacobin. de Sancto Georg. in
verbo & promiſerunt, eiſdem num. 31. verſ.
decimatertia cauſa &c. Mozz. tit. fin. ex quibus
cauſ. feud. amitt. nu. 112. cauſ. 14. Piſtor.
q. 47. num. 31. & 32 par. 2. lib. 2. & non ſine
2 maxima ratione, quia † Magiſtratus dignitas
eſt adeo magna, quod Plato lib. 6. de legib.
poſt Deos immortales eos homines primas
habere ait, & honoris, & gloriæ ſedes,
qui publici muneri Magiſtratus gerunt, &
ſua virtute aliorum vitam moderant, proximaſq;
à Deo partes Magiſtratus, & Principes
obtinere, Maſtrill. de magiſtrat. lib 5.
cap. 3. nu. 1. ex Melchi. Sitn. polit qq. par. 3.
q. 95. in princ. referr, & ex alijs Maſtrill. ipſe
3 dicit: poſt † Diuinam Imperatoriam Maieſtatem
Prætoriam numerari, quia dicuntur
Principes Ciuitatis, l. ſpadonem, §. ſi Ciuitatis
Princeps, ff. de excuſat. tutor. Bouadill.
poſt multos relatos lib. 3. polit. cap. 2. nu. 9.
& ſecundum Celium poſt Ariſtot. lib. 12. le-
4 ctionum antiquarum cap. 46. dicit: † ire ad
Magiſtratum, eſt ire ad ipſum ius, Caſſan. in
cathalog. gloriæ mundi par. 7. conſiderat. 24.
5 verſ. & quia, & † Magiſtratus à Deo poſiti
ſunt, & miniſtri Dei vocantur in Deutero-
6 nom. 22. cap. 8. illiſq; † etiam Ethnicis obediendum
eſſe per Chriſtianos, præcipit Paul.
Apoſt. ad Rom. cap. 13. & ad Ebreos cap. 13.
inquit: Præpoſitis veſtris ſubijcite eis, ipſi enim peruigilant tanquam rationem redituri pro animabus veſtris, & eis obtemperare ſumma libertas eſt, ſecundum Boet. 1. de conſolat. & ex alijs per Maſtrill. d. loco, & ex his vaſſallum contra Magiſtratum ſuũ Dominum auxiliare non debet.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio C.

T H E M A.

Vaſſallus Dominum ſuũ cui ſubeſt contra propriam Patriam iurare, nec ſeruire debet.

S V M M A R I V M.

1 *Vaſſallus Dominum ſuum contra Patriam iuuare, ſeruire tenetur.*
2 *Patria vnicuique dulciſſima eſt, & Vlißes fumum videre cupiebat.*
3 *Patria omnes naſcimur, ac omnes hominũ voluntates vna Patria complexa eſt.*
4 *Patriam qui auxerint, adiunauerint, & & ſeruauerint, in Cœlum definitum locum habent, vbi cũ Beatis ſemper fruuntur.*
5 *Gloriam quam patrijs legibus, qui miniſtrando conſequitur omni victoriæ anteponenda eſt, & de alijs.*
6 *Pater, qui filium, & filius, qui patrem occidendo pro Patria, premium afficiendum.*
7 *Alexandri Magni dicta ex Lampridio.*
8 *Amicus meus eſt, ſit Patria prius.*
9 *Cognatio proprior eſt Patria vbi ſunt omnes parentes.*
10 *Mori pro Patria, quiſquis paratus eſſe debet, ante quam Patria ruinetur.*
11 *Pater bannitus propter delicta contra patriam à filio non alitur.*
12 *Vaſſallus Dominum ſuum ad accuſandum non admittitur, ſi contra Patriam fuit.*

13 *Vaſ-*

Digitized by Google

13 *Vaſſallus promittens accomodare Caſtrũ, non tenetur contra ſe, & cõtra Patriam accomodare.*
14 *Patria excepta eſt à iuramento vaſſalli pro Domino ſuo.*

1 VAſſallus † Dominum ſuum contra
propriã Patriam non cogitur, nec te-
netur ſeruire, Raynaud. in §.illud, de pro-
hib.feud.alien.per Federic.num.2.Laudenſ.
in cap.1.in princ. num.8.de form. fidel. &
ibidem Afflict. num.7. Iacobin.de S.Georg.
in verſ. & promiſerunt eidem &c. num.31.
verſ.decimatertia cauſa, & in verſ.qui qui-
dem inueſtiti,nu.15.Mozz.in tit.fin.ex quib.
cauſ.feud.amitt. num.112. Piſtor.quæſt.47.
2 num.31. & 32. cum † Patria vnicuique dul-
ciſſima eſt,l.qui habebat,ff.de legat.3 & cu-
ius fumum Vliſſes cõtinuè videre cupiebat
Homer.in 1.odiſſ. ſanctiſſimum nomen eſt;
3 Cic.in 4. ad Herenn. & † Patriæ omnes na-
ſcimur; Bal.in auth.ſed omnino, in pen.col.
C.nè vxor pro marito; Alciat. in reg. præ-
ſumptio, præſumpt.37.ac omnes hominum
caritates vna patria complexa eſt: Cicer.in
4 1.offic. & qui † Patriam auxerint, adiuua-
rint,atque ſeruauerint,in Cœlum definitum
locum habent; vbi cum Beatis ſempiterno
Euo fruabitur. Cicer. de ſomno Scipionis,
Gigas de crim.Maieſt.lib.3.quæſt.7.& gloria
quam patrijs legibus miniſtrando quis con-
ſequitur omni victoriæ, quæ in Olimpicis,
alijſque tàm belli, quàm pacis certamini-
bus comparatur, longè anteponenda eſt;
5 plato in 5.de legib. Parentibus ita quod Pa-
tria præfertur, l.veluti,de iuſtit.& iure, &
ſicut diſciplina caſtrorum antiquior eſt Pa-
rentibus Romanis,quam caritas liberorum;
l.poſtliminium, §.filius quoque familias, de
captiu.& poſtlimin.reuerſ. ita omnibus bo-
nis patria antiquior eſſe debet, quam cari-
tas parentũ; immò Patria eſt antiquior pa-
rens,quam ſi quis curauerit,maior eſt pro-
fectio,quam perenti debetur gratia; Cicer.
de Republ. lib.1. iam traditum eſt, minimè
legendum eſt,qui ad Patriam delendam ve-
6 nit, l.minimè, de relig. & ſi † pro Patria
filius patrem, aut pater filium occidiſſet:
etiam premium afficiendum omnes conſti-
tuerunt, d. l. minimè, de relig. ac præclarè
7 Lamprid.de Alexandro ſcribit: Alexandrũ
amicos, & parẽtes quos malos reperiebat,
aut puniuiſſe, aut ſi vetus amicitia, vel ne-
ceſſitudo non ſinèret puniri, à ſe dimiſiſſe
dicentem: his carior eſt mihi Reſpublica;
& elegãter Cic.in 5.Philippica,inquit: Nul-
8 læ excuſationes ſunt, † meus amicus eſt, ſit
Patriæ prius, meus cognatus eſt, an poteſt
9 † cognatio proprior eſſe quam Patria, in
qua etiam parentes continentur? Plato
10 quoque in 6. de ll. Monet † quanquam
paratum debere pro Patria mori, antequam
velit, aut euertam videre, iugoq; ſeruitutis
ſubiectam à peioribus gubernari, aut fuga
ipſam deſerere; hinc eſt, quod filius non te-
11 netur propterea † bannitum, quod contra
Patriam fuit, quamuis alias patrem bannitũ
alere teneatur, Tiraquell. de pœn. cap. 20.
num.11. & parentes cariſſimos habere de-
beat, quod ab his vita, patrimonium, liber-
tas,& Ciuitas tradita eſt, Cicer.in orat. poſt
reditum ad Senatum,& parentes non alere,
12 nefarium eſt. Hinc quoque † vaſſallus, qui
Dominum ſuum accuſare nõ poteſt, ad ac-
cuſandum admittitur, ſi Dominus Patriam
prodere voluerit, Laudenſ. cap.vnic. nu.7.
de form.fidelit Iaccobin.de feud.ſuper verb.
qui quidẽ inueſtiti,nu.18. denique quemad-
13 modũ † vaſſallus,qui promiſit caſtrũ acco-
modare contra omnem hominem, contra
ſe ipſum accomodare non tenetur; ita quo-
que non tenetur accomodare caſtrum con-
tra Patriam ſuam, Bal.in cap.vnic.in princ.
de noua form. fidelit. Iacobin. de feud. in
verb. de caſtro rubei montis num 21. & ex
14 his patet, quod † in forma iuramenti ſicut
Imperator, & alij Superiores excipiuntur,
ità & Patria excepta videtur,& firmat præ-
dicta omnia Borcolt.de feud.in cap.7.nu.42
quia curioſa ponere mihi viſum eſt, alia ad
materiam curioſitus perquirat.

PARTIS DVODECIMÆ.

Dilucidatio CI.

THEMA.

Vaſſallus contra ſe ipſum, & contra ſuam vxorem Dominum ſuum iuuare non tenetur, etiam ſi de hoc iurauerit.

SVMMARIVM.

1 *VAſſallum etiam ſi iuraſſet contra ſe ipſum Dominum ſuum auxiliare, non tenetur.*
2 *Perſona loquentis ſemper excipitur.*
3 *Vaſſallus etiam ſi contra ſe ipſum, Dominum iuuare promiſiſſet, non tenetur.*
4 *Caritas ordinata incipit à ſe ipſo, & quilibet plus amat ſe in vngua pedis, quam*

aduer-

Digitized by Google

aduerſarium in vertice capitis.

5 *Vaſſallus contra ſuam vxorem Dominum iuuare non debet, cum vna caro ſint, & indiſſolubili vitæ conſortium ſit.*

1 VAſſallus † Dominum ſuum contra ſe
ipſum iuuare, nec auxiliare tenetur,
etiam ſi iuraſſet tempore belli vnum, vel
plures equos armatos Domino mittere,
gloſ.in c.1.§.contra omnes, in princ. hic fi-
2 nitur lex, ex regula generali, quod † perſo-
na loquentis ſemper excipitur, quam gloſ.
ibi ſequuntur omnes Beluiſ. Iſern. num.2.
Afflict. latè nu.6. Rauenn. Balzeran num.9.
& alij gloſ.in d.§.illud fin.in verſ.excipiatur
generaliter hoc firmat de proh. feud. alien.
per Federic Vulteius cap.10. num.28.lib.1.
3 de communi teſtatur, & † etiam ſi promi-
ſiſſet Dominum iuuare contra ſe ipſum, niſi
fortè malam foueret cauſam, Bal.in d.§.fin.
num.35 vbi Præpoſit.num.3. Afflict.num.4.
& alij, cum perſona iurantis, & promitten-
tis, ſemper excepta videtur; Ardizzon.in
ſumma cap.71. Præpoſit.in d.§.illud, num.
Raynaud.num.3. Afflict.num.3.& alij Iaco-
bin. Curt. Zaſ. Sonsbech. Syluan. Scheneid.
Scrader.num.3 Vulteius, & alij d.loco, arg.
l.ſi mercedem 53.§.fin.de action.empt, l.in-
quiſitio 18.C.de ſolut.cap petitio, & ibi gloſ.
in verſ.ſpecialiter, de iure iurando, nec con-
ſentiſſe videtur in his, quæ contra ipſum
ſunt, l.1.& ibi Bart.de Senat.l.Paulus, §.fin.
ibique Bar.de pignor. Roland.a Valle conſ.
86.num.42.lib.1. Gramat.conſ.ciuil.8.nu.6.
& conſ.126. num.8, & 9. Gibr.Roman.in
commun. opin. de verb. obligat. concluſ.9.
hinc Alberic, & Bal.in l.frater à fratre, de
condit.indeb.tradiderunt, quod promittens
Principi accomodare arcem contra quem-
cumque, non tenetur arcem illam accomo-
dare contra ſe ipſum, etiã ſi ſpecialiter hoc
promiſiſſet, non tenetur, Bal, in d.§.fin.de
prohib.feud.alien. per Federic. & vaſſallus
fidelis eſſe debet Domino ſuo, ſibi ipſi ma-
4 gis tenetur quam illi, cum prima † caritas
incipit à ſe ipſo, l.Præſes 6. C.de ſeruit &
aqua, in verſ.durum, & inhumanum, & Bal.
& Salicet. cap.ſi non licet 23.q.5. Roland.à
Valle d.conſ.86.num.69.& caritas ordinata
plus amat ſe in vngua pedis, quam aduerſa-
rium in vertice capitis, Bal. conſ.312. viſis
actis col.1.lib.4. Ariſtot. lib.9. ethic. cap.8.
Borcolt. de feud. cap.7. num 41.& quilibet
ſibi prius faciat eleemoſyna, & deinde pro-
ximo de pœn. diſtinct.3. cap.qua vult, gloſ.
in d.verſ ſpecialibus, Menoch.de præſumpt.
lib.3.præſumpt.44.vbi per plures caſus re-
gulam hanc illuſtrat, & Alciat. de reg. iur.
præſumpt.5. Roland.à Valle conſ 5. nu.69.
lib.5. Bald.conſ.312.col.1.lib.4. & ſi vaſſal-
lus contra ſe ipſum Dominum iuuare, &
5 auxiliare non tenetur, idem eſt de † ſua
vxore, quia coniux cum viro eadem caro,
& perſona ſunt, & indiſſolubile vitæ conſor-
tium habet, §.1. inſtit.de patr.poteſt. l.2.ff.
de ritu nupt.cap.fin.28.q.1.cap.quando, de
diuort. Matt.cap.5. verſ.32.& 19. verſ.91.
adeo quod vaſſallus non tenetur vxorem
propter offenſam eius in Dominum à ſe ſe-
parare, ſed bene filium, & ſic contra citatos
in gloſ. ſentit Speculat.de feud. §.quoniam
nu.33.q.17. & Roſental.de feud.cap.8.con-
cluſ.14. num.10.in fine.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio CII.

THEMA.

A vaſſallus promiſſione auxiliandi Dominum, excipiendi ſunt patrem, matrem, fratres, & filios cũ hoc etiam natura ſuadeat, & cõtrarium inhumanum eſſet.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſallus iurat adiuuare Dominũ cõtra omnes, & ſic contra parentes, fratres, & filios.*

2 *Vaſſallus Dominum contra parentes fratres, & filios iuuare, & auxiliare non tenetur, alias inhumanum eſſet, & honeſtas lęderetur.*

3 *Vaſſallus contra patrem iurare non tenetur pro Domino adiuuando.*

4 *Iuramentum contra pietatem, & naturã non eſt obligatorium.*

1 QVamuis † vaſſallus iurat Dominum
contra omnes adiuuare, & auxiliare,
& ſic etiam contra patrem, matrẽ,
fratrem, & filios indefinitè excipiendo ſo-
lum Imperatorem, vt in d.§.fin. hic finitur
lex, & exceptio firmat regulam in non ex-
ceptuatis, vt alibi dicimus, & eſt notum, hoc
quidem durum eſſet ſi vaſſallus ſuum Do-
2 minum contra † patrem, matrem, alioſque
ſuos parentes, fratres, & filios non tenetur,
& ſi teneretur, hoc eſſet valde exorbitans,
& inhumanum, & lęderetur honeſtas, & pie-
tas, ſi contra parentes, qui lucem aſpicere
dede-

Digitized by Google

dederunt, eos nocere, & maxima impietas
eſſet, quod nec impio homini liceret hoc
agere,& proinde Doctores dictam regulam
3 communi voto reſtringerunt, quod † vaſ-
ſallus contra ſuum patrem iurare,& Domi-
num ſuum iuuare non tenetur,Iacobin.in
verſ. & qui quidem promiſerunt, num.14.
iuramentum enim non extenditur,vt intel-
ligatur contra naturam,vel pietatem natu-
ralem agere,Bald.in cap.1.de noua forma
fidelit. num.3. Afflict.num.7. Aluarot.qu.6.
& in hanc ſententiam magis inclinat Præ-
poſit. reiecta Laudenſ.opinione Bal.appro-
bando num.5. Schench.num 3. Iacobin.in
d.verſ. & promiſerunt, eidem num.14. Syl-
uan.de feud.recognit.q.109.num.11.& Zaſ.
& ſi de cõſuetudine hoc adeſſet filium con-
tra patrem pugnare, quod eſſet nulla,& nõ
permittenda par.7.num.30. & ſeq. ſequitur
Sonsbech. par.11.num.35.36.& ſeq. idem
Vult.Felyn.in cap.afferte num.2.il ſecondo,
de præſumpt.& in cap. Ego N. num.7. de
iure iurand. & ex alijs Vulteius d. cap.10.
4 num 33. & † contra pietatem, & naturam
iuramentum non eſt obligatorium,per cap.
non eſt obligatus,de regul.iur. in 6. ibique
Dyn. & omnia prædicta faciunt, quod vaſ-
ſallus contra fratres,filios, alioſque ſangui-
ne coniunctos auxiliare eius Dominum
nec poſſit.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio CIII.

THEMA.

Vaſſallus contra antiquiorem Dominum iurare, nec auxiliare Dominũ poſteriorem nó poſſit.

SVMMARIVM.

1 *VAſſallus contra antiquiorem Dominum non iurat, pro poſteriore Domino iuuando.*
2 *Antiquiores Domini à iuramento.& auxilio pro poſteriori Domino ſunt exempti, & num.8.*
3 *Vaſſallus antiquiorem Dominum auxiliare debet contra poſteriorem, & non vtrique,& num.5.*
4 *Vaſſallus debet agere contra Dominum bona fide.*
6 *Prior tempore potior iure.*
7 *Antiquior Dominus eſt adiuuandus, ſi conſuetudo contrarium non induxerit,& feudum non amittitur.*
9 *Iuramentum intelligitur ſecundum conditionem,& naturam rei ſubiecta.*
10 *Vaſſallus antiquiori Domino per iuramentum contra omnes antea erat obligatus, iuramentum poſterius nõ valet, nec ligat.*

1 VAſſallus contra Dominum antiquio-
rem pro poſteriori Domino iurare,
eumque adiuuare non debet,per text.aper-
tum in d.cap.1. §.illud quoque fin. hic fini-
tur lex,vbi gloſ.fin.Beluiſ.Hern.num.2. Al-
uarot. nu.6. Præpoſit.nu.1. Afflict.nu.4.& 5.
Schench.num.7.in verſ.Dominum antiquio-
2 rem, ibi omnes † antiquiores excipiendos,
& alij hic finitur lex,gloſ.in cap.1.verſ.con-
tra omnem hominem,de noua form. fidelit.
& ibi Laudenſ.num.8. Aluarot.num.6. Affl.
num.7. Schench. num.4. & omnes Aluarot.
in d.§.illud fin.num.1. Præpoſit.nu.1. Ray-
naud. num.2. Afflict.nu.1.in fine,& alij Ar-
dizzon.cap.69 fol.78.in fine, Blanc.d.cap.4.
num.11.lib.2.Iacobin.in d.verb.& promiſe-
runt eidem &c. num.13. & 31. verſ. vnde-
cima cauſa &c.Zaſ.par.7.num.22.Syluan.de
feud recognit. q.109.nu.13. Piſtor. q.47.nu.
34. & ſeq. lib.2.q.9. Borcolt.cap.4.num.24.
3 in fin. Scheneid.par.5.nu.96. † adeo vt etiã
anteriorem contra poſteriorem iuuare te-
neatur, ita tenet Iacobin.d.nu.1.ibi,de con-
ſilio autẽ teneatur ſeruitia antiquiori præ-
ſtare, non autem vtrique, quia non poteſt
4 eſſet ergiuerſator, & † vaſſallus debet age-
re contra Dominum bona fide, Raynaud
d. §. illud quoque præcipimus num.10. de
prohib.feud.alien.per Feder. Rolent. d.c.8.
5 concluſ.15.in gloſ.lit.E. † & vaſſallus anti-
quiorem Dominum contra poſteriorem,
ſi à diuerſis feuda diuerſa tempore habeat,
iuuare poſſit, & debeat; per text.in d.§.il-
lud quoque,& ibi Beluiſ. Hern. nu.61. Affl.
num.8.& omnes ibi Scribentes, text.eſt in
d.§.contra omnes,& ibi Hern. Aluarot.nu.
10. Afflict.num.3.4.& 11. Præpoſit. num.5.
Duaren. Schench.nu.7.& omnes hic finitur
lex, Ardizzon.d.cap.69. Affl in cap.1. §.ſa-
tis bene, nu.1. de prohib.feud.alien. per Lo-
thar. vbi & alij Laudenſ. in cap. omnes filij
num.14.ſi de feud.defunct.controuerſ.fuer.
Raynaud. in d.§.illud fin. num.2. & ita te-
nuit Speculat. in d.§.quoniam, nu.26. verſ.
duodecimo quæritur, Roman. in d. l. ſi quis
in graui, §.ſi cum omnes, num.1. ff.ad S.C.
6 Syllan. cum in † obligationibus facti, qui
prior eſt tempore, potior eſt iure, l.in ope-
ris, ff.locati, l.2. C.qui potior. in pign. hab.

l.potior,

l.potior,ff.eodem, Iacobin.in d.verſ.& pro-
miſerunt eidem &c. nu.11. Ferrar. in form.
libell. quo agitur ad reuocat. ſeud. in verſ.
contra debitorem, nũm.3. Zaſ.par.7.nu.28.
Scheneid.par.5.nu.96. Piſtor.d.q.47. nu.36.
lib.1.par.2.& Scrader. par.7.cap.6.num.20.
verſ.ſecundo vero caſu,vbi (hanc ſententiã
communiter approbata, & veriſſimam eſſe
ait) licet Speculat. in d. ꝟ.quoniam, nu.26.
exitare videntur,quod limitat num.21. in
7 fine,& ſeq. † procedere niſi conſuetudo lo-
ci, in quo feuda ſita ſunt, contrarium indu-
xerit;tunc enim ſi Domino poſteriori con-
tra antiquiorem ſeruitia præſtiterit, eum
feudum nõ amittere putat,poſt Scruff.conſ.
98.num.21.lib.3.(apud quem tamen hoc in-
uenio) Alex.conſ.108.nu.15.lib.5.Iacobut.
de Franch.in prçlud.nu.227.& ſeq.vbi hanc
ſimiliter elegãter,vbi de Aduocato, vel ca-
ptiuo duorum, de ſubdito duarum Ciuita-
tum &c.ſumptis illuſtrat quos adducit Ro-
ſental. d.cap.8.concluſ.16. in gloſ. lit. A. &
8 † antiquior Dominus à iuramẽto exceptus
intelligitur, Ardizzon. in d.q.23. verſ.con-
ſueuit etiam, cap.137. per ꝟ.fin. hic finitur
lex,vbi Afflict.num.5.Aluarot.nu.8.& com-
muniter omnes Syluan.q.119.num.13 cap.
9 veniens,de iure iur. quia † iuramentum in-
telligitur ſecundum conditionem, & natu-
ram rei ſubiectæ, l.fin. C.de non numer.pe-
cun. per cap. quemadmodum, & ibi gloſ. &
Abb.nu.6. verſ.nota, de iure iur. & ita In-
nocent.in cap.per tuas, de arbitr. & ex alijs
Roſental.d.loco in gloſ. lit.G. & † vaſſallus
antiquiori Domino antea cum iuramento
obligatus erat, per iuramentum contra
omnes, poſterius iuramentum contra id,
quod antea cum iuramento promiſſum fuit,
non valet, neque ligat, d.cap.veniens,& ibi
Canoniſtæ de iure iurando antiquiori Do-
mino ius quæſitum eſt, quod eo inuito au-
ferri non põt, Roſent.d.c.8.concl.15.in fin.

PARTIS DVODECIMAE.

Dilucidatio C I V.

T H E M A.

Vaſſallagiũ,& ſeruilis ſubiectiõ,& è contra,inter vaſſallũ,& Dominũ, inueſtitura feudi, & iuramento contrahitur,& de homagij,& ligij iuramento, & de ſuis effectibus.

S V M M A R I V M.

1 *Vaſſalli homagij, & ligij, iuramentũ cui praſtãt, & nulli alio fidelitatem ſeruare tenentur.*

2 *Ligij verbum iuri feudorum eſt incognitum, & de eo ſolum de iure canonico fit mentio.*

3 *Vaſſalli ligij duorum inſolidum eſſe non poſſunt niſi ſaluo iure primi, alias ſecus.*

4 *Iuramẽto homagij, & ligij, duorum ſemper authoritas primi, & habentes ius potentius eſt excepta.*

5 *Authoritas Principis quando excipitur, non eſt verus ligius.*

6 *Ligius dicitur à ligando.*

7 *Forcatuli opinio reijcitur de alia expoſitione ligij.*

